PERILL. ET EXCELLENTISS.

D. LVDOVICI SACCAE,

PATRITII PARMENSIS,

I. C. Celeberrimi, & Consiliarij à latere Serenissimi, atq; Sapientissimi Principis

D. RAINVTII FARNESII

PARMAE, ET PLACENTIAE DVCIS IIII. CASTRI V. ETC. & S. R. E. Vexilliferi perpetui,

RESPONSORVM IVRIS

Volumen Primum.

Grauissimis sanè Materijs refertum, mirum in modum, tam Iudicantibus, quàm Patrocinantibus in arduis causis, profuturum.

Cum triplici Indice locupletissimo per incertum authorem elaborato,

I. Rerum notabilium, II. Communium opinionum relatarum, III. Clausularum interpretatarum.

Adiectis quoq; per eundem tribus breuioribus compendijs,

Vno Regularum iuris, Altero locorum Topicorum, Tertio dictionũ iuxta subiectas materias expositarum.

CVM PRIVILEGIIS.



PARMAE, Ex Typographia Erasmi Viothi. CIƆ IƆC VIII.
Superiorum permissu.

SERENISSIMO D.
D. RAINVTIO FARNESIO,
Parmæ, & Placentiæ Duci Quarto,
S. R. E. VEXILLIFERO PERPETVO.
Ludouicus Sacca S.P.D.

SCIENTIARVM quarumlibet Profeſſores minimè probare conſueui, qui lucubrationes ſuas in apertum producere, nominis potius deſiderio, quàm ſtudioſorum vtilitate properant; quorum permulti, nec ſibi ad optatam gloriam, nec alijs ad minuendos labores proſunt. Eorum etiam conſilium, qui diuturnis vigilijs aliqua ſcitu digna excogitarunt, ſi ea deperire, aut in tenebris deliteſcere permittunt, commendatione dignum nequaquam cenſui: nè fortè puſillanimitatis nota inuri queant, vel quòd aliorum commodis aliqua ex parte proſpicere valentes, renuerint. Ego verò Dux Sereniſſime, qui ad hanc vſq; decrepitam ætatem in meam legalem diſciplinam totus incubui, prout tu, Maioreſq; tui optimè noſtis, qui multis me Magiſtratibus, Dignitatibus, honorificentiſſimiſq; legationibus aſſiduè decoraſtis, aliqua forſan haud ſpernenda elaboraui, quæ viris etiam doctiſſimis minimè ingrata viſa ſunt, ab illorum tamen editione hactenus alienus fui; Quinetiam amicis ſæpiùs hortantibus, efflagitantibuſq; aſſentire nolui. Verùm reſtaurata, te Auſpice, hac noſtra antiquiſſima Parmenſi Academya, celeberrimiſq; totius Italiæ Iuriſconſultis ad eam, maximis honorarijs, euocatis, quibuſcùm magna mihi ſtatim interceſſit neceſſitudo, horum quoque Iudicium ad cæterorum amicorum deſiderium acceſſit. Sed nec defuit Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Epiſcopi noſtri Parmen. D. Papirij Picedij Iuriſconſulti Clariſſimi, omnium horarum viri, authoritas, qui ad idem non ſemel me hortatus fuit: & tu

denique Princeps Benignissime, tuum aliquando infallibile iudicium addidisti, suadendo, vt vigiliarum mearum testimonium aliquod posteris relinquerem. Tuo igitur Imperio tot stimulis addito, non parere, nephas propemodum duxi. Propterea nonnulla ex responsis meis, pro casuum contingentia editis, in lucem emittere decreui. Verùm enimuero nouum propositum nouum quoq; laborem in eis deligendis, limandis, disponendis, & fortè etiam cum recentiorum authoritatibus ampliandis, exquirere videbatur, cui me senilis ætas, meumq; erga te assiduum obsequium imparem reddebant. Quocirca Coadiutorem mihi adsciueram præstantem Iurisconsultum Theodorum Testam canonici Iuris in patrio hoc Gymnasio ordinarium interpretem, mei sanè studiosissimum; qui prouincia alacri animo assumpta, vix operi manum admouit, & è viuis excessit. magno certè totius Ciuitatis nostræ cum mœrore. Quo factum est, vt negocium longiùs protrahi non permisserim; nè fortè laborum meorum omnium, quæ posteritati (ni fallor) quandoq; vsui esse poterunt, mecum interiret memoria: quod permultis etiam conciuibus meis, & eiusdem Collegij Patribus Venerandis, proximè contigisse animaduerti. Inter quos rectè connumerari possunt Io. Antonius Sacca Patruus meus Magnus, qui tum Romæ, tum Patauij Iura Canonica honorificentissimè interpretabatur, & à Magno illo Matthia Coruino Hungariæ Rege Generalis Auditor creatus, vitam apud illum cum morte commutauit; tunc cum à Sixto IIII. Pont. Max. in Romanæ Rotæ Auditorū numero cooptatus fuerat, Bartholomeus à Prato summi vir ingenij, summeq; eruditionis, Hieronymus Zunthius non minori doctrina, quàm memoria pollens, Bernardus Bergonzius, Vincentius Gemmus, Petrus Pectorellus, tria legum oracula, Hieronymus Taliaferrus scientiarum omnium fons vberrimus, Antonius Cantellus Papinianus alter, Paulus Bergonzius, Innocentius Blondus, & Ludouicus Zunthius, quos ob eminentem iuris Prudentiam, morumq; probitatem, iure merito à Serenissimis Principibus plurimi semper fieri, populorumq; regimini præfici, vidimus. Qui omnes adeo legali Philosophię indefessam operam nauarunt toto vitę curriculo, vt grandia doctrinæ peculia indubiè cōparauerint: quæ tamen post illorum obitum, aut nulli, aut perpaucis admodum profutura sunt. Primam igitur hanc Responsorum meorum centuriam, nullo delectu habito, nullo temporum, vel subiectę materiæ ordine seruato, nulla deniq; adhibita censura, edere constitui. Sunt certè quidem in puris naturalibus, qualia, vtplurimum, multis iam lustris, è manibus exciderunt, & ad manus nunc quoq; redierunt; Quæ si legalis scientiæ cultoribus haud neglecta sensero, alia propediem eiusdem generis expectare poterunt. Vt autem scriptorum omnium morem obseruem, non longè Clypeus mihi quærendus est, quo ab inuidorum, vel maleuolorum telis (si qui aderunt) farta tecta incedant; cum tu me iamdudum, post Gloriosos Parentes tuos, in amplissimam protectionem tuam susceperis, innumerisq; beneficijs cumulaueris: Quibus hoc etiam non vulgare accessurum confido, vt opus à te probatum, nemo improbare audeat. Benè, & fęliciter vale. Parmæ septimo idus Nouēbris anno Domini Nostri Iesu Christi M DC V I I.

ILLVSTRISS. D. POMPONII TAVRELLI, COMITIS MONTISCLARICVLI,

Perduti Academici Innominati. IN LIBRVM.

NON opes inutilis
Pecuniæ ad se corda pertrahentis
Fraudis impiæ aurea
Ponis fugatis viribus trophæa
Iuris optimi optime
Consultor intèr Romuli nepotes,
Roma quos vel edidit,
Vel vastus orbis protulit colonos
SACCA moribus potens
Deperditum ignem suscitare legum,
Sed vicarium velut
Te Astræa linquens exsulare docta
Vrbi imaginem suam
Donauit in te, vt splendidè niteret,
Sic in albicantibus
Gaudes nitere cogitata mentis
Paginis, minæ Nothi,
Quibus nec obsint; impotentis ignis;
Impetusuè; non edax
Obsistat vnquàm temporum vetustas.
Ducit Hesperus diem
Dum syderum turba occidit minorem
Delij comes Dei
Non illum in vndas deserit ruentem
Vesper intuentibus
Sempèr refulgens puriore. luce,
Sic tua aureum decus
Nùnc scripta promunt turpiter cadentem
Virginis modo manu
Dolo grauatam denotant stateram.
Illa quisque territus
Fori procellis signa amica quæret
Arcadis velut fera
Deposcit ignes nauta tùnc inaudax
Iurgidi Adriæ furor
Dum miscet astris æstuosas vndas.

✠ 3 ILL.

ILL. IVRECONSVLTI EVGENII VICEDOMINI RAVCI ACADEMICI INNOMINATI.

Ad Muſam de Ludouico Sacca. ODE.

DVCIS ad puras Heliconis vndas?
Porrigis gratam mihi quam coronam
Diua, non auro ſatiata fuluo, at
Prodiga Lauro?
Cui ſtruis? forſan' capiti alligato
Cypridis pulchrae Puero nitenti
Corda, qui ſemper dubio perurit
Frigore, & aeſtu?
An ne ei, cuius Phrygium Tyrannum
Mens tenax ſemper ſtudet aemulari
Aureos gratae ſitibunda fontis
Flumina poſcens?
An ne ei, pectus, qui auido recintus
Marte, & hoſtili furibundus haſta
Saeuit, & grandi truculentus ore.
Bella minatur?
Forſan atque illi, lybicas qui ad oras
Currit, & ſylle rabiem, canumq;
Excipit murmur, maris & frementis
Littora Rubri?
Illi an, excurrens, humili phaſello
Merce, qui Aſtraei ſobole relicta,
Non pererrantis pelagi procellas
Horret, & aeſtus?
An ne ei, qui Pallen bene qui colendo
Ruſticam curis pecoris magiſter
Obtinet, ſemper per amoena rura
Frigora captans?
Ei ne, qui faſtus procerum, decorus
Purpura, & multis rutilans lapillis
Monſtrat, & duro temerare coelum.
Marte peroptat?
Abſit. ab SACCO *reuehas corollam*
Lauream ambabus manibus retextam,
Vrna, quem PARMAE *vitreo liquore.*
Tollit ad aſtra.

Eiuſ-

EIVSDEM. AD EVNDEM.

IVSTITIAM *pictor quaerebat nuper, at illi*
Iustitia haec, Quid me quaeris inepte diu?
Effigiem quoties nostram tibi pingere cordi est
Ne dubita, SACCI *effigiem, pinxeris.*

EIVSDEM.

AMPHYTRIONIADEN *quid tantum Graecia iactas?*
Si qua fides vero, non minor iste venit.
Quod si non valido prostrauit monstra lacerto:
Attamen edomitis victor adest vitijs.

ILLVST. ET ADMODVM REVERENDI
IVLII CAESARIS LALATTÆ I.C.

Diui Marcellini Parm. Abbatis. STERILIS *Innominati.*

In librum Amplissimi Senatoris Lud. Saccæ.

AVDIVERE *tuas axibus igneis,*
Diui, Parma, preces. cõtegere alueum
Argento potes vdum,
Segni diffugiens pede.
Latis cõpta sinum, et cornua, floribus,
Vndis & querulæ iuncta Vagantia,
Sensim tolle cachinnos
Ripa clausa volubili.
Aurati geminans, fulminis arbiter,
Pomi iudicium; numina congerit,
Dulce lusa furore,
Heu qui transuolat omnia.
Flammis Dardanidum hæc docta Cupidinis
Quid possint laquei, nectar & vltimum;
Caecos artubus ignes
Feruent subdere iudici.
Tunc vultus tremulæ Iuno proteruior,
Auroræ. ac maculas induit Iridis:
Et duras viduauit,
Auris tunc nemorum comas.

Neglecto anguifero sed clypeo truci
Pallas, non olea, non memor alitis;
Insontis veniebat
Sacca picta volumine:
Deprompto Themidos e penetralibus,
Et fama recinentis, quibus aneum, &
Nostrum temperat orbem,
Flauus Iuppiter artibus.
Nunc pulcri sat habes, illius, illius,
Conclamat Venus. Heu qua finibus, genis,
Qua sertisuè, rosisuè
Spes? quid me manet anxiam?
Dum fundit lacymas, murmure principem
Et cœli tacito verberat impotens;
Ida sola silentis,
Vmbris abditur impotens.
Ast montis superat clara cacumina
Chartis matre carens virgo nitentior
SACCAE *reddita miris:*
Tum Iuno euolat inuida.
Occurrunt superi. mox Charites; Venus
Vinci non aliter debuit aurea.
Blandum, credite, casto
Tandem munere frangitur.
Felix, Eridanum temnere, & Albulam
Posthac, Parma, potes. candida sideris
Quales namq; triumphos
Deles gurgite Cyprij?
Tantas concha feret nec tibi plurima
Laudes, Icarus aret, sed neq; si tua
Præceps, æquora, priscis
Canis Romulidum sacer:
Nec Latona comas si inclita fluctibus
Merset quippe tuis, siue humeros leues
Cursu fessus Apollo,
Xanthi & nobilis inscius:
Quantas Palladij lex noua deferet.
Vna est, quæ statuit nominis omnia
Pulcri, perpetuiq;,
Virtus nescia sordium.

ILL.

ILL. IVRECONS. GASPARIS RODISII PLACENTINI,
In Parmensis Gymnasio Iuris ciuilis Ordinarijs Professoris,
& Academ. Innomin.

AD PERILL. LVDOVICVM SACCAM. ODE.

COELO *beata perpetuos Deum*
AEternitatis ducere credimus
Orbes: vigor cœlestis idem
Est animis hominum perennis.
Non si caduci terrea corporis
Moles adustos in cineres ruit,
Mens, quæ est per artus fusa, eodem
Concidit interitura lapsu.
Humana quisquis spiritus exuit
Hæc membra, adhuc vt nescius emori,
Viuetque immortalis, amplis
Dum spacijs agitetur æuum.
Nec si tenebris corporeis latet,
Cæcoq; clausus carcere, noxiæ
Carnis retardat pondus illum,
Non hebetant moribunda membra.
Sed vi sua virtus ea viuida,
Quæ degit intus, clarior vndique
Erumpit immortalitatis
Non dubiæ sua signa pandens.
Qualis corusci pixide vitrea
Inclusa lampas spicula luminis
Vibrans in obstantes tenebras
Monstrat iter fugiente nocte.
Aut qualis obiectis radios iacit
E nubilis Phœbus, micat æthere
Lux clara, circumfusa nubes
Scinditur, ille diem corruscat.
Ergo quietis non patiens, vagus,
Promptusque se se spiritus erigit,
Versatq; iam transacta cernens,
Prospiciensq; celer futura.
Segni premantur languida corpora
Somno; ille non tali sub imagine
Torpet necis, verum expeditus
Multa videns volat huc, & illuc.

Som-

Somnus recedat, muneribus suis
Fungatur omnis sensus, adhuc vides,
Vt clarior diuinitatis
Emineat species in illo.
Cernis quot artes, quotq; scientias
Quæ inuenta solers contineat? vides
Quanta edat in lucem? potestnè
Res dare vis peritura tantas?
Sunt quos cruentus Mars agit asperum
In prœlium, sunt corpore qui obstruant
Cœptum hosti iter, quærantq; morte
Perpetuum monimenta in æuum.
Est qui frequenter conserat arbores,
Quarum decor conspicier potest
Huic bacca nunquam flore, sero
Conspicienda tamen nepoti:
Est qui superbe ædificans gerit
Curam futuri: est qui populis studens
Leges bonas, & profutura
Sæclo, alij sacra iura condat,
En, Sacca, viuos ingenij tui
Fœtus, perennes ecce animi tui
Testes perennis: Iura lustras
Condita iam, noua Iura profers,
Est est perennis, Sacca, animus tuus;
Partus perennis, Sacca, erit hic tuus,
Atq; hoc opus, fiet perennis
Gloria, lausq;, perenne nomen.

Ad eundem Eiusdem.

CONSILII, *& Sophiæ clares dum lumine lux est*
Lux tua Principibus, lux tua lux populis,
Fama tuæ virtutis erit tibi lux tua, SACCA,
Lux erit hæc famæ pagina viua tuæ.

Ill. Chrysippi Syluæ Medici, & Equitis Parmensis.

Mandabat folijs olim responsa Sibylla,
Concita quæ ventis illico ludus erant.
At, quæ perspicuo nunc SACCA *volumine pandit,*
Non leuitate volant, sed grauitate valent.

Admo-

Admodum Reu. Francisci Vgerij ad Lectorem. Exastichon.

QVALIA fatidicus Delphis Responsa ferebat,
Vnde habuit culmen laudis Apollo suae,
Talia veridicus Parmae dat SACCA petenti,
Vnde suum nomen maius in orbe parat:
Quare igitur dispar stat gloria? Lusit Apollo
Saepe iocis, semper seria SACCA refert.

Ad eundem. Tetrastichon.

SOLVERE Caesarei qui plexa aenigmata Iuris,
Arctaq; qui facili vult penetrare pede,
Hoc adeat, retegit clarum quod SACCA, volumen,
Ex Dauo Oedipodem seq; redire putet.

De mystico clariss. LVDOVICI SACCAE stemmate. Octodecastichon.

QVID fugis? aut trepidas? an Saccae stemmate viso?
Harpyam fictam, furtauè ficta paues?
Siste pedem, & depone metum; sinè moribus effert
Harpyæ effigiem, nec rapit ista, sapit.
Nulla fides oculis: arrectis auribus adsta,
Mystica dum pendit singula iusta manus.
Fœmineus vultus LVDOVICI encomia pandit;
Quòd mores placidos, lepida verba tenet.
Sunt geminæ mammæ, gemini quia dogmata iuris
Patronus, Iudex, peruigil, æquus habet.
Vt duplici Vespertilionis nititur ala,
Abdita sic iuris mente per alta volat.
Quid modò significat pollens pes vnguibus vncis,
Ni sibi quòd constat, quòd leuitate caret?
Cauda sed hoc corpus varium conterminat anguis,
Quòd prudens finem respicit, acta videns.
Est igitur monstrum LVDOVICI plurima virtus;
Nec fuga, nec metus hanc, sed decet omnis honor.

Ill. & admodum Reu. D. Dominici Amitæ Canonici Cathedr. Eccl. Parm.

EXcellens SACCOS impleuit SACCA labore,
Virtute, & studio; quos modo Lector habes.
Non pretio, at potius pro vero scripsit, ab istis
Iustitiæ verum Collige Consilijs.

AD

AD PERILL. ET EXCELLENTISS. D. FVLGENTIVM LVCIVM I.C.Calliensē Serenifs. RAINVTII FARNESII Confiliariū,& eius Cameræ Auditorem,

De Illuftrifs. & Excellentifs. D. LVDOVICO SACCA primo eiufdem Ducis Confiliario, deq; eius Refponforum volumine typis impreffo.

Sebaftiani Macij Ducantini, Philofophi, Theologi, ac I. V. D. Equitis, & Comitis Palatini, metricum teftimonium.

ILLVSTRE ingenium,& facundum pectus,& artem
Egregium Natura dedit, conceffit & altum
Cauffarum imperium LVDOVICO,quem edidit olim,
Inter Parmenfes clariffima, SACCA propago.
O quantum virtute nitet! quantumq; beato
Splendefcit legum ftudio, & cœleftibus aufis
Sacca bonus! quantumq; viros fupereminet omneis!
Hic namq, ò LVCI legum Confultor, & auctor
FARNESAE fub honore domus, fed gloria gentis
Callenfis, magnum cui fuftinet Vmbria nomen,
Antiquum genus,& generofo fanguine cretum
Nomen habet, primofq; ortus fub mœnibus altis
Obtinuit, Parmam dum læuus conderet vrbem.
Hic etiam geffit, veluti iam gefferat olim,
Et modo læta gerit fub amatis mœnibus altos
Et populi,atq; vrbis fofleis clariffima pubes
SACCA parens. Atauos numerat, numeratq; potenteis
Fafcibus,& virtute viros, & continet omne
Laudis opus,generifq; refert monumenta vetufti.
Imò etiam genti tam longa,& lata propago
Natura conceffa fuit, compleri vt omnem
Italiam, & claras moderamine fulciat vrbeis.
Attamen inter eos, veluti inter fydera Titan
Depromit radios, Iuris Confultor, & æqui
Maximus enituit cœlefti voce Ioannes
Antonus, magnum Europæ decus; vrbis, & orbis
Incrementum olim,& legum mirabile lumen.
Mille habuit iuuenes, legum qui arcana facrarum
Quærebant intra Troiani Anthenoris vrbem.
Hic facundus erat, laqueos, rixafq; tenaceis
Soluebat legum,& legum præcepta docebat;
Reddebat vnus diuina oracula Mundo.
Hunc quoq; Matthias Coruinus duxerat olim,
Et fama,& virtute viri præftantis adactus,
Pannonias intra terras, dum duceret vnus
Aduerfus Thracem numerofam milite gentem.
Tradidit huic primas parteis, audiret vt omneis
Militię cauffas; & iniquos tolleret aufus

Fafcibus

Faſcibus in populos ſupremis; ferret & ægris
Mentibus auxilium, & genteis ſeruaret, & vrbes.
Deinde etiam auſpicijs Sixti, quem Robora Mundo
Emiſere olim ſupremæ ad Sedis honores,
Paſtoremq; dedere gregi, cui luminis auram
Spiritus æthereus ſuperis demittit ab aſtris,
Conſilijs Mundi præponitur, audiat vt res
Et Regum, atq; ducum, & componat pacis honores.
Hoc quoq; complures prognati ſanguine ditant
Auſonios populos, & habent ſine fine perennem
Et laudem, & famam, & virtutum nobile nomen.
Talibus auſpicijs LVDOVICVS, & ortus ab hiſce
Patribus egregijs, teneræ poſt prima iuuentæ
Fundamenta, animi ſenſum, mentemq; capacem
Ad legum adiecit ſtudium, & cœleſtia Iura.
Hic autem tantum profecit, vt vnus haberet
Inſignem laudem, & virtutis amabile nomen.
Maximus hinc Princeps OCTAVIVS, optimus heros,
Cui dederunt magnum FARNESIA lilia nomen,
Parma ſed imperium, & Placentia ceſſit habenas,
Egregium virtute virum accerſiuit, & illi
In populos, vrbeiſq; ſuas ditione potenteis
Perpetuum tribuit moderamen; fecit & illum
Auctorem legum, iuſtumq;, piumq;, bonumq;
Ex Conſultore hoc voluit dependere Sacca.
Maxima deinde etiam tam clari Principis vxor,
Margarita potens, tribuit cui munera gentis
Auſtriacus Princeps, rerum qui rexit habenas,
SACCAM habuit carum, & titulis ſplendeſcere iuſſit
Omnibus, & populis mandauit condere Iura,
Atq; poteſtatem tribuit, regimenq; perenne.
At verò Princeps generoſi ſanguinis hæres
Magnus ALEXANDER, ſceptrum qui accepit ab hiſce
Patribus inuictis, quiq; omnia bella PHILIPPI
Confecit patrui, Belgaſq; coercuit ipſos,
Hunc talem, tantumq; virum, tantoq; beatum
Heroum auſpicio tenuit, fecitq; ſupremum,
Et Conſultorem rerum, paciſq; datorem.
Ipſe autem Princeps RANVTIVS, omnia currens
Patris ALEXANDRI veſtigia, fecit & idem.
Hìc verò quantùm excellit! quantaq; tuetur
Religione viros! quanta pietate gubernat!
Commiſſumq; gregem, & populi incrementa potentis:
Quo decore effulget! quanto ſplendore corruſcat
His ſuper egregijs vaſto cum pondere ſceptris!
Summa viget pietas; rerum prudentia feruet;
Religio, probitaſq; viri ſpectatur, & ipſa

Cuncta

Cuncta parens Astræa regit: grauitasq́;, fidesq́;,
Sanctaq; maiestas, & nobile mentis acumen
Facta viri exornant, redduntq́; in sæcla beatum.
Accedit vitæ integritas, accedit & vsus
Virtutis, morumq́; simul mirabilis, atq;
Aspectus simplex, & verba ferentia pacem.
Verùm, vt præoptatam posset contingere metam,
Ferret opem & cunctis, & tolleret omnia rebus
Rixarum genera, & casus auerteret omneis,
Mandauit chartis monumenta insignia legum.
Hæc illa existunt; hæc sunt oracula legum,
In dubijs responsa malis, sinè fine per omneis
Expectata diu terras; expressa figuris
Innumeris, doctisq́; modis ex ore potenti
Emissa in vulgus horum sub nomine magno
Heroumq́; ducumq́; simul, qui semper in omneis
Præclaros rerum conatus, magnaq; rerum
Principia auspicijs aspirauere benignis.
Hæc cœcas soluunt ambages; hæc lumina reddunt
Legibus hæc, olim nostris deperdita rebus.
Hæc laqueos, nexusq́; adimunt, primumq́; nitorem
Restituunt animis, consulta vt libera portent
Principibus, ducibusq́; simul, populisq́; superbis.
His quoq; Consilijs summa ratione paratis
Ediscent Reges populos componere motos,
Et sedare graueis vario clamore tumultus
Erectos, populosq́; suis retinere sub armis.
Ediscentq́; animos, menteisq́; tenere rebelleis
Sub sanctis iussis, pacemq́; imponere victis,
Et regere imperio genteis, quibus ocia semper
Principe pro proprio, & pro libertate suorum,
Et meliora auro, atq; auro grauiora fuerunt.
Hoc demum Consultore, atq; auctore potenti
Omne hominum poterit genus, & genus omne virorum
Parcere subiectis, & debellare superbos.
Quare, agite, ò magni Rectores gentis, & orbis,
Hæc tanti responsa viri, responsa sacrati
Pectoris, & grauium diuina oracula rerum
Excipite vnanimes, & vestris abdite tectis,
Nocturna vt versata manu, versata diurna
Toti hominum generi prosint, & sancta virescat
Aeternæ legis maiestas, seruet & ipsum
Et rectum, & iustum nullo discrimine Mundus.
Vos verò Iuuenes, toto qui pectore rectum
Quæritis, & vastos toleratis mente labores
Hanc vnam propter caussam, desumite læti
Hæc responsa viri, & tantum cognoscite munus.

His

His etenim studijs mentes,animiq; quiescunt;
Pellentur tenebræ,& veri,sanctiq; , pijq;
Fulgebit nitor,& recti apparebit imago.
Vnde etiam vobis, patriæq;, & ciuibus ipsis
Gloria consurget,nomen,tolletur, & omnis
Et fama,& laudes cœlo æquabuntur,& astris.
Hæc modò dona viris LVDOVICVS prouidus affert,
Et post multa dabit multo sudore parata.
Vnde hominum genus omne feret,feret omneis & ætas
Auxilium, & rebus semper succurret egenis.
Ergò diu viuat,viuat LVDOVICVS in æuum,
AEternum, æternum est quia viuere dignus in æuum.
Iamq; viri immensum,& generosum nomen ab Alpeis
Transit ouans, superatq; simul Garamantas, & Indos;
& Boream inuisit, Nabathæaq; regna pererrat.
Surgit & vnde Auster, quouè vrget Phœbus anhelos
Quadrupedes,fertur celeri velocior aura.
Sed satis est Italos cursu comprendere fines,
Cultus vbi excellit,virtus vbi firma cohæret,
Radicesq; solo affixit, neq; vellitur vnquam.
Et satis est SACCAE, quod adest RANVTIVS heros
Virtuti, meritoq; suo,atq; ingentibus ausis.
Nomine sub tanto, & tanto sub Principe viuet
AEternos annos LVDOVICVS; viuet & omneis
Ille annos, quoniam FARNESIA Lilia viuent
AEternos annos,& erunt sinè finibus olim.
His erit auspicijs magnus; mirabitur ætas
SACCAM omneis; SACCAM totus mirabitur Orbis.

Nobilis Bartholomei Tortoleti Veronensis. ODE.

In librum Consiliorum Ludouici Saccæ Iureconsulti Clarissimi, & Serenissimo RAYNVTIO FARNESIO Parmæ, & Placentiæ Duci IIII. à Consilijs sapientissimi.

QVID te, SACCE, canam? cuius in vltimis
Terrarum resonat gloria finibus,
Clarum cuius ad astra
Nomen viribus it suis.
Frustrà carminibus tollere gestiat
Fidens Musa nimis,carmina quod supra
Fertur quodq; diserti
Spem linquit calami procul.
Virtutem numeris obtegere hanc tamen
(Id desiderio quin dabitur?) iuuat;
Inter nubila soli
Est & gratia condito.

Tu

Tu nec multiplicis pondere muneris
Fessus, nec senio tardus ab vltimo
In sudare recusas
Propter Liliferam Domum!
Proptet fas adeò, quò sua cuilibet
Aut sint emerito supplicia, aut bona,
AEqua lance rependens
Virtuti, ac vitio vicem.
Nemo iustitiæ plus nemo memor;
Plures nec veriti; sæpiùs vniùs
Coràm supplicio, alter
Dignum supplicio facit.
Heu, lucis supernæ nil meritum genus;
Heu tantum liquidis Deucalion nefas
Mersum fluctibus olim
Cur mitis reparat nimis?
Duros per lapides at benè dicitur
Fecisse id iuuenis, scilicet insolens
Aduersum bene facta
Olli durities sedet.
Nec legum cohibet crimine sanctitas,
Nec pœnæ grauitas territat, aut pudor,
Sed laudem, atq; salutem
In fama scelerum locat.
Hæc dum regna tamen florida vindicem
(Nixum nempe tuis consilijs) Ducem,
Vasti flectere habenas
Omnes Oceani, & Soli.
Dignum suspicient, vel dubium; luant
Quin pœnas, adeo gratia proderit
Prauis nulla, nec aurum,
Nec stemma ingenuæ domus.
Sic pro iure quibus iura refringere,
Per fas, perq; nefas vt cumulent opes,
Et certamine iniquo
Orbos, & viduas premunt.
Flagris percutiunt vndiq; brachia,
Quò quò se referant, iustitiæ tuæ,
Nec non opprimunt ipsis
Sæuam principijs luem.
Hæc ergò, calamo quæ memoras tuo,
Quæ chartis aperis perpetuis, legat,
Qui festinat ad æquum
Recta progredier via.

FINIS.

INDEX PRIMVS
CONTINENS RES NOTABILES,
Quæ in hoc Operæ habentur.

I N D E X

¶ Acta iudicialia.

¶ Aditio hæreditatis.

¶ Administrator.

¶ Adoptio.

¶ Agnatio.

¶ Agnatus.

¶ Alienatio.

¶ Allodialia.

¶ Alluuio.

¶ Alternatiua.

Appel-

¶ Baro.

¶ Beneficium Ecclesiasticum.

¶ Bona allodialia.

¶ Bona fides.

¶ Bona feudalia.

¶ Bona supposita fideicommisso.

C

¶ Calumniatores.

¶ Captura.

¶ Captus.

INDEX

¶ Citatus.

¶ Clausulæ.

¶ Clericus.

¶ Collecta.

¶ Collusio.

¶ Comitatus.

¶ Concessio.

¶ Communio.

¶ Condemnatus.

¶ Conductor.

¶ Conditio.

¶ Confœderatio.

¶ Confessio.

¶ Coniectura.

¶ Consuetudo.

¶ Consuetudo probatur.

¶ Constitutum.

¶ Constitutum resoluitur.

¶ Constitutarius.

¶ Contractus.

¶ Contractus innominatus.

¶ Contumacia.

¶ Contumax.

¶ Creditor.

¶ Crimen.

¶ Curtius.

D

¶ Damnum.

¶ Debitor.

¶ Decimae.

¶ Decretum.

¶Decre-

Præſertim

¶ Dilatio.

¶ Dispositio.

¶ Diuinatio.

¶ Diuisio.

¶ Doctor.

¶ Dolus.

¶ Domicilium.

¶ Dominium.

¶ Dominium vtile.

¶ Dominus directus feudi.

¶ Dominus directus rei emphyteuticæ.

Et hæc

¶ Domus.

¶ Donatio.

¶ Donatarius.

¶ Dos.

¶ Dux.

INDEX

¶ Tenetur

¶ Tenetur ad casus fortuitos.

¶ Tenetur ad onera.

¶ Cadit à iure suo.

¶ Emptor.

¶ Episcopus.

¶ Aequalitas.

¶ Error.

¶ Euentus futurus.

¶ Euictio.

¶ Exceptio Iudicij.

¶ Exceptio Declinatoria.

¶ Exceptio Dilatoria.

¶ Exceptio rei iudicatæ.

Et

INDEX

Rotio-

Ratioque offertur, quoniam confirmatio actus validi, qui alio mediante perficitur, ac roborotur citationem non requirit, ibid. num. 42.

Hocq; confirmatur optimo exemplo testium, quos sufficit intrà terminum iurare, etiom si post terminum exominentur, & ad hunc actum vltimum citatio, non requiritur, quando citata fuit pars ad iurandum, ibid. nu. 29,

Cætera vide in verbo instrumentum.

F

¶ Feudum.

Feudum est seruitus, resp. 1. n. 203: p. 36

Hinc infertur non posse coustitui vsumfructum, sinè consensu domini in bonis feudalibus, & hac communis opinio dicitur, ibid. num. 202.

Ratioq; affertur, quoniom seruitus seruitutis non datur, ibi. n. 205.

¶ Feudi plures diuisiones sunt, quas prosequere ordine alfabetico, vt infrà, & Prima, sit diuisio, vt feudum aliud sit.

Antiquum feudum aliud nouum.

Feudum antiquum dicitur, quando quæsitum est ab oscendente, qui sit supra quartum gradum, resp. 50. n. 15. 321

Et in dubio antiquum præsumitur, ibid. n. 12. p. 320

Et istud differt à paterno, quoniam paternum dicitur si sit à patre acquisitum, antiquum verò nisi ab ascendente, qui sit parens communis generationis, ibid. n. 15.

Non differt tamẽ à feudo nobili, & gentili, quoniam istud est idem, quod feudum antiquum, & paternum, ibid. n. 28.

In hoc feudo antiquo non potest pater filijs præiudicare, quia ex prouidentia concedentis, ipsi quoq; vocati dicuntur. ibid. n. 172

Antiquitas autem feudi probatur per inditio, & coniecturas, ibi. num. 94.

In hoc feudo antiquo descendentes in infinitum per inuestituram vocati dicuntur, resp. 3. n. 67.

Hoc feudum nequit alienari in extraneos, & idcircò per dictionem quibuscunq; non efficitur alienabile, quoniam hoc repugnat naturæ suæ, ibid. n. 68.

Feudum antiquum, nouum fieri non potest in praiudicium vocatorum, non consentientium, ibid. n. 54. & n. 122.

Nec istud feudum finitur, seu ad dominum reuertitur confiscatis vassalli bonis, sed ad agnatos pertinet, ibi. n. 59.

Idem non mutat naturam suam, aut nouum efficitur, si reuertatur ad dominum per reuunciationem, delictum, aut alia de causa, si iterum concedatur eidem vassallo, ibi. n. 14.

Restringas hoc si expressim caueretur in inuestitura illud concedi tanquam feudum nouum, siquidem tunc mutat naturam antiqui, ibi. n. 124.

¶ Feudum nouum.

Feudum nouum dicitur, quando non fuit concessum maioribus, aut ascendentibus, sed fuit inuestitus tantùm feudatarius præseus, vt colligitur, resp. 1. n. 116.

Et potest esse feudum quoad quid nouum, & quoad quid antiquum absque repugnautia, vt declarot auctor, respou. 50. num. 193.

Dicitur etiam nouum, si vassallus recedens ab antiqua inuestitura, illud stipulatur, & acquirit secundùm aliam formam, respon. 1. num. 116.

Vel si ex noua causa fiat inuestitura, ibid. n. 118.

Idem si addatur, vel detrahotur aliquid substantiale, ibid.

Idem si concedatur cum clausula in antiquum paternum, & auitũ, assumit naturam antiqui, ita vt descendentes acquirentium succedant in infinitum, resp. 50. n. 29. p. 323

Receptissimaq; omnium Doctorum sententia defenditur iudicando, & consulendo sequenda, ibid. & num. 99. 100. 105. & 106. & 176. vsq; ad n. 201.

Licet plerique contrarium dixerint, qui improbantur, eorumque argumenta diluuntur, ibidem, num. 99. ac pluribus sequentibus.

Idem feudum nouum, confiscatis vossalli bonis, reuertitur ad dominum, resp. 50. n. 59.

Nec mortuo vassallo, de sui natura vnquam transit ad transuersales, resp. 1. n. 117. & 160.

¶ Secunda diuisio feudi est, vt aliud sit.

Feudum dignitatis, aliud sinè dignitate.

Feudum dignitatis dicitur, quod habet onnexã dignitatẽ Ducatus Morchionatus, Comitatus, aut aliam quamlibet, resp. 50. n. 46.

Et hoc feudum attribuit naturam suam bonis annexis, ibid. num. 48.

Longeq; distat ab alijs feudis, resp. 2. n. 85. 58

Et præsumitur, si existat in statu Principis, ab eo concessum, resp. 8. num. 35. 77

Maximè si habeat annexas dignitates regales, vt sunt Ducatus Marchionatus, & Comitotus, resp. 2. n. 82. p 58

Et huiusmodi feuda iurisdictionis, & dignitatis hodie esse in commercio nostro saltem ex consuetudine plerique dicunt, ibidem, num. 105.

Sed contrò auctor ostendens de iure contrarium negantq; consuetudinem, & si adsit, cam esse localem, cum huiusmodi feuda non possiut alienari, sine consensu domini, ibi. n 106.

Et hoc in statu Parmæ caret omni difficultate, ex quo speciali lege alienatio vetatur, ibi. n. 107.

Huiusmodiq; feuda indiuidua dicuntur, resp. 50. n. 46. 325

Attribuuntq; eorum naturam bonis annexis, ibi. n. 48.

Et idcircò si feudum sit diuiduum per superuenientem dignitatem fieri indiuiduum ratione adiuncti, ibid. n. 47. 168. & 142.

In huiusmodiq; feudis habet locum ius accrescendi inter vocatos, propterea, quod diuidi nequeunt, vt ex communi apparet, ibid. n. 49. & 30. cons. 50. 51. & 52.

Ex quo infertur feuda omnia regalia habere ius accrescendi counexum, adeò quod vno confeudatariorum sine liberis decedente, alter succedat, ibi. n. 50. & n. 102.

Tradita etiam feuda dignitatis antiqua transeunt ad agnatos, in centesimo, & millesimo gradu constitutos, respon. 50. nu. 102, & 103.

¶ Tertia diuisio feudi est, vt aliud sit.

Feudum diuiduum, aliud Indiuiduum.

Feudum diuiduum dicitur, quod recipit diuisionem inter feudatarios.

Et quandoq; quod natura sua diuiduum est, indiuiduum fit ex accidenti, nempè propter merum imperium, aut iurisdictionem illi annexam, resp. 50. n. 130.

Et tunc quilibet ex inuestitis in solidum vocatus dicitur, ibidem.

Potest tamen diuidi respectu commodatis ex eo prouenientis, & vsus ipsius iurisdictionis, ibid. n. 31.

Non propter hoc tamen mutat naturam suam, sed indiuiduum

¶ Quarta diuisio feudi est, vt aliud sit.

Feudum emptitium, aliud gratuitum.

¶ Quinta diuisio feudi est, vt aliud sit.

Feudum ex pacto, & prouidentia aliud hæreditarium.

¶ Sexta diuisio feudi est, vt aliud sit.

Feudum formale, aliud informe.

¶ Septima diuisio feudi est, vt aliud sit.

Feudum liberum, & francum, aliud nõ francũ.

¶ Octaua diuisio feudi est, vt aliud sit.

Feudum mixtum, aliud simplex.

Feudum

Feudum simplex dicitur, quando bona dantur in feudum, sine iurisdictione, ac dignitate, resp. 1. n. 143.

Huiusmodiq; feuda etiam à priuatis concedi possunt, ibid.

Alio etiam modo dicitur feudum mixtum, & simplex, nempè mixtum dicitur, quando participat naturam feudi hæreditarij, ac feudi ex pacto, & prouidentia, vt est quando est concessum pro filijs, & hæredibus, resp. 3. n. 36.

Mixtum etiam eodem modo dicitur, quando est concessum pro hæredibus masculis ex communi, ibid. n. 39.

Contrarium tamen plerią defendunt, ibid. n. 40.

Si verò dictum sit pro filijs hæredibus, sine copula inter dictionem filios, & hæredes dubium est, an mixtum dicatur, ibid. n. 37.

Veriorem tamen, ait author affirmatiuam, scilicet, vt dicatur mixtum, ibid.

Idem mixtum dicitur, quando concessum est pro se, & legitimis hæredibus, ibid. n. 42.

Quamuis nonnulli dicant esse potius feudum ex pacto, & prouidentia, quam mixtum, ibid. n. 41.

Mixtum dicitur etiam feudum, quando concessum est pro se, hæredibus, & successoribus, ibid. n. 44.

Hoc autem feudum mixtum requirit in eo, qui vult succedere duas qualitates, prima, vt sit filius altera, vt sit hæres, resp. 3. n. 78.

Nec sufficit si filius sit hæres institutus ad hoc, vt succedat, sed etiam necesse est, vt institutio valeat, ibid. n. 79.

Simplex autem feudum prout contradistinguitur ab eo, quod participat naturam feudi hæreditarij, & ex pacto, & prouidentia dicitur, quando concessum est pro se, & hæredibus nimirum, quoniam est merum hæreditarium, ibid. n. 34.

¶ Nona diuisio feudi est, vt aliud sit.

Feudum nobile, & gentile aliud Burgense.

Feudum nobile est, feudum auitum, aut antiquitus alicui familiæ concessum, resp. 50. n. 120.

Et idem est cum feudo antiquo, resp. 50. n. 28.

¶ Decima diuisio feudi est, vt aliud sit.

Feudum paternum, aliud auitum.

Feudum paternum dicitur, quod à patre est acquisitum, respon. 50. num. 14. in fin. numeri.

Et differt ab antiquo, quoniam antiquum dicitur, quod acquisitum est ab ascendente, qui fit vltra quartum gradum, ibidem, num. 15.

Et illud feudum quandoque etiam antiquum vocatur, respon. 80. num. 10.

In hoc autem feudo paterno succedunt descendentes in infinitum, ibid. num. 16.

Nec reuertitur ad dominum donec superest descendens proficiscens à communi stipite, ibid.

In feudo paterno apud vnum ex tribus fratribus existente si vnus refutationem fecerit, pro recipiente hæredibus, & cui dederis, & possidens, sine liberis decedat succedunt ambo fratres superstites, non obstante renunciatione prædicta, resp. 80. n. 8.

Feudum auitum dicitur, quod ab auo fuit acquisitũ, resp. 50. n. 14.

¶ Vndecima diuisio feudi est, vt aliud sit.

Feudum proprium aliud improprium.

Feudum improprium dicitur, quando concessum est, pro se hæredibus, & successorib. & cui, vel quibus dederit, resp. 47. n. 1. 300 Repert. Consil. Lud. Sacc.

Et tunc est transitorium ad quoscunque hæredes, etiam extraneos resp. 3. n. 26.

Hoc tamen non procedit in locis, in quibus seruatur Decretum meminimus, vt Parmæ Placentiæ, ac Mediolani, ibid. n. 29.

¶ Feudi miscelanea quædam.

Feudorũ materia stricte est, intelligenda idcircò infertur ab eorum regulis minus, quàm sit possibile esse recedendum, resp. 3. n. 58.

Feudum pro parte allodium esse, & pro alia parte non, per absurdum est, resp. 50. n. 75.

Quoniam non debet vna res diuerso iure censeri, ibid.

Feudum in solo vsufructu rei consistere potest, & personale dicitur, quod morte recipientis finitur, resp. 5. n. 65.

Sicut & feudum habitationis valet, & morte recipientis finitur, ibid. num. 66.

Quæ maximè procedunt si in concessione adsint verba tempus denotantia, ibid. n. 67.

Et tunc finito feudo potest directus dominus propria auctoritate ingredi, & quemcunque detentorem expellere, ibid. n. 83.

Et finitum dicitur tempus feudi, siue ab initio certum fuit, siue ex post certificatum, ibid. n. 85.

Hinc feudi vsufructuario mortuo potest eius hæres propria auctoritate expelli à feudatario ad quem pertinet ipsum feudum, ibid. num. 84.

Feudum antiquum, & fideicommissum, quod inter illos de familia successiuè restituendum est æquiparantur, resp. 80. n. 30.

In feudo tamen succeditur primò acquirenti, non vltimo possessori, ibid. n. 32. & n. 1. & per totum.

Hocq; procedit etiam in feudo antiquo mixto, ibid. n. 33.

Cætera videas in prima diuisione feudi suprà in verbo feudum antiquum, & nouum.

Feudum pro modica pecunia concessum, nec emptitium, nec alienabile in extraneos, sed proprium feudum reputatur, resp. 50. n. 82

Secus dicendum foret, si pecunia maiorem partem valoris rei concessæ absorberet, quod tamen maximã habet difficultatem, quia integra pretij solutio requiri videtur, ibi. n. 83.

Et quando promissum est personale seruitium, & præstitum iuramentum fidelitatis, feudum emptitium dici nequit, ibid. n. 84.

Cætera vide suprà in quarta diuisione feudi in verbo feudum emptitium.

Feudum concessum de plenitudine potestatis gratiosum reputatur, ibid. n. 86.

Et quando acquisitum est per fratres communi pecunia, vel communi seruitio, non potest ab altero ipsorum, vel eius descendentibus alienari in extraneos, ibid. n. 38. 88. 92. & 127.

Feudum liberum, & francum alienabile dicitur, ibid. n. 67.

Fallit, quando adest clausula in antiquum paternum, & auitum, ibid. num. 69.

Fallit secundò si adsit clausula pro filijs, & descendentibus masculis tantum, ibid. n. 70.

Cætera prosequere, vt supra in septima diuisione feudi, & infrà in indice Clausularum in relatis clausulis quas eorumq; effectum, ibi latiùs posui.

Feudum sine inuestitura non consistit, resp. 6. n. 38.

Et si motu proprio processerit donatio potiùs, quàm feudum præsumitur, ibid. n. 37.

Substantialia autem feudi sunt in primis reseruatio directi dominij, ibid. n. 12. & n. 39.

Item, vt dominium vtile transeat in accipientem, ibid. n. 40.

Nec non & reseruatio, seu promissio seruitij, & homagij per recipientem, ibid. n. 42.

Feudum concessum sub certo annuo seruitio, non est propriè feudum, sed emphyteusis, resp. 6. n. 60.

Et si concedatur sub annuo censu erit contractus cẽsualis, ibi. n. 61

Intelligas

¶ Feudi possessio.

¶ Feudum perditur.

¶ Feudum probatur.

¶ Feudi refutatio.

¶ In feudum, quæ recipi possint.

¶ Feudi stipulatio.

Restringas

Restringas tertiò, quando Princeps concederet, vt ad transuersales quoque acquirentis transiret, quoniam tunc transuersalibus acquiri potest, ibid. num. 220.

Nimirum quoniam vti dominus potest eam legem rei suæ dicere, quæ sibi libuerit, ibid.

Feudum stipulatum pro masculis, & in defectum pro fœminis si filia vltimi possessoris cum nepote, & fratre concurrat is præfertur, si feudum est antiquum, in nouo autem filia, resp. 80. num. 6.

¶ Feudi successio ab intestato.

Feudum ab initio non defferrebatur per successionem, nec transibat ad filios, aut ad descendentes acquirentium, sed hoc ad preces fidelium fuit postea per imperatorem dispositum, resp. 50. n. 71.

Feudi autem successio hodie deffertur in stirpes non in capita ex communi scribentium sententia, resp. 1. n. 170.

Et feudi possessio, ac dominium hodie transit ad successorem vocatum ipso iure, resp. 47. num. 2. 300

Hocq; procedit etiam sine vlla appræhensione, ibid. nu. 3.

Et feudi successio hodie regulatur secundum ius commune non secundum consuetudines feudorum, resp. 6. n. 76. 162

Hocq; procedit etiam quando feudum est alteratum ob mixtam donationem cum eo, ibid. num. 75.

Nec non & quando propria res in feudum recipitur, ibidem. num. 76.

Et in successione non attenditur proximitas vltimi deffuncti, sed repræsentatio in infinitum hoc est, vt filius semper subintret in locum patris, resp. 50. n. 117.

Ratioq; affertur quoniam in feudo non succeditur vltimo morienti, sed primo acquirenti etiam si per mille manus ambularet, ibid. num. 116.

Linea autem vna descendentium extincta omnes aliæ æqualiter succedunt in feudo paterno, resp. 1. n. 127.

In vna quaque tamen linea proximior tantum succedit, ibidem. num. 136.

Et lineæ subalternæ eodem iure succedunt quo principales lineæ, cum alijs eiusdem generis, ibid. n. 137.

Lineæ autem tot à stipite deriuantur quot filij ab eo procedunt, resp. 3. num. 222.

Et quo magis lineæ producuntur eò magis à se inuicem distant, ibi. num. 223.

Feuda autem omnia regulariter ad descendentes masculos in infinitum transeunt, resp. 3. n. 226.

In ipsosq; dicitur continuari dominium, ac possessio cum dicantur domini etiam viuente patri, ibid.

Filiusq; eodem modo succedit in feudo materno quo in paterno, resp. 5. num. 19.

Nepotes etiam cum patruis admittuntur in successione feudi antiqui, resp. 30. n. 4. & n. 18.

In eodemq; feudo succedunt omnes agnati in infinitum, qui à primo acquirente descendunt, excluso directo domino, ibid. n. 5.

Idemq; est si filius vltimi possessoris ob delictum feudo priuetur, tunc enim succedunt agnati, nec reuertitur ad dominum feudum antiquum, ibid.

Secus tamen esset in nouo, quod reuertitur ad dominum, ibidem. num. 5.

¶ In feudo qui succedant; & primo An naturalis.

In feudo non succedit naturalis velut feudi incapax, resp. 16. n. 4. pag. 213

Extende etiam si esset legitimatus, ibid. n. 4.

Extende secundo etiam in feudo informi, resp. 1. n. 138.

Quod autem dicatur feudum informe, vide supra in diuisione sexta feudi.

Restringas primò conclusionem, quandò inuestitura cœpisset à naturali, quia tunc ipse succederet, ibid. n. 9.

Hocq; procedit etiam si primus inuestitus, non fuisset naturalis, habuisset tamen filios naturales quandoquidem, & de illis præsumitur cogitatum, ibid. n. 10.

Extende secundò, quando ex natura inuestituræ admitteretur fœmina, & cum naturali concurreret legitimus ex fœmina, quoniam tunc naturalis ex masculo præferrendus esset, ibid. n. 19. & seq.

¶ In feudo, an succedant adoptiui.

In feudo non succedit filius adoptiuus. resp. 1. n. 108.

Restringas tamen hoc si dominus directus consentiat, quoniam tunc succedere potest, ibid.

Consentiendo tamen adoptioni dominus, aut Princeps, quando vassallus adoptat, non affertur præiudicium cæteris vocatis, ibid. num. 223.

Curtiusque Iun. qui contrarium quibusdam voluisse visus est per authorem declaratur, ibid.

¶ In feudo, an succedant fœminæ.

In feudo non succedunt fœminæ velut incapaces, resp. 16. num. 2. pag. 212

Restringe primò si inuestitura eas vocaret, vt si diceret pro masculis, ac fœminis tunc enim sunt capaces saltem in deffectum masculorum, ibid. num. 3.

Extendasq; hoc, vt quando fœmina est vocata, ne dum admittatur ad feudum simplex, sed etiam si sic cum mero, & mixto imperio, & regali dignitate, saltem de consuetudine apud omnes inueterata, ibid. num. 6.

Restringe secundò primam conclusionem si feudum primò fuerit per fœminam acquisitum, tunc enim ad eius descendentes fœminas transit, ibid. n. 16.

¶ In feudo, an succedant transuersales.

In feudo regulariter non succedunt transuersales, respon. 3. num. 227.

Hocque maximè verum est in feudo nouo, resp. 1. num. 117. & 160.

Extendasque etiam si pro illis stipulatum esset, quoniam hoc fieri non potest, nisi sit frater, qui acquirat pro altero fratre, respon. 50. num. 217.

Restringe primò si Princeps expressè etiam transuersalibus illud concessisset, ibid. n. 220.

Restringe secundò, quando à primo acquirente transitum fecisset in transuersales, quoniam de vno in alium transuersalem transit vsq; ad septimum gradum, vltra tamen nequaquam, ibi. n. 104.

Restringe tertiò in descendentibus duorum fratrum, uel pluriũ coinuestitorũ, nam descendentes vnius succedunt descendẽtibus alterius, quicquid sit de alijs transuersalibus, & hoc in feudo antiquo, vel cum clausula in antiquum, & c. ibid. n. 29. & n. 99. & 105. & 106.

Hacq; communis est, ac receptiss. Doctorum sententia, ibid. n. 300. & 137. & 187. & 195.

Restringe quartò in feudo antiquo in quo in infinitum succedunt, licet in nouo, nisi vsq; ad septimum gradum de communi, ac vera opinione, resp. 80. n. 17. & 18.

Generaliter autẽ dicitur transuersales omnes in inuestitura cõpræhensos succedere in feudo quocũq; in gradu existãt, re. 50. n. 112

Et tunc pleriq; dixerunt successionem transuersalium in feudo non restringi ad septimum gradum, prout supradictum est, qui tamen per authorem non probantur, ibid. n. 113.

¶ In feudo, an succedant extranei.

¶ Feudi successio ex testamento.

¶ Feudi successor.

¶ Feudales consuetudines.

¶ Feudatarijs.

¶ Fœmina.

¶ Fictio.

¶ Fideicommissarius.

Et vl-

Et vt

¶ Filius legitimus.

¶ Filius adoptiuus.

¶ Filius naturalis.

¶ Filius legitimatus.

¶ Filij positi in conditione.

¶ Finis.

¶ Fiscus.

¶ Flumina.

¶ Forum.

¶ Frater.

¶ Fructus sunt, aut naturales, aut industriales, aut ciuiles.

Sapiunt

HÆ-

INDEX

¶ Hæreditaria res.

¶ Hæres.

¶ Hospitalia.

¶ Hospitium.

¶ Hippotheca.

¶ Hippothecaria actio.

¶ Sententia in hippothecaria.

I

¶ Identitas.

¶ Ignorantia facti.

¶ Ignorantia iuris.

¶ Imperator.

¶ Impotentia.

¶ Incolatus.

¶ Inhibitio.

Quo-

¶ Institutio hæredis.

¶ Iniuria.

¶ Instrumentum.

¶ Interdictum quorum bonorum.

¶ Interdictum vti possidetis.

¶ Interesse.

¶ Interpretatio.

¶ Interrogatio.

¶ Inthimatio.

INDEX

¶ Inthimatus.

¶ Inuerisimile.

¶ Inuestitura.

¶ Iudæi.

¶ Iudex.

¶ Iudex delegatus.

Et si

¶ Iuramentum operatur.

¶ Iuramentum remittitur.

¶ Iuramentum fidelitatis.

¶ Iuramentum militiæ.

¶ Iurisdictio.

¶ Ius accrescendi.

¶ Ius aquæ ducendæ.

¶ Ius Canonicum, seu Pontificium.

Ius

¶ Ius ciuile, seu Cæsareum.

¶ Ius pascendi

¶ Ius præsentandi, seu ius patronatus.

¶ Ius præsentandi possessio.

¶ Eadem acquiritur.

¶ Eadem retinetur.

¶ Eadem perditur.

¶ Ius quæsitum.

¶ Ius municipale.

INDEX

L

¶ Lex.

Melio-

Restrin-

¶ Onere collectarum, qui grauari possint.

¶ Onus collectarum qui soluere teneantur.

¶ Onus sternendi, & adaptaudi viam.

¶ Onere.

¶ Onera merè realia.

¶ Onera mixta,

¶ Onus pro aggeribus fluminum impositum.

Et ho-

¶ Opinio communis.

Optio.

¶ Optio vide ſupra in verbo electio.

¶ Ordo iudiciarius.

¶ Ordo litteræ, ſeu ſcripturæ.

P

¶ Pactum.

¶ Pactum de retrouendendo.

¶ Parochia.

¶ Parochiani.

¶ Parochus.

¶ Paupertas.

¶ Paſcua

¶ Pensio.

INDEX

Hocq;

¶ Possessio

¶ Possessio retinetur.

¶ Possessio probatur.

¶ Possessio quos effectus operetur.

¶ Possessio turbata.

¶ Possessio perditur.

¶ Possessio canalis.

¶ Possessio feudi.

¶ Quasi Possessio.

¶ Possessor bonæ fidei.

¶ Possessor malæ fidei.

¶ Possessorium.

¶ Possessorij, cum petitorio cumulatio.

¶ Pre-

¶ Præcarium.

¶ Præceptum inhibitorium.

¶ Precium.

¶ Præfatio.

¶ Prælatus.

¶ Præscriptio.

¶ Præscriptio immemorabilis.

¶ Præscriptio quadragenaria.

¶ Ad præscriptionem, quæ sint necessaria.

¶ Quæ res præscribi possint.

¶ Contra

Princeps

I N D E X

¶ Priuilegium.

¶ Probatio.

¶ Procurator.

¶ Pro-

¶ Procurator falsus.

¶ Promissio.

¶ Protectio.

¶ Protestatio.

¶ Publicanus.

¶ Pupillus.

Q

¶ Qualitas.

¶ Querela.

¶ Ratihabitio, seu ratificatio.

¶ Ratio.

¶ Recusatio.

¶ Referens.

¶ Regalia.

¶ Relatio.

¶ Remissoria.

¶ Renunciatio.

¶ Renunciatio hæreditatis.

In pe-

¶ Represaliæ.

¶ Res inter alios acta.

¶ Res iudicata.

¶ Rescriptum.

¶ Rescripti interpretatio.

¶ Reseruatio.

¶ Restitutio in integrum.

¶ Quibus ex causis restitutio detur.

¶ Qui restituantur, & qui non.

¶ Pro quibus rebus restitutio detur, seu aduersus quos actus.

¶ Intra quod tempus restitutio detur, & quando currat.

¶ Quos effectus restitutio operetur.

¶ Restitutio quãdo tollatur, aut sublata dicatur.

¶ Restitutorium remedium.

¶ Reuelare secretum.

¶ Reus.

¶ Rex.

¶ Rubrica.

S

¶ Scandala.

¶Scien-

¶ Scientia.

¶ Scriptura.

¶ Sententia.

¶ Sententia fertur.

¶ Sententia iustitia.

¶ Sententia inter alios lata.

¶ Sententiæ interpretatio.

¶ Sententiæ intimatio.

¶ Sin-

¶ Successor vniuersalis.

¶ Successor singularis.

¶ Successorium ædictum.

¶ Summus Pontifex.

¶ Supplicatio.

T

¶ Tabellio.

¶ Terminus.

¶ Testamentum.

¶ Testari qui non possint.

¶ Testes qui esse possint.

¶ Testis vnicus.

¶ Testium productio.

¶ Testium receptio.

¶ Testium iuramentum.

¶ Testium examen.

¶ Testium depositio.

¶ Testium pluralitas.

¶ Testium singularitas.

¶ Testium concordia.

¶ Testes, quando contestes præsumantur.

¶ Testium contrarietas.

¶ Testium numerus, quando suppleat deffectum.

¶ Testes reprobatorij.

¶ Testis subornatus.

¶ Testis tortus.

¶ Tempus.

¶ Titulus.

¶ Transactio.

¶ Tutor.

¶ Valor

V

¶ Valor rei.

¶ Vassallus.

¶ Vassallus alienatur.

¶ Vassallus, an agat de euictione contra dominum.

¶ Vassallus, an quis possit esse plurium.

¶ Vassallus feudo priuatur.

¶ Vassallus testari non potest de feudo.

¶ Vassallus, an possit constituere seruitutem in re feudali.

¶ Venditor.

¶ Venditor.

¶ Verba.

¶ Verba enunciatiua.

¶ Verisimile.

¶ Veritas.

¶ Via publica.

¶ Vicarius.

¶ Vicinus, vel vicinum.

¶ Violentia.

¶ Vniuersitas.

¶ Voluntas.

¶ Voluntas testatoris.

¶ Vsura.

¶ Vsus loquendi.

¶ Vsus.

¶ Vsus.

¶ Vsuarius.

¶ Vsusfructus.

¶ Vsufructuarius.

Vsu-

Et ex his explicitus fit Primus Index.

RECEPTARVM SENTENTIARVM IVRIS

Per Auctorem in hoc opere relatarum

SECVNDVS INDEX.

¶ Creditor.

D

¶ Decretum.

¶ Desertio.

¶ Dispositio.

¶ Dominus.

¶ Donatio.

E

¶ Ecclesia.

¶ Emphyteusis.

¶ Emphyteuta.

¶ Exceptio spolij.

F

¶ Feudum.

¶ Feudum nouum.

¶ Feudum dignitatis.

¶ Feudum hæreditarium.

¶ Feudum mixtum.

¶ FEV.

¶ Feudi acquisitio.

Feudum acquisitum sub certo annuo seruitio non est propriè feudũ, sed quandoq; est donatio, vt exempli gratia, quando in inuestitura appositum est verbum donamus, quamuis aliqua concurrant feudum denotantia, de cõi, resp. 6.n.29.

Feudum acquisitum à duobus pro se, & vtriq; eorum, & descendentibus vnicuiq; insolidum competit, & in eo est locus iuris accrescendi in perpetuum de communi, resp.50.n.39.

Fœmina est incapax feudi, de cõi, resp. 16.n.2.

Fœmina quando semel excluditur à feudo nedũ ipsa, sed eius filij & masculi semper excluduntur, de cõi, resp. 16.nu.19. & 20.

Extende siue fœminæ prædefunctæ sint filijs, siue superuixerint contra nonnullos inter vnũ, ac alterũ casũ distinguentes, ibid.n.22.

¶ Feudi alienatio.

De feudo potest trãsigere feudatarius sine consensu domini, quando facit meliorẽ conditionẽ domini, secus si deteriorẽ, de communi, resp.37.n.1.

Subinfeudatus si velit alienare feudum non requiritur consensus vtriusq; domini, de cõi, resp.3.n.398.

Ratioq; affertur, quandoquidẽ vassallus vassalli mei non est meus vassallus, & ideo non possum petere ab eo feudalia seruitia per vassallum meum debita, ibid.n. 400.

¶ In feudum quæ recipi possint.

In feudum recipi possunt & res propriæ recipientis, de communi, resp.50.n.201.

Et recipiens hoc modo res proprias in feudum, vel emphiteusim & scienter, non propterea dominium transfert, sed potius cõtractũ nullum facit, de cõi, resp. 6.n. 26.

¶ Feudi successio.

Feudi successio hodie defertur in stirpes non in capita ex communi, resp. 1.n.170.

Et in feudo succedit fœmina si inuestitura eas vocaret, & si diceret pro masculis, & fœminis, nedum in feudo simplici, sed etiã cum mero & mixto imperio, de cõi, resp. 16.n. 6.

In feudo regulariter non succedunt transuersales, fallit tamen in descendentibus duorum fratrum, nam descendentes vnius succedũt descendẽtes alterius, quidquid sit de alijs transuersalibus, de cõi resp.50.n.29 99.105.& 106 & 137.& 187.& 195.

Idem est etiam in feudo antiquo, in quo in infinitum succedũt, licet in nouo, vsq; ad 7.gradum de vera ac cõi, resp.80.n.17. & 18.

¶ De feudo antiquo, an vassallus testari possit.

De feudo antiquo vassallus testari non potest etiam consentiente domino in præiudicium vocatorum, de cõi, resp.1.n. 260.

Idemq; dicitur in feudo nouo ex pacto tamen, & prouidentia, etiã si concederet licentiam testandi cum clausula, non obstãtibus, & cũ clausula Motu proprio, et de modico tertij præiudicio ageretur, de cõi, resp. 10.n.3.& 4.

¶ Fideiussor.

Fideiussor est idoneus testis in iudicio excussionis contra tertiũ, vt alius primo conueniatur, de cõi, resp.95.n. 14.

¶ Fides.

An fidei præstatio operetur effectus iuramenti, videas Auctoris distinctionẽ ex Alciati sententia cõiter receptã, resp.60.nu.65.

¶ Filius.

Filius posthumus ignoranter à patre preteritus in testamento tenetur totã hæreditatẽ restituere instituto virtute clausulæ codicillaris, non autem dimidiam tantum, alteram vero dimidiã retinet pro legitima, ac trebellianica, de cõi, resp.38.n.4.

Filia exclusa à statuto stantibus masculis si non extent, vel extent, sed à patre non instituantur, non excluditur, de cõi, resp.91.post nu.5.pag.482.

¶ Filij positi in conditione.

Filij positi in conditione non dicuntur dispositiuè vocati secundum communem opin.Gloss.resp.39.n.1. p.274

Contrariam tamen communem, veriorem, æquiorem, indubitatãq; ait Auctor, quando aliqua indicia concurrunt, testatorẽ voluisse filios in conditione positos vocare, ibid.n.2.3.4.& 5.

¶ Fructus consumpti.

Fructus consumpti dicuntur pecuniæ cum alijs pecunijs permixtæ, & non petũtur iudicio particulari, sed vniuersali tantum, resp. 58.n.41.

¶ Ex perceptione fructuum, quando quis dicatur factus locupletior.

Ex perceptione fructuum præsumitur quis factus locupletior, resp. 58.n.9.

Sed contraria est communis, ibid.n.42.

I

¶ Institutio hæredis.

INstitutio hæredis corruit si fundatur in falsa qualitate, exemplum si fiat de filio adoptiuo, & adoptio non subsistat, & ratio est, quia adoptio præsumitur causa finalis institutionis ex commun, resp.1.n. 256.

¶ Inuestitura.

Inuestitura feudi antiquior præualet, nec illi per subsequentes præiudicari potest, de cõi, resp.6.n.6.

Eadem fieri potest de proprijs bonis inuestiti, quoniam is præsumatur tacitè prius illã donasse, & postea in feudum a donatore recepisse, de cõi, resp.6.n. 6.

¶ Iudæi.

Iudæi tolerari possunt per Summum Pontificem, vt exerceant fœnus ad Christianorum vtilitatem, de cõi, resp.72. n. 1. 430

Necnon, & per Principes seculares cum consensu Sedis Apostolicæ, ibid.n. 2.

¶ Iudicium Criminale.

Iudicium criminale non dicitur si pœna partim fisco, partim priuato applicetur, de cõi, resp.35.n.2.

¶ Iudicium mixtum.

Sed tunc mixtum dicitur, resp.35.n.1. 269

¶ Iuramentum.

Super contractu iurato lex potest disponere præsumendo eum simulatum, si apponatur iuramentum, de cõi, resp.60.n. 38.

Et vim iuramenti habet fidei præstatio, quinimò nihil aliud est quã iuramentum, de cõi, resp.60.n.14.

Sed contra Auctor, ibid.n. 60.

Communem tamen distinctionem Alciati refert, qua concordari videntur huiusmodi opiniones, ibid.n.65.& seq.

INDEX SECVNDVS.

¶ Pœna

¶ Pœna l.si quis maior, C.de transact.

Pœnas huius l.si quis maior, C.de transact. qui petit, tenetur probare se perfectè, & ad vnguem obseruasse, de communi, resp.14. num. 63.& resp.66.n.29.

¶ Petitorium.

Petitorij suspensio fuit introducta in odium violenti spoliatoris, & non est ad alia remedia possessoria extendenda ex communi.resp.2.n.131.

¶ Positio.

Positio secundo loco data, si plus non contineat, quam prima reijcitur, ex communi, resp.9. n.1.

¶ Possessio.

Possessio immemorabilis habet uim tituli, & priuilegij, ex communi, resp.11.num.6.

¶ Præceptum.

Præceptum inhibitorium cum clausula iustificatiua valet ex communi, resp.31.n. 1. p.253

¶ Præscriptio.

Præscriptio immemorabilis ad præscribendas res Principis reseruatas in signum superioritatis, & obedientiæ requiritur, de cõmuni, resp.41.n.31.

Præscribitur pactum de retrouendendo per triginta annorum spacium, licet quandocunq́, & in perpetuum de retrouendendo esset pactuitum, nedum de communi, sed & de magis communi, resp.100.n.1.

Præsens consentire non dicitur quamuis taceat, nisi de eius commodo agatur ex communi, resp.6.n.24. 157

¶ Præsentatus.

Præsentatus inops est præferendus diuiti secundum communẽ sententiam, de qua per auctorem, resp.28.n. 52.

Præsentatus de familia in dubio est alijs præferendus ex communi, resp.28.n.47. p.249

¶ Princeps.

Princeps ligatur contractibus sui antecessoris, de magis communi, resp.8.n.12. p.175

Idem non potest concedere licentiam testandi de feudo nouo, ex pacto tamen, & prouidentia, de communi, resp.16. n.4.

¶ Procurator.

Procuratoris contumacia licet non operetur, vt dominus incidat in pœnam mulctæ, potest tamen causare immissionem in possessionem bonorum sui principalis, ex communi, resp.88.n.11.p.472

¶ Promissio.

Promissio de retrouẽddo pluribus simul facta est indiuidua, et propterea est prauẽtioni locus inter stipulatores, de cõi, re.89.n.29

R

¶ Recusatio.

Recusatio iudicis debet fieri porrecto accusatoris libello, & instari, vt arbitri eligantur, aut in libello, aut saltem intra triduum, de communi, resp.70.nu.2.

¶ Renunciatio.

Renunciatio hæreditatis paternæ, vel maternæ non operatur, vt filia renuncians non possit petere supplementum legitimæ decedentibus parentibus, si auctæ sunt eorum facultates post dotem illi datam; & nedum communis, sed verior, & æquior ab Auctore dicitur, resp.92.n.2.

Quinimò etiam si contraria esset communis, vt non esse probat Auctor relata opinio esset sequenda propter maximam æquitatem, ibid.n.3.

Pro qua ait esse casum legis, & sic non esse locum disceptationib. scribentium, ibid.n.4.

Proceditq; nedum in terminis iuris communis, sed etiam concurrẽte statuto fœminas excludente, vt extat Parmæ, & de cõmuni quoq; attestatur, ibid. n.4.

¶ Rescriptum.

Rescriptum mandans iustitiam fieri non derogat rei iudicatæ, nec operatur, vt causa de nouo sit reuidenda, de communi, & æquiori, resp.74.n.5. p.433

Extende primo etiam si in rescripto dictum esset, non obstante sentẽtia, si expreßè non derogaui Princeps rei iudicatæ, ibid. n.2.

Extẽde secundo etiam quod in rescripto dictum fuisset, Causam reuideri, vel de nouo cognosci, adhuc.n.nisi nominatim derogatum sit rei iudicatæ, eidem non sit præiudicium, ibid.n.3.& 6.

¶ Restitutio.

Restitutionis in integrum petendæ tempus non currit Ecclesiæ viuente Prælato à quo læsa fuit, sed post eius mortem, de communi, resp.64.num.46.

Eadem impedit executionem sententię si petita sit, licet pleriq́; dixerint non impedire quoties læsio requirit altiorem indaginem, vt dixit Bart. cuius tamen sententia improbatur, communisq; contraria ostenditur per Auctorem, resp.28.n.11.

S

¶ Sententia.

Sententia lata contra feudi, vel maioratus possessorẽ, vt noceat successori debet in iudicio citari, si non in specie, saltem in genere per proclamata, nedũ de communi, sed & de magis communi, resp. 2.n.193.

Eadem lata cõtra aliquem in causa feudi præiudicat etiam agnatis, resp.69.nu. 1.

Restringe tamen vt non procedat in ijs, qui nec citati fuerunt, nec iudicium agitari nouerunt, ibid.n. 2.

¶ Spoliatus.

Spoliatus ante omnia non est restituendus contra vulgarem regulam, quando spolio consensit, si quidem non restituitur, nisi de bono iure suo doceat in proprietate, de communi, resp.1.n.76.

INDEX SECVNDVS.

Et ex his explicitus sit Secundus Index.

INDEX TERTIVS CONTINENS varias clausulas, earumq; virtutes, quæ in hoc opere leguntur, ac per authorem explanantur.

Pro

R

S

T

Et ex his explicitus sit Tertius Index.

REGVLARVM IVRIS PER AVTHOREM in hoc volumine relatarum breue compendium.

Prin-

INDEX REGVLARVM IVRIS.

Finis compendij Regularum.

LOCORVM TOPICORVM QVIBVS in hoc opere vsus est author compendium.

Finis compendij Locorum Topicorum.

DICTIONVM EXPOSITARVM
in hoc volumine compendium.

Finis compendij dictionum expositarum.

CONSILIORVM,

SIVE

RESPONSORVM

Perilluſt. & Excellentiſs. I. C. D. Ludouici Saccæ
Patritij Parmenſis.

TOMVS PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *COR Regis in manu Domini, quocunque voluerit inclinabit illud.*
2 *Diuinatio in labijs Regis, in iuditio non errabit os eius.*
3 *Cor Regis inſcrutabile.*
4 *Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.*
5 *Veritatis labium firmum eſt in perpetuum, qui autē teſtis eſt repentinus concinnat linguā mendacij.*
6 *Cuſtodiens os ſuum cuſtodit animā ſuam, qui antē inconſideratus eſt ad loquendum ſentiet mala.*
7 *Iudicandum non eſt ſecundum faciem.*
8 *Dijs non detrahes, et Principi populi tui non maledices.*
9 *Ius oritur ex facto aptè, & diſtinctè narrato.*
10 *Facti error prudentiſſimos quoque fallit.*
11 *Linea vaſſallorū finita, directus dominus poſſeſſionem feudi propria authoritate capere poteſt.*
Eſt uera ſententia, & in praxi obſeruata.
Etiàm ſi clàm, & manu armata capiat.
Nec reſtituitur ſpoliatus.
Niſi ſit emptor, uel tertius poſſeſſor, in quibus regula prædicta limitatur.
Ità iudicauit Senatus Mediolani.
C. Regni. Ex præſumptuoſa, declaratur.
Regula prædicta maximè procedit in Rege directo Domino.
12 *Sereniſſ. D. Dux Parmæ, & Placentiæ eandē habet authoritatem in ſtatu ſuo, quam habet Rex Neapoli in ſuo Regno.*
13 *Feudū ad tēpus certū cōceſſum, et ad tēpus incertū, quod ex poſt remanet certificatū, parificantur.*
14 *Paria ſunt quid certum eſſe ab initio, uel ex poſt certificari.*
15 *Emphyteoſi finita per extinctionem lineæ, directus dominus poſſeſſionem bonorum emphyteoticorum propria authoritate licitè ingreditur.*
Et eſt communis, ac magis communis, & receptiſſima ſententia.
Quæ præſertìm procedit ubicunque dominus reſiſtentem non inuenit, aut uerbis tātùm reſiſtētē.
Ità fuit iudicatum.
16 *Ab emphyteoſi ad feudum ualet argumentum, & eſt communis opin.*
17 *Locatione finita dominus propria authoritate cōductorē expellere poteſt, negocio aliter nō liquidato.*
De conſuetudine ità ſeruatur.
18 *Feudatarius, emphyteota, colonus, & alij quorū ius tpe finitur, æquiparantur in hoc, ut poſt ius finitū dominus propria authoritate ingediatur.*
19 *Terminus omnis terminatur p ſuas extremitates.*
20 *Priuatis ſi licet propria authoritate aliquid facere, multò magis licet habenti iuriſdictionem.*
21 *Directus dominus habens iuriſdictionem auferre poteſt poſſeſſionem uaſſallo notoriè inobedienti, ſecùs ſi non habeat, quià iudicem adire debet.*
22 *Vaſſallus ſi ſe abſentat à feudo, poteſt dominus directus illud occupare de facto, & ille reuertens poſſeſſorio iudicio agere non poteſt.*
23 *A minori ad maius argumentum ualet.*
24 *Linea Feudatarij finita, conſolidatur naturalis poſſeſſio cum ciuili, quā antea directus dominus habebat, & dominium utile cum directo.*
25 *Spoliatus quamprimùm poteſt recuperans poſſeſſionem ſuam, licitè agit, nec ad reſtitutionem tenetur, niſi aduerſarius dominium probet.*

26 *Incontinĕtiq; recuperare dicitur inspecta rerum, & personarum qualitate, etiàm si per decem annos differat.*
27 *Incontinenti quid fieri dicatur in omni subiecta materia, remittitur arbitrio Iudicis.*
28 *Ciuilem possessionem animo retinens potest quandocunque, etiàm ex interuallo, amissam naturalem, cum detentatione recuperare; ex communi.*
29 *Fiscus non litigat siuè possessione.*
Quæ sententia licèt contradicentes habeat, in praxi tamèn seruatur.
30 *Mos, & stylus aliorum Principum sectandus.*
31 *Iudicium restitutorium cessat vbicunque iusta de causa possessione quis priuatur, ex communi.*
32 *Iudicium restitutorium non datur contrà eũ, qui propria authoritate possessionem ingredi potest, præsertìm si absque violentia ingreditur.*
33 *Directus Dominus feudatarium malo modo expellere non debet.*
Malus autèm modus expellendi eum quis dicatur?
34 *Cap. 1. §. si verò. de mili. vassall. qui contum. est. declaratur.*
35 *Priuatio præsupponit habitum.*
36 *Baldi distinctio probatur inter feudum reuersum ob lineam finitam, & reuersum ob delictum.*
37 *Temporis cursu id operatur natura in translatione possessionis feudi, quod aliàs factum iudicis operaretur.*
38 *Vassallus delinquens, quamuis priuetur feudo ipso iure, non tamen possessione naturali priuatur, sed Iudicis tantùm ministerio.*
39 *Ex diuersis non fit illatio.*
40 *Scandalorum timore licitum est Iudici possessionem rerum controuersarum accipere, & sequestrare, & æquum, ac laudabile est.*
41 *Etiàm sine citatione partium.*
42 *Principi autèm multò magis licet, pro quo magis præsumitur.*
43 *Principis simplici dicto sup scandali timore credit.*
44 *Sequestratione stãte, cessat spoliũ; & nu. 56. 57. 58.*
45 *Sequestratione stante, adictum generale publicari potest, quòd omnes interesse prætendentes compareant ad docendum de iuribus suis, & ità aliàs seruauit Carolus Quintus; & nu. 70.*
46 *Feudatario mortuo cum filio tantùm legitimato, si directus Dominus legitimationi contradicit, potest interìm feudum in sequestrum accipere, quousque super legitimatione pronuntietur.*
47 *Feudatario quoque mortuo cum filio adoptiuo tantùm, multò magis sequestratio locum habebit, si adoptioni contradicatur.*
48 *Filius legitimatus potentius ius hẽt, q̃ adoptiuus.*
49 *Dictio, sicut, similitudinem importat.*
50 *Nullum simile est idem.*
51 *Dictio, sicut, et similes veritatẽ quãdoq; import ãt.*
52 *Et quandoque omnimodam similitudinem.*
53 *Sequestri propriũ est nullius iuribus præiudicare.*
54 *Sequentia declarant præcedentia.*
55 *Protestatio facta in actus sequestrationis, quòd nemini faciat præiudicium, bonam fidem sequestrantis indicat, & spolium omninò excludit.*
56 *Reseruatio iurium in actu sequestrationis, viam facti solummodò impedit, non autem verum possessorem, possessione priuat.*
57 *Et si priuaret (sic volente Principe sequestrante) non propterea spolio agere posset.*
58 *Spoliatus non restituitur quando notoriè cõstat de iure spoliatoris in proprietate.*
59 *Quod ampliatur, etiam si spoliatus missus fuisset in possessionem iudicis authoritate.*
Et ampliatur etiàm si non constet, sed offerantur probationes incontinenti, vt infrà, nu. 91. 92.
60 *Citandus non est, qui probabili defensione caret.*
61 *Princeps auferens possessionem ei, qui ius in re non habet, non dicitur spoliare; sed facto ipso declarare, & pronuntiare ius illi non competere.*
62 *Constitutum collatum in tempus mortis constituentis sine filijs, est conditionale, & secuta morte purificatur.*
Et eius virtute, possessio ipso iure in constitutariũ transfertur.
63 *Constitutarioq; huiusmodi spoliato competit interdictum recuperandæ.*
64 *Princeps pro securitate, & conseruatione status sui, potest castrum propria authoritate auferre vassallo, & eius pretium soluere.*
65 *Quod declaratur de solutione facienda post apprehensionem intelligendum esse, non antè.*
66 *Princeps mandare potest, quòd petitorium simul cum possessorio cognoscatur; vel quòd ommisso possessorio cognoscatur de petitorio.*
67 *Procurator Fisci conuentus in possessorio supplicare debet Principi, quòd petitorium cum possessorio cumulari mandet.*
68 *Princeps dispensans contrà ius positiuum tantùm, iusta causa motus præsumitur; quoniàm causa in eius pectore residet.*
Et pro causa voluntas sufficit.
Nec admittitur probatio in contrarium.
69 *Principes sunt legati, & Proconsules Dei.*
70 *Aedicto publicato, quòd quilibet prætendens ius in re compareat, data censetur facultas experiendo tàm in petitorio, quàm in possessorio, & sic cumulatio admissa; & suprà nu. 45.*
71 *Aedicta Prætorum illusoria esse non debent.*
Minusq; Principum.
72 *Principis verbo decipi quemquã inconueniens est.*
73 *Principis proprium est dicere, quod scripsi, scripsi.*
Cui & illud conuenit, semel loquutus est Deus.
74 *Scandali euitanda gratià, cumulatur petitorium cum possessorio, & nu. 91.*
Etiã si ab incõpetẽti Iudice spoliatus qs diceretur.
Ac etiam post cœptum iudicium, in quo petitorium expressim suspensum fuisset.
75 *Cumulatur petitoriũ cũ possessorio, vbi de castro, seù fortalitio agitur, qđ est difficilis recuperõnis.*
Limitatur vbi castrum, & litigantes sunt sub eodem Principe.

Subli-

Sublimitatur tamen, dummodò ipsi Principi facilis sit recuperatio.
Sublimitatur quoque, dummodò restituendus ad possessionem castri, plura alia bona habeat in territorio eiusdem Principis, vel ibi habitet.
Et est cõis conclusio, & in praxi Romæ obseruata.
Et procedit etiam in supremo Principe, vt est Sũmus Pontifex, Imperator, vel Rex Franciæ.
Et si in vno castro tantùm, multò magis in pluribus, & in minori Principe procedit.
76 *Spoliatus, qui spolio consentit, non restituitur, nisi de proprietate doceat, ex communi.*
77 *Spoliatus q̃ spolio cõsentit vi cõpulsiua ductus, non restituitur, nisi act. q̃ met. ca. gestũ priùs rescidat.*
78 *Princeps potest præcipere vassallo suo, quòd titulum inuestituræ exhibeat, aliàs eum priuare feudo, nisi de præscriptione saltem doceat.*
79 *Spoliatus nõ restituitur vbicunq. possessio, si apud nullùm esset, restitui nihilominus deberet, nàm quod nulliter factum est, eo in casu confirmatur.*
80 *Vassallus agens aduersùs Principem pro restitutione castri cum iurisdictione, ac Regalibus, tenetur de titulo docere plenè, ex quò contrà eum militat præsumptio, & pro ipso Principe, & nu. 96.*
Ampliatur procedere in omnibus rebus, quæ sine titulo à Principe habito possideri nequeunt.
Et ĩ tali iuditio vtì mixto, datñ appellatio. Et ita fuit ĩ Delphinali Senatu atq. ĩ Rom. Rot. Sapiꝰ iudicatũ
81 *Subditus agens cõtrà ordinarium super exemptionis quasi possessione, titulum, aut legitimam præscriptionem ostendere debet.*
82 *Agẽs ad decimarũ quasi possessionẽ in aliena Parochia, titulũ, vel legitimã pscriptionẽ pbare teneť.*
83 *Marchionatus dignitas à Principe tãtũ haberi põt.*
84 *Spoliatus à Principe, vel authoritate Principis, non restituitur, nisi de bono iure ĩ proprietate doceat.*
Conclusio est valdè controuersa.
Distinctio igitur adhibenda est Bursæ, sententia.
Quã comprobauit Sanctiss. Dñi nostri signatura.
Et in praxi recepta est, etiàm in Rot. Rom.
85 *Princeps non tenetur seruare ordinem iuditiorũ.*
Et quicquid agit præsumitur iustè, & ex legitima causa agere. Et vbi actus aliàs non valeret, de plenitudine potestatis sustineri debet.
86 *Constitutio Ducalis dat facultatẽ amplissimo Consilio Parmæ, & Placentiæ procedendi sola facti veritate inspecta, atque iudicandi.*
87 *Clausula, sola facti veritate inspecta, operatur, q̃ Iudex possit exceptionem proprietatis in possessorio admittere, & petitoriũ cumulare, et est cõis.*
88 *Iudex qui potest sola facti veritate inspecta iudicare, nulli ordini iudiciario subiacet, nec iuris cõis traditioni, sed inspecto iure naturali, & gentiũ; imò vt Princeps, et vt Deus ipse iudicare põt.*
89 *Iudex q̃ põt puertere ordinẽ causæ ad se ipsã, multò magis põt puertere ordinẽ causæ ad aliã causã.*
90 *Fiscales causæ cognoscuntur sola facti veritate inspecta, siuè agat Fiscus, siuè conuenιatur.*
91 *Spoliatus non restituitur, vbi cõuentus non est violentus possessor, et incontinenti probationes offer super proprietate, ex communi.*
Præsertim, qñ p instrumẽta publica, et acta offert, & nulla alia facti verificatio est necessaria.
Et præsertim etiàm quãdo periculum immineret, si restitutio fieret; & vide suprà nu. 74.
92 *Spoliatus in benefitialibus nõ restituitur, si cõuentus pbationes offert incontinẽti super pprietate.*
93 *A benefitialibus, ad feuda arguitur.*
94 *Exceptio dominij, qñ admittiti in iudicio spolij, multò magis in remedio Can. reintegrandæ, admittetur.*
95 *Feudatarius non agit spolio cõtra Dominum, quia iudicium illud sigillat famam.*
96 *Agẽs remedio recuperãdæ ĩ his, q̃ sinè Principis authoritate acqri nõ possũt, docere teneť de titulo uero, vel pũpto, et colorato; et est cõclusio ĩdubitata.*
97 *Titulus infectus, seù inualidus non colorat, sed potiùs discolorat, & inficit possessionem.*
98 *Titulus validus allegandus est, quamuis minùs plenè probetur in casu prædicto. (di posse.*
99 *Paria sunt titulũ nõ hẽre, vel exceptione illũ eli-*
100 *Titulus nullus, pro non titulo in omnibus habetur.*
Præsertìm, vbi de inualiditate tituli apertè, et euidenter constat.
101 *Titulus habitus à nõ habẽte authoritatẽ, adeò nullus est, vt nullũ possit colorẽ præbere, ex cõmuni.*
Idem de titulo per subreptionem, aut obreptionẽ impetrato; & facit infrà nu. 176. & seq. nu. 228. 230. 250. cum pluribus seqq. & nu. 256.
Ac de titulo habito ab habente authoritatem, sed forma non seruata, ex communi.
Et de titulo ex contractu bonorum feudalium, sinè Principis assensu, celebrato.
102 *Titulus aũt nullus dr, qui prorsùs, & de facto nullꝰ est, vel si de facto pcessit, iuris ratione deficit.*
103 *Feudũ informe acquirẽs, intelligitur etiàm pro filijs, & descendentibus suis in infinitũ acquirere.*
104 *Feudum non reuertitur ad Dominum, donec aliquis superest de vocatis in Inuestitura.*
105 *Feudum concessum pro se, suisq; hæredibus, & successoribus, transit ad extraneos.*
Item concessum cum facultate disponendi in quascunque personas;
Etiàm non obstante Mediolanensi decreto (Meminimus) dummodò cõcessio facta fuerit ob benemerita, ex sententia Menoch. Sed contrà nu. 171. cum duobus seqq.
Idem de feudo concesso pro se, suisq; hæredibus, et successoribus quibuscunque iudicatur.
Nec non de concesso cum clausula (& cui, vel quibus) & c. omnia remissiuè, & nu. 112. & 567.
Declara tamen vt num. 194. & seq.
106 *Sententia, quæ in iudicatum transiuit, iustum tribuit possidendi titulum.*
107 *Sententia contra Principem lata, successori præiudicat.*
Sicut & contractus cum illo celebratus.
108 *Filius adoptiuus licèt non succedat in feudalibus, secùs tamen consentiente Principe directo Domino,*

mino, in cuius præiudicium admittitur.

109 Clausula (sinè præiudicio iurium Cameræ nostræ) operatur tantùm in non expressis, & specificatis, ne contradictionem, & correctionem inducat. Quod intellige, et limita, vt inf. n. 231. 233. et seq.

110 Testatoris dispositio in feudalib. nulla, et inualida.

111 Sed accedente directi Domini consensu valet, & tenet in eius præiudicium.

112 Clausula (& cui vel quibus) tribuit facultatem testandi de feudo.

113 Titulus ex lõga, et diutina possessione præsumitur.

114 Longa & diutina possessio decem annorum regulariter intelligitur.

115 Vassallus posidens feudum per annum, inuestituram habere præsumitur à Domino directo. Quod declara vt infr. nu. 270. cum pluribus seqq. Et hæc ãnalis possessio ꝑiudicat ẽt alijs agnatis, sciẽtib⁹, et tacẽtib⁹; ꝙ declarat vt ĩfrà n. 273. cũ seqq.

116 Feudum antiquum de partium consensu fit nouum; adeò quòd finita linea nouiter inuestiti, feudum ad Dominũ reuertitur, nõ ad alios agnatos.

117 Feudũ nouũ ad transuersales nõ trãsit, et n. 160.

118 Feudũ nouũ fit si ex noua causa fiat inuestitura; Vel aliqua substãtialis qualitas antiqua addat̃, aut detrahatur, seù noua fiãt cõuẽtiones substãtiales.

119 Inuestitura metu Principis recepta posteris recipientis non nocet, remissiuè.

120 Contractus cũ Principe celebratus spontè, et absq. metu aliquo gestus præsumitur. Præsertim quandò nulla facta fuit protestatio, saltèm secreta.

121 Metus à Principe illatus vassallo purgatur temporis lõginquitate, Principum mutatione, seruitiorũ cõtinua præstatione, inuestiturarũq. renouatione.

122 Nouæ qualitates, & nouæ conuentiones substantiales in Inuestitura feudali plures referuntur.

123 Præsertĩ reseruatio aliquorũ datiorũ, et gabellarũ.

124 Verba (statuens & mandans) in inuestitura feudum nouum arguunt.

125 Feudum nouum arguitur, si in Inuestitura mẽtio non fiat de confirmatione antiquæ Inuestituræ.

126 Feudum nouum constituitur, si vocatorum successio alteretur.

127 Linea vna descendentiũ extincta, oẽs aliæ æqualiter succedunt in feudo paterno, & nu. 36. in fin. Quod tamen declaratur infrà num. 137.

128 Clausula (ità quod sapiat naturam cuiuscunque feudi antiqui, paterni, & auiti) operatur, vt agnati in defectũ liberorum admittantur; ex cõi.

129 Contrarium tamèn permulti celebres Doct. tenuere, ex magis communi. Et ità fuit iudicatum.

130 Prima autèm opi. retenta limitatur non procedere quandò feudum concessum fuit (pro se filijs, & descendentibus masculis) quià tunc restringitur concessio ad nominatos in genere, vel nomine collectiuo, & excluduntur transuersales.

131 Argumentum ab obseruantia secuta, in interpretatione contractuum rectè sumitur. Et intellectus ille semper assumi debet, quem effectus, & rerum exitus verum esse demonstrat.

132 Diuerso iure censeri non debet dispositio.

133 Commodũ qui sensit, debet sentire & incõmodũ.

134 Status rerum præsens attendendus, quià pro eo præsumitur, nec ab eo in dubio recedendum.

135 Menoch. sententia reprobata in cons. 378. nu. 55.

136 Linea vnà descendentiũ extincta, alia admittuntur vt sup. num. 127. Sed in vnaquaq. linea proximior tantùm in gradu succedit in feudo.

137 Lineæ subalternæ eodem iure succedunt inter se, quò principales lineæ cũ alijs eiusdem generis.

138 Naturales in feudo, etiàm informi, non succedũt.

139 Legitimitatis qualitas ab allegãte probari debet; ex cõi. Siue actor sit, siuè reus cõuẽtus; & est cõis.

140 Cõfessio in precibus plenè cõtra cõfitentẽ probat.

141 Confessio omnem probationis speciem antecellit, & nu. 163. cum seqq.

142 Quasi possessio legitimitatis non releuat ab onere probandi eam plenè, quando est fundamentum intentionis, & est materia differens.

143 Quasi possessio legitimitatis admittit probationem in contrariũ; etiàm per alias præsumptiones.

144 Quasi possessio legitimitatis ex quibuscunq. actibus resultans non nocet illis, qui tales actus non fecerunt, nec facientibus consenserunt.

145 Sententia quoque super ea lata nõ facit ius quoad omnes, sed inter collitigantes tantùm.

146 Imò nec istorum descendentibus præiudicat, nisi hæredes sint; & est firma opinio.

147 Quasi possessio legitimitatis nihil prodest, nisi cũ ea allegetur filiũ esse ortum ex illa muliere, quàm certitudinaliter constat esse, vel fuisse vxorem.

148 Quasi possessio legitimitatis non sufficit vbi principaliter in iudicium deducitur legitimitas, & in decisorijs. Et est verior, ac magis cõmunis opin.

149 Quasi possessio consanguinitatis non datur; sed tale ius cadit tantùm inter patrem, & filium, ac maritum, & vxorem.

150 Quasi possessio legitimitatis nõ prodest ei, qui est ĩ mala fide, ad releuãdũ eũ ab onere plenè ꝓbãdi.

151 Mala fides ex litis pendentia inducitur.

152 Menoch. sententia in dicto cons. 378. nu. 56. cum seqq. reprobatur ex falsis præsuppositis.

153 Coniuncti re, & verbis succedunt sibi inuicem per ius non decrescendi; etiàm si partes facilioris administrationis gratia fuerint constitutæ.

154 Menoch. error. in dicto cons. 378. num. 59.

155 Institutis pluribus in stirpes, & non in capita, coniunctio verbalis tantùm, nõ realis inducitur.

156 Sequentia declarant præcedentia.

157 Dictio (dicta) refert qualitates ꝑcedẽtis dispositiõis.

158 Testator cui facilè fuit reciprocã substitutionem facere, si nõ fecit, præsumẽdus est noluisse facere.

159 Menoch. dicta in cons. præcitato 378. nu. 60. 61. 62. confutantur singulatìm.

160 Transuersales in feudo nouiter concesso non succedunt, & supra num. 117.

161 Inuestitura limitata limitatũ ꝓducit effectũ succedendi.

162 Feudum paternum denuò concessum transit ad agna-

agnatos; remissiuè.
Sed limitatur quandò de partium consensu nouatur, & vt sup. nu. 216. cum seqq.
263 *Confessio recipientis feudalem Inuestituram contrà ipsum, & eius successores probat. & fac. vt suprà num. 140. & sequen.*
264 *Error in facto proprio recenti non admittitur.*
265 *Menoch. sententia in d. cons. 378. nu. 7. 8. explosa.*
266 *Historicis contra partis confeßionẽ non creditur.*
267 *Vassallus inuestitus cũ clausula (cui vel quib.) põt in quoscũq. disponere, etiàm sine Domini assensu.*
268 *Vassallus primò acquirens potest de feudo in praeiudicium descendentium disponere.*
269 *Menoch. d. cõs. 378. nu. 10. malè in facto ĩformat⁹.*
270 *Feudorum succeßio in stirpes, nõ in capita defertur; ex communi.*
271 *Decretũ status Mediol. incipiẽs (Meminimus) locũ hẽt in donationib. et Inuestituris remuneratorijs.*
Et ità iudicauit Senatus.
Menoch. autèm Senatũ reprahẽdẽs reprahẽditur.
272 *Praefatio mentem disponentis declarat.*
273 *Donatio remuneratoria donatio est; ex communi.*
Legatum ob benemerita titulum habet lucratiuũ.
Obligatus ab antidora cogi non potest ad aliquid dãdum, cũ naturalis obligatio actionẽ nõ pariat.
Et qui ab eo accipit, ex causa gratiosa, & lucratiua accepisse dicitur.
Et qui accipit id, quòd est sibi quasi debitum, lucrari dicitur, & de eo iudicatur, quod de eo quò absolutè lucratur.
274 *Menoch. dicto consi. 378. nu. 16. vsque ad nu. 29. ex falsis praesuppositis nititur.*
275 *Acquirens à Principe, si per quadriennium pacificè poßideat, praescriptione tutus est.*
276 *Inuestitura per subreptionem, aut obreptionem obtenta, nulla est, & inualida; remißiuè, & fac. infrà nu. 228. 230. 250. cum seqq. & 256.*
277 *Narrans feudum ad se spectare, quòd in parte tantùm spectabat, si de toto inuestiatur, nulla est Inuestitura, & 256.*
278 *Menoch. in d. suo cons. 378. sibi ipsi contradicit.*
279 *Emẽs a nõ Domino, etiàm cũ bona fide, nõ acquirit Dominiũ, sed fructus tãtùm cõsumptos lucratur.*
280 *Dominum qui se vult probare, dominium authoris sui probare debet.*
281 *Clausula (Motu proprio) non tollit vitium subreptionis, aut obreptionis in tertij praeiudicium.*
Etiã si prohibitũ fuerit dici de defectu intẽtionis.
282 *Defectus intentionis semper opponi potest.*
283 *Parma & Placentia à Mediolani Ducibus in sancta Romana Ecclesia dominium translata.*
284 *Ciuitas addita Regno, vel statui nõ accessoriè, sed principaliter, retinet suas leges, illisq. regitur, non verò legibus Regni, seù status cui additur, ex cõi.*
285 *Legẽ abrogatã q dicit, probare tenetur; remißiuè.*
286 *Decretum (Meminimus) est in viridi obseruantia in Ducatu Parmae, & Placentiae.*
287 *Titulus resolutus ad non titulum redactus est.*
288 *Resoluto iure authoris, resoluitur ius successoris.*
289 *Adoptiuus filius non facit deficere conditionem, si sinè filijs decesserit.*
290 *Contrahentes praesumuntur cum iuris dispositione conuenire voluisse.*
291 *Contrahentes super re feudali, praesumũtur praecedentibus inuestituris se conformare.*
292 *Contrahentes super re feudali non possunt vocatis in Inuestitura praeiudicare.*
Et omnes clausulae interpratari debent citrà vocatorum praeiudicium.
293 *Contrahentes praesumuntur cum iuris Municipalis dispositione concordare voluisse.*
294 *Clausula (cui vel quibus) in alienatione feudi, operatur tantùm, vt de eo disponi poßit inter vocatos non seruata eorum gradus praerogatiua, quae aliàs seruari debuisset; & est communis.*
295 *Clausula (cui vel quibus) in alienatione feudi, non operatur in praeiudicium vocatorum, nisi durante vita alienantis, posteà resoluitur.*
296 *Re⁹ cõuẽt⁹ opponere põt, quò ad se liberas ades habeo.*
297 *Salinae sunt de Regalijs Principum.*
Et de pertinentijs feudorum.
De illisq. iudicatur vtì de feudis, quibus accedunt.
298 *Citari dẽt omninò is cuius principaliter interest.*
299 *Res inter alios acta, alijs non praeiudicat.*
200 *Vassallus potest renuntiare feudum immediatè successuro, etiàm sinè directi Domini consensu.*
Et non est alienatio, sed refutatio.
201 *Iuditium cõtra vsufructuarium agitatum valet; & tenet; Quòd declara, vt infrà, nu. 206.*
202 *Vsusfructus in re feudali absque directi Dominì assensu constitui nequit, ex communi.*
203 *Feudum est seruitus.*
204 *Vsusfructus est seruitus.*
205 *Seruitus seruitutis non datur.*
206 *Iudicium contra vsufructuarium agitatum, ipsi soli nocet, non proprietario minimè citato.*
207 *Sententia lata contrà naturaliter poßidentem, nõ praeiudicat ciuiliter poßidenti.*
208 *Sententia per collusionem lata nulla est; nec potest cuiquam nocere.*
209 *Sentẽtia contrà vsufructuariũ colludentẽ nulla.*
210 *Collusio est omni iure prohibita, & omnes actus, in quibus interuenit, vitiat.*
211 *Collusio per coniecturas probatur; quia est de his quae occultò fiunt, & difficilis sunt probationis.*
212 *Coniecturae duae leues sufficiunt ad collusionẽ detegendam, prout, & simulationem.*
213 *Collusio arguitur ex eò, q reus nõ vtitur exceptione sibi competente, patiẽdo se antè tp̃s cõueniri.*
214 *Collusio arguiĩ ex eo, q qs iuuit causã aduersarij; Vt putà liberando eum à probatione iactationũ, & diffamationum in materia l. diffamari. C. de inge. & manu.*
215 *Collusio ex clausulis insolitis, ẽt rescriptorũ arguiĩ.*
216 *Collusio arguitur ex festinanti confeßione positionum, quas quis verosimiliter ignorauit.*
217 *Collusio probatur ex quò appellare quis prohibet procuratorem suum in causa appellabili.*

218 *Procurator appellare tenetur, sed non appellationem prosequi.*

219 *Collusio ex breuitate tpis, qua lis finit̄ cōiectari pōt.*

220 *Collusio ab effectu post sentētiā secuto colligi pōt.*

221 *Sententia est stricti iuris, et extensionē nō recipit.*

222 *Non probat hoc esse quòd ab hoc contingit abesse.*

223 *Princeps adoptioni consentiens, quàm vassallus facit, agnatis non præiudicat ex Inuestitura vocatis; & est communis, & facit infrà nu. 260.*
Curt. tamen Iun. in cons. 138. contrarium tenere videtur. Sed ad concordiam cum cōi reducitur.

224 *Princeps non potest iuri Tertij ex cōtractu resultante præiudicare.*

225 *Princeps consentiens alienationi feudi sibi non præiudicat in iure de futuro, quòd ignorauit; vt si post alienantis mortem foret ad se recasurum.*
Multò magis si adiecit clausulam, sinè præiuditio iurium Cameræ nostræ.

226 *Consensus adhibitus alienationi rei, quæ in aliquē futurum euentum mea esse debet, eueniente illo casu mihi non obest. Et exemplificatur in rebus conditionali fideicommisso subiectis.*

227 *Princeps præsumitur minùs velle Fisco suo præiudicare, quàm sit possibile.*

228 *Assensus adoptioni ad feuda præstitus nihil operatur, si qualitates Principi expssæ nō verificētur.*
Nec sufficit in parte verificari, & nu. 237.

229 *Assensus præstitus per Principem actui in fraudem alicuius gesto nihil proficit.*

230 *Assensus Principis non præiudicat Tertio in eo de quo non fuit certioratus Princeps.*

231 *Clausula (sinè præiuditio iuriū Cameræ nostræ, & cuiuslibet tertij) propriū est, illæsū ius cōseruare.*
Nedùm de præsenti competens, sed etiàm in futurum competiturum.

232 *Clausula (sinè præiudicio iuris tertij) frustrà in rescriptis, & concessionibus apponitur, ex quò semper subintelligitur, & nu. 255.*

233 *Clausula (sinè præiudicio iurium Cameræ, seu Fisci) in omni Principis dispositione subintelligitur ex Decreto Mediolani. Prouidere volentes.*

234 *Decretum Mediolani, prouidere volentes, renouatum in Ducatu Parmæ, & Placentiæ per specialem Constitutionem Sereniss. Ducis Octauij.*

235 *Decreto, Meminim⁹, nō derogat Prīceps absq; speciali, & indiuidua ei⁹ mētione, et derogatione expssa.*
Generales autèm clausulæ quantumuis prægnantissimæ non sufficiunt.
Etiàm si iuramentū ipsius Principis interueniat.

236 *Prohibitio duplex alienādi feudū in pīudiciū directi Domini, idest legis, et hominū, operatur quòd assēsus alienationi pstit⁹ eā nō cōualidet, et n. 263.*

237 *Assensus alienationi, seu translationi feudi impetratus per eum qui vnam, seù plures qualitates expressit, non valet, nisi illæ qualitates, etiàm copulatinè verificentur, & suprà. nu. 223.*

238 *Assensus restrictus ad certa bona, & certas personas, non extenditur, cum sit stricti iuris.*

239 *Adoptionem faciens si eius solemnia non obseruet, sed arrogationis, nihil agit.*

240 *Adoptionis forma, non arrogationis conuenit, filiū præsentem in sua potestate, & gubernio accipere, & vti talem insignum vera pura, & naturalis paternitatis amplexari, ac de cætero pro filio legitimo, & naturali adoptantis haberi.*

241 *Actus à forma dijudicatur.*

242 *Adoptioni repugnat, & arrogationi congruit filiū in patris adoptātis potestatē trāsire, si extraneus sit, & de naturalis potestate exire, ac liberari.*

243 *Adoptioni repugnat, & arrogationi cōgruit, quòd filius nedùm patri adoptiuo succedat, sed eius quoque ascendentibus, agnatis, & cognatis.*

244 *Adoptioni minimè conuenit, sed arrogationi, pacisci, quòd adoptatus succedat adoptanti, tam ex testamento, quàm ab intestato.*

245 *Arrogatio pupilli non tenet, nisi arrogans de ipsius indemnitate tabellioni caueat.*

246 *Arrogatio pupilli cum ingenti, & exacta causa cognitione fieri debet.*

247 *Arrogatio autem adulti cum minori causæ cognitione expediri potest.*

248 *Delegatus egredi non potest fines iurisdictionis sibi delegatæ.*

249 *Arrogatio sinè Principis authoritate fieri nequit.*
Præsertìm verò si arrogatus ad feuda arrogantis succedere intendit, quæ absque Principis ipsius assensu haberi non possunt.

250 *Rescripta per subreptionem, aut obreptionem impetrata, nulla, & inualida sunt. & facit suprà nu. 101. 176. & seq. 228. et 230. & inf. nu. 256.*

251 *Arrogatio cui Princeps per obreptionem, aut subreptionem consentit, non tenet.*

252 *Subreptio, & obreptio in feudalibus potissimùm annullat gratiam.*

253 *Priuilegium per subreptionem, aut obreptionem impetratum non colorat possessionem.*

254 *Actus omnis pēdet ab agētis volūtate, et potestate.*

255 *Priuilegij concessio, ac gratia Principis sinè præiuditio tertij semper intelligitur, & facta præsumitur; & supra. nu. 232.*

256 *Vassallus tacēs ius cōpetere alijs personis in feudo super quò facultatē disponēdi à Principe īpetrat, p subreptionē impetrare dicetur, & sup. nu. 177.*
Siue ius illud sit in petitorio, siuè etiā ī possessorio.

257 *Dictio, Dùm, importat conditionem.*

258 *Dictio, Dumtamèn, importat modum.*

259 *Modus q respicit cōmodū alterius, q̄ implētis, stat p causa finali, idcircò eo nō impleto, actus corruit.*

260 *Princeps non potest testandi licentiam vassallo concedere de feudo antiquo in præiuditiū vocatorum; & est omnium cōis; & facit sup. nu. 223.*

261 *Inclusio vnius, est alterius exclusio.*

262 *Permissū in vno, seù aliquibus casibus contrà ius, seù de iure speciali, censetur in alijs prohibitum.*

263 *Testandi licentia vassallo concessa in Ducatu Parmæ, & Placen. nō operatur in præiuditiū Fisci, seù Duc. Cam. per Decretum, Prouidere volētes.*
Et per Ducalem Constitutionem.

Multò

Multò minùs ſi in conceßione expreßim prohibitum fuerit tale præiudicium fieri, quià concurrit prohibitio legis, & hominis; ex communi; & ſuprà, nu. 236.

264 *Fundamentum vbi non eſt, ſuperædificari non poteſt.*

265 *Inſtitutio hæredis facta de filio adoptiuo corruit, ſi adoptio non ſubſiſtat.*

Quoniàm adoptio præſumitur fuiſſe cauſa finalis inſtitutionis; ex communi.

Idem de inſtitutione filij, vel fratris, qui filius, vel frater non eſt.

Ac de filio naturali legitimato, cuius legitimatio non tenet.

Quæ concluſio dicitur non habere contradicentẽ.

Dec. tamèn contradicit; ſed alibi tenet contrariũ, & ſic ſibi ipſi aduerſatur.

Idem de vxore putatiua inſtituta dicitur.

Et de filio ĩſtituto vti legitimo cũ legitimus nõ eſſet.

266 *Donatio quoq. ad legatũ ſimilibus perſonis factũ ineſſicax eſt, ſi qualitas expreſſa vera non ſit.*

Nec ſufficit, quòd poſt donationem ipſam, vel inſtitutionem verificetur.

267 *Poſſeßio annalis vaſſalli directo Domino non nocet, niſi eius præſentia, & ſcientia concurrant.*

268 *Ac etiàm ſeruitiorum feudalium præſtat o, per ipſummet Dominum, vel eius procuratorem ſpecialem receptorum.*

269 *Pro Rex, vel Locumtenens Principis non habet facultatem donandi feuda.*

270 *Poſſeßio annalis de quà ſuprà operatur tantùm vbi dubitatur, an inueſtitura feudalis adſit nec nè? non verò ſi de ea conſtet, & ſuperindè quoquomodò diſputetur, vel ſuper depẽdẽtibus ab ea.*

C. 1. §. ſi quis ſe vel patrem. ſi de inueſtit. inter Dom. & agna. lis oria. & c. 1. in princ. de conſuet. rect. feud. declarantur.

271 *Poſſeßio annalis de qua ſuprà non operatur, niſi cum ſacramento vaßalli iurantis ſuper Inueſtitura per Dominum negata.*

Quòd ſacramentũ iudici pænitus arbitrariũ eſt.

Et vbi præſumptio aliquà contrà vaſſallum militat, excluditur is omninò à tali iuramento.

272 *Poſſeßio annalis antedicta prodeſt ſolùm vaſſallo poßidenti, & reo conuento, ſecùs ſi non poßidoat, & Actor ſit.*

273 *Poſſeßio annalis feudi non nocet agnatis vocatis ex tenore Inueſtiturarum, niſi, & ipſe poßidens in eorum ſit numero.*

274 *C. 1. §. ſi Titius filios. ſi de feud. defun. mil. communis intellectus.*

275 *Poſſeßio annalis de qua ſuprà non præiudicat agnatis, qui de diſſenſu proteſtati fuerunt antè lapſum anni.*

276 *Proteſtatio excludit conſenſum.*

277 *Proteſtatio quæ fit ſuper dependentibus ab animo proteſtantis, tollit effectum actus contrarij.*

278 *Epilogus totius reſponſi, &c.*

Conſ. Lud. Sacc.

Pro Sereniſs. D. D. Alexandro Farneſio Parmæ, & Placentiæ Duce, &c.

EPITOME.

Ciuitatis Buxeti, Terrarumq́ Curtis maioris, Monticellorum, Florentiolæ, & Bargoni ad Ducalem Cameram Parmæ ob lineam finitam deuolutarum, rectè fuiſſe poſſeſſionem propria authoritate captam, & in ſequeſtro poſitam vſquequo declaratum fuerit an alicui ſuper eis ius competat? Qua in re tria præcipuè diſcutiuntur.

Primum, an ei qui detinebat iudicium reſtitutorium competat?

Secundum, an eo reluctante petitorium cum poſſeßorio cumulari poßit?

Tertium ſi cumulationi locus non ſit, an titulum ſaltem oſtendere teneatur, & qualem?

RESPONSVM PRIMVM.

Deus illuminatio mea.

SIcut diuiſiones aquarum,
1 ità † cor Regis in manu
Domini, quocunque voluerit inclinabit illud, dixit Salomon Prouerb. c.
2 21. † & diuinatio in labijs
Regis, in iudicio non errabit os eius, vt idem ſapiens. Prouer. cap. 16. ſcriptum reliquit; Idcircò
de maximorum Principum placitis benè ſemper ſentiendum, quamuis cauſæ non innoteſcant, quæ vt plurimùm inueſtigari nequeunt,
ex eius Prophetæ teſtimonio aſſerentis, Cœlũ
3 ſurſum, & Terra deorſum † & cor Regis inſcrutabile. Prouer. cap. 25. eis autem qui intempeſtiuè, ac nimis properè illorũ animi motus, & iuſſionum rationes exquirunt obijci poteſt Pauli
4 ſententia ad Rom. 12. † non plùs ſapere quàm
oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Qui
autem veras rerũ cauſas neſcientes, facilè Principum actiones damnant, meminiſſe oportet
5 Salomonis documenti Prouerb. c. 12. † Labium
veritatis firmum eſt in perpetuum, qui autẽ teſtis eſt repentinus, concinnat linguã mẽdatij; &
6 rurſum cap. 13. † Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit
animam ſuam, qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala; & quamuis illorum opera primo quandoq. aſpectu ratione carere videantur, à iudicio tamen cauendum eſt, Saluatoris Dñi noſtri præcepto, ꝙ Ioannis c. 7. legi-
7 tur. † Nolite ſecundùm faciem iudicare, ſed iu-

 ſtum

ftum iuditium iudicate,& multò magis à maledictis;
8 † quoniam Dijs non detrahes, & Principi populi tui non maledices. Exod. c.22. etiàm D. Pauli exẽplo, actuũ Apostolorũ c.23.relato.

Quoniam igitur in præsenti cõsultatione negotium iam vsq. adeò liquidatum est, vt rationes,& causæ cuiq. parere possint, quibus adductus Serenifs.& Inuictifs. D. D. ALEXANDER FARNESIVS Parmæ, Placentiæq. Dux Tertius, bonorum, & iurium feudalium, Iurisdictionalium,Regaliumq. per quon.Illustrifs. D.Sfortiã Pallauicinum tempore eius vitæ,& mortis possessorum,in Ducatu suo præd.existentium,possessionem,vel quasi mensibus elapsis capi iussit, facilè quisq. animaduertere poterit,quàm rectè Princeps ille iustissimus egerit; quàm secus sentientes toto(vt aiunt) cœlo aberrarint; quamq. possessionis eiusdem recuperationi,absq. iustis, & legitimis titulis intendentes, à recto iuris tramite declinent. Quod vt apertius,dilucidiusq. fiat, seriem facti vniuersam præmittere lubet,
9 † quandoquidem ex facto ipso apertè & distinctè narrato ius oritur,l.si ex plagis.§.in cliuo.ff. ad l.Aquil. l. precibus.vbi Dec.nu. 3.C.de im-
10 pub.& ali. sub. † &eiusdem facti error prudentissimos quoque solet decipere. l. 2. ff. de iu. & fac.igno.Factum autem est huiuscemodi.

ILLVSTRIS,& Potens quondã Marchio Rolandus Pallauicinus plura viuẽs oppida in Parmen,si Placentinoq. agro,& alibi quoq. tenuit, & possedit, quibus à Philippo Maria tunc Mediolani Duce, & Parmæ Domino ob defectionem priuatus, & posteà ad gratiam restitutus, eadem ab ipso Duce tamquàm ad eius Ducalẽ Camerã applicata,& legitimè deuoluta, in feudum denuò de anno 1445.suscepit; rectum,honorificum,nobile, & gentile, exceptis tamẽ per ipsum Ducem interim alienatis,inter quæ Terra erat Florẽtiolæ, Nicolao Vicecomiti,Picinino nuncupato concessa,& donata. Quæ autem in feudum sic vt suprà acceperat Rolandus, in vltimo eius eulogio, inter septẽ suos filios masculos legitimos,& naturales,vnà cum alijs suis bonis diuisit; Sed partitioni huic non acquiescentes, & lites,atq. discordias,nihilominus effugere volentes, compromissum amplissimũ fecerunt in Ducem Franciscũ Sfortiam dicti Philippi Mariæ successorem, paterno restamento, & diuisionibus prædictis renunriantes; qui suũ tandem protulit laudum de anno 1457. in quo castra omnia prędicta,cæteraq. bona in hęreditate Rolandi remansa, inter filios præd. diuisit, singulis portionem suam assignando. Nicolao, Castrum Varani Marchionum, Castrum Guelphum, Castrũ Galinellæ,& Villam Miani. Vberto,Castrum Tablani, Castellinam, & medietatem Solignani.Io.Ludouico, & Pallauicino simul,Terram Buxeti,& Castrum Bargoni. Carolo Episcopo Laudensi, Castrum Mõticellorum. Io.Francisco,Castrum Zibelli,& medietatẽ Solignani. Io. Manfredo, Castrum Polexini,cum Castro Costemedianæ; & hæc omnia cum iurisdictione,regalijs &c.Iussitq. vnum quemq. eandem suam portionem castrorum cũ iurisdictionibus, & pertinentijs suis ab ipsomet Duce in feudum intrà annum accipere, & inuestituram obtinere; Qui quidẽ fratres laudo in omnibus, & per omnia parendo, Inuestituram feudalem singulatim acceperunt.videlicet quilibet pro se suisq. filijs,& descendentibus, & descendẽtium descendentibus, & hæredibus in infinitum masculis, legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio, & linea masculina, & corporibus suis natis, & nascituris; excepto tamen Carolo Laudensi Episcopo,cui,cum talium descendentium spem habere non posset, sub diuersa forma concessa fuit feudalis Inuestitura,de qua inferius tractabitur. Prædictis autem Io. Ludouico, & Pallauicino coniunctim fecit Inuestiturã de dictis Castro nũc Ciuitate Buxeti, & Castro Bargoni, cum villis & pertinentijs suis, & inter Villas Buxeti vna erat,vbi nunc egregium oppidum Curtismaioris reperitur; Voluit quoq. ius accrescendi inter hos duos fratres,& eorum descendẽtes locum habere, ita vt alterius linea masculina finita,altera in totũ succederet. Post hanc autem communem Inuestituram, quæ de anno 1458.emanauit, quandam aliam declarationẽ mentis,& voluntatis suæ fecit idem Dux Franciscus eodem anno, apertius quoq. & clarius disponens super reciproca dictorum duorum fratrum successione,& iure accrescendi,seù verius non decrescendi; in qua etiã declaratione videtur voluisse,q deficientibus ambabus lineis masculinis prædictis, alij fratres, & eorum descendentes admittantur ẽm naturam antiqui feudi,& paterni. Sed quid in hoc pro constanti supponendum sit,non firmo, quia non est præsentis speculationis. Hanc autem duorum fratrum eãdem Inuestituram,cum reciproca successione, confirmarunt etiam Galeatius Maria de anno 1470.& Io. Galeatius de anno 1477.Mediolani Duces,pro ipsis fratribus,eorumque filijs,& descendentibus masculis,& vt supra.

Et in executione dictarum Inuestiturarũ possessa deindè fuerunt dicta loca in feudum,& nomine feudi per dictos septem fratres, & eorum descendentes, & à retroactis etiam huius status Principibus recognita successiuè,cum iuramẽto fidelitatis,& debitis seruitijs feudalibus,absque vlla penitus controuersia, nec vnquam feudalem statum mutatũt, sed vti feudalia semper, & cõtinuatis temporibus tenta, & possessa fuerũt, vt supra, & in quamplurimis iuditijs coràm diuersis Tribunalibus amplissimis pro talibus habita,

bita, pronũciata, & iudicata, prout publicis, aptissimisq. patet documentis, q̃ frustra nõ refero.

Inter aũt descẽdẽtes masculos legitimos, & nãles Io. Ludouici prędicti, alter fuit Io. Ludouicus eius nepos, qui viuens tenebat Arcem cum medietate iurisdictionis, & iurium omnium feudalium, & regalium Curtismaioris, & decedens vnicam reliquit filiam Dñam Virginiam hæredem vniuersalem, quæ bonorum, & iurium prędictorũ possessionẽ statim habuit. Verùm prætendentibus eius fratribus patruelibus, Cęsare, Hieronymo, & Sfortia, oĩa prædicta ad se spectare, & pertinere, pręsertim ex Inuestitura memorata Io. Ludouici, & Pallauicini, transactio secuta fuit inter partes de anno 1528.

Sed pretendẽs Dña Virginia minor se læsam, imò trãsactionẽ nullã, & p̃pea litem parans, denuò cum D. Hieronymo prędicto, de Curtemaiori nuncupato, tunc bonorum, & iurium prædictorum possessore, transegit; In qua transactione inter cætera pactuitum, & conuentum extitit, quòd eo sinè filijs masculis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreatis, & non per iuris fictionem, etiam subsequentis matrimonij, tũc & eo casu D. Virginia, eiusque filij, & hæredes essent in eo statu, & gradu, quo erãt tempore primæ trãsactionis, & cessionis per eam factæ de dictis bonis, & iuribus; & ad ea sibi pateret liber accessus immediatè, & ipso iure, reuerterenturq., & reuerti possent ad actualem, & corporalem possessionẽ propria authoritate, & sinè citatione, & liquidatione aliqua; & hæc cum constituto possessorio, & clausula, ex nunc prout ex tunc &c. Sed cum casus euenisset obitus prędicti D. Hieronymi sinè masculis, relictis tamen filiabus D. Victoria, & D. Isabella hæredibus vniuersalibus, quæ paternorum bonorum possessionem continuare pręten debant, Dña autem Virginia medietatis prædictæ possessionẽ pariter prætendente, ac D. Sfortia Pallauicino proximiore agnato ad eandem possessionem aspirãte, timore scandali Serenifs. D. Dux Octauius possessionem dicti castri, nec non & Castrineteris, & tertiæ partis Monticellorũ cũ sua Iurisdictione, cęterisq̃. iuribus, & p̃tinentijs suis, ad se aduocauit, & in sequestro sta re iussit, donec de partiũ iurib⁹ cognitũ fuisset.

At paulò post, & de anno 1557. transegit D. Sfortia cum filiabus prædictis D. Hieronymi, à quibus cessionem obtinuit omnium locorum, iuriumq. feudalium prædictotum, ea tamẽ conditione, q̃ ipso sinè filijs masculis decedente, præd. Dominæ remanerent in suis pristinis iuribus, quę habebant antè ipsam transactionẽ, & tali casu eueniente, intelligeretur D. Sfortia ipsarum nomine possidere, quibus etiam liceret possessionem propria authoritate ingredi, fuitque contractus iste Ducali authoritate roboratus, cum clausulis amplissimis, & specialiter cũ clausula, sublata aliter iudicandi potestate.

Successiuè quoq. transegit cum D. Virginia, à qua cessionem obtinuit conformẽ cessioni per eam prius factæ ad beneficium domini Hieronymi antedicti, & cum eadem conditione redeundi pro se, & descendentibus suis ad pristinum statum in bonis, & iuribus paternis, decedẽte ipso D. Sfortia sinè filijs masculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & vt supra; multis etiam ad maiorem corroborationem additis, & præsertim quòd nõ posset vnquàm D. Sfortia de bonis, & iuribus prædictis disponere, nec in aliam personam transferre, & q̃ eueniente casu prædicto, non possent eius hæredes aliq̃d vnquàm opponere, nec eã, & descendentes suos molestare quoquomodo in possessorio, vel petitorio, nec agẽdo, nec excipiendo, fuitq. trãsactio huiusmodi Ducali pariter authoritate suffulta. D. autem Virginię defunctæ filij, & hæredes fuerunt Illustr. D. D. Cardinalis Io. Franciscus, & Raynutius de Gãbara.

Sciendum est insuper Io. Manfredum Pallauicinum nepotem ex filio dicti Io. Manfredi de anno 1530. dũm castrum feadale Costæmedianæ teneret, & possideret, illud permutasse cum D. Cæsare prædicto de Curtemaiori, pro quo recepit loca Olziæ, & Vecchini, pacto inter cætera adiecto, quòd deficiente ipso Domino Cæsare, Domino Hieronymo, & D. Sfortia eius agnatis absque filijs, castrum prædictum cum sua iurisdictione, & pertinentijs ad D. Io. Manfredum, & D. Octauianum, & Franciscum Mariam, & eorum filios, & descendentes reuerteretur, & è conuersò decedente ipso Io. Manfredo, ac alijs prænominatis sinè filijs, loca Olziæ, & Vecchini ad D. Cæsarem, & eius descendentes reuerterẽtur, & super hoc etiã contractu celebratum fuit instrumentum publicum, cũ constituto possessorio, & alijs clausulis consuetis, nec non confirmatum Principis authoritate, videlicet legati Apostolici tunc Galliam hanc Cispadanam pro Sancta Sede gubernantis.

Prædictis autem addendum est, alium Rolãdum ex Io. Ludouico ortum acquisiuisse aliud feudum, videlicet Florentiolæ castrum à quodã Petro de Roano, qui illud dono habuerat à Ludouico Duodecimo Francornm Rege tunc Ducatum Mediolani obtinente, cum interinatione tamẽ Senatus restrictiua talis donationis ad naturam feudorum Mediolani, & hoc modo in descendentes dicti Io. Ludouici masculos perseuerauit, quousque ipsius linea durauit, hoc est donec vixit prædictus D. Sfortia, vltimus dictorum descendentium masculorum superstes.

Nec est ignorandum extare Decretum Mediolani editum vsque de anno 1490. Incipiens, Meminimus, quod in hoc etiam statu Serenifs. D. Du-

D. Ducis adhuc est in viridi obseruantia, & per quod statuitur, feudales concessiones sub quauis forma conceptas, & eti clausulis quibuscunque amplificatas, & munitas, restrictas esse, & intelligi debere ad personas acquirentium, & earum descendentes masculos tantùm, legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, nisi expressim fuerit aliter dispositum, cum specifica derogatione talis decreti.

Modò præsupponendum extinctam fuisse primò lineam Pallauicini masculinam, legitimam, & naturalem, & de legitimo matrimonio procedentem, per mortem scilicet D. Hieronymi de Buxeto de anno 1579. cui in bonis prędictis feudalibus successit D. Sfortia vnicus tunc superstes de linea masculina Io. Ludouici, & sic venit casus in dicta communi Inuestitura compræhensus, quo descendentes masculi legitimi &c. lineæ Io. Ludouici successerunt in omnibus bonis, & iuribus in illa compræhensis.

Verùm quia ipse quoque Illustriss. D. Sfortia sinè filijs erat, & in senili ætate constitutus, cupiebatq́ familiæ nomen, & dignitatē post mortem suam conseruari, preces prædicto Sereniss. D. Duci porrexit, & rescriptum obtinuit de anno 1580. facultatem ei tribuens filium adoptandi, sine tamen pręiudicio iurium Ducalis Cameræ, & cuiuslibet Tertij; cuius virtute Illustriss. D. Alexādrum Pallauicinū adoptauit, sub quadam forma infrà latius examinanda; Pariterq́, pro obtinenda licentia testandi de bonis, & iuribus suis, etiā feudalibus, supplicauit, & rescriptū reportauit de anno 1571. die vltima Iunij, facultatem testandi concedens, dummodò testaretur in comptæhensos in Inuestituris, & concessionibus feudalibus, & iuxtà ipsarum formā, & tenorem. Et quia intentionis suæ erat, bona, & iura omnia, quæ possidebat, etiam feudalia, cum iuribus, & pertinentijs antedictis ad hæredem suum transire, non obstante natura Inuestiturarum, & non obstantibus etiam transactionibus, & conuentionibus memoratis, iudicium instituit contra Sereniss. D. D. Ducem Octauiū prædictū, in remedio l. diffamari. C. de ingenu. & manu. coram non nullis Iudicibus specialiter delegatis, qui suam tandem sententiam in eius fauorem protulerunt super castris, iurisdictionibus, cęterisq́. iuribus, de quibus agitur, de qua latius inferius tractabitur. A qua sententia prohibuit idem Sereniss. Dux appellari, vt ex scriptura authētica procuratori suo in ea causa directa plenè probatur. Vndè testamētum posteà condidit, in quo hæredem sibi vniuersalem instituit prædictum D. Alexandrum vti filium suū adoptiuum; qui mortuo Testatore absque filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, vti eius filius adoptiuus, & hæres, tenutam accepisse bonorum omnium hęreditariorum fertur; nec non feudalium cum suis iurisdictionibus, & iuribus, quibuscunque, etiam regalibus eisdem feudalibus annexis; extraiudicialiter tamen, & nemine citato; & acceptam per biennium, vel circa, retinuisse dicitur.

Et vt sciatur à quo stipite, & quomodò descēdat prædictus D. Alexander prætēsus filius adoptiuus, & hæres prædicti D. Sfortiæ, præsupponendum est ex Io. Francisco prænominato Rolandi Senioris filio, plures natos fuisse filios, inter quos Bernardinus, & Rolandus Iunior, ex Bernardino Vbertus, ex Vberto Alphonsus, & ex Alphonso Alexander hic, cuius status est dubius; quandoquidem non apparet Bernardinū eius Abauum matrimonium contraxisse cū illa Catherina, ex qua memoratus Vbertus, & alij filij in lucem prodiere. Nam licet instrumētum quoddam circonferri soleat, quod super tali matrimonio prætenditur celebratū de anno 1508. mense Septembris; attamen certum est contrahē non potuisse stantibus impedimentis, quæ ipsimet contrahentes postmodum fatentur in supplicatione porrecta Sanctissimo D. Papæ de eodem anno, & mēse, pro obtinenda dispensatione ad effectum matrimonij inter eos contrahēdi; Etenim directa fuit commissio illa Reuerendiss. Episcopo Parmensi, seu eius Vicario, à quo nullam tunc obtinuerunt dispensatioēm, sed de anno tantùm 1510. mense Ianuarij facultatem quandam talem qualem à dicto Vicario de matrimonio inter se contrahendo impetrarunt; qđ tamen nullibi apparet ex post fuisse contractū. Adeò ꝙ de impedimento ex ipsorū confessione liquet, de matrimonio autem nequaquàm. Et hinc est, ꝙ cū de anno 1530. mota fuisset lis per prædictum D. Vbertum, & fratres contrà D. Barbaram prædicti Rolandi Iunioris filiam, & hęredem pro bonis signanter feudalibus ipsi Rolando obuentis in diuisionibus cū Bernardino fratre factis, quę ad fœminas transire non posse asserebant, oppositum fuit per D. Barbaram de illegitimitate actorū; quos etiam reconuenit pro omnibus alijs bonis per ipsos possessis, & in diuisionibus prædictis Bernardino obuentis, vti eorum incapaces ex illegitimitate prædicta: super qua tandiù fuit disceptatum, vt lis adhuc indecisa pendeat. Et licèt Instrumentum prędictum per actores fuerit productum super celebratione dicti matrimonij vsque de anno 1508. mense Septembris, vt asserebant, secuta, fuit tamen in Sacro Rot. auditorio reiectum, & ad partes positum, vt in decisione. Nec ommittendum, ꝙ de anno 1538. ipsemet D. Vbertus testes ad æternam rei memoriam examinari coram tunc Parmæ Gubernatore fecit super eius natiuitate, qui ipsum de anno 1509. ortū fuisse vnanimiter concludunt; & sic durante impedimento matrimonij; & multò antè assertam dispensationem

sationem impetratã vtsupra; Cui etiam dispensationi multa alia obijci solent, quæ breuitatis causa missa facio; præsertimque deposita per testes Illustriss. DD. Rangonorum; qui alia matrimonij impedimenta probant, quorum mentionem in supplicatione facere oportebat.

Diem modò suum obijt Serenis. D. Dux Octauius, cui Serenis. & Inuictiss. D. D. Alexander eius filius vnigenitus in hoc fœlicissimo Ducatu successit.

Sed vsq. de anno 1565. idem Serenis. Dux Octauius dictum Ducatum cum vniuerso statu, & iuribus omnibus ad eum spectantibus & pertinentibus, atque in futurum spectaturis, & peruenturis, Prælibato Serenis. D. Alexandro eius filio occasione matrimonij tunc per eum cõtrahendi cum Serenis. Maria Lusitaniæ Regis cõsanguinea, & in executione capitulorum eiusdẽ matrimonij, renuntiauerat, cesserat, trãstulerat, ac donauerat inter viuos; retento sibi tantùm vsufructu dùm viueret; Qui quidẽ vsusfructus (si reseruatio valuit) per mortẽ Serenis. Ducis Octauij, posteà consolidatus fuit cũ ꝓprietate.

Animaduertens igitur dictus Serenis. Dux Alexander, ambas lineas prædictorum Io. Lodouici, & Pallauicini masculinas, legitimas, & naturales, per obitum D. Sfortiæ extinctas, consequenterq. bona & iura in prædicta communi Inuestitura compræhensa ad Ducalem Camerã deuoluta, & reuersa dici posse, stante quòd Inuestitura ista pluribus de causis infradicẽdis, attendenda est, ac obseruanda, prout hactenus ẽt factum extitit, & præsertim tempore mortis D. Hieronymi antedicti, cui solus D. Sfortia ex tot descendentibus Rolandi tunc superstitibus ex alijs dictorũ septem fratrũ lineis, successit in feudis & iuribus prædictis; & quemadmodum anteà quoq. factũ fuerat tempore mortis Caroli Epi, cui in feudo Monticellorũ successerunt tantummodò tres lineæ aliorum fratrum videlicet, Io. Francisci, Io. Ludouici, & Pallauicini, exclusis alijs tribus, ita permittente Inuestitura sua feudali a dicto Francisco Sfortia Duce habita.

Audiens quoq. idem Serenis. D. Dux Alexander assiduas eorum omnium quærimonias, qui eorundem bonorum & iurium dominium, ac possessionem ad se spectare, & pertinere prætendebant, eorumq. præsertim, qui vigore conuentionum, & transactionum antedictarũ possessionem propria authoritate ingredi, & occupatores quoscunq. expellere posse cõtendebãt, vtsuprà, Necnon Illustris. DD. de Pallauicinis masculorum, descendentium legitimorũ, & naturalium, deq. legitimo thoro procreatorum, dictorum quondam Nicolai, Vberti, & Io. Mãfredi, qui omnes se vocatos prætendunt in Inuestitura, cũ declaratione memoratis, olim factis per præfatum Ducem Franciscum Sfortiam dictis Rolando, Io. Ludouico, & Pallauicino; aiunt. n. se saltèm post lineas horum duorum finitas, admissos, & vocatos apertissimè dignosci, & possessionem quoque feudorum, cum pertinentijs suis, earundem Inuestiturarum virtute, ad se spectare, & pertinere, cum præsertim proximiores sint, & communi stipiti, Rolando Seniori, & vltimo decedenti, D. Sfortiæ, quàm sit D. Alexander, de quo non est in facto ambigendum, cum verissimum sit, & notorium.

Item & descendentium masculorũ dicti Pallauicini, qui licet ab infecta radice prouenìant, legitimationes tamen exhibent Summorũ Pontificum, per quas prætendunt in bonis quibuscũque, etiam feudalibus, posse succedere, perindè ac si de legitimo, & vero matrimonio processissent, & cæteris omnibus, etiã legitimè natis anteferri, cum de linea dictorum duorum fratrum coniunctim inuestitorum existant.

Quos omnes prætendentes, diuitijs, authoritate, subditis, amicisq. valdè pollere non ignorabat Serenis. D. Dux. Et propterea volens Cels. sua tàm indemnitati suæ, quàm aliorũ omnium consulere, & imminentibus scandalis vndiq. cõminatis obuiàm ire, nè fortè dùm in partibus Belgicis pro Catholico Hispaniarũ Rege, fideq. Catholica viriliter, & indefessè pugnat, quietus, & pacificus status huius sui Ducatus, occasione ista, perturbaretur (sunt enim hæc fortilitia, & castra non parui, sed maximi momenti, pro quibus expugnandis, & defendendis respectiuè, bellum non mediocre committendũ fuisset) prudentissimè iussit possessionem bonorum, & iurium omnium feudalium, iurisdictionaliũ, ac regalium tantùm, nomine Ducalis suæ Cameræ appræhendi, quæ prædictus D. Sfortia tẽpore vitæ, & mortis suæ tenebat, & possidebat; sinè tamen præiuditio iurium cuiuscunque, imò cum expressa eorum reseruatione. Quinimò eadem omnia bona & iura appræhendenda, apud Camerã suam, prout in sequestro, stare voluit, & mandauit; eorumq. fructus, & redditus quoscunque separatim custodiri, & conseruari (prout in dies custodiuntur & conseruantur) donec de iuribus omnium prætendentium cognitum, & decisum fuisset per suum Excelsum Consiliũ Iustitiæ. Et ad hunc effectum publicari mandauit edictum de quo infrà. Cuius vigore multi ex prædictis prætendentibus comparuerunt, diuersasq. petitiones, & instantias porrexerunt.

Illustriss. autem D. Alexander separatim preces porrexit eidem Serenis. D. Duci, seù quispiam alius pro eo, & bina rescripta reportauit. Quibus præsentatis coràm dicto Excelso Consilio per eius assertũ Procuratorem, citato Procuratore Serenis. D. Ducis, eisdemq. reproductis, datus fuit libellus, quo petit in effectu prædictus Illustris. D. Alexander se restitui, & reintegrari

tegrari ad possessionem bonorum,& iurium per dictam Ducalem Cameram, sic vtsuprà appræhensorum, protestando velle tantùm in possessorio experiri, & petitorium nullo modo cũ eo in præsenti iuditio cumulare.

Vndè contingit de quatuor dubitare.

Primò vtrùm stantibus prædictis, Actor iustè, & legitimè possessione sua fuerit priuatus? & consequenter, vtrùm in iuditio prædicto obtinere possit nec ne?

Secundò, vtrùm eo reclamante, & reluctante, vt suprà, possit nihilominus in iuditio restitutorio per eum intentato, cumulatio petitorij, cũ possessorio fieri?

Tertiò, si cumulationi locus non sit, nùm teneatur ipse titulum ostendere ad effectum obtinendi in solo possessorio?; & qualem?

Quartò, & vltimò, nùm deducta per eũdem, titulum talem præbeant, qualis de iure requiritur, vt obtinere queat?

Omissis igitur disputationibus, quia non ad pompã, sed pro veritate tantùm scribimus, conclusiueque procedendo, ad primum dubium respõdemus, quòd iustè, legitimè, ac rationabilib. de causis possessionem antedictam Serenis. D. Dux nomine Cameræ suæ Ducalis propria authoritate capi mandauit, detentore aliter nõ citato. Quod in primis probatur ex memorata ꝓrensione deuolutionis, & reuersionis feudorum, cum iuribus, & pertinentijs suis ad eandem Ducalem Cameram ob finitam generationem Io. Ludouici, & Pallauicini fratrum inuestitorum,
11 vtsup. Enimuerò quotiens non ob delictũ, † sed ob lineam finitam, vel tempus finitum, reuertitur feudum ad directũ Dñm, licet huic propria authoritate illud capere; quoniam cum prius ciuilem possessionem habuerit, tunc incipit naturalem quoque habere, quæ cum ciuili cõsolidatur; quemadmodùm & dominium vtile cum directo; vndè cũ nihil aliud sibi desit, nisi sola detentatio, licitè potest quemcunq. detentorẽ, tanquam turbatorem suum expellere; ità pulchrè tradit Bal. in conf. 301. proponitur quòd Petrus nu. 5. vol. 1. qui hanc esse veram sententiam, & in praxi obseruatam attestatur, quod etiam reperit in consi. 345. nu. 4. eo. li. vbi aperto feudo vt suprà, possessionem a Domino, & clàm, & manu quoq. armata capi posse asseuerat, idem voluit in c. quæ in ecclesiarum, nu. 31. de consti. & in c. cæterùm nu. 4. de iud. atq. in c. 1. in vlt. not. de conten. inter Dom. & fidel. de Inuest. feud. vbi notabiliter certè loquitur, Isern. in consti. violẽtias in vers. horum autem. vbi loquens de feudo nouo, ait, mortuo Inuestito. possidentem spoliari posse, & vti spoliatum minimè restituendum, & idem esse vbicunq. aliter apparere posset, quòd ius non habet possidens, maximè per registra, refert & sequitur Afflict. ibi. sub nu. 22. & in c. Imperialem. §. illud quoq. nu. 19. vers. & hoc nõ negat. quò loci retulit etiã Luc. de Pen. idem tenentem in l. quicunq. C. de fund. limit. lib. 11. prout re vera tenet in 2. col. vers. aut si frater illud pertinere asserit. & idem Afflict. in d. c. 1. nu. 19. versi. 8. & vltimò. de conten. inter Dom. & fidel. atq. in constit. pacis cultum, num. 27. & Decis. 392. nu. 18. 19. Castr. in conf. 68. lib. 2. vbi concludit, finita linea Inuestitorũ ipso iure feudum reuerti ad Dñm, & liberum esse ipsi ius, præterquàm cõtrà emptorem, & tertiũ possessorem, qui sinè citatione amoueri non potest; contrà vassallum enim, & eius hæredem licitus est ingressus, vt per eum. Alex. consi. 124. nu. 3. lib. 1. ad idem Prepos. in c. 1. nu. 2. in fi. de feud. si. cul. non ammit. & in c. 1. §. fi. num. 4. qui feud. da. poss. Dec. consi. 191. col. pen. vers. 7. qui suprà. Barba. in c. ex parte col. 4. extrà de feud. Cur. Iun. in tract. de feud. part. 4. nu. 155. versi. & ideò subdit, & vers. 2. fallit, & seq. Bero. consi. 45. nu. 20. lib. 3. Brun. in suo feud. conf. 19. nu. 3. 4. 5. 6. Silua. in tract. de feud. recogni. q. 22. nu. 2. vers. hanc partem, & rursùs q. 23. in fi. Glo. Paris. tit. 1. §. 30. nu. 173. Paris de Pu. de reintegr. feu. c. incipien. an Dñs feudi propter seruitium, nu. 5. & c. incip. an finito tempore concessionis, num. 1. 2. 3. Io. Ant. de Nig. in c. Reg. Dudum ex præsumptuosæ. in princ. Crau. conf. 5. nu. 7. & 8. omninò videndus. Boss. in tit. de Princ. nu. 295. cum seqq. & nu. 331. vbi de cõsuetudine ita seruari, & in Senatu Mediolani heri * ità iudicatũ attestatur, eandem distinctiooem faciens, quam Castr. loco præcitato, quem refert, & sequitur Nat. conf. 563. nu. 36. Zaf. conf. 12. nu. 102. 103. 108. lib. 1. Rol. consi. 2. nu. 175. cum seqq. lib. 1. Gab. Rom. in suis conclus. tit. de acqui. poss. cõcl. 1. nu. 106. Petr. de Grego. in tract. cõcess. feud. par. 1. q. 4. in fi. & Blas. Lancea in c. volentes, q. 13. 14. atq. hos duos cõregnicolas referens Cumia super rit. magn. cur. c. 38. num. 262. & c. 40. nu. 84. 85. nec ab eis discedit, sed potiùs cum eis cõuenit Vinc. de Anna. in suis alleg. alleg. 1. lib. 4. & in sing. 151. Dñs an possit; licet prima facie contrarium fortè tenere videatur; etenim prima illa alleg. fundatur in eo, quòd domina Marchionissa, quæ sinè filijs decesserat, multò antè mortem, feudum alienauerat, cum possessionis translatione in fratrem Ascanium Columnam; etiàm cum Regio assensu; adeò ꝙ non poterat dici feudataria, & possidere feudũ tempore mortis, & per consequens cessabat dispositio illius c. ex præsumptuosæ. idque expressim ponderat sub nu. 1. vsq. ad nu. 15. appertissimè fatendo, secùs fore, si ipsa Marchionissa non alienasset in vita, & possessionem vsq. ad mortem retinuisset, prout in casu nostro fecit Illustris. D. Sfortia. Et in dicto sing. fatetur similiter Vinc. cõclusionem nostram in Rege procedere, propter autho-

thoritatem, licet in Barone subinfeudante con-
12 trariũ teneat. † At in nostra specie Serenifs. D. Dux eandem habet in Ducatu suo authoritatẽ, quam Rex Neap. in suo Regno; cum vterq. recognoscat ab Ecclesia Rom. & sancta Apostolica Sede, soluendo ei certum annuum cẽsum, vt notorium est, & cunctis obuium. Igitur pro nobis tenet Vincentius; cum quo etiam transit ibi Fabius eius filius in addi. Itẽ dicit Vinc. contrariũ nõ procedere vbi feudatarius decederet sine hærede, nam tunc ipso iure reperuenire debet feudum, & nos sumus in casu isto; quia D. Sfortia decessit sine hærede, videlicet sanguinis, prout in materia feudali debet intelligi, secundum communem de qua Clar. in §. feudum q. 9. vers. nunc prosequendo Cẽpha. consi. 303. nu. 42. & seq. Osasc. decis. 160. n. 15. Imò verò vt infra dicetur, etiam sine hærede extraneo, stante inualiditate institutionis hæredis. Ex quibus omnib. benè patet hanc esse proculdubiò * cõem opin. & propter tot, tantasq. authoritates sequendã.
13 Et licèt† nonnulli ex prædictis loquantur de concessione, seù Inuestitura ad tempus, quasi de certo tempore expresso iàm finito, vt Bal. in d. c. quæ in ecclesiarum, non tamen diuersùm iudicari potest de tempore incerto, vt putà de Inuestitura facta ad tertiam, vel quartam generationem, vel pro se, filijs, & nepotibus, vel pro se, & descẽdentibus masculis; quia finita linea Inuestitorum tempus remanet certificatum; nàm cõcessum ad tempus, post illud est prohibitum; ità in terminis argumentatur Cast. d. conf. 68. nu. 1. vers. similiter. Corn. consi. 76. nu. 9. & consi. 219. nu. 11. in 2. & plures citat Aurel. Corbul. in suo tract. qui. mo. fini. emphi. causa. 12. in princ. & Bossi. d. tit. de Princ. nu. 196. Curt. in d. tract.
14 loco præcitato, in vers. 2. fallit† & paria sũt quid certum esse ab initio, vel ex post certificari. l. certi conditio. cum not. ff. si cer. pet. l. sanctio. vbi glo. & Doct. ff. de pęn. §. curare. cũ not. Insti. de actio. Bart. Bal. & cæteri, præsertim Mari. Solomo. in l. Gallus. §. instituens nu. 15. de lib. & posthu. Iodoc. in Enchirid. parium, aut simil. iu. in vers. certum fieri posse.
Quæ * communis sententia confirmatur per
15 optimum simile de emphiteosi, qua pariter finita per extinctionem lineæ, licitũ est directo Domino propria authoritate possessionem rerum emphiteoticarum capere. l. ij. ibi, (liceat eum repellere à prædijs emphiteoticarijs,) & ibi glo. in ver. expellere. vbi etiã scriben. & præsertim Ias. nu. 100. C. de iu. emphi. auten. qui rem. ibi, si Dominus voluerit eum expellendo. C. de sacro eccles. Aret. in cons. 21. col. fin. Crau. cõs. 302. nu. 6 vers. sed dicet aliquis. Menoch. de recuper. poss. rem. 1. nu. 79. in fi. & * est communis opin. ꝑ qua latè consulit Gozad. multos pro ea referẽs cons. 39. ad fi. & magis communem etiàm attestatur Clar. in §. emphiteosis q. 11. & q. 44. indubitanter eam procedere affirmans, vbicunq. nõ inuenit Dominus resistentem, vel verbis tãtùm resistentem, prout in casu nostro cõtigit, in quo verbis tantùm facta dicitur resistentia ab initio, & ex post adhibitus consensus vt infra, * Communem quoque atteſtatur Bero. d. conf. 45. nu. 19. cum seq. & consil. 102. nu. 48. lib. 1. Aurel. in tract. suo præd. causa. 12. latè Ioseph Lud. decis. 17. nu. 8. 9. & per to. lib. 1. vbi de communiori, & receptissima sententia testatur; pro qua & ipse iudicauit, vt sub nu. 22. refert. Vinc. de Anna.
16 d. sing. 151. & Fab. in addi. † Cùm ergò de emphiteosi ad feudum argumentum procedat glo. in c. 1. in vers. vtrumq. in ti. an agna. vel fil. Bar. & cæt. in l. si mihi & titio. de verb. oblig. Bald. in c. 1. in fin. quibus mo. feud. consti. potest, Alex. cons. 106. nu. 7. 8. lib. 4. & consi. seq. sub num. 3. Dec. cons. 435. ad fi. Ias. in l. 1. nu. 55. cum seqq. C. de iu. emphi. Socin. cons. 167. nu. 24. in 2. quã * cõem dicit, Euerar. in sua cent. lega. in loco ab emphit. ad feud. Marſ. in l. de vno quoque. nu. 106. de re iud. Marant. in tract. de ord. iud. par. 3. ptinc. nu. 87. Certè idem & in feudo respondendũ est, prout & in terminis ponderauit Bal. d. cõs. 301. nu. 4. Bero. latè d. cõs. 45. n. 19. vsq. ad n. 25. Boss. d. tit. de Princip. n. 295. & Zas. vbi s.
17 Secundò confirmatur supradicta opin. † per aliud simile de locatore, nã finita locatione potest ipse quoq. propria authoritate conductorẽ expellere, negotio aliter non liquidato, Bart. in l. 1. §. interdum. ff. vti possi. Aret. d. conf. 21. nu. 5. in fi. Guid. Pap. q. 480. in princ. vbi de consuetudine ità seruari Gratianopoli attestatur. Curt. Sen. cõs. 47. nu. 6. Ioseph Lud. plenè dicta decis.
18 17. cum concord. † Eadem igitur dispositio & in directo Domino finito feudo procedere debet, cum eadem ratio in omnibus personis militet, quorum ius tempore finitur; meritò illas in terminis parificat Bal. in d. c. 1. in vlt. not. de cõten. inter Dom. & fidel. inquiens, finito tempore, finè aliquibus indutijs huiusmodi res omnes
19 auferri posse detentori; † quia omnis terminus terminatur per suas extremitates l. 4. de cond. & demon. Et quòd si vassallus tũc claudit ostia, Dñs põt aperire, & hoc facere inquit ad expulsionem colonorũ, emphiteotarũ, & aliorũ, quorum iura sunt tempore finita, idq. esse menti tenendum: refert & sequitur Cumi. d. c. 40. nu. 84.
20 Tertiò, † stringendo fortiùs hæc duo argumẽta de emphiteota, & locatore dicamus, quòd si propter generationem finitam, seù tempus aliàs finitum, licitũ est priuatis personis res suas propria authoritate occupare, multò magis habenti iurisdictionem permissum esse debet, vt in ꝓposito perpendit Prepos. post Bal. quem citat in d. ca. 1. in fin. de feud. si. cul. non amitten. constituentes differentiam inter Dominum habẽtem

alias

alias iurisdictiones,& non habentē; benè quoque facit,quod scribit Bald.in c.1.ad fi.vers. Iacob.Bel.dicit.in tit.de allod.& Brun.d.cons.19.
21 num.15.post Bal.& alios quos refert, † asserentes directum dominum habentem iurisdictionem auferre posse possessionem vassallo notoriè inobedienti; secus verò si iurisdictionē non habeat; quia tunc Iudicem adire debet.

22 Quartò,confirmatur per locum à minori ad maius; nàm si vassallus possidens feudum ab eo se absentat, potest Princeps directus Dominus interim propter ciuilem possessionem, quā obtinet,illud occupare de facto, & vassallus reuertens non potest contrà illum agere possessorio, quia pro derelicto habuisse videtur; ita singulariter docet Afflict.in dicta cōstitut. violētias, nu.26.quod perpetuò menti tenendum asserit; ad quod benè faciunt etiā tradita per Menoch. de recuper.poss.rem.10.q.13.si ergò in absente tātùm hoc permittitur, cuius ius nondum finitum est, imò diutius durare potest,etiā in perso
23 nis descendentium, † multò magis in mortuo sinè descendentibus; cuius ius in totum est extinctum,authē.multò magis.C.de episcopis, & cler.c.ex parte il terzo de deci.

24 Quintò,† hinc sequitur,quòd si tempore obitus prædicti D.Sfortiæ sinè descendentibus,trāsiuit possessio in Fiscum per extinctionē lineæ, vt supra,& fuit consolidata naturalis cum ciuili, vt ex authoribus primo loco citatis plenè liquet,præsertim Bald.d.consi.301.num.4.5.Ias. in l.Peregrè.§.qui ad nundinas in fi. de acquir. poss.Bero.d.consi.45. nu.19.20.Zaf.d.cons.11. nu.25. cum seqq. & consi.12.nu.101.vsque ad nu.108. Signo.cons.75.sub nu.10. Menoch.de recuper.poss. remed.9. nu.194.& alijs, per ingressum D.Alexandri spoliatus dici potest ipse
25 Fiscus, † qui per consequens possessionem suam quamprimùm valuit,recuperare potuit,& non dicitur spoliasse,sed recuperasse. Vndè nec ad restitutionem tenetur,nisi aduersarius legitimū titulum ostendiderit c. fi. vbi Cano.de ord.cogi.c.olim de resti.spol.cum materia.l.3.§.cū igitur.de vi arma.vbi Doct.& in l.clàm possidere. §.qui ad nundinas.de acqui.possess.Rub.d.§.nihil commune.nu.156.cum seq. Gab.d.concl.1. nu.151.Cumi.d.c.40.num.87.234.& seq. Menoch.de recuper.remed.1.num.339. & respōs. 2.causæ Finar.arti.2.nu.27.28.29.

Et si obijceretur,non sequutam recuperatio-
26 nem incontinenti,†in quo tantùm casu eam licitam iura cū authoritatibus allegatis probant, patet ex eisdemmet responsio, qnoniam incontinenti factum dicitur inspecta personarum. & rerum qualitate; vt per Menoch.d.rem.1. num. 339.vbi multos citat; etiàm si per decem annos dilatum fuisset,Boss.de plu.viol.nu.6.7.cū concord.& Cumi. vbi suprà num. 235. sic etenim,
27 † & in alijs materijs illud dicitur incontinenti fieri,quòd inspectis debitis circunstantijs,& rerum, ac personarum qualitatibus iudex ipse arbitratur.Menoch.de arbi.iud.cas.9.num.5.Mascard.de probat.concl.687. nu.22. vbi ad saturitatem.At in nostra specie Serenis.D.Dux viuente patre vsufructuario,non poterat in his se immiscere,nec decebat, propter illius reuerentiam, eo autem mortuo, quamuis eius Celsitudo abesset ex causa Reipublicæ Christianæ vtsu prà, innumerisq. grauissimis prępedita negocijs, ad huius sui status regimen accedere nō posset, animum tamen inter cætera ad hanc suam possessionem recuperandam applicuit, & matura, vt decuit,deliberatione pręhabita,negotium ipsum modo quo suprà expediri mandauit; cuius attenta grauitate,incontinenti factum satis dici potest, prout facilè prudens quisq. iudex arbi-
28 traturus est.Quinimò † ex quò ciuilem suā possessionem animo semper retinuit, & nunquàm deseruit,licuit ei quandocunque, & ex interuallo,naturalem cum detētatione recuperare,quia ciuilem sic continuasse dicitur, & perturbāti restituisse.l. si in rem.§. qui ad ianuam. quòd vi,aut clàm. Bar.& alij,in l.1.§.interdictum.ff. vti poss.
* & est * communis opin.secundū Alex. in l.quēadmodum de acqui.poss.sub nu.3.quem post alios relatos sequitur Boss.d.tit.de pluribus viol. nu. 10.Zaf.d.cons.102.nu.48.in pri. & cons.45. nu.19.22.23.24.lib.3. Aret.dicto cons.21. col. fi.Rebuf.de mater.possess.in præfat.nu.15.Menoch.de recuper.remed.9.num.194.

29 Sexto,† confirmari posse videtur ex generali priuilegio quòd habet * Princeps, & eius Fiscus,vt sinè possessione non litigēt; quoties nāque ius in aliqua re prætendit, & cōtrouersiam superinde cum aliquo habiturus est, possessionem in primis eiusdem rei accipit, & postmodū de iuribus partium discutitur, ità docet Boer.in consuet.Bitur.tit.de feud.§.13. col.2. Rebuf.in tract.de mater.possess.artic.2.glo.2.nu.26.cum duobus seq.quem citat, & sequitur Didac.prac. q.c.17.nu.6.vers.primum vbi.& licèt contradi-
* centes nō desint,attamen hoc in* praxi receptū videtur. & quotidiè videmus in diuersis mundi partibus obseruari,tàm in bonis delinquentium confiscatis,quàm in deuolutis,aut quæ ab indignis auferuntur, vel aliter quomodocunq. ad Fiscum deueniunt;statim namq. eorum possessionem capit,& nulla præmissa citatione detentorem remouet,deinde proponit ædicta,per quæ prætendētes in talibus bonis iubentur intra certa tempora comparere,& de eorum iuri-
30 bus docere; † & cum is sit mos,* & stylus aliorū Principum, præsertim totius Italiæ, vt notoriū est,non est ab eo discedendum,sed probandus, ac sequēdus.Menoch.latè in cōs.264.nu.46.47. Vndè cum Serenis. D. Dux Alexander feuda
cum

cum iuribus antedictis ad se reuersa,& deuoluta prætendat,nulli dubium,quin eorum possessionem rationibus antedictis legitimè cœperit. Consequenterq. ad illius recuperationem aspirare non potest Illustriss.D. Alexander per viā
31 restitutorij iudicij;† Quod quidem non procedit vbicunq. iusta de causa possessione quis priuatur Soci. * ex cōmuni in l.rem quæ nobis.nu. 8.ff.de acquir.poss. Affic.d.decis.392.nu.27.cū concord. Menoch.de recuper.rem.15.nu.95.in fi. Vrsil.ad Affl.decis.97.nu.3.Ceph.cōs.168.
32 nu.56.†Nec vbicunq. propria authoritate quis possessiooem licitè ingreditur,& absq. violētia, prout in terminis scribit Dec.d. consil.191.col. pen.vers.7.qui supr.post Cępol. quem refert in cons.60.in 2.dub.Corn.cons.171.lib.3.Gozad. d.consil.39.in fi.Ioseph.Lud.d.decis.17.nu.16. referēs Gabr.d.concl.1.nu.118.Crau.cōs.302. nu.6.vers.sed dicet.Ceph.cons.168.num.56.& tradunt alij multi ex pręcitatis in primo fundamēto;præsertim Cumi.d.c.40.nu.291.cū seqq. & Ponta.d.trac.lib.3.nu.19.20.Menoch.rem.1. recup.n.232.& rem.9.n.208.atq. rem.15.n.95.

33 Supradictis autèm non obstat tex. ille vulg. in c.1.§.si verò.de mili.vassal.qui contu.est, in vsi.feud. prohibens directum Dñm malo modo intrare feudum,& expellere vassallum,idest absque ordine iudiciario,prout ibi scribentes exponunt,& consuluit Bald.in cons.323.in prioc. vol.2.Alex.cons.103.nu.23.lib.1.& pleriq. se-
34 quuntur; † nàm procedit hoc vbicunque adest vassallus,& de illius priuatione agitur, quia tūc non de facto procedendum,vt in contrarijs;At secùs in nostra specie, vbi nullus est vassallus,
35 cum sit finita linea,nec priuatione opus sit,† qa priuatio præsuponit habitum l. decem de verb.
36 oblig.† Corn.cons.8.num.2.lib.1.& cons.117. nu.7.in 4.Menoch.in prælud. tract.de recuper. poss.num.1.2.3. vndè rectè distinxit Bald.inter voum casum,& alium in d.c.quę in ecclesiarum nu.31.& d.cons.301.nu.3.vers.in cōtrarium,&
37 nu.seq. lib.1. inquiens † temporis cursu naturā id operari, quod aliàs operaretur factum Iudi-
38 cis; Cuius rei euidens est ratio, † nàm quandò vassallus ob delictum, vel culpam feudo priuatur,etiàm ipso iure,non tamen priuatur possessione sua naturali, sed Iudicis tātùm ministerio deijcitur c.1.vbi Afflict. in 1.not.de feud.si.cul. non amitt.& in c.1.§.item si fidelis nu.34.quib. modis feu.amitt.& vtrobiq. per scribus omoes, & idem Afflict.in decis.sua 97.ad fi. At quandò per lineæ extinctionem finitum est feudum,redijt naturalis possessio ad Dominum,& cum ciuili consolidata fuit,vt suprà dictū est,nimirùm Iudicis ministerio pro illa auocanda opus non est,† & per consequens de vno casu ad aliū in-
39 ferri non potest.l.Papinianus,de mino.cū vulg.

Verùm,& secūdo loco,vltrà generationem finitam,alia quoq. non minus iusta,& rationabilis causa cōcurrisse dicitur ad Serenifs.D.Ducem inducendū,vt possessionem prædictam caperet,& in sequestrum retineri faceret,prout re tineri mandauit; nempè scandalorū tuitionis timor; Animaduertens enim prudentissimus,& occultatissimus Princeps tot prætendentes se Dominos, & possessores bonorum,& iurium prædictorū, & qui propria authoritate sibi licere eorum detentiooem accipere contendebaot, atque occupatorem,etiàm per vim expellere, eosdemq. talis esse nobilitatis,& potentiæ, quòd per quàm facilè,breuiq. tempore ad arma,& tumultus bellicos prosilire potuissent, vt in facti oarratione supposuimus,rectè,sanctèq. publicę quieti,suęque,& omniū ioteresse prætendentiū indemni-
40 tati,(sequestratiooe mediāte) cōsuluit. † Quod nedùm de iure licitum,sed valdè æquum,atque laudabile fuit, per ea quæ habentur, & not. in l. æquissimum.ff.de vsufr.& io l.in vendicatione. de bo.autho.iud.possid. per Abb.in c.2. nu.12. de sequestr.pos.& fruct.& ibidē cæteros Cānō. Rebuf.in tit.de sequestr.seù commis.glo. 1.nu. 7.& 16.& 23.& gl.2.nu.6.Paris de Put.in tract. sindi.in verb.concordia.nu.1. Curt.in l.vni.nu. 13.14.C.de prohi.seq. per Bero in cōs.116.nu. 1.vsque ad nu.10.lib.3. Menoch. de retin.poss.remed.vlt.in princ. Didac.pract. qq. c.17.
41 sub nu.1.† Et in huiusmodi sequestratione non fuit opus citatione aliqua,seù processu informatiuo,etiā si Iudex ordinarius ex suo nobili officio ad eam deuenisset,per ea quæ Dec.tradit in l.si pacto quo pœnam nu.5.ad fi.& 6. post multos quos refert. C. de pact. & latissimè scripsit
42 Neuiz.in cons.81.nu.2. vsqoe ad nu.8.† Quod multò magis procedere debet cum Princeps id maodat, vt ponderat ibidem Neuiz. nu.1. in fi. cum pro ipso Principe multùm præsumatur, & iusta causa motus semper censeatur, si qua cōsiderari, aut imaginari potest, vt inferiùs latiùs
43 dicemus, & in terminis considerat Dec. dicto consi.125.num.5.† & eius simplici dicto in hoc creditur Alba.cons.75.ou.6.Mascar.de probat. concl.1227.num.20.

44 Stante autèm sequestratione,nō procedit iuditiū recuperatorium; quia cessat omninò spolium Linteresse cū not.per Bart. Castr.& Doct. de acqui.posses.c.examinata,vbi Cāno.de iud. Dec.in terminis d.consi.125.nu.5.6.Mœd. decis.195.in eadem causa nullitatis.Alba.vbi sup. proximè. Ponta.de spol.lib.4. nu.75. Menoch.
45 bellè cons.2.causæ Fioarien nu.13.14.† Sed rectè,sanctèq. per viam ædicti generalis, nullo in specie citato,proceditur ad omnium pretendētium iura discutienda,vt procedi mandauit Serenifs.D. Dux, & in pari facti specie mandauit quoque olim Max. ille Imperator Carolus V. eius Auus materous, prout refert Io. Vicema.

inter

inter conf.feud.diuers.cõs.1.nu.128.in fi.& seq.
& Card. Alba.cõs.3.n 8.vers.nõ obstat Cęsarē.

Tertiò loco dicimus, quòd semota etiàm cau
sa scandali,licuisset Serenis. D.Duci feuda me-
motata, cum iuribus suis in sequestrum accipe-
re; quandoquidem certum est D.Sfortiam vlti-
mũ possessorem sinè prole decessisse,relicto tan-
tùm D.Alexandro asserto filio adoptiuo, qui se
capacem prætendit successionis ipsorum feudo-
rum ex adoptione prænarrata. Si enim hoc de
46 iure permissum est, † quãdò vassallus filium re-
liquit naturalem legitimatũ, quoniam dùm de
iuribus legitimationis discutitur,fit sequestrum
prædictum penes Fiscum,vt docet.Afflict.d. cõ-
sti.violentias nu.15.ad fi.quem refert,& sequi-
tur Boss.d.tit. de Principe nu.302. & in fortio-
ribus etiàm terminis tradit Afflict. in c.1. nu.6.
7.si de feud.fue.contr. inter Dom. & agna. & in
c. Imperialem.§. illud quoque nu.15. vers. de-
inde quęro post Ant.de Alex. Idē,& multò ma-
47 gis dicendum † in relinquente adoptiuum, qui
48 solo iuris artificio in esse deducitur,† cum filius
naturalis naturæ adminiculo partim iuuetur.
Alex.consil.2.nu.51.52. lib.1.naturalia etenim
iura potentiora sunt iuris ministerio l. iura san-
guinis.ff.de regul.iu.cũ vulg. Ex hac igitur cau-
sa licuit etiàm ad sequestrationem deuenire,do
nec de viribus adoptionis allegatæ,aliorumque
subsecutorum discutitur, quò circà hæsitandum
non est,quin vtraq. de causa sequestrũ subsistat.

Nec dicatur quòd non fuerit propriè seque-
strum,ex quo ordinatio Cels.suę habet illa ver-
ba*(come in sequestro)*idest sicut in sequestrum,
49 † quæ sunt similitudinis notæ c.olim de verb.si-
50 gnific.l. si quis obrepserit.ff. de fals.† & nullum
simile est idem l.quod nerua.ff. deposi. Quoniã
dicta dictio, & similes multoties etiàm veritatē
51 indicãt.c.Abbate S.Siluani.† vbi scrib.de verb.
52 signi.l.sicut.cũ not.ff.qui.mod.vsufr.amit.† Aut
omnimodam similitudinē. Socin.cons.252.nu.
10.in 2.Quòd autèm hoc verè fuerit sequestrũ,
clarè patet ex sequentibus,dùm mandat posses-
53 sionem ipsam capi,sinè pręiuditio iurium cuius-
cũque,† quod est propriũ ipsius sequestri. Abb.
d.c.2.de sequestr.prohi.Archi.Cur. Rebuf.& a-
54 lij suprà citati; & clarum est † per sequentia de-
clarari præcedentia.l.cum Pater.§.cum imperfe
cta. cũ not.de leg. 2.& bene facit ꝙ in simili se-
questro scripsit Socin.iu.cons.75.nu.14.vers.&
licet lib.1. & Menoch.d. respon.2.causæ Finar.
nu.13.14.Patet etiã ex effectu subsecuto,quan-
doquidem in appræhensione possessionis singu
lorum locorum ità fuit per Procuratorem Cels.
suæ,declaratum,& expressè protestatum ; Patet
deniq.,& apertiùs ex mandato Illust.D.Quęsto
ribus iniuncto, de tenẽdo fructus omnes ad par
tem,& separatim,vt cõsignari possint cui de iu-
re; quod executioni fuit inuiolabiliter deman-
datum,& quotidiè demãdatur. Effectus autèm
potiùs quàm modus, aut verba attenditur. l.3.
cum not.C.de insti.& sub l.fi. vbi scrib.& maxi-
mè Rimin.colu.1.C.qui admi. Cagn. in l. cuius
effectus,num.1.ff. de reg.iur.

Et illa sola protestatio sic vt suprà emissa, est
55 tantæ virtutis,vt omnem prorsùs doli suspitio-
nem excludat,bonam Principis fidem indicet,
& iudicium restitutorium intentatum pœnitus
excludat,vt in terminis tradit Zas.consi.10.nu.
56 28.lib.1.Cum presertim illa iurium † reseruatio
operetur, vt possit quicunq. via ordinaria ius
suum prosequi tàm in possessorio, quàm in pe-
titorio, & solùm impediat via facti procedi, vt
per Bero.q.4.nu.3.Menoch.respon.2.causæ Fi-
nar.art.2.nu.13.14. Contar. in rep.l. vnic.limi.
16.nu. 3. 4. Non enim priuatur possessor verus
possess.sua per sequestrũ,sed alio iudicio,q̃ resti
tutorio agere debet.d.l.interesse; & d.c.exami-
57 nata.cũ cõcord.† & q̃uis priuaretur,sic volente
sequestrãte idē tñ cõcludeñ.Alba.d.cõs.75.n.2.

58 Insuper,& Quartò loco quoniam ex pręsup-
positis in facti narratione, & ex deductis plenè
in primo fundamento,satis videtur constare de
iure Ducalis Cameræ, & è cõtrà nullum ius Il-
lustris. D.Alexandro competere in feudis,& iu
ribus antedictis, quod tamen inferiùs latiùs in
vltimo articulo probabimus,clarum est licuisse
Serenis. D. Duci illum expellere,& possessionē
propria authoritate capere sinè vitio spolij, nec
ad restitutionem teneri.gl. in d.c.ad decimas in
vers.pręsumuntur. Alex.cons.77.num.17.lib.2.
Rom.in cons.483.nu.17.18. & consi.499.nu.4.
5.vbi Mandos.latè in addi. Dec.d.cons.191.nu.
9.vers.sed h s non obstan.& vers.4.facit.Ferret.
cons.16.nu.19.& cons.181.nu.5.Alcia.dicto cõ-
sil.374.nu.8.9.& cons.408.nu.10.Soc.consil.4.
nu.12.13.14.15.lib.3.Afflict.decis.197.& 403.
nu.21.22.Rot.decis.ij.de resti.spol.in antiqs,&
ibi adden.Bero.d.cons.45.nu.19.20.& cõs.59.
nu.13.14.in 3. Capic.decis.77.nu.4.Gram.cõs.
ciui.131.in 2.dub.& cons.169.nu.8.9.Vrsil.ad
Afflict.decis.303.Brun.inter feud.cons.19.n.12.
post Innoc.& Abb. quos citat in c. accepta. de
resti.spolia.Boss.d.tit.de Princip.nu.299.Zas.d.
cons.12.nu.103.lib.1.Nat.cons.563.nu.36.Ga
br.de resti.spol.concl.1.limi.9.& 12.Achil.Per-
son.de adipis.poss.nu.377.Alba.cons.416.n.17.
Menoch.d.rem.1. recuper. q. 16. cum pluribus
59 seqq.† Et hoc quantumuis authoritate quoque
Iudicis possidere dici posset, vt per præallega-
tos,& signanter.Socin.Bero. & Zas.atque Paris.
cons.1.nu.35.vol.1.& Soc.Iun.cõs.77. nu.109.
& 110.libr.1.Contard.in repet.l. diffamari lim.
60 1.nu.24.C.de ingen.& manum. † Vbi idem esse
ait, si citandus probabili defensione careat,&
multos citat cõcord. & innumeros refert Gabr.
in tit. de cita.nu.322.Dec.in d.l.si pacto quo pę
nam.

nã.nu.5.6.C.de pact.pulchrè Felin.in c.cũ olim.
61 in vers.non est citandus.de re.iud.† Tunc enim non diciturPrinceps dominium,aut ius aliquod tertij aufferre,sed potiùs facto ipso declarare,& pronuntiare,nullum ius competere,vt notanter tradit Crau.post alios,quos citat in præallegato cons.5. nu.7.in fi.Gabr.in suis communib.tit.de cita.nu.73.cum concord. Et loquuntur multi ex memoratis Doct. etiàm in casu quo ius alteri cõ petit,& non ipsi Principi,seù Iudici exequenti, vt videri põt; Adeò quòd si Fiscus ẽt ad sui com modum principaliter possessionẽ nõ cępisset,vel in causam sequestri,vt suprà, potuisset nihilomi nus D.Alexandrum,vti certum alienorũ iurium occupatorem priuare,& expellere;ad quod etiã benè facit doct.Bal.in l.data opera.nu. 65.C.q
62 acc.nõ poss.† Cui autẽ dubium est, per mortem Illust.D.Sfortiæ purificatam fuisse conditionem constitutorum per eum appositorum in transa ctionibus antedictis;ad commodum prædicta rum Illustrissimarum sororum DD. Victoriæ,& Isabellæ? nec non Illustris.DD.Fratrũ de Gã bara? atque Illust. DD. Pallauicinorum filio rum quondam DD.Octauiani,& Francisci Ma riæ? respectu scilicet bonorum,& iurium in præ dictis transactionibus respectiuè comprẹhenso rum? Vndè constat hos omnes,respectiuè, ade ptos fuisse possessionem, vel quasi sibi debitam, & conuentam,vtsuprà ; & quidem ipso iure , vt per Tiraq.in tract.constit.amplia.15. & 17.cùm præsertim collata non fuerint dicta constituta post mortem constituentis ,sed in tempus mor
63 tis,& partim etiam per diem ante mortem;†suc cessiueq; eosdem omnes sic possidẽtes fuisse spo liatos,& interdictum recuperandæ ipsis compe tijsse,ex eodem Tiraq.d. tract.par. 1. num. 68.& amplia.11.cum concord. Nimirùm potuit, de buitq; Serenis. D. Dux de his omnibus infor matus spoliatorem notorium expellere, ad effe ctum tradendi cui de iure,& vt suprà.
64 Quintò,ex abundanti non omittẽdum,quòd si forte pro bono publico,atque conseruatione, & securitate status sui Parmæ,& Placentiæ Sere nis.D.Dux expedire animaduertisset, quòd ca stra,& fortilitia de quibus agitur, in Celsit. suæ potestate,& baylia essent, eiusdemq; ditioni,cu stodiæq; immediatè supponerentur,potuisset ea propria authoritate apprẹhẽdere , etiam si linea finita non extitisset, aut ea finita ius in eis alijs competijsset; animo tamen ,& intẽtione iustum prætium verò reperto feudatario statim persol uendi.Card.in cons.86.aliàs 84.nu.4. quem re fert,& sequitur,eiusq; sententiam pluribus com probat Afflict.decis.361. nu.6. vsque ad nu.12. & idem Afflict.in d.constit.violentias.num.22. vers.item posset esse iusta causa,si D. Rex vellet castrum vassalli,& in constitu.in locis Demanij, nu.3.4 li.3. vbi loquitur ẽt sinè pretij solutione Cons.Lud.Sacc.

in casu suspitionis belli.Ias.in l.si.num. 2.3.C.si con.ius,vel vti.pub.Fel.post alios in d.c. quæ in ecclesiarum.num.18.& Dec.nu. 18.19. est mihi 90.& 91.Bertran.cons.360.nu.6.& 8.atq; cons. 366.nu.37.lib.1.plenè Boss. d.tit. de Princ.nu. 187.cum trib.seq.benè faciunt quæ scrib. Rom. cons.310. col. pen.& fi.& ibi Mandos. in addit. Gram.cons.160.nu.11.cum seq.inter ciuil. Me noch.de recup.poss.remed.1.q.36. Neuiz. inter cons.Brun.cons.12.num.57. & num.167. Bero. cons.77.nu.37.lib.3.
65 Sed quia aliqui ex memoratis Doct. dicũt,ꝙ potest Princeps id facere soluto pręcio,nõ tñ in telligendum est, quòd pretij semper solutio præ cedere debeat,quia hoc modo non esset Princi pis securitati consultum, dùm enim tractatus su per æstimatione , & pretij quantitate penderet, posset quandoq; feudatarius illũ deludere,dispo nendo de feudo de facto ad sui libitũ.Si ergò ex post soluendum venit, inconueniẽs fuisset illud soluere Illustris.D.Alexandro,stãtibus tot pre tensoribus,de quibus suprà,& stante quoq; Fisci prætensione;nè vel ipsius Fisci iuribus , aut alte rius cuspiam præiudicium fieret;aut fortè dupli catum soluere pretium teneretur. Meritò satiùs fuit ædictũ memoratum publicare,vt finito iudi cio,quid cuique debeatur dignosci possit.sed(vt dixi)fundamentũ hoc ex abundanti est, quoniã non hac ratione,sed alijs potiùs prænarratis Se renis.D.Ducem motum fuisse cẽsemus; quam uis hæc quoque iusta,& legitima reputanda sit. Et per hæc quinque fundamenta satis superq; constare de iusta, & rationabili causa capiendi possessionẽ antedictam noĩe Ssrenis.D.Ducis , ac etiàm sequestrandi vtsuprà,concluditur.

Et animaduertendũ est,ꝙ de his oĩbus,& sin gulis,necnõ & de cęteris quibuscunq; ad huius modi apprẹhensionẽ iustificandã allegatis,discu ti antè oĩa, & cognosci debet in iudicio pdicto, vt ĩ terminis tradit Crau.d.cõs.5.nu.8. vers.nec restitui deber,nam & in Iudice, ẽt spoliãte,id ip sum receptũ est. Abb.in c.cõquerẽte.nu. 8.in fi. de resti.spol.Feli.in c.dilectus il r.in 3.lim.de re scrip.ꝙ notandũ inquit,tanquàm paucis notũ.

Quò verò ad secundum dubium, vtrùm scili cet,contradicẽte Illustris.D Alexãdro, cumula ri possit petitorium cum possessorio per eum in tentato; circunscriptis omnibus in primo dubio deductis, quæ dicto iudicio viam omnino præ cludunt,& præsupposito , quòd nulla causa ap pareat , ob quam possessio prædicta rectè capta
66 fuerit. † Respondetur primò,in facultate Sere nis.D. Ducis esse nùm cumulationi memoratæ locus esse debeat, vel ne , vel quòd omisso pos sessorio,tractetur tãtùm de petitorio , quia cum reg.l.ordinarij.C.de rei vẽd. cum simil. sit iuris positiui,potest Princeps illud tollere,c.ꝑposuir. de concess.pben.c.quæ in ecclesiatũ,& vtrobiq;

Scrib. omnes de const. & dicitur esse modici præiudicij, Alex.conf.54.nu.2.lib.5. Abb.in c.in literis.de resti.spol.Cępol.cōs.60.col. pen.vers. & maximè,Ruin.conf.49.nu.13.lib.4.& Afflict. in constit. violentias. nu.43.44.cum cōcord. Rebuff.de mater. possess. artic.4.glos. vni. num.5. Gram.decis.15.in princ.Capic.decis.69.nu. 13. Neuiz conf.97.nu.13.Crau.conf.182. num.14. conf.674.nu.8.& in resp.pro gene.nu.239. Menoch.de recuper. possess.remed.15.nu.372.Cōiard. in repet.l. vni.limi. 2. ratione mixturæ,in princ.nu.47.Gabr.d.concl. 1. nu. 177.de restit. spol.Ponta.de spol.lib.3.cap.2.nu. 100. & in his
67 terminis inquit, Afflict.in d.c. violētias nu.44.† quòd Procurator fisci hoc de facili posset obtinere,& quòd si nō peteret,esset procurator malus; Subdit tñ infrà nu.57. quòd Princeps sinè causa hoc facere non debet, de cuius dicto nō parùm
68 est dubitandum per supradicta. Verùm causa in eius pectore residet,quoniam cum dispensat tātùm contrà ius positiuum,causa iusta motus prę sumitur. Brun.conf.1.nu.13.Alcia.latè in tract. præsump.reg.3.præsump.8.Doct.latè in d.c.quę in ecclesiarū vbi Dec.signanter nu.132. vers.superest.tertium mēbrum cum seqq.vbi Bart. Angel.& alios citat,asserētes,quòd pro causa,& ratione sufficit Principis voluntas, quia ex iusta causa processisse præsumitur,Ias. latè in d. conf. 38.nu.4.lib.4.& in l.si testamētum. nu.3. vbi de communi.C. de testam,Soc. dicto conf.4.nu.9. vsque ad 15.lib.3.Gram.d.conf.169. num.5.6. Rui.conf.61.nu.30.cum concor.lib.5. & latiùs. Menoch.in tract.de pręsump.lib.2.pręsump.10. Nec admittitur probatio in contrarium. Rom. conf. 369.nu.28. Marf.in l. de vno quoque.nu. 14.de re iud.& in sing.6.in princip.Gram.conf.
69 ciui.10.nu.17.Menoch.vbi suprà.num.2.† sunt enim Principes legati,& procōsules Dei. glo. in Rubr.authē. de hæred.& falcid.Bal.in tit.de pa. cōstan.in princ.Alberi. prima const.ff. num.67. alijsq; titulis eminētissimis fulget,Peregr. de iu. fisc.li.1.tit.habentes iuta fisc.nu. 1.2. Nimirùm si talia ipsis licent,& benè facta dicuntur.

Sed quid dicimus, quòd potest Serenifs. D. Dux mandare, quòd in petitorio de iuribus Illustrifs.D.Alexandri cognoscatur,eo etiàm reluctante, cum iam mandauerit? enimuerò cum mandato de appræhendenda possessione, & in sequestro retinēda, emanauit iussio prædicta de ædicto publicando, quo quilibet ius prætendēs in bonis,& iuribus appræhensis, inuitatus, imò iussus fuit intrà certum terminum comparere,& de iure suo docere, vt in facti narratione; quod quidem ædictum cum iam publicatum fuerit, & omnes prætendentes afficiat, ipsum quoque D.
70 Alexandrum compręhēdit vt suprà. Vltrà quòd cum eiusdem ædicti virtute plures alij iàm comparuerint, & contrà Fiscum litem in petitorio instituerint,prout facere potuerunt, per ea quæ in terminis scribit Crau. in conf.674.nu.7. cum concord. & in conf.793.nu.8. Alcia. conf. 112. nu.4.li.5. si in possessorio solo nunc agens Illustrifs.D.Alexander restitutionem obtineret pēdentibus iudicijs prædictis,frustatoria,& illusoria redderentur illorum iudicia in petitorio; ex quo fiscus tempore sententiæ non haberet facul
71 tatem rei restituendæ, † illusoriumq; Principis ædictum,ꝙ esse nō debet,l.si prætor. in prin.ibi, alioquin illusoria erunt huiusmodi ædicta, & de ereta Prętorum.ff.de iud.si.ibi alioquin innane, &illusorium Prætoris imperium erit. si enim in ædicto Prætoris hoc incōueniēs reputatur,m ultò magis in ædicto Principis,& quantùm abhor reat lex huiusmodi illusiones,seù elusiones, videri pōt ex congestis per Feli. in c. Rodulphus in ver.& ob elusionē.de rescrip.& Crau.cōs.23.
72 num.3. † Et dici possent memorati comparētes, decepti quodammodo sub verbo ipsius Principis,ac litibus,& expēsis inaniter frustrati, cōtrà. l.1.C.de his qui veni.æta.impetra.est enim proprium Principis semel factū à se nō improbare,
73 † & dicere quod scripsi scripsi,cui & illud cōuenit,* semel locutus est Deus.Soc.in conf.76.nu. 114.& conf.77.nu.97.lib.1 Paris.conf.23.num. 77.lib.1.Menoch.conf.379. nu.29. Cumulatio igitur à Serenifs.D.Duce iàm demandata dr; & si demandata non fuisset, hac vna rōne demādata foret,nè scilicet elusoriū eius ædictū,ēt cū ter tij dāno,& pìudicio,euētu aliquo reddi posset.

74 Secunda ratio cumulationis cousiderari pōt ex imminenti timore scandali,nàm si sequestrationi locum fuisse diximus, eò quia prætēdētiū multitudo,& potētia,probabile,& quasi certum dubiū faciebat,nè ad arma,& tumultus bellicos deueniretur,eadē certè ratio militaret, si ad possessionem D.Alexāder restitueretur,absque eo, quòd in petitorio meliora,& potiora iura ostenderet;meritò restitui non debet,sed de proprietate cognosci.Butr.in c.ex parte,col.vlt.de resti. spol.Feder.de Sen.conf.283.num.1.Iaf.d.conf. 38.nu.1.Fel.in c.2.in 6.speciali.de rescrip.Rub. d.§.nihil commune.num.50.post Alexand.in 5 fallen.nu.22.Rip.ibidē.nu.76.Rot.decis.12.in addi.de restit.spol.in no.Gabr.d.cōcl.1.nu.148 vbi innumeros refert.Menoch. d. remed.1.nu. 218.& 290.cū seqq.Mascar.conclu.1328.nu.8. quod adeò certū est.vt ēt spoliatus ab incōpetēti iudice restitutionē obtinere nequeat. Pōta.d. tract.de spol.lib.2.c.16.n.183. post Archid. quē citat.Mascar.vbi s.cōcl.1324.nu.9.Quin ēt post cęptū iudiciū,in quo petitoriū expressim suspēsum fuisset, pōt nihilominus Iudex ex causa pdicta probationes in petitorio admittere, & super inde cognoscere,& iudicare.Pont.d.tract.lib.2. nu.48.& hæc rō nō modicū iudicio meo,iudicātiū animos mouere debere t, si ēt sola militaret.

Tertia,

Tertia, huic finitima subiungitur, sed maioris adhuc considerationis. Nempè quòd plura sūt, & magna castra, de quibus agitur, ac etiàm Ciuitas Buxeti, quæ suas habēt Arces munitas, & custodiri solitas, quas difficilimùm esset, nedùm dictis prætendentibus, recuperare, si in potestate Domini Alexandri iterum redirent, & in petitorio postmodum succumberet, imò verò & Serenifs. quoque D. Duci; præsertim quia ab externis Principibus auxilium possessor haud difficulter obtinere posset, prout in similibus casibus alios quandoque obtinuisse docet experientia rorum magistra. Vnde non est de iure deueniendum ad aliquam restitutionem, nisi verum feudatarium se ostendat D. Alexander, & de iure suo in proprietate doceat; aut saltèm admittēda veniet exceptio dominij, prout tradunt Scrib. omnes post Castr. in l. 2. C. ædict. diu. Adr. tollē. & in d. §. nihil cōmune, vbi Alexand. in 5. limit. nu. 20. cum seqq. & plures congerit Gabr. d. concluf. 1. num. 134. cum seqq. ante Menoch. d. remed. 1. recuper. nu. 279. cum seq. vbi * de cōmuni, & de adipisc. rem. 4. num. 383. atq; Ponta. d. tract. lib. 3. num. 24. & Contard. d. l. vnica in 2. limit. ratione damn. irrepar. num. 8.

Quòd si in oppositum adduceretur illa limitatio huic conclusioni dari solita, non procedere scilicet vbi sub eodem Principe sunt castra, & litigantes, de qua ibidem Gabr. nu. 137. Replicabitur illicò de sublimitatione per eundem subiuncta. nu. 139. vbi conclusionem principalē procedere docet, etiàm si tali Principi possibilis sit recuperatio, sed non sinè maxima impensa, & maximo fumptu; Et de alia sublimitatione tradita nu. 140. vbi idem concludit quando restituendus non habet plura alia bona in eodē territorio, quæ possit amittere, neque in persona puniri, si præceptis non obtemperauerit, & per vtraque sublimitatione authoritates adducit, quæ videri possunt. At certo certius est tot loca qualitatis antedictæ absque maximo belli apparatu, maximo discrimine, & maxima impensa expugnari non posse, si ea possidens defensioni intēderit; pariterq; notorium est, Illustrifs. D. Alexā drum bona æquiualentia in hoc statu minimè possidere, sed quædam tātùm allodialia, quę nec vni quidem ex principalibus castris antedictis æquiualent; Ipse quoque extra statum Serenifs. D. Ducis, nempè in Terra Sallodij Dominij Veneti habitatū se contulit, adeò quòd nec ratione cæterorum bonorū, nec ratione propriæ personæ verosimiliter cogi posset in executione sētentiæ in petitorio ferendæ; igitur &c. & ad hoc videatur signanter Iaf. d. conf. 38. nu. 1. Grat. cō fil. 10. n. 18. 28. 29. 30. lib. 1. Boer. decif. 238. col. antepen. verf. 2. etiàm fallit, & col. seq. vbi de * cō muni attestatur, prout ēt attestatur Accoromb. in d. §. nihil commune nu. 53. dicēs, quòd ab ea Conf. Lud. Sacc.

* in praxi non est recedendum, & * quòd ita practicari vidit Romæ, & sequitur Contard. vbi suprà limit. 1. nu. 80. & præceteris videatur. Menoch. d. 2. responf. causæ finar. artic. 3. nu. 19. vsque ad nu. 36. Et difficultatem prædictam recuperandi admittunt etiam in Rege Franciæ, in Imperatore, & Summo Pontifice; & in vno castro tantùm. Vndè multò magis in Serenifs. Duce nostro erit admittēda, & pro recuperatione tot castrorum, & arcium defensioni paratarum; & quæ pendente petitorio iudicio munitiora quoque reddi possēt, & oppugnationi difficiliota; & hęc etiam ratio, si consideretur, multùm stringit, & cumulationem necessariam indicat.

76 Quarto loco animaduertendum est ad literas per Illustrifs. D. Alexandrum scriptas antè dictā appręhensionem Custodibus Arcium prædictarum, cum mandato de consignanda illarum possessione Procuratori Serenifs. D. Ducis, consensit enim translationi possessionis, & sic facto, & culpa sua cecidit, ideò reintegrari nō debet * ex communi sententia, de qua per Rip. d. c. sæpè nume. 27. Rub. d. §. nihil cōmune. nu. 75. Menoch. d. remed. 15. nu. 95. 96. Gabr. d. conclu. 1. nu. 57.

77 † Quod locū sibi vendicare debet, quamuis metu aliquo coactus tales literas scripsisse dici posset; voluntas namq; coacta voluntas est, ideò per actionē quod metus causa gestū rescindi prius oportet, quàm ad possessionis restitutionē agatur; quia non interuenit vis expulsiua, sed tantum compulsiua. casus est cum glo. magistra in c. super hoc. extrà de renuntia. Alex. in d. §. nihil cōmune. nu. 18. post Bal. in 3. limi. Imol. & alios. Rip. ibidem. num. 74. Innoc. in c. fi. col. 1. de his quæ vi, metusuè causa. Iaf. d. conf. 38. num. 3. Afflict. in d. const. violentias. num. 19. & in c. 1. sub nu. 20. de mili. vassal. qui contu. est. Gram. conf. 131. nu. 1. 2. inter ciui. Signo. conf. 75. num. 15. Gabr. d. conclu. 1. de resti. spol. nu. 130. Menoch. latè d. remed. 1. q. 10. quo loci innumeros in hāc sententiam citat, & latiùs d. responf. 2. causæ finar. art. 3. nu. 36. vsque ad fi. vbi contrarijs omnibus, quæ adduci possunt, egregiè respondet.

Quinto loco perpendendū proponitur, quòd Princeps in suo statu, in quo fundatā habet intentionem, quòd omne feudum cum iurisdictione, & Regalibus annexis, ei subsit, & sinè speciali cōcessione à quoquam possideri nequeat, pręcipere potest tenenti tale feudum (si feudū confitetur, aut aliter feudum esse constat) quòd Inuestituram, seù titulum suum exhibeat, aliàs eū priuare; nisi de præscriptione saltèm legitimè doceat. hoc latè probat Isern. in d. c. Imperialē, §. illud quoque nu. 66. 67. & latius Afflict. num. 10. cū seqq. atque decif. 365. nu. 67. cum multis concord. Luc. de Pen. in d. l. quicunque. col. 2. in fi. verf. è contrà faciunt. Rom. conf. 163. num. 6. & ibi Mādof. in addi. Iaf. in l. 2. nu. 175. C. de iu.

emphl. & in præl ud. feu. nu. 51. Bal. in l. Instrumẽra, nu. 8. C. quomodo & quando Iud. & ibi. Barbat. in addi. qui bonam allegat gloss. in l. 2. C. quando & quibus quar. par. deb. lib. 10. Gram. cons. crim. 9. nu. 4. Dec. cons. 6. nu. 2. vers. nõ ob. Boss. d. tit. de Princip. nu. 257. & in hanc sententiam diffusè consuluit Rol. à Vall. cons. 89. nu. 20. vsque ad fi. lib. 2. Sic & in beneficialibus pôt Episcopus requirere titulum à possessoribus, & si non exhibuerint, vel minus legitimum potest eos priuare, & beneficia alijs conferre, c. ordina- * rij, §. cæterũ, vbi doct. de offi. ord. in 6. & * est cõmunis opin. Mascar. de probat. conclu. 1372. nume. 18. 19. cum concord. Si ergò omni tempore Principi licet, & eius Fisco instare pro tituli exhibitione, cur non & in præsentiarum pendente iudicio memorato? cum feudalia non diffitearur D. Alexander, nec diffiteri possit per supradi&ta, & præscriptioni locus esse non possit, cũ mo dico tempore illa tenuerit?

79 * Sextò, Confirmatur hoc alia * recepta sententia, quia scilicet in materia etiam spolij, non fit restitutio, quandò possessio, si apud Actorem esset, deberet nihilominus restitui, tunc enim nulliter factum confirmatur, & pro valido habetur. Dec. in terminis dicto cons. 191. in fin. post Castr. & alios citatos, & latiùs in cons. 449. nu. 16. vsque ad nu. 21. vbi multa similia allegat. Aret. d. cons. 21. in fi. Ang. Alex. & alij in l. si finita. in princ. ff. de damn. infect. Ferret. cons. 16. num. 8. Boss. d. tit. de Princ. nu. 299. vers. potest secundò dici. Dec. in c. cum cessante. de appell. Neguss. de pigno. memb. 2. par. 3. nu. 48. Etenim possessio quæ penès aliquem momento permansura est, non facit eum legitimum Actorem, nec contradictorem, vt inquit Rom. cons. 449. num. 6. vers. quare sequitur, vbi allegat reg. l. dolo. de do. excep. & c. dolo. de reg. iu. in 6. quę locum habet etiam in possessorijs iudicijs, præterquàm in spolio violento, secũdùm Bellam. decis. 36. vers. 2. si incontinenti. Si igitur statim recuperata possessione teneretur D. Alexander docere de titulo ad instantiam Fisci, aliàs feudis omnibus, & iuribus antedictis priuari posset, ità etiàm, nisi de illo in præsenti iudicio doceat (sic instante ipso Fisco) confirmabitur huius possessio, & peti ta exaduersò restitutio denegabitur.

80 Septimò, ex hoc eodem præsupposito, quòd bona de quibus agitur, indubiè sint feudalia, & habeant annexam iurisdictionem, & alia regalia, & finè titulo à Principe habito possideri nõ possint, resultat aliud fundamentum; nempè quòd agens ad ea etiam in possessorio, si de proprietate non doceat, obtinere nequit; præsertim aduersùs ipsum Principem, qui in statu, & dominio suo fundatam habet intentionem, & pro eo præsumitur, quòd omnia prædicta ad ipsum spectent; contra Actorem autẽ militat præsumptio, qui in alieno statu, & dominio illa tenere, & possidere prætendit; Consequenterq́; negari non potest, quin tale iudicium mixturam habeat petitorij l. 2. §. quædam. ff. de intetd. l. 2. §. permititur, de aqu. quotid. & æstiu. gl. in d. c. ad decimas, in vers. præsumuntur. de restit. spol. in 6. Io. Fab. in §. retinendæ. nu. 33. instit. de interd. inquiens, quòd pro Domino territorij est magna ratio, eò quia fundatus est de iure communi, & sic constat de eius proprietate. Idcircò fieri non debet executio in possessione. c. cum dilectus. extrà de causa poss. & propri. sicuti etiàm non fit quando aliter constat de iure proprietatis notoriè, vel manifestè. c. si Iudex Laicus. de sent. excomm. in 6. cum alijs per eum adductis; idem tenet Bal. in l. vnic. nu. 6. vers. idem si agatur. C. si de momẽ. possess. vbi possessorium ait iuris adminicula tali casu desiderare, & ideò mixtum esse, & in l. 2. nu. 28. C. de serui. & aqua. vbi præcariam possessionem præsumi inquit, nisi de titulo appareat, quia precatium potiùs quã donatio præsumitur, & in d. l. 2. num. 8. vers. porrò. C. quomodo & quãdo Iud. Puthe. decis. 461. nu. 2. Luc. de Penn. d. l. quicunque. col. 2. vers. & breuiter, vbi de feudalibus, & regalibus omnibus in eundem sensum loquitur. Isern. in d. constit. violẽtias. ad fin. Petr. & Cyn. & Bal. & Salic. in l. si solemnibus. C. de fid. instr. qui generaliter loquuntur in omnibus rebus, quæ sine titulo à Principe habito possideri nequeunt; & de hoc extant tres notab. decis. Bellam. 17. 49. & 433. quæ videantur, & doctri. Innoc. in c. constitutus de fil. præsb. atque Socin. cons. 127. nu. 5. in primo. Et in hanc sententiam latè consuluit Anchar. cons. 310. tres Domini per tot. & signanter in princ. & in fi. vbi de possessione castri, cum iurisdictione in alieno dominio tractat, vt in nostra specie, & dixit Bal. in cons. 161. in fin. verb. lib. 3. quòd in istis possessorijs non solum attenditur substantia possessionis, sed eius qualitas, hoc est quo iure, & quo titulo possideatur. Floria in l. sicuti. §. sed si queritur. ff. si ser. vẽd. loquẽs de quasi possessione iuris exigẽdi vectigalis, & iurisdictionis exercẽdę. Ang. in l. qui interrogatus. de inter. ac. Cępol. de seru. rust. prædio. c. de itinere, nu. 42. Ias. in l. si ptius nu. 44. de no. oper. nuncia. Castr. in l. si de vi. nu. 7. de iud. Cors. in suis fallẽ. fol. 47. Alber. in l. fi. col. 5. vers. quod dã nobilis. C. de iurisd. om. iud. Cassad. decis. 1. nu. 10. de resti. spol. inquiẽs possessoriũ iurisdictionis iuris adminiculum desiderare, & propterea mixtum esse. Alex. in d. §. nihil cõe. num. 33. inferẽs, quòd si cõe Bononiæ egerit possessorio recuperandæ ad castrum extrà territorium suum, habet ius cõe cõtrà se; & ideò admittitur exceptio dominij ad impediẽdam restitutionẽ. Abb. cõs. 61. nu. 5. in fi. inquiẽs iurisdictionem finè titulo exerceri non posse, quia præsumitur vsurpatio,

Afflict.

Afflict. in d.§. Illud quoq; . num.14.cum ſeqq. & nu.19.verſ.benè tamen fatetur,& verſ.& hoc nō negat,& in fi.verbis quibus in locis poſt multa concludit, ſpoliato à Principe bonis feudalibus, quæ talia eſſe conſtat per confeſſionem partis,vel per regiſtra,reſtitutionem eſſe denegandam ; niſi poſſeſſionē cum verò titulo iuſtificet; vel cum poſſeſſione decēnali,ex qua titulus pręſumatur,& in c.1.nu.84.& ſeq.de contro.inueſti.& deciſ.392.nu.19.Io.Lup.in repet.c.per veſtras,in 3.not.§.48.nu.43.& 47.cum ſeqq. Valaſ.de iu.emphi.q.8.num.21.23.32.Gram. cōſ. crim.9.nu.4.Rol.d.conſ.89.nu.24.25.lib.2.concordat. Rot. deciſ.1.aliàs 4. & ibi addi. in verſ. doceri de titulo. de reſti. ſpol.in no. & deciſ. 3. aliàs 11.eo.tit.in anti.Card.Pariſ.conſ.15.nu.3 in feudalibus loquēs.li.1.conſ.98.nu.16.in 2.& cōſ.99.nu.17.18.in 4.Capic.deciſ.77.per to.Alcia.conſ.408.nu.7.9.10.Rebuff.in tit.de mater. poſſeſſ.art.1.glo.1.num.21.22.Crau. conſ.674. nu.5.& 6.mixtum omninò eſſe poſſeſſoriū concludens, vbi cum Principe agitur.Didac. pract. quæſt.c.17.nu.6. verſ.primū vbi. Pedem.deciſ. 25.num. 10. quæ ait poſſeſſorium iuriſdictionis fundari debere aliquo iure , vero vel pſumpto, & propterea mixtum eſſe,& in eo appellationē dari.Boſſ.latè d.tit.de Princip.nu.233. cū ſeqq. vbi plura affert exēpla,& num.256. 257. Natt. conſ.289.nu.12.Menoch.de reti.poſſ.remed.3. nu.590.Vrſil.ad Afflict.deciſ.268.& deciſ.303. Gabr.d.concluſ.1.de reſti.ſpol.nu.107.& num. 131.& ſeq.& p hac opin. * iudicauit etiàm Sen. Delphi.teſte Franc.Mar.deciſ.80.in 1. par. quæ repetita eſt in 2.par.deciſ.542.& pro ea egregiè conſuluit Dominus meus . Decia.poſt D.Paulū Bergonzium clariſſimum Iuriſconſultum conciuem meum , in cauſa Imperiali olìm delegata Sereniſsimo quondam D. Duci Octauio , & in eius Excelſo Conſilio Parmenſi pendente,& eſt conſilium 45.nu 7.cum ſeq.lib.3. vbi appellationem propterea concedi debere reſpondit ; Pro eadē pluriès etiàm iudicauit Rom.Rot.teſt. Pōta.d.tract.de ſpol.lib.2.num.162. vbi multas refert deciſ.Put.Achil.de Craſſ.Auguſt. & Caputaq. & inter cæteras Caputaq. deciſ.414.lib.1. Achil deciſ.3.de reſtit.ſpol. vbi concluditur reſtitutionem in iuriſdictionalibus non dari , niſi docto de titulo , & latiùs deciſ.5. vbi itá iudicatum atteſtatur in vna Parmenſi de Caſalibus,& in alia Placent. addens quòd ſi de titu. doctum non fuerit,poſſeſſio præcaria præſumitur, prout etiàm dixit Bal.in præcitata l.2.q.9.C. de ſerui. & aqu.& affirmat idem Pont. loco præallegato. Maſcard.de probat.conclu.1322.nu.9.plures vltrà præcitatos allegans . Bimi.latè conſ.1. p tot. & conſ.12.nu.35.Cacher.conſ.67. nu. 45.Borgni.deciſ.76.num.467.in 2.par.Alba conſ.416. nu.1.2.3.& conſ.433.nu.2.cum ſeqq. Contard. Conſ.Lud.Sacc.

in repet.l.diffamari,limi.1.nu.26.cum ſeqq.Petr.de fideicomm.q.13.nu.567.& ſeq.& nu.574. 575.& 593.Cum igitur mixtum ſit iudicium,& actio mixta, vt ex prædictis liquet , non poteſt agens in ſolo poſſeſſorio obtinere, quamuis requiſita ipſius poſſeſſorij probet. Bal.d.l.2.q.12. ſub nu.31.Caſtr.in l.ſi de vi.nu.7.ff.de iud.Rube.Alex.pulchrè in conſ.167. nu.2.3. cum concord.niſi de tit.doceat vt ſup.

81 Et pro concluſione præmiſſa,innumera per relatos authores adducuntur fundamenta ; inter quæ eſt tex.optimus in c.ſunt perſonæ de priui. in 6.vbi vigente differētia ſuper quaſi poſſeſſione exemptionis inter ſubditum, & ordinarium, debet ordinarius manere in poſſeſſione donec ſubditus de titulo,vel legitima pręſcriptione doceat;quem tex.ad propoſitum noſtrum ponderat inter alios Io.Fab.d.§.retinendæ.in loco pręcitato, Cyn. in d.l.ſolemnibus. circa fin. & alij ſuprà citati,& latè expedit.Didac.d.c.17. pract. quæſt.num.6.

82 Et pariter eſt alius bonus tex.in c. ad decimas. de reſtit. ſpoliat. in 6.vbi in agente ad poſſeſſionem decimarum in aliena parochia idem reſpondetur,& allegat Summus Pontifex rationem prædictam , quia contrà Actorem , & pro Reo militat præſumptio . Vndè colligunt ibi Scriben. hanc fallen. ad regul. quod ſpoliatus antè omnia ſit reſtituēdus, de qua etiàm Gabr.poſt relatos d. concluſ. 1. num.72.Caputaq. deciſ.12.lib.1.& deciſ.353.lib.2.Menoch.d.remed.15.recuper.nu.466.& ita iudicauit * Rot.teſte Puthe.deciſ.413.in princ.li.1.

83 Omnia autèm ſupradicta in quinto, ſexto , & ſeptimo fundamento,confirmari poſſunt, ex eo quòd bona, & iura de quibus agitur , habent etiam titulum Marchionatus annexum , qui à Principe tantùm haberi poteſt,cap. 1. vbi Scriben.in tit.quis dica. Dux,com. Mar.Soc.d.conſ. 4.num.7.ad fi.Capic.deciſ.32.num.10.& ſeq.& per conſequēs tantò magis militat præſumptio contrà eum,qui talem dignitatem ab ipſo Principe non probat obtinuiſſe.

84 Octauò,& fortiùs dicatur,quòd nedùm vbi de feudalibus,cùm iuriſdictione,Regalibus,& Marchionatu tractatur , in quibus Princeps fundatā habet intentionem , & contrà agentem militat præſumptio, vt ſuprà, ſed generaliter in bonis, & iuribus quibuſcunque priuilegiatus eſt, vt ab ipſo ſpoliatus, ſeù eius authoritate, nuſquàm reſtituatur , niſi de bono iure in proprietate doceat,quoniam iuſta cauſa motus ſemper præſumitur , & eius factum non ſpoliatio , ſed iuris executio iudicari debet , præſertim quandò ſcienter,& ex propoſito, deliberateq; procedit.Ad hoc vltrà præmiſſa, quæ huc quoque cōferunt,allegatur in primis glo. in l.Meminerint. in verſ.vulgato.vbi Cyn.& alij.C.vnde vi. Bal. in d.conſ.301.nu.4.& conſ. 345. num.3.4 & 9.

lib,2.Rom,& Alberi.in l,si de vi,ad fi,de iud,Bel
lam,decis.105.in fi, pulchrè, Ias, dicto cons,38,
colum.fi,in 3.Dec,dicto cons, 125, num,3,vers,
sed prædictis, & num,4,atque dicto consi,191,
col.pen.Socin,cons.4,num,23,24.lib, 3, Afflict,
in d,const,violentias,nu,22,vers.limira istã con
clu.& decis.361,nu,12.13.14, Paris, dicto cons,
99,nu,19,in 4.Gramm, dicto cons, 169,num, 3,
vers,concurrente,& nu.4,5,6,Alciar, cons, 408,
nu,4.Bero,dicto cons,45.nu,20, & 24. & consil.
60,nu,21.in 3.Rip,d,c,sæpè,nu.87,Crau, d.cõs,
5.nu.7.Alba,d.cons.416,nu.2,3,lib.3, & consil,
* 433.nu,2.& seqq, vbi * de cõmuni,& cons,seq,
nu,1.cum seqq.Ant.Matthe.in repet.l,naturali-
ter,§.nihil commune,nu. 68, de acquir, possess,
Lancel,de attent.par.2,cap.4,in præfat.nu.394.
& limit.12.in princ.Sebast,Medi,de conser.pos-
* sess,par.2,glo.2.nu.215. vbi * de cõmuni, Pon-
ta.d.tract,de spol.lib3,nu,97.98,& 145.& ita ẽt
tenet D.Busanus Doctor Regiensis Illustris. D,
Alexãdri aduocatus, in quodã suo respõso ędi-
to cõtrà Illustris.D.Isabellã Pallauicinã antedi
ctã in causa p eã motã virtute edicti memorati,
Et licèt articulus iste multùm sit inter nostrates
controuersus,vt inquit Burs.cons.461,qui illum
assimilari dixit Mari Anglico, quòd dicitur sinè
fundo,nihilominus ex distinctione per eum po
sita,rectè procedere opin.nostram concludendũ
est; versamur etenim indubiè in primo capite
dictæ suæ distinctionis pluribus de causis. Nem-
pè quia Serenis.D.Dux ex certa scientia, pro-
prio motu,& cum literis, & mandato speciatim
facto, & per consequens cum mentis quoque
pręmeditatione, & matura deliberatione præha
bita,dictam possessionem capi iussit. Vltrà quòd
concurrit proculdubiò præsumptio iustæ causæ
ex supradictis; his namq; casibus concludit Bur
sa.restitutionẽ omninò denegari,quæ aliàs spo-
liato antè omnia solet competere; & talẽ distin-
ctionem ab Illustris.& Reuerendis.D.D.de Si
gnatura Sanctissimi Domini Nostri comproba-
tam,& in praxi receptam refert, & secundũ hãc
opin.iudicauit etiam Rot.in vnà Parmen.& Fer
rarieñ.vt in decis.Moeda.86.87. vbi authorita-
tes,& rationes quãplures motiuas videre licet;
Er inter cæteras ea est considerabilis, quã in de-
cis.86.ponderar,quòd si potest Princeps vitium
spolij contracti tollere,& purgare, vt per Dom,
& Feli.ibi relatos,& satis liquet ex primo funda
mento suprà deducto in hoc secundo articulo,
multò magis potest facere, quòd non sit spoliũ
à principio argumento.l.patre furioso.ff. de his
qui sunt sui,vel alie.iu.
Neque enim cogitur Princeps seruare ordinẽ
iudiciorum,prour inferiores Iudices, Inno.in c.
de causis.de re.iud,Bal.in l.fi.C.de legi.& in di-
cta l.nec causas,nu.4.C.de app.in l.2.C.quomo
do & quando Iud.& pcitato cõs.345.nu.3.& 4.

Soc.d.cons.4.nu.23.in 3.Brun.d.cons.19.nu.3.
* 4. 5. vbi * de cõmuni.Alberi,in l.Princeps.de le
gi.Feli.in c,postulasti nn.7.de rescrip.Dec.dicto
cons.125.nu.4.Alcia.d.cons.374.ad fi.Bero.cõ-
sil.170.nu.14 lib.3.Crau.d.cons.5.num.7.Pon-
tan,d,tract.lib.3 num.98.Burs, dicto cons. 461.
nu.51.& est tex.optimus in c.ad petitionem.de
accus. quem scrib.ibi not, & ad propositum ad-
ducit Bal.in cap.1.in fi.de no,for.Fidel. Et quic-
quid agit præsumitur iustè, & ex legitima causa
agere, ut suprà latè diximus, & plenè quoque
tradit Io.de S.Iuliano inter cons.Brun.consil.3.
quo loci sub nu. 18.hoc adeò procedere inquit,
vt si alitèr eius actus non valeat plenitudinè po
testatis vti voluisse pręsumatur,quę nulla huma
na lege coercetur.
86 Nonò,si de medio supradicta omnia tolleren-
tur,adest hic Ducalis constitutio,tàm noua,quã
antiqua,tribuens facultatem Perillust. & Excel-
so Consilio Ducali procedendi in omnibus cau
87 sis coràm eo pendentibus, † sola facti veritate
inspecta; quod operatur, vt proprietatis exce-
ptionem Iudex admittere, atq; petitorium cum
possessorio simul cognoscere, & decidere valeat
Bal.in c.1.§.Inuestiturã.de no.for. fidel. Dec.in
cõs.200,ad fi.& cõs.449.num.21.Rom,cons.20,
nu.8,& ibi Mandos,in addi.Rub, cons.4.nu.12.
Crau.cons.299.nu.8,vers.4.respondeo,& in d.
cons,674.nu,9,Alcia, consil.256.nu.17.Neuiz.
cons.97.num.12.Gram.decis.15. nu.4.Pedem.
decis,1.nu.28.Menoch.de recuper.poss.remed.
15. nu,477. & seq.qui licet super hoc ibi dubi-
tet,firmius tamen figit pedes in 2.respons.caus,
finar,art.2.in fi.& art.3.nu.6. & de arbir,iud.q.
51.nu.2.sequitur quoque Ioseph Lud. d. decis.
18.nu.19.20.Sutd.cons.166.nu.7.8. Galia.in l.
4.§.cato nu.42,de verb, ob. Cõtar.in reper.d.l.
vni.q.13.num.52.C.si de mo.pos.Burs.latissimè
cons,129.nu,17. cum tribus seq.& num.30.vbi
communes citat opin.& nu, 38, vbi in terminis
quoq, fortioribus loquitur, & materiam prose-
88 quitur,vsq. ad nu.47.inclusiuè. Quæ opin.benè
fundatur ex eo,quòd Iudices,qui talem habent
facultatẽ, nulli iudiciario ordini subiacent, nec
ciuilis iuris traditioni, sed inspecto iure natura-
li,& gentium iudicare possunt, prout Princeps,
imò vt Deus ipse secundùm Bald. vbi suprà, &
in l.fi.nu.9.C. de iur.delib. Dec.in e.dilecti.nu.
12.extrà de iud.Bello.cons.63. num.7.cum seq.
Asin.latè in sua prax.§.3.c.2.nu.3.4. & ferè per
to.Burs.d.cons.129.nu,18.19.20.cum concord.
& alibi passim.
89 Et cõfirmatur alia vrgenti ratione, quàm de-
ducit Bero,in sua q.23. nu.4.cum seqq. Si qui-
dèm huiusmodi iudicibus permissa est peruer-
sio ordinis causæ ad se ipsam,quæ difficilius cõ-
ceditur,quàm causæ ad aliam causam, vr inquit
Bart.in l.prolatam. in princ, C. de sent. & latè
probat

probat ibidem Bero.ergò multò magis permissa esse debet peruersio ordinis causæ ad aliam causam; & sic cumulatio petitorij cum possessorio.Burs.d. consi.129. nu.19.vers.cũ præsertim.

Et huiusmodi sententiæ fuit etiàm consultor ille, qui antedictas preces pro Illustriss. Domino Alexandro secundo loco porrigendas composuit; dùm clausulam(sola facti veritate inspecta)in primo rescripto positam circunscribi supplicauit, nè cumulatio prædicta, illius virtute, mandata videretur.

90 Hac autèm facultate cumulandi libentiùs vti debebit Excelsum Cõsilium in hac spetie, quia fiscalis causa agitur,quę sola facti veritate inspecta terminari debet, siuè Fiscus ipse agat, siuè conueniatur,vt post Bart.Castr.& Alciat. quos refert,tradit Peregr.d.trac.de iu.fi.li.7.tit.3.nu.3.ad quod etiàm allegare potuisset.Bald.in c.1. in fi. de allod.

91 Decimò & vltimò,si nouem præcedẽtia fundamenta cessarent,quę,mea sententia,nũquàm cessabunt,dicimus. quòd ex quò paratus est incontinenti Sereniss. D. Dux (qui non est violentus possessor) ostendere defectum iuris in agente,& suum dominium,deberet audiri,etiàm si ageretur causa spolij,vt patet ex deductis suprà in quarto fundamento primi articuli, & dixerunt Bart. Ang. Castr. Butr. Dec. Abb. Soc.& alij relati per Gabr.d.concl.1. de resti. spol. nu. 74.quorum opin.*communis est,teste.Menoch. d.remed.1.recuper.q.21. libr.1. Cacher. decis. 116.nu.2.3.&10.vbi* crebriorem dicit glo.in l. si de ui.in fi.de iud. Castr.cons.253. nu.4.lib.1. Rot.decis.24.de resti.spol.ĩ antiq.Mascar.cõcl. 687.nu.16.conclu.1523.nu.17.& melius cõclu. 1328.nu.6.*vbi de communi quoq. attestantes refert. Cacher.decis.116. nu.2.3. & 10.vbi crebriorẽ asserit,Mago.decis.Florẽ.104.nu.16. Eò maximè quia facilis erit probatio per instrumẽta,& acta publica, & nulla facti verificatio erit necessaria,vt ex infradicendis in quartò articulo principali patebit. Gabr. vbi suprà post relatos nu.77.Rub.d.§.nihil cõmune.nu. 163. post Alex.ibi nu.28.Gram.consil.ciui.131.num.5.6. qui probationem facti eam non esse asserit,quę fit tantùm per instrumenta. Cumi. præcitato c. 40.nu.244. Et eò quoq. maximè quia periculũ immineret,si fieret restitutio vt suprà vidimus, in 2.art.in 2.& 3.ratione cumulationis. Bero.in c.1.nu.34.de resti.spol.quem sequitur Menoch. loco proximè citato lim.2.

Et confirmatur hoc decimum fundamentum
92 per simile de beneficialibus, in quibus cum de spolio etiàm agitur,admittenda omninò est talis exceptio,vt post Soc.Aegid.Lanfran.& Feli. tradit Gabr.vbi suprà.num.76.Cacher.d.decis.
93 116.nu.3.post Ferret.& alios.†A beneficialibus autèm ad feuda licitum est arguere,Gomes.su- per reg. Cancel. de Anna. poss. in præfat. & in proposito Alcia.d.cons.408.nu.7.Decia.d.consil.45. nu.10.11.

94 Quòd si in iuditio spolij prædicta admittitur exceptio,pariter,& multò magis in remed. can. reintegrandę.minus odioso ex parte rei conuẽti.Menoch.d.remed.15.nu.472. in fi. Hoc autẽ potius quàm illud intentasse creditur D.Alexãder,vt eius iudicium procedat, ex quò nec vo-
95 lens intentare illud potuisset;† quandoquidem vassallo contra Dominum non datur,quia sigillat famam. Abb.& Feli. in c.cæterùm,nu.15.de iud. Isern. Afflic. & alij in c.1.§. si verò de mili. vassa. Menoch. alios adducens d.remed.1.q.9. & remed.9.recup.nu.51. cum seq.& nu.58.Zas. ex communi * in tract.feud.par.11.nu.22.

Tertius articulus principalis erat,an præsupposito,sinè veritatis ostensę pręiudicio,quòd iuditium sic vt suprà intentatum, mixtam naturã petitorij non haberet ad effectum cumulandi; nec alia de causa cumulatio ipsa petitorij cum possessorio locum habere posset, an titulus saltèm demonstrandus esset per D. Alexãdrum ad effectum colorandæ possessionis per eum alle-
96 gatæ? & hic sanè art.dubiũ non continet, † quia nemo negat, quin in his, quæ sinè authoritate Principis acquiri nequeunt, necessarium sit de titulo docere vero,vel colorato,aut pręsumpto, vt in possessorio etiàm recuperandæ,agens obtinere possit.Bero.d.q.4.nu.5. & per to. prout de feudalibus in proposito inquit.Gabr.d.concl.1. nu.133.& latius Contar.in rep.d.l. vni. limit.2. §.8.num. 34. cum seq. vbi de iurisdictionalibus etiàm,& alijs huiusmodi loquitur, Petr.vbi supra,nu.568. Quod & in beneficialibus passim traditum reperitur, vt per Gabr. d.concl.1.nu. 125.& fortius concl.5.nu.110.eo.titu.Menoch. d.remed.15.recupes.q.36. vbi de cõmuni. Mascar. latissimè d. concl. 1322. & à beneficialibus ad feuda arguitur, vt suprà.

97 At hic attendendum, quòd titulus infectus, seù inualidus nõ potest colorare possessionem, sed potiùs eam inficit,& discolorat; adeò quòd melius esset nullum titulum allegare, quàm infectum,vt post Innoc.quem adducit, tenet Bellamer.decis.50.& decis.287.& Cassad.decis.3.nu
98 me.7.de ca.poss.& proprier. † oportet enim bonum,& validum titulum allegare, quamuis minus plenè probetur,vt per eum,idem repetit clarè in decis.369,in princ.Oldr.cons.1.nu.4.& cõsil.225.in fi.Rom.cons.499.nume.4.5.6.Ferret. cons.16.nu.9.Gigas de pensio.q.47.nu.7.Hosti. in c.olim de excep.Anchar.d.cons. 310. colũ.fi. vers.ex quibus concludo,Mascard.de prob. cõclu.1381.nu.14.optimũ simile adducens. Crau. cons.322.nu.1.in fi. † vbi inquit paria esse titu-
99 lum non habere,vel exceptione illum elidi posse.Burs.cons.424.nu.30. Menoch. d. remed.15. nu 464.

nu.464.Mascar.concl.1323.nu.16.& hoc maximè locum sibi vendicat, vbi apertè, & euidenter de tituli inualiditate constare dicitur, vt per eundem Mascard.concl.1377.nu.16.vsque ad num.20.cum concor.quibus addi potest.Franc. Marc.decis.928.par.1.& decis.50.num.2.par.2.
100 †Nàm titulus nullus pro non titulo in omnibus habetur l.nec vllam de pet.hæred.Afflict.decis. 218.nu.1.Rimin.iun.cons.678.nu.40.41. Contar.d.l.diffamari,limi.1.nu.27.cum seqq.
101 Et in specie quoque aduertendum, quòd titulus habitus à non habente authoritatem, adeò nullus,& inualidus est,vt nullum possit colorem in huiusmodi iudicijs tribuere. Lap. alleg. 103. nu.3.* qui de cōmuni attestatur, & ibi Mandos. in addi,vers.coloratum.* de communi quoque fidem faciens,Io.Bapt.Ferret.cons.1.nu.5.Frāc. Mar.d.decis.928.in fi.par.1.& latiùs d.decis.50 nu.3.cum seq.par.2.Oldra.d.cons.1.nu.12.& latissimè Mascard.concl.1337.ferè per tot. vbi ēt inquit sub nu.5.titulum ab habente authoritatē profectum forma non seruata,colorem nō præbere,& multos citat,ac de * cōi attestatur.Idē ēt dicitur de titulo impetrato per subreptionem, aut obreptionem, vt in specie tradit Anchar.d. cons.310.col.fi.Et de titulo habito ex contractu bonorum feudalium sinè Principis directi domini assensu,Afflict.decis.197.num.1.Gabr. cons.
102 88.nu.20. † Titulus autèm nullus dicitur, qui prorsùs,& de facto nullus est, vel si de facto processit, iuris ratione deficit, vt inquit Placen. in tract.de re.vendic.tit.3.nu.3. & paria sunt titulum non proferre,& inualidum,ac nullum proferre l.quoties,qui satis.cogan. l. non putauit.§. non quamuis,de bono. possess. con. tabu. Natt, consil.411.num.16.

Quartus igitur, & vltimus superest articulus principalis, vtrum scilicet titulū aliquē habeat Illustriss.D.Alexander iustum,validum, & efficacem,ex quo possit in præsenti iudicio possessorium intentatum colorare? & prima facie videretur affirmatiuè respōdendum ex quinque fundamentis,nempè Inuestitura,sententia,adoptione, hæredis institutione,ac diutina, & pacifica possessione,seu quasi.

De inuestitura Buxeti,Bargoni,& Curtismaioris,ac Monticellorum facta Rolando Seniori.

Nam quò ad primum de Inuestitura, quamuis distinguenda sint castra, & feuda antedicta, ex quò sub diuersis inuestituris,& contractibus cōcessa reperiuntur, attamē ad singula videtur D. Alexander vocatus,& admissus. Et exordiendo à Ciuitate Buxeti,& Castro Bargoni, & Curtismaioris compræhensis in inuestitura Io. Ludouici,& Pallauicini; cum fuerint etiàm prius cōcessa Rolando illorum patri,licèt absque cōme-
103 moratione filiorum,& descendētium, † antiqui tamen,& paterni feudi naturam habuisse, & per consequens ad omnes descendentes transitoria effecta dicuntur.c.1.§.cum vero Conradus, qui feu.da.poss.& ibi not.Afflict.in c.1.num.64. ex qui.cau.feu.amitt.& in terminis huius Inuestituræ tradit Menoch.cons.378.nume.52. pro Illustriss.q. D. Sfortia reddito in causa memorata, quam cum Serenis.q.D.Duce Octauio habuit. Vndè infertur, quòd cum D. Alexander sit ex descendentibus D. Rolandi primi acquisitoris per lineā Io.Frācisci, vt in facti narratione suppositū est,ad hæc feuda vocatus censeri debeat.

Et idem quoque de feudo Monticellorum dicendum erit,cum in eadem Rolandi inuestitura compræhendatur.

De inuestitura Monticellorum facta Carolo Episcopo, & eius testamento.

Sed & attēta Inuestitura eiusdem castri posteà concessa Carolo Laudensi Episcopo,idipsum videtur respondendū,iuncto eius testamēto; quandoquidem ex inuestitura facultatē habuit disponendi in quinq; lineas, vt suprà, & testando,in tres tantùm disposuit;nempè Io. Ludouici, Pallauicini,& Io.Francisci;& cum sint extinctę duæ primæ, tertia sola Io.Francisci superstes in totū
104 videtur admittenda; † quoniam donec aliquis superest de vocatis in Inuestitura, feudum non reuertitur ad Dominum,sed locum habet ius accrescendi,seù veriùs non decrescēdi, vel saltèm ius ipsius inuestituræ ex traditis à Clar.in §. feudum q.77.per tot.& latè deducit in terminis huius castri. Menoch.dicto cons.378. nu. 56.vers. quinta dubitatio,vsque ad num.62.plura adducens fundamenta, quæ breuitatis cā nō recēseo.

De inuestituris,& concessionibus Florenzolæ.

Quo verò ad castrum Florēzolæ, multò magis videtur D. Alexander ex inuestituris admissus, siuè antiquam illam respiciamus, qua Rolandus Senior titulo emptionis illud acquisiuit à q.Philippo Maria Duce Mediolani pro se,suisq; hæredibus,& successoribus,vt per Menoch.vbi suprà
105 nu.1.post.Alcia.cons.120.instrumēto viso, † q. in terminis huius contractus voluit castrū prędictum ad extraneos,& ad fœminas quoque trāsire. Siuè emptionē deinde factam per Rolādum Iuniorem à Petro de Roano, de qua plenè ibidem Menoch.à nu.11.vers.secundum est fundamentum,vsque ad nu.16. Siuè inuestituram per D.Sfortiam à Paulo Tertio vltimo loco obtētā, pro se,suisq; hæredibus, & successoribus quibuscunque,de qua eodem loco Menoch.sub nu.16. 17. His enim singulis potestas data videtur disponēdi,etiàm in extraneos, ideò cū D.Sfortia in agna-

In agnatum,& à communi ſtipite deſcendẽtem,
diſpoſuerit,multò magis effectum ſortiri debet
eius diſpoſitio.

De Coſtemediana permutatione.

Et quò ad caſtrum Coſtemedianæ, non ſecùs
videtur reſpondendum,ex quò titulo permuta-
tionis habitũ fuit à Io.Manfredo Pallauicino,vt
ſuprà in cõtractu ſtipulato pro ſe,& hæredibus,
& cui,vel quibus &c.& cum clauſula(ad haben
dum &c.)quorum virtus operatur ſacultatẽ in
quoſcunq; ẽt extraneos diſponendi,vt per Me-
noch.proximè relatũ,& alios in locis mille vul-
garibus.Ex quibus omnibus concludendum vi-
detur,attenta natura inueſtiturarum, ſeù cõceſ-
ſionum,& contractuum originalium horum om
nium locorum,de titulo D.Alexandri valido,&
efficaci conſtare,& apparere.

De ſententia contrà Sereniſſ.q.D. Ducẽ Octauiũ lata.

Secundò principaliter adducitur ſententia me
morata aliàs lata anno 1584. inter Sereniſs.q.
D.Ducem Octauium, & D.Sſortiam, per quam
declaratum fuit,nullum ius competere,aut in fu
turum poſſe competere per mortem D.Sſortiæ,
etiàm ſinè filijs legitimis, & naturalibus, Sere-
niſs.q.D.Duci Octauio,& eius Sereniſs. in Du-
catu ſucceſſoribus, ſeù eorum Ducali Cameræ,
in caſtris,iuriſdictionibus,bonis, & iuribus ante
dictis;ſed ipſum D.Sſortiam,eiuſq; ſucceſſores,
habiles tamen,& idoneos ad ſuccedendũ in di-
ctis caſtris,iuriſdictionibus,bonis,& iuribus, pa
ratũ habere ius,paratamq; deſenſionẽ, & expe-
ditã exceptionẽ pro eorum deſenſione, vbi ali-
quo modo moleſtarentur à præd.Sereniſs.q.D.
Duce, eiuſuè ſucceſſoribus; quibus propterea
106 perpetuum fuit impoſitum ſilentium. † Quæ
ſententia, * cum in iudicatum trãſiuerit,eò quia
non fuit ab ea appellatum, iuſtum videtur titu-
lum tribuere.l.3. in fi. de publi.l.Pomponius.§.
ſi iuſſu.vbi ſcriben.de acquiren.poſſeſſ.& in l.3.
§.illud quæri.de reb.eo.Bart.in l.ex hoc iure. co
lũ.2.de iuſti.& iu.Alex.conſ.24. nu.19. lib.2.Be
ro.conſ.94.nu.5.lib.3.Menoch.conſ.2.nu. 347.
conſ.168.nu.46.
107 Nec videtur dubitãdum,quin Sereniſs. D.Du
cem Alexandrum afficiat,ex quo contrà D.Du
cem anteceſſorem lata, ſucceſſorem quoque in
Ducatu ligat.Oldra.conſ.94.nu.16.17.vſque ad
fi.Boer.deciſ.255.antè nu.13.Tiraq.de iur. pri-
mog. q. 35.nu.17.cum ſeqq. Pinel.in l.1. par.3.
nu.48.50.C.de bo.mater.Cephal.conſ.302.nu.
5.Didac.pract.qq.c.13.nu.6.cum ſim. Qnemad
modum,& contractus cum Anteceſſore celebra
tus,Gabr.latè in tit.de iu.quæſi. non toll.concl.
3.nu.2.Cacher.deciſ.139.nu.11. vſque ad fi.

De adoptione Illuſtriſſ.D.Alexandri.

108 Tertiò loco titulum habet adoptionis D. Ale-
xãder,Principis auctoritate ſuffultæ; licèt enim
in feudalibus regulariter non ſuccedat adopti-
uus filius.c.1.§.adoptiuus.ſi de ſeu. ſue. cõtrou.
attamen conſentiẽte Principe, & directo Domi
no,valet,& tenet adoptio in eius præiudiciũ, &
adoptatus ad ſeuda admittitur. Vndè liquere vi
detur feuda per D.Sforriam viuentem poſſeſſa,
ad hunc filium adoptatum,poſt eis mortẽ perti-
nere; non autẽ ad Ducalem Camerã eſſe deuo-
luta; cum præſertim in ſupplicatione Sereniſs.
q.D.Duci Octauio porrecta petitus fuerit ſignã
rer,& expreſsè eius aſſenſus ad effectũ,vt de di-
ctis feudis poſſet in adoptandum diſponere D.
Sfortia; tali enim caſu indubiè admittendus vi-
detur,vt per Bal.Aluaro.& Præpoſi.in d.§. ado-
ptiuus in 1.limit.& Afflict.nu.4.verſ.2.fallit, So
ci.in l.ſi agnatis,nu.20.de reb.dub.Tiraq. in re-
pet.l.ſi vnquàm, in ver.ſuſceperit liberos.nu.25
C.de reuo.dona.Curt.iun.conſ. 138. nu.6.in fi.
109 Nec in oppoſitum releuat clauſula in reſcripto
Ducali appoſita (ſinè præiudicio iurium Came-
ræ noſtræ) quia ad hoc,vt non implicet contra-
dictionem,vel correctionem inducat, reſtringi-
tur tantùm,& verificatur in non expreſſis,& ſpe
cificatis,Oldra.conſ.330.in fi.Iaſ.in l. ſi fundum
per fideicommiſs.nu.17.de leg.1.Gram. latè de
ciſ.66. nu. 3.verſ.nec clauſula,cum ſeqq. Pariſ.
conſ.16.nu.30.& conſ.70. num.12.lib.1.Corn.
conſi.102.nu. 14.lib.2.vbi de clauſula ſinè præiu
dicio Fiſci ſpeciarim loquitur, Pute.deciſ. 116.
lib.1.Gabr. conſ.167. nu.57.lib.2. Sarn.in reg.
de non toll.iu.quæſi.q.1.nu.41.Menoch. conſ.2
num.57.& conſ.378.nu.35.& 45.Dec.conſi.24.
nu.98.99.& 100.lib.1.Soc.iun.conſ.134.nu.84
lib.3.Rol.conſ.1.nu.73.vol. 3.

De Inſtitutione D. Alexandri.

110 Quartò, Habet titulum hæredis, cum fuerit à
D.Sfortia vniuerſalis hæres inſtitutus;nàm quã-
uis teſtatoris diſpoſitio in feudalibus regulari-
ter nulla ſit, & prorsùs inualida c.1.de ſucceſſ.
feud. ibi (nulla ordinatione deſuncti in feudo
manẽnte, vel valente)& hæc ſit communis reg.
vt per Socin.iun.conſ.72.nu.40.lib.1.Curt.iun.
in tract.feud.par.4.princ. reg. 1. q. penul.Crau.
conſi. 256.nu. 2.Rol.d. conſi.1.nu.2.cum ſeqq.
vol.4.Burſ.conſ.191.num.96.& Clar.in §.feud.
q.40.Attamen accedente conſenſu directi Do-
mini,contrarium eſt iudicandum,ſaltèm ad pre-
iudicium ipſius conſentientis d.c.1.cũ not. Bal.
in c.1.§.donare,circa prin.& col. 2.verſ.ſed hoc
dictum.qual.olim feud.alie.pote.Alex.conſ.89.
nu.29.lib.2.Dec.conſ.146.ſub nu.4.& cõſ.606.
nu.16.Capic.deciſ.115.num.2.3. Rol. conſ.60.
nu.

nu.35.lib.1. Clar. d.q.40.verf.fed quæro. Burf. conf.291.nu.96.Rimin.iun.conf.513.num. 79.
111 80. loquens in confensu per eundem Serenifs. D. Ducem Octauium præstito pro testamento Comitis Pamphili Tertij fuper feudo Sissiæ. Vndè cum ab eodem D. Duce facultatem impetrarit D. Sfortia testandi de feudis in vita posfessis, vt in facti narratione, meritò tenere videtur hæredis institutio.

112 Tantò magis autem pro duobus illis feudis, Florenzolæ,& Costemedianæ, de quibus potuisse videtur D. Sfortia testari virtute clausulæ (& cui vel quibus) & aliarum de quibus suprà, Bal. in c.1.in prin.de feud.nõ haben. propriam nat. feu. & ibidem cæteri feudistæ, Dec.cõf.193.nu. 3.& conf.feq.nu.3. Parif.conf.23.nu.41. & cõf. 42.nu.7.lib.1. Rui.confil.2.nu.5.in primo, Rol. conf.16.nu.16.in 3.& Menoch. d.conf.378.nu. 16. de hoc castro Florenzolæ tractans, vt suprà.

De longa possessione Illustriss. D. Alexandri.

Quintò, diutina possessio, vel quasi bonorum, & iurium, de quibus agitur, prodesse videtur D. Alexandro, qui per biennium, & vltrà tenuisse dicitur, scientibus, & patientibus tàm Serenifs. D. D. Ducibus Octauio, & Alexandro,
113 quàm etiàm suprascriptis prætendentibus. Vndè videtur præsumi titulus, qui ex diutina, & lõga possessione regulariter præsumitur ad not. in l.cum de in rem verso.ff.de vsu.in l.si certis annis.C.de pact.in l.feruitutes.la grande, de serui. in l.qui aliena.de acqui. hæred. in l. si quis diuturno.si serui.vend.latifs. Menoc.de præsumpt. lib 3. præsumpt.131.
114 Et quamuis intelligant Doct. regulariter longum tempus, ac diuturnã possessionem, diuturnamq́. patientiam decem annorum, vt in locis
115 memoratis, & alibi sæpissimè legere est, † nihilominùs in propria materia nostra feudali intelligi videtur de anno solo; ità quòd vassallus, qui per annum continuum possedit feudum sciẽte, & patiente Domino, Inuestituram habere præsumitur c.1.§.si quis se vel patrem.si de Inuesti. inter Dom.& vassal. lis oria.c.1.in princ. & ibi glof.in ver.aliquo tempore.Afflict.& alij, & clarior tex. ibidem cum glof. in §.fi.vbi etiàm Afflict.nu.2.de consuet.rect.feu. Bal.in l.1. nu.17. C.de fideicom.& idem Bal.& Aluar. in d.c.1.§. fi.ad fi. vbi etiàm alij tradũt, de consue.rec.feu. Grat.conf.9.nu.40.Burfa.conf.127.nu.117.Gomes.de Anna.pof.in præfat.in princ.Agnatis autem tacentibus per annum æquè præiudicatur, ac Domino, per tex.in c.1.§.titius filios.vbi glo. & Doct.omnes si de feud.defun.fuer contro inter Do.& agna.Clar.latè d.§.feudum.q.42.verf. fcias tamen.cum feqq.

Et hæc funt, quæ pro titulo verò, vel faltèm præsumpto videntur Domino Alexandro inseruire, eiusq́. possessoriũ fouere, & colorare.

Quibus tñ negotium nõ facientibus, contrariũ in puncto respondendum est per supradicta; tã in themate, quàm in fundamentis; id quod apertius constabit ex contrariorum refutatione.

Aduerfus titulum Inuestituræ Rolandi fenioris de Ciuitate Buxeti, Terra Curtũmaioris, & castris Bargoni, ac Monticellorum.

Non obstat igitur primum de Inuestituris Rolandi Senioris primi acquirentis, à quò tàm D. Alexãder, quàm D.Sfortia descendit, & per cõsequens alter alteri fuccedere debet. Quoniam respondetur primò, quantum sit pro feudis Buxeti, Curtifmaioris, Bargoni, & Monticellorum compræhensorum in diuisionibus septem Fratrum, & in Inuestituris per eos feparatim post obtentis à Duce Frãcifco Sfortia, recessum fuisse, de partium consensu, ab illa prima Inuestitura, & effecta fuisse feuda noua in personas fingulorum fratrum, prout fingulatim, & feparatim stipulata, & recognita fuerunt post fententiam arbitramentalem; cui ità præcipienti, omnes acquieuerunt, & vnanimi eam consensu emologa-
116 runt, & executioni demandarunt; † & fic à natura paterni feudi recefferunt.c. tres agnati. de eo qui fec.fi.agna. vbi Afflict. nu.13. & alij.c.1. & ibi quoque not. in §.titius. fi de feu. fue.contro.inter Dom.& agna.Bal.cõf.215.nu 4. & latiùs conf. 249.fub nu.1.lib.2.Dec.conf.398.nu. 8. vbi in terminis fimilis laudi loquitur. Oldra. conf.178.nu.3. Castren.conf.154.circa præfentem cafum. col. vlt.lib.2.in anti. Aret.conf.3.in fi.Zaf.conf.24.nu.4.lib.3.Parif.conf.22.nu.2.& conf.23.nu.75.lib.1. Alcia.conf.190.transeo in fententiam.nu.2. Cacher.decif.22.num.27.28. Menoch.conf.160.nu.6 & 9. Becc.conf.56.nu. 20.qui ità iudicatum refert, prout ità iudicauit Rot. teste Granuc. decif. 112. inuestitura par.2. & cõcludunt isti, quòd finita linea alicuius hoc modo inuestiti, præfertur Dominus illius agnatis, vt in terminis firmat. Bal.in tit.an agna.vel
117 fil.fub nu.25.† Certum est namq́. ad nouũ feudum transuerfales non admitti, nisi ad illud speciàliter fint vocati.c.1.§.fi.in verf.expressum.de fuccefs.feu.& d.§. cum verò Conradus. in ver. nouatim d.cap.1.in fi. de duo. fra.& c.2.de feu. March.Iaf.conf.180.nu.2.in fi.

Cæterùm eò magis feuda noua effecta fuisse supradicta tenendum est, quia quotiens ob nouam caufam fit noua Inuestitura, vel aliqua fubstantialis qualitas additur, vel detrahitur antiquæ Inuestituræ, vel nouæ fiunt conuentiones fubstantiales, nouum fit feudum ex Bal.in c.1.§. infuper. in fi. quem cæteri fequuntur, de prohi. feu.alie.per Frider.in d.tit.an agna.vel fil.num.

15.in

15. in fi. atque in præcitatis consilijs 215. nu.4. 249.nu.1. Alex.in l.si mihi & titio nu.17. & ibidem Ias.nu.12. de verb.ob. & idem Ias.d.consi. 24.nu.4.lib.3.Prepos.in plud.feu. nu.43.Oldra. d.cons.178.nu.2. Cępol.cons.31. nu.7.in ciuil. Cald.cons.11.in tit.de feu. Brun.cons.76.nu.6. cons.88.nu.5.& cons.112.num.6. Affl.in tit. vassal.decrep. æta.nu. 11. & decis. 112.nu.3.& decis. 148.nu. 8.qui alios citat. Cur.cōs. 49.col. pen.Tiraq.de retra.ligna.§.32.glos.1.nu.40.Io. de Ardizo.in sua summ. ti. quid sit no. feud. in prin. Grat.respon.4.nu.10.lib.2. Gozad.consil. 53.nu.7.& consi.84. num.12.Petr.Duen.in lib. reg.iu.in vers.feudum antiquum.nu.2.Rui.cōs. 91.num.12.lib.1. Crau.de antiqui.temp.par.5. nu.15. Zas.in tract.de feud.par.3.num.9. Bello. consil.33.nu.9.Soc.Iun.cons.92.nu.5.lib.4.Paris.cons.6.nu.11.lib.1.Cels.Hug.cons.26.nu.8. Thom.Mari.in consuet.feud.lib.1.tit.2.de feud. ex pac.& prouid.nu.37. & tit.3.de feud.ex pac. & prouid.no.nu.3.Rim.Iun.cōs.32.nu.25. Menoch.cons.104.num.37.& 56.Aemil.cons.147. nu.28.Cacher.plenè d.decis.22.nu.12. vsq. ad nu.27.qui de * cōmuni attestat.& pro hac innouatione feudi videatur Bolognet.plenè in cons. 1.atque Alex.Raud.de analog.c.38.

Quòd autèm noua causa in casu prædicto interuenerit dupliciter ostenditur ex tenore ipsarum Inuestiturarum; primò quoniàm Dux Franciscus feudalem illam recognitionem fieri mandauit virtute priuilegiorum suorum ab Imperatore obtentorum,per quæ aut tenebantur omnes similia castra,& iura possidentes in toto Mediolani statu,ea recognoscere in feudum ab ipsomet Duce ad omnem eius, ac simplicē requisitionem,aut certè, concurrente illorum consensu,actus recognitionis validus,& efficax fuit, vt post Bald. in cons.vlt.lib.1.& Capic.decis.162. nu.4.respondit Alcia.d.cons.370.col.fi. & quia talem requisitionem antè illud tempus non fecerat,prout tunc fecit,causa noua fuit. Secundò, quia virtute facultatis amplissimæ, quam sepe Fratres prædicti in compromisso in Ducem eūdem facto,fuerunt omnes,& singuli condemnati ad recipiendum , & recognoscēdum de nouo ab ipsomet Duce dicta castra, & iura in feudū, prout in diuisionibus vnicuiq. obuenerunt, & ità fuit executum, causa etiam noua dicitur vt sup.Nimirùm si cōcurrētibus his ambabus causis nouis necessitatem noui contractus inducentibus, nouum feudum in vnaquaq. Inuestitura subsecutum dici debeat.

119 Nec obstat, † quòd de istis Inuestituris dixit
120 Dec.in cōs.498.nu.15.16.† metu scilicèt Principis illius factas fuisse;tùm quia contrarium de iure præsumitur per tex.in l.ad inuidiā.C.quod met.cau.& in cap.fi. qui cleri.vel vo.vbi glos.in verb. metu regio. & Doct. omnes not. & benè consuluit.Alex.cons.16.num.10.cum seq.lib.3. quē sequitur ipsemet.Dec.in cons.219.in prin. Tùm quia nullæ apparent protestationes in oppositum.Ias.in l.qui in aliena.§.celsus.nu.28.de acquir.hæred.& in l.non solùm§.morte nu.17.
121 de oper.no. nunc. † Tùm denique quia purgatus talis metus multis modis diceretur, nedùm temporis longinquitate, sed mutatione Principatuum,& præstatione cōtinua seruitiorum,renouationibusq. Inuestiturarum, ad nota.in l.2. C.quod met.cau. Tiraq.de retra.cōuent.§.1.gl. 5.nu.21.22.Menoc.de præsump.lib.3.presump. 126. in fi.

122 Nouæ autèm qualitates,& nouæ conuentiones,& quidèm substantiales non defuere; nàm cum feudum concessum Rolādo patri fuerit informe,& absque vlla filiorum,aut hæredum,vel alterius personæ mentione, in nouis Inuestituris prædictis conceduntur feuda singula recipiētibus pro se,suisq. filijs,& liberis, & descendentium descendentibus, & hæredibus suis masculis legitimis,& de legitimo matrimonio,lineaq. masculina,& ex corporibus suis natis, & nascituris. Item in prima Inuestitura nulla est facta separatio castrorum à ciuitatibus quibus anteà fortè suberant,in nouis Princeps concedens,de potestatis suæ plenitudine, etiàm absoluta, illa separat,& segregat cum clausulis amplissimis In prima nil reperitur à generali concessione exceptum,in nouis Princeps sibi, & Cameræ suæ reseruat datia mercantiæ,gualdorum, Ferraritiæ. Item excipit & reseruat onus salis leuandi, Taxas equorum, & hospitationes militum armigerorum. In prima nulla mentio de exemptionibus,& immunitatibus, in nouis multæ concedūtur Inuestitis; demumq. clausula generalis subiungitur,qua Princeps statuit, ac declarat ipsos Infeudatos,& eorum descendentes, & hæredes vt suprà, in omnibus exemptionibus gratijs,honoribus,priuilegijs,immunitatibus,libertatibus tractari debere,prout alij tractantur, vel tractabantur feudatarij, qui meliùs tractantur, aut in futurum tractabuntur; sed & multa alia addita fuere,breuitatis causa omittenda,quę pinguiores vndiq. Inuestituras demonstrant; & per cōsequens feuda noua arguūt,vt ex pręcitatis authoribus liquet; & Rui.signāter in cons.20. nu. 7.lib.1.Et quià in aliquibus etiàm veterem ar-
123 ctant,& restringunt,idē sequitur effectus † prout in terminis de reseruatione datiorum, & Gabellarum,leuę salis,& aliorum de quibus suprà, tradit Gozad.d.cōs.84.nu.12.& de verbo (pro hæredibus) addito,Rui.cons.160. nu.15.16.lib. 1.Et de verbis(statuens,& mādans) Cacher.d. decis.22.nu.21.prout de alijs similibus noui iu-
125 ris inductiuis,Grat.d.respons.4.nu.9.lib.1.†Et quià etiàm de prima Inuestitura nulla fit mentio in nouis, quæ verosimiliter omissa non fuisset,

ses, si confirmanda simpliciter fuisset, idem iudicandum, Cacher. ibid. nu. 43. Cōfirmationes. n. feudalium Inuestiturarum sub alia forma fiūt, & specifica confirmationis mētione, vt notum est.
126 Preterea Inuestitura facta Io. Ludouico, & Pallauicino simul, & coniunctim, cùm expressa declaratione, quòd deficiēte alterius linea, alter solus, vel eius descendentes masculi succederent, exclusis alijs fratribus, eorumq; liberis, & descēdentibus, nouum penitùs feudum cōstituit, quā-
127 d oquidèmattenta natura paterni feudi† extincta vna linea, aliæ omnes æqualiter successissent, ad tex. not. in c. 1. in fi. vbi omnes not. de nat. fuc cef. feud. Quod & inuestitura Monticellorū manifestè ostēditur, in qua facultas Carolo Episcopo antedicto tribuitur disponendi de illo feudo in quinque tantùm lineas, exclusa sexta Io. Mānfredi; quod facere non potuisset, si paternū feudum remansisset; nā omnes lineæ æqualiter successissent, vt supra; & omnis ordinatio, ac dispositio facta p ipsum Carolū nulla, & inefficax fuisset, d. c. 1. de success. feud. cum cōcord. adductis.
128 Nec dicatur feuda noua memorata, paterni tamen, & antiqui feudi naturam sortita fuisse, ex quo in Inuestituris ipsis posita est clausula (ita quod sapiāt naturā cuiuscunque feudi antiqui, paterni, & auiti) cuius virtute agnati quoq; ad feudi successionem in liberorum defectum vocari solent, * ex communi sentētia de qua p Clar. in §. feudum. q. 8. vers. sed hic occurrit, & Gabr.
129 in suis concl. tit. de feud. concl. 1. † Nam vltrà quòd opinio hæc simpliciter sumpta maximam habet difficultatē, ex traditis per Oldra. d. cons. 178. Alex. cōs. 10. lib. 3. Alberi. in repert. in ver. nouum, Castr. d. cons. 156. & post hos Iaf. in cōs. 57. num. 4. lib. 1. & latius cons. 152. per to. lib. 2. vbi de * magis communi in oppositum attestatur, & quòd pro ista fuit iudicatum, & rursus consil. 180. nu. 5. eo. lib. 2. Rui. cons. 5. per tot. vbi plenè materiam tractat, & opin. istam latè cōprobat.
130 † Attamèn stante Inuestitura cum clausula(pro filijs, & descendentibus masculis, & hæredibus, vt supra) quæ dispositionem restringit ad nominatos, saltèm in genere, vel nomine collectiuo, certum est collaterales ad feudum non admitti, sed clausulam illam(antiqui, paterni, & auiti naturam &c.) operari tantummodò quò ad ea, quę in personis vocatorum verificari possunt; cum alioquin frustratoria, & supflua redderetur alia clausula (pro filijs, & descendentibus) & ità in terminis contrariam sentētiam limitant, Alexā. d. cons. 10. col. pen. vers. Item respondeo, Iaf. d. cons. 152. col. fi. & d. cōs. 180. nu. 5. vers. à respōdetur, & vers. seq. atque Curt. iun. cons. 1. nu. 13. vers. sed reiēto, Ruin. cons. 5. nu. 3. cum seqq. & cons 45. nu. 12. in fi. & seq. & nu. 16. in fi. lib. 1. Paris. cons. 18. num. 6. li. 2. Soc. inter cons. Brun. cons. 10. colū. 4. vers. sed contrà prædicta, Crau.

de antiq. temp. par. 5. nu. 13. vers. sed aduertendum est, Gabr. d. concl. 1. de feu. limi. 1. & Riminal. iun. in cons. 513. nu. 83. cū seqq. Ceph. cons. 133. nu. 28. 29. Menoch. cons. 400. nu. 59. Becc. cōs. 56. nu. 26. Itē stante Decreto(Meminimus) non operatur clausula prædicta, iure antiqui, & paterni. Bossi. de Princ. nu. 312. & 335. Martin. Laud. cons. 29. nu. 40. 41.

Et quòd feuda prædicta quò ad successionem transuersalium signanter, noua sint censenda, & vti talia regulāda, rectè comprobatur ab effectu secuto, & obseruātia secuta. Enimuerò mortuo Carolo Episcopo Monticellorum feudatario, q de ipso feudo iuxtà facultatem in inuestitura habitam, in tres tantùm lineas nempè Io. Frācisci, Io. Ludouici, & Pallauicini disposuit, eius dispositio effectū sortita est; quia linea Nicolai, Vberti, & Io. Manfredi exclusæ remāserunt. Pariterq; mortuo Hieronymo de Buxeto vltimo Pallauicini descendente masculo, successit in totū Sfortia Io. Ludouici descendēs, iuxtà communē Inuestituram, eiusq; declarationem supradictam, exclusis oībus alijs lineis; cuius contrariū eueniss
131 set, si feudum paternum, & antiquū fuisset, per d. c. 1. de natu. succ. feud. cum sim. † Scimus autē fortissimum esse argumentum pro interpretatione cōtractuum, quod ab obseruātia secuta desumitur. l. semper in stipulationibus, cū not. de reg. iu. l. quidam decedēs. in princ. de admi. & peric. tut. l. si manifestè. C. de serui. l. si de interpretatione cū l. seq. de leg. Petr. de antib. in tract. mun. §. 2. de pri. diui, munc. nu. 48. 49. Corn. cōs. 24. nu. 6. lib. 2. Soc. cōs. 88. in primo, & secūdo dub. lib. 1. Paris. cons. 92. nu. 53. lib. 4. Tiraq. de retract. ligna. §. 30. glo. 1. nu. 11. Gabr. cons. 32. nu. 20. lib. 1. Bero. cons. 137. num. 31. lib. 3. Aym. cons. 118. nu. 2. & intellectus ille semper debet assumi, quē effectus, & rerū exitus verū esse demōstrat. Iaf. in cons. 128. col. 3. vers. & quòd iste lib. 1. Crau. cōs. 201. nu. 11. 12. & 1 cōs. 212. in fi. & alibi sępè.
132 Et si aliter diceremus in casu nostro sequeretur, quòd Inuestituræ huiusmodi aliquando nouum feudum, aliquandò antiquum saperent; & sic diuerso iure censerentur contrà reg. l. eum qui de ædes de vsuc. cum vulg.
133 Itidē sequeretur, quòd linea Io. Ludouici, quæ bis commodum sensit ex dictis Inuestituris, vti nouis, & noua feuda importantibus, incommodū nunc earundē recusaret, si successorē in eisdē feudis vti antiquis, agnatum habere vellet, contrà l. secundum naturā. de reg. iu. & de linea Io. Francisci idē sequeretur, quæ in successione Mōticellorū eodē iure vsa est, vt suprà. Quinimò si malè tunc executum lineæ istæ allegarent, de retorcutione iuris antiq. cōtrà eas replicari posset.

At quia hucusque Inuestituræ memoratæ, & ad hæc vsque tempora effectum feudi noui habuerunt, dicēdum est hūc esse præsentē rei statū,

pro

pro quo præsumitur, & à quo non est in dubio recedēdum, Bart. & Doct. oēs in l. si prius. de no. oper. nuntia. Ias. in l. 2. nu. 174. C. de iure. emph. Franc. in tract. de disput. peti. & poss. in secundo dub. nu. 6. 7. Gabr. d. tit. de feud. concl. 3. num. 6. Bursa. cons. 137. nu. 23. bonus tex. in l. si mater, vbi Bal. in 3. not. C. ne de sta. defunct. c. cū de beneficio, vbi Dom. & Archid. de præbē. in 6. Ror. decis. 49. de præbē. in antiq. & decis. 2. de rescrip. in no. Ferret. cons. 52. nu. 16. lib. 1.

135 Et ex his multiplex patet responsio ad dictū Menoch. in d. cons. 378. nu. 55. vbi priorē inuestituram Rolandi attendēdam præsupponebat; & per consequēs liquet ēt, nec lineam Io. Francisci, nec descendētem ex ea D. Alexandrū ad hęc feuda vocatū esse, sed deuolutioni locū fuisse ob extinctionē vtriusq; lineæ Io. Ludouici, & Pallauicini; sicq; nullū indè titulum pro illo resultare.

Verum si cōtrariū aliqua ratione suaderi posset, quòd minimè credimus, certo certiùs est alias tres lineas, Nicolai, Vberti, & Io. Manfredi, cum linea Io. Francisci concurrere debere, per d. c. 1. in fi. de natu. succes. feud. & sic pro quarta parte solūmodo prætēdere posset D. Alexander; si modò in linea ipsius Io. Frācisci alios in gradu præcessisset, & p lineā legitimā, & naturalē descēdisset.

136 Cæterum quia tempore mortis D. Sfortiæ superstes erat in eadem linea D. Sigismundus D. Alexandri patruus magnus, necnon, & D. Alphōsus eiusdem pater, qui illum præcedebant, ad successionē aspirare non poterat; quandoquidèm in vniuscuiusque lineæ successione proximior tantùm in gradu vocatur. c. 1. an ille qui interfe. fra. Dom. & ibi not. Iser. nu. 3. & Afflict. nu. 11. & idem Afflict. post alios in d. c. 1. §. fi. nu. 1. per illum tex. de nat. success. feud. c. 1. de grad. suc. in feud. Oldr. d. cons. 178. in fi. Hier. Gabr. cons. 88. nu. 5. in primo, Rol. cons. 67. nu. 13. cum seq. lib.

137 1. † intelligēdo tamē idem esse, & in lineis subalternis quotiescunque linea vna in plures subdiuideretur, vt in casu d. c. 1. de natu. succ. feud. Monser. de success. Reg. in 1. & 2. dub. Didac. pract. qq. cap. 35. nu. 47. & 10. Cagno. in prhem. ff. nu. 177. Et ex hoc apparet D. Alexandri personam, nec in totū, nec in partē feudorū prædictorum D. Sfortiæ successisse, & per consequens titulo Inuestituræ prorsùs destitutum fore.

Sed nunc accedat eiusdē propositionis solidissimum aliud fundamētum, nēpe D. Alexādro necessitatem probandi incumbere, se per lineam legitimam, & naturalē, deq; legitimo thoro procreatum, eandemq; qualitatē in maioribus suis extitisse, si ad successionem prædictam aspirare voluerit; quam rem tantùm abest, quòd probare queat, vt totum potius oppositum publicis constet documētis. Assumptum probatur, tàm de iure, quàm ex tenore Inuestituræ nouæ vocantis tātùm legitimos, & naturales vt suprà, ac etiàm

138 antiquæ informis, si eam attēderemus. † nàm & à feudo informi arcētur naturales, vt notissimū est. c. 1. §. naturales, vbi * oēs tradunt, si de feud. defun. Clar. d. §. feudum, q. 82. & alibi passìm.

139 Legitimitatis autē qualitas ab allegante probari debet, maximè quando est fundamētū intētionis, ex plenè traditis per Scrib. in c. lator. & in c. peruenit, vbi Io. And. Butr. Abb. & Cardinal. qui fil. sint legit. Archid. & Bellam. in c. aliter 30. q. 5. Alberi. in l. si vicinis. nu. 4. C. de nup. Ias. in l. neq; professio nu. 5. C. de testam. in cons. 106. col. 1. lib. 1. Dec. in l. si emancipati. in 3. artic. C. de colla. cons. 94. & cons. 471. Alciat. de præsum pt. reg. 2. præsumpt. 5. Soc. * ex cōi in cons. 39. col. 1. lib. 1. Crau. cons. 166. nu. 3. Ruin. cons. 52. nu. 3. vol. 5. & latiùs cons. 63. nu. 5. cum pluribus seqq. in secūdo. Nat. cons. 473. nu. 23. & seq. * cōmunem affirmans. Rol. cons. 3. nu. 41. cum pluribus seqq. lib. 1. Soc. iun. cons. 86. nu. 34. lib. 2. Menoch. cons. 60. nu. 12. & cons. 461. nu. 28. Ceph. cons. 368. in princ. Pacet. cons. 152. vbi plenè, * & de communi Petr. in suo tracta. de fideicomm. q. 11. nu. 232. vsq; ad 236. & nu. 238. * cōmunes referēs, & num. 473. Quod nēdum procedit vbi agnatus succedere volēs actor est, vt in nostra specie, sed ēt vbi reus esset, & possidēs, prout ex præcitatis multi affirmant, & vltrà eos plenè cōsulit. Natt. cons. 421. per tot. Burs. cons. 88. nu. 5. & tradit Mascar. de prob conclus. 786. nu. 6. vsq; ad nu. 10. vbi concord. adducit, † & communē attestatur Petr. vbi suprà. num. 475. Et ad probandam legitimitatem matrimonium parētum probandum est. Alex. cons. 94. nu. 1. vol. 2. Natt. cons. 537. nu. 37. Mascard. vbi suprà concl. 800. Petr. loco præcitato num. 465. & seq. & num. 470. & seq. * vbi de communi. Qualitatē igitur istam minimè probabilem cēsemus, ex narratis in themate; quin potiùs contrarium apertè constare; nam (vt alia omittamus, quæ exactis, & processu Romæ, vt dictum est, agitato resultant, ac ēt ex testibus antedictis pro D. Vberto, nec non alijs pro Dominis Rangonis iamdudùm examinatis) cum D. Bernardinus, & Catherina memorati, Summo Pontifici supplicantes, impedimēta matrimonij fassi fuerint, certum est matrimonium inter eos absq; dispēsatione consistere ne-

140 quiuisse; † Confessio aūt in pręcibus emanata plenè contra confitētes probat l. cū precū. C. de libera. cau. vbi oēs signant, & in c. examinata de iudic. Capic. decis. 202. Gabr. in suis concl. titu.

141 de confess. concl. 4. † & nulla est maior probatio quàm proprij oris confessio l generaliter. §. & si quidem C. de reb. cred. l. si. C. de fideicom. Asserta verò dispēsatio ex opposito adducta, & de anno 1510. obtētā, nil aliud continet, quàm facultatē matrimonij postea contrahēdi, quod quidē post illud tēpus contractum fuisse probari non posse supponit; ex quo in annis sexaginta, quibus

bus lis superindè pendet in Curia Romana pro batũ non fuit;sed fuit pro eo probando exhibitum illud assertum instrumentum anni 1508.& sic de tpe ante dispensationẽ, quod iure merito fuit in Sac.Rot.audito.reiectum,& reprobatum, ptout retulimus. Imò verò ex illo instrumento dispẽsationis petitæ probatur omnino matrimonium non fuisse,& sic filiorũ illegitimitas;quẽad modũ,& per instrumẽtum legitimationis petitæ l.2.vbi Bald.no.C.de iu.aure.an. Cast.in l. de cem.nu.4.Alex.nu.34.Ias.nu.18.de verb.oblig. cum innumeris relatis p Mescar.de probat. conclu.971.per tot.cui sufficiat remissio.

Et si fortè allegaretur ex aduersò nominatio, tractatus,aut alia actio parẽtum(hoc est Bernardini,& Catherinę) aut aliquid aliud huiusce generis,ex quo quasi possessio legitimitatis prædicti D. Vberti resultare posset, nihil tñ aduersùs prædicta operaretur,tùm quia versamur in materia,in qua legitimitas est fundamẽtum intẽtionis,& plenè probanda venit, cum præsertim sit materia differẽs, & quæ illegitimis nõ cõuenit, vt ex relatis Doctor,multi declarant, præsertim Ruin.Crau. Natt. Bursat. ac Petr. in locis præ-

143 dicatis cum concord. † Tum etiàm quia aduersus præsumptionẽ, quæ ex tali quasi possessione insurgit probatio prævalet, quia præsumptio cedit veritati,Bart.in l.1.§.Itẽ per contrariũ, de lib.agno. Butr. in c.p tuas nu.8. de probat. Præpos.in c.p tuas nu.20.qui fil. sint legi. Bened.in repet.c.Rainutius.par.3.nu.15.in fin.de testam. Paris.conf.10.nu.44.in secundo, Mascard.conclu.790.nu.38.cum concord. Et procedit etiàm si p alias rantùm præsumptiones probaret,Rui. consi.63.num.9.lib. 2.Burs.conf.88.num. 9. cum seqq. Quò fit, vt cùm ex antedictis constet de matrimonij memorati defectu, cesset omnis dictæ quasi possessionis effectus.

144 Præterea & tertio loco responderi posset, dictam quasi possessionẽ illis tantùm nocere posse,qui tales actus fecissent, aut illis consẽsissent, cæteris verò nequaquam, quia res inter alios acta &c.Ias.in terminis cons.8.nu.2.& cons.106.

145 col.1.lib.2.†vbi inquit,quòd ẽt sentẽtia sup legitimitate lata tertijs non præiudicat(licèt de sẽtẽtia filiationis secùs sit) & allegat Inno.& alios

146 in c.causam,qui fil.sint legit. † quodq; nec contrà illorum descẽdẽtes probat,nisi sint hæredes, Gozad.conf.13.nu.21. Nat.conf.471.nu.24.in fi.Alcia.conf.201.nu.57.Tiraq.de retract.cõsan gui.§.1.glos.16. nu.3. & hanc esse firmam opin. asserit.Grat.conf.vlt.nu.44.lib.1. pro qua multos alios adducit Petr. d. q. 11. num. 302. cum pluribus seqq.& nu.392.& nu.484. Paset.cons. 110.nu.13.Vndè cum nec Serenifs.D.Dux,nec alij prætẽdẽtes supradicti actus fecerint,ex quibus quasi possessio prædicti D. Vberti resultet, nec illis consẽserint, res omni caret difficultate,

147 Quartò ẽt allegari posset doctri.Rui.in d.cõs. 63.nu.12.videlicet quasi possessionẽ huiusmodi nihil prodesse, nisi cum ea allegetur filium esse ortum ex illa muliere,quam certitudinaliter cõstat esse,vel fuisse vxorẽ,sequitur Natt.d.consil. 473. num.25. & late comprobat Petr. d. q. 11. nu.470.& seq.In casu.n.nostro tñ abest, vt dici possit Catherinam certitudinalirer vxorẽ fuisse Bernardini, vt totum potius oppositum liqueat vt supra,& lis sexagenaria supindè pẽdeat, vt dictum est, Igitur &c.

148 Quintò nec omittẽdum foret,quòd legitimitatis qualitas principaliter hic probãda veniret, non incidẽter,& in decisorijs, non verò in ordinatorijs, ideò quasi possessio non releuaret ab onere plenè probandi Ias.d.l.neq; professio. nu. 2.& in conf.103.colum.pen.vers. quintò ad idẽ * lib.4.Tiraq.d.glos.16.n.17.& * de veriori,ac magis communi opinione,Alciat.l tract.præsumpt. reg.3.præsum p.38.nu.8.9.& d.conf.201.nu. 57 * * vbi ẽt de magis communi opin.fidẽ facit, arq; nouissimè. Mascard.d.concl.789.num.3.4.& 6. * vers.verior tñ,& * magis communis, quibus sufficiat remissio,& Petr. fusiùs declarans. d. q.11. nu. 478.vsq; ad nu.482.& num.484.

149 Sextò in hac nostra spetie non ageret de probanda filiatione,sed cõsanguinitate,& agnatione, videlicèt D. Alexãdri,cum D.Sfortia vltimo decedẽte,ideò nulla cõsiderari posset quasi possessio,quæ non cadit nisi inter patrẽ & filium, ac maritum & vxorẽ,Cyn.post Iacob.Rau.quẽ refert in l.non epistolis. C. de probat. Dec.consil. 322.sub nu.22.conf.68.ad fi.vol.3.Anchar.cõs. 52.num.7.8.Tiraq.d.glos.16. in prin. & p tot.

150 Septimò,& vltimò,qualiscunq; esset, & vndecunq; proueniret illa quasi possessio legitimitatis, quam allegari contigeret,nunq̃ posset allegantẽ ab onere probandi releuare, pp malam fidẽ,quæ in huiusmodi iuribus incorporalibus effectum huncimpedit, l. vis eius, & ibi not.C.de proba.l.eam quæ,vbi not.C.de lib.cau.Iason.in l.si prius,nu.44.vers.secũdò limita.ff. de o.p. no. nunc.Mala autèm fides clarè probatur in nostra spetie in oĩbus descẽdẽtibus Bernardini ex litis pẽdẽtia memorata; cũ p annos sexaginta in Vrbe p eos disputatũ fuerit, & adhuc disputerĩ sup

151 dicta legitimitate filiorum ipsius Bernardini; † & ex litis pẽdẽtia certum est causari malam fidẽ l.illud. vbi Bart.& Doct.ff.de peti.hæred.glos.in c.finè possessione de reg.iu.in 6.Bart. in l.litigaror.C.de fruct.& expẽ.tradunt oẽs in c.illud de præscript.& alibi sæpè. His igitur omnibus luce clarius apparet legitimitatis quasi possessionẽ(si qua fortè p D.Alexandrum allegetur.) nulla ratione ipsum liberare posse ab onere probandi suã,suorumq́; maiorum legitimitatẽ. Non enim sua sufficit,si à radice infecta proueniat. Dec.in conf.471,in primo dub.cum concord.

Duas

Aduersus titulum Inuestituræ Caroli Episcopi, & eius testamenti.

Duas autèm partes feudi Monticellorum, per D. Sfortiam mortis tpe possessas, rectè diximus deuolutas ad Ducalem Camerã, quia inter illas tres lineas institutas à Carolo Episcopo non habet locum ius non decrescendi, vt ex aduersò
152 præsupponit † Menoch. d. cons. 378. cuius fundamenta non subsistunt. Nam dùm primò præsupponit à num. 56. vers. Quinta est dubitatio, vsq; ad nu. 59. castrum illud allodiale, quia aliàs donatum fuit à Duce Mediolani Rolãdo Seniori de anno 1410. falsum est præsuppositum; tum quia confiscatum fuit posteà cum omnibus alijs bonis Rolandi, & exindè in feudum recognitũ de anno 1445. vt ab initio præfati sumus, tùm quia in executione laudi Ducis Francisci Sfortiæ fuit rursùs ab eo in feudum recognitum per Carolũ Episcopum, & successiuè per oẽs possessores vti feudale tẽtum, & possessum, & à Principibus pro tempore dominantibus ad hãc vsq; diem pro feudali quoque, cum debito fidelitatis iuramento, & alijs requisitis recognitum; & præsertim per D. Sfortiam, vt suprà dictũ est. Vltrà quòd idẽ Carolus Eps in dicto eius testamento de hoc castro vti feudali, cũ sua iurisdictione, & pertinentijs disposuit; adeò quòd hæreticũ quodãmodò esset in præsẽtiarum sup hoc dubitare.
153 Dùm autẽ præsupponit secundo loco Menoch. nu. 59. in testamento prædicto coniũctas fuisse dictas tres lineas re, & verbis, quamuis respectu facilioris administrationis, partes testator deinde constituerit iuxtà l. Caius. §. 1. de leg. 2. vbi Barto. & alij, & propterea iuri non decrescẽdi inter eas locum fore. l. re coninncti. cum ma-
154 teria de leg. 3 † pari modo decipitur. † Etenim ꝑ
155 illa verba in institutione posita (in stirpes, & nõ in capita) per quæ inter lineas ipsas æquas portiones fieri debere constat, cum diuisionem importent. l. 2. C. de su. & legi. Alciat. in cons. 639. in fi. verbalis tantùm coniunctio inducitur, per tex. in d. l. re coniuncti. non autèm realis, quę requirit, vt totum vnicuique detur l. coniunctim eo. titu & vtrobique scriben. Quod apertissimè quoque ex subsequẽtibus in testamento declaratur; dum de tertia parte vnicuique lineæ relicta mentionem facit, etiàm per modum relationis ad institutionem proximè præcedẽtem; ibi
156 (pro dicta tertia parte tangente &c.) Sequentia enim declarant præcedentia. l. cum parer. §. im-
157 perfecta. de leg. 2. cũ vulg. † & illa dictio (dicta) refert qualitates dispositionis ꝓcedẽtis ad quã refertur. Bar. in l. si q̃s seruũ. § fi. de leg. 2. Doct. in l. si cui. §. si quid alicui de leg. 1. Rui. cons. 103 nu. 5. & cons. 206. nu. 5. in secundò. Vnde intelligitur ipsum in institutione prædicta tertiã tãtũ partem vnicuiq; lineæ reliquisse, non vcrò totũ vnicuique, nec respectu administrationis tantũ diuisisse, vt Menoch. aiebat; & per consequens cessat ius non decrescendi ex aduersò deductũ
158 ex mẽte testatoris; † qui si voluisset, facilè prouidisset per viam substitutionis reciprocæ, alterã, alteri lineæ finienti substituendo; quod cum nõ fecerit, nec voluisse dicendus est. l. si quando. in princ. C. de inoffi. testamento cum not.

Aduersùs titulum Inuestituræ Rolandi senioris pro Castro Monticellorum.

159 Et quòd ex Inuestituris eodẽ loci, Menoch. atq; nu. 60. 61. 62. satis confusè colligit, nullum facit negotium. Nàm de Inuestitura Rolandi senioris, seu donatione antè confiscationem habita nil curandum, per supradicta. De alia post cõfiscationem idem dicendũ, à qua per eius filios communi consensu recessum fuit, & feuda in ꝑsonas eorum singulatim nouata, vt in præcedẽtibus abundè probauimus. Et si hæc ipsa Rolandi attendẽda foret Inuestitura, Domino tñ Alexãdro parùm, imò nihil prodesse posset, per ea quę suprà pro alijs castris dicta sunt proximè.

Aduersùs titulum Inuestituræ Caroli Episcopi, & eius testamenti.

160 Inuestituram verò Caroli Epi planum est nihil proficere cuiquam ex transuersalibus suis, vt suprà dictum est, & probat c. 1. de beuef. frat. c. 1. de fra. de no. bcn. Inuest. & est* cõmunis opin. Clar. d. §. feudum. q. 79. nisi quatenùs concurrat eius dispositio, ex quò Inuestitus fuit facul-
161 tate disponendi modo prædicto; † si ergo eius dispositio qualificata, & limitata reperitur ad tertiam partẽ feudi prædicti pro singula ex tribus lineis antedictis, vt probauimus, limitatum succedẽdi effectum producit, d. l. in agris limitatis. cum vulg. Et quod dicebat Menoch. nu. 60. com
162 munem opin. † nunc relatam non procedere qñ frater de feudo paterno inuestitus est quale erat feudum Monticellorum, per Rolandum priùs tẽtum, vt suprà, duplicẽ habet solutionẽ. Primò limitationẽ hanc non habere locum, quando feudum sit nouum de partium consẽsu, vt in nostra specie. & vti nouum in omnibus regulatur, ex multis iam deductis. Secundò quòd si paterni naturam adhuc saperet, quod à verò abest, non tñ ad D. Alexandrum pñs successio delata dici posset, rationibus, & causis exp̃ssis in tractatione aliorum feudorum.

Quò verò ad Inuestituras eorum, qui Carolo Epo successerunt, q separatim fuerũt inuestiti, videlicet q̃libet linea institutorũ ꝓ sua tertia parte, absolutum est, ius accrescẽdi, seu non decrescẽdi inter eos locum non habere, ꝓ supradicta. Et quod Menoch. subdit nu. 61. ꝓcedit quandò plu-

pluribus insolidum facta fuit Inuestitura, &' sic coniunctim re, & verbis, vt in casu, Curt. Sen. cõsil. 49. recolendæ memoriæ, & aliorum per Men. citatorũ; ideò non meruit allegari ad casũ nſm, in quo distinctæ fuerũt Inuestituræ re, & verbis.

Ad id quod successiuè cõsiderat ibi Menoch. super Decreto, Meminimus. vt in feudo Monticellorum locum non habeat, eò quòd allodiale, & liberum erat Caroli Episcopi, & à Principe non procedẽs, non opus est respõsione; quia de contrario constat ex prædictis, cum à Duce Mediolani concessum primò fuerit Rolando, ac ẽt secundo loco post confiscationem antedictam.

Aduersùs titulum Rolandi senioris super terra Florenzolæ.

Respectu autẽm Florẽzolæ, idẽ tenẽdũ, quod de alijs feudis supradictis; nàm quod attinet ad primam huius oppidi acquisitionẽ per Rolandũ seniorẽ factam, certum est nullum super ea fundamentum fieri posse, cum per eius defectionẽ, ad Ducalem Cameram Mediolani posteà reuersum, applicatum, legitimeq; deuolutum sit, vt ipsemet Rolãdus in Inuestitura prædicta reliquo-
163 rum bonorum confitetur; cuius confessioni pœnitùs standum est per supradicta. & ea quę scribit idem Menoch. conf. 1. nu. 66. 67. & latiùs cõsil. 160. nu. 5. cum seqq. Cùm præsertim errore
164 dici nequeat processisse, † ex quo Rolandus de facto proprio agebat, & de recenti, in quo error non admittitur. l. fi. ff. pro suo. c. cum illorũ. §. circà. de sent. excomm. & maximè in facto ràm graui, & notabili. c. vt animarum in fi. eo. tit. Roma. conf. 391. nu. 6. 7. & conf. 482. nu. 3. & vtrobiq;
165 Mando. in addi. Crau. conf. 6. nu. 26. † Et ob hoc tollitur quod ex Historicis quibusdam in oppo-
166 situm scripsit Menoch. d. conf. 378. nu. 7. 8. † quã doquidẽm vltrà Principis assertionem, cõcurrit partis confessio, quæ omnem excellit probationem, & contrà quam probatio nulla admittitur, præterquàm erroris, qui in casu memorato cadere non poterat.

Insuper, cum ab eadem Inuestitura reseruauerit Dux Franciscus, exceperitq; bona alienata Nicolao Picinino, inter quæ erat hoc castrum Florenzolæ, & tali reseruationi consenserit Rolandus, sibi ipsi, suisq; descendẽtibus præiudica-
167 uit, ex quo ipsemet acquisiuerat illud feudũ, † & cum clausula prædicta (cui, vel quibus) & per consequẽs de eo disponere poterat in quoscũq; attenta opin. Menoch. supra relata, ẽt sinè Domini consensu d. c. 1. de feu. non haben. prop. nat. feu. Clar. d. §. feudum, q. 31. verſ. vlteriùs quęro.
168 Imò & absq; clausula prædicta potuisset fortè † vti primus acquirens disponere, & alienare in præiudicium descendentium suorum, quamuis in genere vocati fuissent in ipsa Inuestitura; vt post relatos tradit idem Clar. d. §. feudum, q. 41. verſ. sed in feud. nouo. Quocircà stãte eius cõsẽsu dictæ reseruationi, & alienationi in Picininũ factæ, frustrà nũc adhęrere satagunt eius descendentes priori contractui, & Inuestituræ sublatæ.
169 Nec obstat quod Menoch. asserit d. conf. 378. nu. 10. verſ. nec obstat. Picinini scilicet Inuestiturã nõ apparere de castro Florenzolæ, quoniã in facto decipitur; eam enim præmanibus habemus in forma authẽtica, & fidem faciẽte; quemadmodum & aliam Inuestiturã Rolandi antedictam, cum restitutione bonorum, & reseruatione prædictis, quam etiam præsupponebat ibidẽ Menoch. sub nu. 10. in prin. fuisse tantùm priuatam scripturam, & fidem non facientem; vtraq; autem debito tempore in iudicio producetur.

Quòd si ius Dominorum Pallauicinorum in hoc castro metiri vellemus ab hac prima Rolandi acqsitione, ex quò nihil de eò disposuit in testamento suo, nec inter septẽ frẽs diuisũ reperiẽ in arbitramẽtali sñia Ducis Frãcisci cum reliqs bonis, quo nàm titulo ad solum D. Alexãdrum
170 nunc spectare posset? † Enimuerò ad oẽs potiùs descendẽtes ipsius Rolandi, & in stirpes, ptineret. d. c. 1. vbi oẽs not. de success. fra. & grad. success. Bal. in l. 2. nu. 4. & alij Scrib. C. de suis & legi. & est * cõmunis opin. ex relatis per Clar. d. §. q. 75. & eò maximè, quia feudum istud ab initio emptum fuit, & cum clausula prædicta, (& qbus dederit) propter quod hæreditarium censebaẽ, vt respondit Alcia. d. conf. 120. & sic ad quartam partem tantùm aspirare posse videretur ipse D. Alexander. Sed neque ad hanc partem, cum nõ sit proximior in linea, sed patrem habeat, vt in pręcedentibus dictum est. Quin potiùs nec ipse, nec pater, stante natalium defectu, iuxtà prædicta in alijs feudis.

Aduersùs titulum Rolandi iunioris super terra Florenzolæ.

Deueniendo modò ad alium acqsitionis titulum, de quo per Menoch. d. suo responso tractat à nu. 11. verſ. secundum fundamentum, vsq; ad nu. 16. hoc est emptionẽ factam per Rolandum Iuniorẽ à Petro de Rohano, q dicto castro Florẽzolæ donatus fuerat à Ludouico duodecimo Francorum Rege. Obstat ei decretum (Meminimus) de quo suprà. Nàm non potuit Petrus in extraneas psonas illud alienare; tantò magis, q à Senatus Mediolani in interinatione dictę donationis, eam restrinxit ad naturam feudorum status Mediolani in hæc verba. (Ita tamen quòd loca in dictis lr̃is noĩata habẽtia iurisdictionem tenebuntur; & possidebuntur in feudũ per dictũ consanguineum nostrum, & eos q causam ab eo habituri sunt, secundùm naturam, & consuetudinem feudorum status nostri Mediolani.)

Et

171 Et licèt conetur ibi Menoch. hunc decretum euitare, psupponẽdo donationẽ illã fuisse remuneratoriã, & ob id tit. oneroso factã ex interpretatione iuris, ppeaq. sub eo decreto minimè cõprahẽdi, & Senatũ Excelsum Mediolani reprehẽdat, qui similes donationes decreto subiacere iudicauit, vt Boss. refert in tit. de Princ. nu. 323. Malè tñ sentit Menoch. ex quo verba Decreti expresse cõprahẽdũt donationes remuneratorias, & ob accepta factas seruitia, vt ex pfatione apertè cognosci põt in illis verbis (solebãt maiores nři his quorum sincera fide, & industria in agẽdis rebus vsi essent, firmæ aliqd, & certæ rei elargiri, qđ & optimæ volũtatis, gratiq. animi monumẽtũ, & pstitę fidelis opæ pign' extaret)
172† etenim ex pfatione ista, tã clara cõtra Menoc. interptationẽ, disponentis mẽs apparet manifestã l. fi. de hæred. insti. Bart. in l. pen. in princ. ad maced. Dec. in l. vni. num. 14. C. de sen. q pro eo. quod inter. Bal. conf. 51. lib. 1. & alibi sæpissimè.

Et vltra q litera ita caniat, fuit etiã rationabilis decisio illa Senatus, p ea q refert ibidẽ Boss. vsq. ad nu. 329. quib. nihil rñdet Menoch. & inter cætera citat glo. cõiter * approbatam in l. sed & si lege. §. consuluit. de peti. hæredi. affirmantẽ,
173† id quod in causã remunerationis datur, & sic instinctu naturæ debetur, donationẽ sinè dubio cõprahẽdere, & Bar. in l. Menius. §. duobus. col. 8. vers. 2. quero de leg. 2. legata pp merita titulũ habere lucratiuum asserenẽ. Cuius sniæ manifesta est ratio, quã, & ipse Boss. cõsiderat; si quidem obligatus ad antidora cogi non potest ad dandum, cum naturalis obligatio actionem nõ pariat l. titius de obsequi. à liber. præstan. ideò ex causa gratiosa, & lucratiua quis ab eo accipit. Et addi potest quod dicit Bart. in l. emancipata. C. de iu. & fac. igno. post glo. ibi, quòd etiã qui accipit id quod est sibi quasi debitum, lucrari dicitur, & de eo iudicatur prout de eo qui absolutè lucratur. Cõsultius itaq. fecisset Menoc. si Excellentiss. illius ordinis sententiam nõ momordisset; quæ & Decreti verbis, & iuris communis dispositione satis superq. fundatur.

Hinc sequitur, quòd per alienationem prædictam Rohani in extraneum, vel saltem extincta linea masculina legitima, & naturali Rolandi Iunioris habentis causam à dicto Petro de Rohano, reuersum sit feudum Florẽzolæ ad Ducalem Cameram virtute Decreti (Meminimus) & interinarionis antedictę; Nimirum titulum aliquem habere non potest D. Alexander, cum per mortem D. Sfortiæ finita sit huius Rolandi linea, & ius omne resolutum, quod ipse habebat.

Aduersùs titulum D. Sfortiæ super terra Florenzolæ.

Tertiò, allegabat Menoch. Inuestituram D. Sfortiæ à Paulo Tertio habitam pro se, suisq. suc-

Conf. Lud. Sacc.

cessoribus quibuscũque, super qua insistit à nu. 16. vsq. ad nu. 29. studens obiecta pmulta cõtra eã facta diluere, vt obreptionis, & subreptionis vitiũ ab ea tollat. Sed incassùm (mea snĩa) laborat; qñquidẽ præsuppositis in facto falsis nititur.
174† Negat enim in primis confiscationẽ bonorum Rolandi Senioris, & sic deuolutionẽ legitimam Florenzolæ ad Ducalem Cameram Mediolani, quãtñ ipsemet Rolandus fassus est, vt supra diximus; Negat cõcessionẽ eiusdẽ loci factã Picinino, quæ tñ fuit verissima, & instrumẽtis publi-
175 cis cõuincitur; † Et quia Picininus titulũ à Principe habuit, si ius aliquod Rolando superfuisset, quod nõ creditur, id omne per quadriẽnij subsequẽtis cursum amissum fuisset. l. benè à Zenone, & l. oẽs cũ materia sua. C. de quadr. pręscrip. Negat similiter Inuestiturã seu donationẽ Regis Ludouici factã dicto de Rohano validã fuisse, eo sub prætextu, q castrũ hoc tunc tpis ad descẽdentes Rolandi pertineret, non ad Regiã Ducalem Camerã, & tñ contrariũ veriùs vt supra. Vndè luce clariùs cõspicitur nullũ ius ab ipso Rolãdo seniore in eius descẽdentes super hoc castro
176 peruenisse. † Et per cõsequẽs, intrãt motiua subreptionis, atq. deffectus intẽtionis, cõtra huiusmodi Inuestiturã Pauli Tertij per illos D. Iudices tũc proposita, quæ Menoch. eodẽ suo respõ. 378. refert nu. 17. vers. nec obstat, & nu. 25. vers. ex prædictis. quę frustra nõ repeto; Etenim per D. Sfortiã pręsuppositũ fuerat Sum. Pont. castrũ prędictũ virtute antiquæ illius emptionis Rolãdi Senioris, & cõfirmationis Leonis Decimi, ad ipsum D. Sfortiã pertinere, vti eius descendentẽ, quod falsum erat. cũ extinctũ iamdiu ius Rolandi fuisset; Nimirũ gratia nulla, & inualida extitit, vt in dictis motiuis; & tradit alibi Menoch. in conf. 264. nu. 53. Sed & si durasset ius Rolãdi, falsum quoq. fuisset, tale ius in totum ad ipsum D. Sfortiam pertinere; siquidẽ durantib. alijs lineis septẽ fratrũ, vt supra dictum est, singulæ pro
177 portione sua ius illud habuissent; † quod si sciuisset Paulus Tertius vtiq. D. Sfortiã de toto nõ inuestiuisset in cæterorũ condominorũ pręiudiciũ; & p cõsequẽs gr̃a nulla per supradicta, & in terminis tradita per Io. Iacob. de Leonar. inter cõs. Brun. conf. 114. nu. 154. & conf. 117. nu. 253. & Menoc. vbi supra. nu. 49. in fi. quã dubitationem promouerunt etiã ijdẽ Dñi Iudices, vt refert Menoch. sub nu. 28. vers. nõ etiam obstat q
178 obijcitur. † Et licèt ipse studeat respondere, nihilominùs in responsione se inuoluit, & manifestã implicat contradictionem; nam dùm demõstrare intendit integrum ius in dicto castro tũc competijsse D. Sfortiæ, & non alijs agnatis suis, allegat emptionem per Rolandum Iuniorem eius Auum paternũ factam à dicto Petro de Rohano, quam priùs nullam, & inualidam dixerat; si enim donatio Rohani non valuit in præiudi-

C cium

cium descendentium Rolãdi senioris, vt primò
præsupposuit. Menoch. quomodo dñs effectus
est Rolandus Iunior cum suis descendẽtibus e-
179mens à non Dño? † vix namque fructus perce-
ptos,& consumptos lucratur emens à non Dño,
etiam cum bona fide. §. si quis à non Dño insti.
180de re.diui.cum vulg.† Nimirum qui vult se Do
minum rei probare, dominium quoq. authoris
sui probare tenetur, ad glos.& scriben. in l.cum
res.C.de probat. Dyn.Bar. Castr.Alberi.Alexã.
& alios in l.si sic.§.1.& in l.legaui.de lib.lega. &
cumulatos per Boer.decis.42.nu.25. Nat.consi.
396.nu.5.6. Minusq. subsistit alia respõsio facta
ibidẽ per Menoch. videlicèt , Paulum Tertium
voluisse omninò inuestire D. Sfortiam de toto
181castro cum præiudicio iuris tertij, † per clausu-
lam(motu proprio) quandoquidem per eã non
tollitur subreptio, vel obreptio in præiudicium
tertij,etiam si adesser alia clausula prohibẽs dici
de defectu intentionis,ex latè congestis per Ga
182br.in tit.de clausulis,conclus.2.nu.8. † nam de-
fectus intentionis semper opponi potest, dictis
clausulis non obstantibus, vt per Gabr. ibidem
num.18.cum multis seqq.

Pręsupponamus modò,citra veri pręiuditiũ,
& inuestituram Pauli Tertij validam,& D.Sfor
tiam Florenzolæ Dominum effectum,certè per
eius mortem sine filijs masculis, vt supra, subin-
trat adhuc dispositio dicti decreti(Meminimus.
Etenim cũ fuerit per Mediolani Duces promul
gatum,& in vniuerso eorum statu receptũ vsu,
183†tempore quo dominabantur ciuitatib.istis Par
mæ,& Placentiæ,quæ postmodum alienatæ fue
runt,& in dominiũ Sanctæ Rom. Ecclesiæ tran-
slatæ,vt notorium est,& ex Historijs liquet,pre-
sertim apud Platinam in vita Iulij Secundi, &
Leonis Decimi, verissimum est legem illam nõ
propterea abrogatam fuisse, sed in suo robore
184permansisse,†ex quò non additæ fuerunt acces-
soriè reliquo statui Ecclesiastico,sed principali-
ter,de per se,& per Legatos proprios Apostoli-
cos sub tit.Cispadanæ Galliæ tentæ,rectæ,& gu
bernatæ, donec in Ducatum erectæ,& in feudũ
Serenissimis Farnesijs Ducibus postea concessæ
fuerunt.hæc est notab.doctr.Bar.in l.si conuene
rit,la seconda.§.si nuda.in fi.de pig.ac. & ibidẽ.
Bald.Salyc.Castr. & aliorum, & rursum Bart.in
* trac. Tyberia.in tit.de insula, cuius doctri.*com
muniter recepta est,teste Feli.in c.translato.col.
4.de constitut.& Curt.Sen.cons. 56.nu.8.atque
Curt.iun.cons.60.nu.9.Rui.cons.39.num.15.&
consi.219.num.7.lib.1. Rom.cons.218.nu.3.&
ibi Mandos.in addi.ad verb.proprijs.Soci.cõsi.
79.num.24.lib.4.Dec.cons.486.nu.9.Alciat.re
spon.509.nu.13.Crau.de anti. temp. par.4.nu.
27.Alex.in cons.151.nu.4.lib.2. & in l.1.nu.11.
de leg.1. vbi etiam Rip.nu.16. & in respon.21.
per to.de legi.Ias.in l.si eadẽ nu.3.de offi. asses.
Bero.cons.124.nu.20.in secundo. Rui.cons.39.
nu.15.lib.1.Ferret.cons.242. in princ.& per to.
* vbi de *cõi Cõtard.in repet.l.vni.in tertia limi.
nu.20.cũ seqq. C.si de momen. possess.& cõem
quoq. attestatur.Cras.com.opin.lib.5.c.3.q.14.
& Viui.lib.1.in ver.aucta prouintia.atque Burs.
185consi.189.nu.38.† Alba.cons.434.nu.12.lib.3.
& qui vellet dicere talẽ legẽ post alienationem
prædictam non fuisse seruatam probare tenere-
186tur,vt per Bero.vbi supra sub nu.17.† Sed re ve
ra ad hæc vsq. tpa in viridi est obseruãtia, vt in
practica videmus; sicuti & multæ aliæ à p̃dictis
Ducibus cõditæ; quod etiã in proprijs terminis
fatetur,& pro constãti supponit Menoch.d.cõs.
378.nu.46.in fi.inquiens hanc esse legem huius
principatus, & vti talem ipsi Principi notã esse
debere.& de lata interpratatione dicti Decreti,
vltra Boss.in d.ti. de Princ. videri potest.Alcia.
cons.370.ad fi.num.9. & cons.712 pro comite.
per to.atq. Io.Bapti.Plot.in addi.ad cõs.Marti.
Laud. 29.nu.44.cum tribus seqq.Et hęc quò ad
castrũ Florẽzolę sufficiãt,per q̃ liquidò creditur
apparere nullũ in eo ex Inuestituris titulũ habe
re D.Alexandrũ, siue primã Rolãdi Senioris, si-
ue secundam Rohani cum subrogatione Rolan
di Iunioris,siue tertiam Sfortiæ respiciamus.

Aduersùs titulum permutationis castri Costamedianæ.

Superest de Castro Costæmedianæ,& eius ti
tulo verba facere; & quia contractus permuta-
tionis de quo supra,pactũ habet resolutiuum in
euentũ quo D. Sfortia sinè filijs decederet, pro-
ut decessit,dicendum est primo loco,nullum ius
ex eo competere posse D.Alexandro mediante
persona D.Sfortiæ,cum in actu moriendi resolu
187tus sit ille contractus,† & titulus redactus ad nõ
titulum.l.nec vllam.§.1.vbi Bart.de peti.hęred.
Afflict.decis.40.nu.4 in fi.Cepha.in consil.301.
188nu.130.& seq.† Resoluto igitur iure D.Sfortię,
nullum ius successori, & habenti causam ab eo
competere certũ est.l.lex vectigali. ff.de pigno.
l.3.& l.voluntate. ff. quibus mo. pig.vel hipot.
sol.Dec.in l.si socius.num.6.ff.si cert.per.Crau.
cons.299.num.4. & est bonus tex.in feudatatio
loquens in c.1.§.rursus.qui. mod.feud.amit.
189 Nec obstat si dicatur conditionem pactionis
non euenisse,ex quo cum filio adoptiuo decessit
D.Sfortia,quia talis filius non facit illam condi
tionem,si sinè filijs decesserit,deficere.l.si ita. la
terza.§.is cui.vbi scrib.omnes de leg.2.Bar.in l.
ex facto.§.ex facto.nu.3. & Rip.nu.31.ad sena.
treb. Ang.in l.generaliter.§. si autem. nu.4.C.
de insti.& sub. vbi etiam Alberi.nu.6.Castr.in l.
si quis nu.4.de libr.& posth. Soc.in l.cum auus.
de condi.& demon.nu.56.glo.in c.in pręsentia.
vbi Abb.nu.20. Dec. nu.116.de pbat. Garz.in
l.gallus.§.& quid si tm̃.nu. 187. de lib. & posth.
Bened.in c.Raynutius. in ver.si absq. liberis. il
primo.

primo.nu.10.de testa.Corn.consi.85.col.1.lib. 3.Curt.cons.145.per to. Dec.cons.399.num.1. cum tribus seqq.Rui.cons.173.nu.6.lib.2. Calca.consi.20.nu.11.Asca.clem. plenè in tract.pa tri.potest cap.5.nu.8.vsque ad num.16.

Et hoc in nostra spetie confirmatur stante na tura bonorum permutatorū,quæ feudalia sunt, Castrum enim Costæmedianæ, vnà cū Polexino concessum fuit Io.Maufredo Rolandi Senio ris filio in feudum,vt ab exordio diximus; & cū de iure feuda ad adoptiuos nō transeant filios

190 d.§.adoptiuus.† pręsumendum est contrahētes * cum iuris * cōis dispositione cōcordare voluisse.l.quæro,§.inter locatorem.ff.loca. Alcia.latè in tract. præsump. reg.3. præsump. 32. & latius Menoch.in simili suo tract.libr.3. præsump.38.

191 in terminis.Castr.cōs.343.nu.2.lib.1.† Ac etiā cū prima Inuestitura prædicta,in qua filij,& descendētes tm̄ ex vero,& legitimo matrimonio, & ex proprio corpore Ioan.Manfredi inuestiti, eiusq. descendentium masculorum vocantur. Cephal.conf.28.colum.1.Tiraq. in l.si vnquàm in ver. susceperit liberos. nu.84. C.de reuo.do.

192 † A qua nec volentes recedere potuissent in p̄iudicium vocatorum.c.1. de alien.feud. pater. * cap.1.in fi.de duo.fra.à cap.Inuesti.& * est cōis omnium opin.Curt.in cōs.171. nu.5.Soci.Iun. consi.112.nu.1.lib.2.Clar.d.§.feudum.q.41.& alij passim.Nam & omnes clausulæ à contrahen tibus positæ interpretari debent citra vocatorum præiudicium. Pedem.decis.163.nu.6.cum

193 concord.† Pariterq. præsumendum est concordare voluisse cum iuris municipalis dispositione,videlicet d.c. (Meminimus) quod cum iure cōi,& Inuestitura prædicta conuenit. Menoch. d.præsump.38.nu.8.Rui.consi.163.nu.8.in pri mo.Et ita tollitur optime obiectum de clausula (Cui vel quibus)in permutatione posita.

194 Cui etiam clausulę aliter,& secundo loco respondeci posset,operari eam tantum,vt alienatio fieri posset inter vocatos in Inuestituris p̄cedentibus, non seruata gradus vocatorum prærogatiua,quę aliàs seruari debuisset; ita Cacher. * post multos relatos d.decis.163.nu.15.* qui de communi attestatur. quibus addi potest. Rube. Alex.cons.10.nu.4.Gozad.cons.9.nu.21.Bero. consi.66.nu.13.14.in primo.Beret.consi.78.nu. 22.& Crau. in respon.pro gene. num.293.cum multis seqq.atque in consi.828.num.9.

195 Vel & tertiò,operari dictam clausulam licen tiā alienandi tm̄ in vita alienantium,ita q̄ durāte illorum vita teneat alienatio, postea autē resoluatur, nè alijs vocatis præiudiciū generetur, ad gl.in d.c.1.in ver. nec in filiā.de alien. pater. feud.Alex.in cons.106.nu.4.lib.4.Rui.cōs.203. col.fi.lib.2.Cacher.d.decis.163.nu.16. Quòd si interpretatio ista p̄cedit vbi de resolutione cōtractus nulla habita fuit mentio,multò magis in

Cons.Lud.Sacc.

nostra spetie, vbi de resolutione, & reuersione feudi pactū fuit,vt supra, & clausula prędicta facultatē alienandi tribuens non fuit absoluta, sed cū reseruatione illa, & addita alia clausula, saluo vt infra,quæ pręcedentē limitat,& restrin git,vt in terminis pōderat Cacher.ibid.nu.7.8.

Nec prædictis obijciatur,q̄ per resolutionem contractus non propterea quæsitum sit ius Ducali Cameræ,sed potiùs filijs,& descēdētib. DD. Octauiani,& Francisci Mariæ Pallauicinorum,

196 † qm̄ rñdebit Fiscus, quo ad te liberas ædes habeo.l.loci corpus.§.cōpetit.si ser.vend.l.in cōce dēdo.& l.proculus.de aq.plu.arcen.Bal.p̄citato. cōs.301.nu.3.ī fi.lib.1. p̄ntis n.speculationis est inquirere an D.Alexander p̄ hoc feudo Costæmedianę titulū hēat,quo possit possessoriū iudiciū colorare? & pro negatiua cōcluditur;ex quo titulus resolutus pro nō titulo hr̄,vtsup.& ex alijs supradictis.Et hęc vltima rñsio tollit ēt quācunq. obiectionē, quæ fieri forsan posset de iurib.aliorū prætēdentiū, de quibus supra,seu alte rius cuiuslibet tertij,quę D.Alexan.nihil p̄dest.

Aduersùs titulum Puteorum à Sale.

197 De puteis à Sale,quorum possessionē pariter cū feudis antedictis petit D. Alexan. specialē fa cere mētionē oō expedit, quia certū est in Inue stituris cōpręhendi,cum sint de Regalijs Principis.c.vni.in ver.salinarum in tit. quę sint regali vbi scrib.omnes, & de pertinentijs feudorū antedictorum,vt asserit Menoc. de his ipsis pureis tractans d.conf.378.nu.76. 77. multos allegans concord.ea propter concludens de illis iudican dum,prout de feudis ipsis; cū quo,& nos conue nimus. Vndè infertur,obiecta omnia militantia contra D.Alexandrum pro singulis feudis,militare etiam pro puteis à Sale, alijsq́. huiusmodi ad ea respectiuè pertinentibus, & spectantibus.

Aduersùs titulum sententia.

Ad scdm̄ principale obiectū de sñia, rñdetur primò,q̄ tpe illius iuditij moti,& sñię secutę,nō erat amplius ius huius Ducatus in p̄sonā Serenis. Ducis Octauij, stāte renūtiatione,& donatione p̄dicta p̄ eū facta Serenis.DuciAlexādro

198 eius filio,vsq. de anno 1565.† & p̄pea debebat is citari,de cuius interesse principaliter agebat.

199 l.de vnoquoq. de iud.† & sñia contra illum lata huic non pręiudicat,tanquā res inter alios acta, rub.& ro.ti. C.res īter alios ac.l.sępè. ꝯ re iud.c. pen.eo.ri.& Tiraq.latè in suo trac.res īter ali.ac.

200 Nec de viribus illius donationis, ac renūciationis,quamuis factæ sinè consensu Sum. Ponr. directi dñi dubitari potest, stāte quòd facta fuit ei qui in Ducatu immediatè successurus erat. d. c.1.Vbi Afflict. nu.7.post alios. de eo qui fec.si. agna.c.1.in fi.de alie.feu.vbi Bal.in summ.& cę teri feudistæ.c.1.§.sed etiam rcs.vbi glos.& scriben.per quos fiat Inuestit.quia nō dr̄ alienario, sed refutatio, secundùm glos.in c.1.in ver.conceditur.

C 2 ceditur.

ceditur.de alie.pater. feud. Paris de Put. de re-
integra.feud.sub rubr. reuocari an poss. alie. in
ꝑxi.successs.pag.141. Ias.cõs.96.in fi.lib. 1.Rol.
latè cõs.64.nu.19.cũ seqq.lib.2. Burs.cons. 291.
nu.92.Clar.in §. feud.q.42. vers. hoc præmisso.

Quòd si dicatur renunriationem,& donatio-
nem antedictas non simpliciter, sed cum reser-
uatione vsusfructus factas fuisse,† & hac rarione
201 potuisse Serenis. D. Ducem Octauium tamquã
vsufructuarium cõueniri,& iudicium valere, ad
glos.in l.2.vbi scrib. C. vbi in rem ac. Respõde-
bitur primò de virib.illius vsusfructus sinè cõsẽ
202 su Papæ valdè dubitari posse,† ex quo versa vi-
ce vsusfructus cõstitui non põt sinè Dñi directi
* consensu in bonis feudalibus, * ex cõi sñia rela-
ta per Clar.d.§.feudum. q.37.vers.sed nũquid.

203 Quod etiam suaderi potest ex eo ꝙ feudũ est
seruitus,glo.in l.si cuius.§.si vsusfructur.ĩ verb.
oportet. de vsufr. Alcia. in tract. præsup.reg.2.
pręsump.3.Menoch.co.tract.lib.3 pręsump.91.
204 nu.2.† & vsurfructus etiam seruitus est, glos.in
205 l.1.eo.tit.de vsufruct. † seruitus autẽ seruitutis
nõ subsistit.Bal.in l. si vxorẽ.ĩ fi. C.de cõd.inser.

Verùm præsupposita,sinè veri ꝑiuditio,vsus-
206 fructus,& iudicij,ac sñiæ validitate, † respõde-
tur secundo loco iudicium cõtra vsufructuariũ
valere quidem,sed respectu iuris sui tantùm,ita
vt sñia, & executio in ipso tantùm vsufructu ꝑ-
iudicare valeat, respectu verò proprietarij,& iu
rium ei competentium,nullum effectum opera-
ri,nisi iudicio interueniat;& in his terminis ꝑci-
sè loquitur glo.in oppositum citata in l.2.C.vbi
in rem ac. & optimè declarant ibidem Barto.&
Doct.& in specie Castr.nu.12. Saly.nu.5.Bald.
nu.7.Afflict.& alij in c.1.§.si vassallus de suo. si
de feud.sue.contro.inter Dom.& agna.Regula-
re etenim est,ꝙ sñia lata contra vsufructuarium
non pręiudicat proprietario.l.si pariter.de libe.
caus.& ibi not.Bart.in l.sæpè.in 4.q.quem cæte-
ri sequuntur de re iud.Butr.& alij in c.quamuis.
207 eo.tit.†Puth.decis.336.ꝑ to.glo.Paris.§.31.nu.
24.& lata cõtra naturaliter possidẽtẽ non nocet
ciuiliter possidẽti.l. Põponius.§.si is qui ꝑcario.
cũ glos.in verb.accedere.in fi.de acquir.possess.

Tertiò responderi posset (& omni qua decet
erga tãti Principis memoriam reuerentia dictũ
sit,nè mortuo Leoni,vt aiunt, barbã vellere vi-
deamur) ꝙ iudicium memoratũ per collusionẽ
factum fuit; cũ enim Serenis.D. Dux Octauius
Illustris.D.Lauiniam filiam suã naturalem ma-
trimonio copulare prædicto Illustris.D. Alexã
dro futuro hæredi Dñi Sfortiæ,statuisset,vt ma-
iori cum dignitate,& ipsius filiæ perpetuo com-
modo id succederet,eiusdẽ D. Sfortiæ votis an-
nuit; credens fortè Serenis.D Ducem Alexan-
drum eius vnicum filiũ,& successorem iam effe-
ctũ,id ęgrè laturum nõ fore.Dño autem Sfortiæ
pergrata fuit affinitas ista,q̃a vltra sanguinis no
bilitatem, vnicum successorem suũ de sua fami-
lia delectũ,totius sui status Dñm relinquere spe
rabat,si iudicium illud, permittẽte Serenis.Du
ce,ad optatũ finẽ perducere potuisset. Vtriusq.
igitur interfuit,& vtrisq. placuit litem colluden
do agere,cuius exitus vtrique satisfaciebat.

208 Stante autem collusione collitigantium, cer-
tum est sñiam nullam reddi l. cum non iusto. ff.
de collu.deteg.c.fi.eo. tit. & vtrobiq. scrib.Gi-
gas.in tract.de pensio.q.42.nu.2.Tiraq.de nobi
li.c.37.nu. 3. Nec posse alij cuiquam præiudiciũ
209 affere d.l. si pariter.quæ in terminis vsufructua-
rij loquitur.ff.de liber. cau.l.pręses.C.de pigno.
& d.c.1.de contro. inter vassall.& ali.de benef.
210 † bonus tex.in l. si seruus pluriũ.§.1.vbi omnes
not.ff.de leg.1.Est enim collusio omni iure pro-
hibita, & actus omnes in quibus interuenit vi-
tiar.ff.& C.& extra de collu.deteg.per to.l.si su
specta.vbi Doct. omnes de inoffi. testa.& in l.si
perlusorio.de appel.Clem.cõstitutionem.& ibi
Card.de elect.c.super eo.de eo q consang.vxo.
suæ.c.quanto. de diuor.c. tua. il secondo de iu-
reiur.c.bonæ. il secondo de postul. prælat. glos.
in Clem. 1.de renuntia.& alibi sæpè.

211 Et per coniecturas ꝓbatur,cum sit de his quę
clàm,& in occulto fiunt l.quia autem.§.non sim
pliciter.ibi, si tamẽ nulla suspitio collusionis re-
ligionem Prętoris induxit.ff.si quis omiss.causa
testa.quem tex.ad hoc notab.dixit Bal. in l. 1. in
47 Rescripta sunt latè interpratanda quoad virtutem comprahensiuam.

48 Iudex possessorij, & petitorij idem esse debet, & absonum est, quòd sint diuersi.

49 Rescriptum vt solum possessorium deleget, an dictio taxatiua in eo requiratur?

50 Commißio causa in forma communi petitorium indubiè comprahendit, si in precibus facta fuerit mentio de dominio, vel quicquam expositum, quod illud importare queat, & infra nu. 59.

51 Audiat, cognoscat, in rescripto, iurisdictionem tribuunt super omnibus in supplicatione expositis.

52 Rescripti conditio debet iudicialiter, vocatis vocandis, in primis verificari.

53 Verba (legitimè, canonicè) sonant in petitorium.

54 Supplicatio, si petat suspendi petitorium, dum de possessorio disputabitur, & rescriptum mandet iustitiam fieri, non tollit quominus de petitorio cognosci poßit, si iudicium natura mixtum fuerit.

55 Tertius comparens in iudicio possessorio, potest etiam iura petitorij deducere.

56 Verba rescripti (quam, & quas) vel (causam, & causas) important commißionem petitorij, et possessorij.

57 Ac etiam causa appellationis.

58 Et causa principalis vnà cum articulo.

59 Verba supplicationis denotantia petitorium, cum rescripto in forma communi, delegationem petitorij important, & supra nu. 50.

60 Causa petitorij, & possessorij an sit vna, & eadē, diuisa tantùm respectu prioritatis, & posterioritatis temporis, vel diuersa potiùs, & separata?

61 Commissa causa in possessorio, si expediri non potest absque cognitione petitorij, commissa quoque censetur in petitorio.

62 Baldi distinctio in l. 3. nu. 12. C. de interd. de triplici genere possessorij, probatur.

63 Possessorium habēs causam petitorij mixtam principaliter, & à natura, plenam requirit probationem petitorij, non solam colorationem.

64 Bero. Ideò decipitur, & Pont. tenentes solam colorationem sufficere.

65 Et vtrunq. tunc vnica sententia terminari debet;

66 Et si actor probet in possessorio tantùm, reus tamen absoluendus est;

67 Nec admittitur suspensio petitorij;

68 Et sententia lata super vno, exceptionem rei iudicata parit super altero; & ab ea appellabitur;

69 Item probationes admissa à iudice cum expressa declaratione, quòd ad colorandum tantùm deseruiant, proderunt tamen indistinctè, & super eis poterit sententia ferri.

70 Petitorium absorbet possessorium.

71 Iuris publici qua sunt, absque titulo à Principe habito poßideri nequeunt;

Idcirco possessorium super eis intentatum mixtum habet petitorium à natura.

72 Aquam ex castello, Riuo, vel flumine ducere volens, si possessorio innititur, de titulo tamen plenè probare debet à Principe habito, quia admixtam habet proprietatis causam à natura.

73 Idem si quis viam, vel aliquem locum publicum tangat, vel de ponte super ipsa via construendo, agat.

74 Ac etiam in omnibus, qua non possunt nisi ex principis conceßione haberi; cum in illis non sufficiat nuda poßeßio, vt possessorium exoriatur, nec sit poßeßio apta agere.

75 Iurisdictio est iuris publici.

76 Iurisdictionis diffinitio.

77 Iurisdictio ad solum Principem naturaliter spectat, & ab eo tamquàm fonte manat, & fluit, quo pacto flumina à mari, & ad mare fluunt, & refluunt.

78 Iurisdictionem qui exercet, dicitur persona publica.

79 Iurisdictio quandoque persona, & quandoque territorio coheret, & appellatione castri aliquando venit.

80 Regalia sunt iuris publici, & ad Decus, & honorē Principis, in signum superioritatis, ei spectant.

81 Et Principis oßibus inhærere dicuntur, ita vt ab eius potestate Regia separari nequeant.

82 Feuda dignitatū regaliū, idest Ducatus, Marchionatus, & Comitatus à solo Principe procedunt.

83 Dignitatum fons est Princeps, à quo dignitates omnes inferiores fluunt; & sicut Papa est pater patrum, ita in Principe seculari sunt omnes Thesauri dignitatum reconditi.

84 Dignitates sunt iuris publici.

85 Feuda dignitatum longè distant ab alijs feudis.

86 Decimas petens in aliena parochia, etiam in possessorio iudicio tenetur titulum ostendere, & plenè probare.

87 Idem de agente possessorio pro exemptione contra ordinarium suum.

88 Subditus agens contra Principem suum possessorio iudicio ad ea, qua propria sunt ipsius Principes, & sine titulo ab eo habito poßideri nequeūt, titulum ostendere, & plenè probare tenetur;

89 Quic-

89 Quicquid ſit quando inter priuatos ageretur, vel cum Principe, de alijs tamen rebus, quæ ad ipſum ſolum non pertinent vti Principem.

90 C. ad decimas. de reſti. ſpol. in 6. verus intellectus.

91 Boſs. in tit. de Princi. nu. 234 declaratur.

92 A beneficialibus ad feuda arguitur, remiſſiuè.

93 Agens poſſeſſorio in beneficialibus an colorare tantùm, vel plenè probare de titulo teneatur? controuerſum eſt.

93 Si tamen contra agentem militat iuris præſumptio, plena probatione opus eſt.

94 Argumentum à beneficialibus ad iuriſdictionem non procedit propter rationem diuerſitatis, quæ in themate propoſito duplex adducitur, vſque ad numero 105.

95 Beneficij dominium non eſt penès rectorē, aut Prælatum, ſed ſola procuratio, & adminiſtratio.

96 Beneficij dominium eſt penès Eccleſiam, tam viuēte, quàm mortuo Prælato, ſeu rectore ipſius.

97 In beneficialibus dari non poteſt de dominio.

98 Beneficij titulum qui probat, mandatum tantùm idoneum probat ad perſequendum iura eccleſiæ.

99 Mandatum faciliùs probatur, quàm dominium.

100 Prælatus agens nomine eccleſiæ ſuæ (non proprio) in poſſeſſorio, dominium plenè probare tenetur; & quare?

101 Donari videtur, quod nullo iure cogēte cōceditur.

102 Collator beneficij non donat, quia neceſſe habet alicui conferre;

103 Nec liberalitate vtitur, quamuìs gratiam vni potius, quàm alteri faciat.

104 Donatio difficiliùs præſumitur, quàm alius actus.

105 Iuriſdictiones, & feuda dignitatum hodie eſſe in comercio noſtro, quomodo intelligantur.

106 Et qui illas habet à Principe, non poteſt de eis diſponere abſq. illius aſſenſu, & beneplacito.

107 Feuda iuriſdictionalia, vel dignitatum in Ducatu Parmæ, ſpeciali lege prohibita ſunt alienari ſinè Principis licentia.

108 Libellus ex ſupplicatione, & reſcripto deſumi dēt.

109 Poſſeſſorium mixtum fit ex accidenti, & occaſionaliter, vel ex ſupplici libello, vel iudiciali petitione, aut exceptionibus rei conuenti, quæ inuito actore opponi poſſunt;

110 Et cum vno de iſtis modis, promiſcetur proprietatis cauſa, fit mixtum poſſeſſorium principaliter, adeò quòd vnica ſententia terminari debet.

111 A qua appellatio datur, vt in petitorio.

112 Poſſeſſorium fit mixtum ratione complicationis vnius cauſæ cum altera.

113 Mixtura petitorij cum poſſeſſorio iudicatur potiſſimùm ex libello actoris.

114 Ordo ſcripturæ regulariter attenditur.

115 Aduerbium (ſucceſſiuè) in libello, operatur, vt vna actio ſimultanee cum alia, ſed vna poſt aliā dicatur intentata, & non aliter.

116 Contraria remedia in eodem libello, ſucceſſiuè tamen, & ſubordinatè, tollerantur, quia vnum tantùm poſt alium proponitur.

117 Petitorij finis eſt conſequendi poſſeſſionem rei petitæ, & ſic petitorium, & poſſeſſorium ad eundem finem tendunt.

118 In petitorio tamen incidenter, & in conſequentiam, in poſſeſſorio verò principaliter poſſeſſionem proſequimur.

119 Libellus in quo quis conqueritur de iniuſtitia aduerſarij, mixtum iudicium reddit, & nu. 123.

120 Petens ſe declarari hæredem, & ſucceſſiuè immitti in poſſeſſionē, complicat petitoriū cum poſſeſſorio, et à ſententia datur appellatio, vt in petitorio.

121 Remediū l. ſi quis in tantā. C. vndè vi, quo agitur ad pœnam priuationis, & rei reſtitutionē conſecutiuè complicat, & datur appellatio, vt ſuprà.

122 Directus dominus, qui propter caducitatem emphiteuta inſtat ſe immitti in poſſeſſionem, ſi ſuper caducitate quoque pronunciari petit, complicat vt ſupra.

123 Petens declarari apprahenſionem poſſeſſionis aduerſarij propria authoritate factam, iniuſtam fuiſſe, petitorium intentat, licèt ad eiuſdem poſſeſſionis reſtitutionem agat.

124 Locator agens ad expulſionem conductoris ob finitam locationem propter penſiones non ſolutas, petitorium intentat.

125 Nullitatem proceſſus, vel ſententiæ, ſeu contractus, aut alterius actus per modum agendi deducens, cenſetur illum principaliter, non incidenter deducere, & tangit petitorium, propter quod appellationi locus eſt, & ſi non appelletur parit irreparabile præiudicium. & nu. 116. & ſeq.

126 Etiamſi mixturam poſſeſſorij habere poſſit.

127 Nullitas contractus mixta cū remedio recuperandæ, idem operatur, quod ſupra.

128 Proteſtatio de non cumulando petitorium cū poſſeſſorio, ſi eſt contraria facto, quia re ipſa deducitur etiam petitorium in libello, non impedit cumulationem.

129 Proteſtatio de non cumulando, vel ſuſpenſio petitorij facta poſt litis conteſtationem, inutilis eſt.

130 Suſpenſio petitorij aduerſatur communibus iuris regulis, ideò ſtricta fit interpratatio in materia.

131 Suſpenſio petitorij in odium tantùm violenti ſpoliatoris inducta fuit, & non eſt ad alia remedia poſſeſſoria extendenda, ex communi.

132 Imprudentiam cumulantis poſſeſſorium cum petitorio non minùs abhorret lex, quàm ſpoliatorē.

133 Exceptio ſpolij eſt ſuſpenſio iudicij per ſpoliantem intentati, & locum non habet niſi in interdicto. vnde vi, non verò in remedio can. Reintegranda, vel alijs poſſeſſorijs. ex veriori, & magis æqua, ac communi ſententia.

134 Actor poſt ſuſpenſionem petitorij producens titulos, vel poſitiones, aut articulos petitorium reſpicientes, ab illa recedit.

135 Etiam ſi proteſtetur de non recedendo; quia facit actum proteſtationi contrarium.

136 Su-

136 *Suspensio petitorij locum non habet, quando absurda, & scandala oriri possent, si super solo possessorio procederetur.*

137 *Ratio restringit, et modificat dictũ ad suos limites.*

138 *Iniustitia actus differt à nullitate, & sententia nulla non dicitur propriè iniusta, & nu. seq.*

139 *Potest tamen vtrunq. remedium principaliter eodem iudicio proponi, nullitatis scilicet, & iniustitia, ex communi; etiam in materia vltimarum voluntatum, & contractuum.*

140 *Exceptio dominij, quæ inuito actore venit admittenda, mixtum reddit iudiciũ, & supra nu. 109.*

141 *Exceptio lineæ feudatarij finitæ, admittitur inuito actore agente ad feudi possessionem.*

142 *C. 1. §. si verò. de mili. vassa. intellectus.*

143 *Feudum simplex potest à priuatis quoq. concedi.*

144 *Restitutioni locus non est vbicunq. iusta de causa possessione quis priuatur.*

145 *Præcario possideri præsumuntur, quæ ad Principem spectant, nisi possidens contrarium probet.*

146 *Præcario possidens non potest restitutorio iudicio contra dominum obtinere, licèt contra tertiũ sic.*

147 *Sequestratione possessionis facta, non habet locũ iudicium restitutorium, remissiuè.*

148 *Eò maximè, si sit facta cum reseruatione iurium partium.*

149 *Princeps potest post auocationem possessionis facere edictum, quòd quicunq. prætendens ius in re compareat intra certum terminum ad docendum de iure suo. remissiuè.*

150 *Exceptio notorij iuris in petitorio, admittitur in restitutorio iudicio.*

151 *Nedùm si est certa, verùm etiam si est satìs verisimilis;*

152 *Præsertim si incontinentè offeratur probatio. & infra nu. 161.*

153 *Incõtinentè autẽ probari dicitur arbitrio iudicis.*

154 *Et iudicium tunc mixtum dicitur, cum exceptio huiusmodi, & probatio admittitur.*

155 *Exceptio ex qualitate rerum in iudiciũ deductarum, mixtum quandoq. reddit iudicium, quod aliàs esset simplex possessorium.*

156 *Princeps potest cogere vasallum ad exhibendum inuestituram. remissiuè.*

157 *Episcopus potest pariter cogere possessorem beneficij in sua diœcesi ad exhibendum titulum.*

158 *Feudorum incapaces sunt illegitimi, remissiuè.*

159 *Illegitimitasq́; ascendentium actori ita nocet, sicut propria.*

160 *Illegitimitas impedit restitutionem in iudicio spolij, quando per eum redditur spoliatus incapax rei, qua fuit spoliatus.*

161 *Etiam si de probatione fienda agatur, dummodo incontinenti offeratur.*

162 *Lis pendens super illegitimitate alicuius coram iudice ecclesiastico, operatur, vt super ea coram seculari disceptari non possit, sed iudicium silere debeat.*

163 *Status defunctorum in quæstionem deduci potest, quando in eorum vita captum fuit iudicium.*

164 *Legimitatis quasi possessio transfert onus probandi in aduersarium.*

165 *Quod declaratur, & limitatur multis modis, remissiuè.*

166 *Consensus & voluntas, etiam coacta, impedit restitutionem spoliati, nisi iudicium, quod metus causa, præcedat, ex communi, & tolluntur contraria vsque ad nu. 175.*

167 *Casus dubius æquiparatur certo, quo ad impediendum actum.*

168 *Rem. can. reintegranda. non requirit vim expulsiuam.*

169 *Nec habet locum illud remedium vbi voluntas possessoris interuenit in deserenda possessione, etiã si coacta. & supra nu. 166.*

170 *Cadens culpa, vel facto suo non restituitur.*

171 *Culpa autem debet hoc casu consistere in faciendo, non verò in negligendo tantùm.*

172 *Nuncians verbo nouum opus, possessionem amittit, non tamen volũtariè, sed ex legis dispositione.*

173 *Consentiens translationi possessionis, etiam coactè, si priùs non agat ad rescisionem actus ex remedio, quod met. causa, succumbit in possessorio.*

174 *Opponiq; potest ipsi exceptio dominij.*

175 *Carcer nullitatem actus arguit.*

176 *Nullitas verò actus remedium restitutorium parit.*

177 *Carcer tamen si non est appositè ad actum secutus eruendum, non causat nullitatem, sed rescisione opus est.*

178 *Exceptio dominij admittitur in iudicio recuperanda, quando agitur de castris, et fortalitijs, quæ sũo difficilis recuperationis.*

179 *Probationes in possessorio iudicio admittuntur, licèt petitorium cum possessorio tangant;*

180 *Etiam si non concludant actorem possidere nõ potuisse, nec posse; aduersùs Menoch. sententiam.*

181 *Fœmina quandoq. feudi capax est ex dispensatione Principis, aut aliter.*

182 *Positiones Ducalis Cameræ Parmæ in causa status Pallauicini quomodo possessorium, & petitorium respiciant.*

183 *Titulus conditionalis, vel modalis, non possunt colorare possessionem, nec eam iustificare, nisi doceatur de conditione, vel modo impletis, propter intrinsecum ipsius tituli defectum. & nu. seq. & infra nu. 205.*

184 *Clausula (sine præiuditio iurium Cameræ, & tertij) conditionem importat.*

185 *Sententia nullitas ob collusionem detegitur coniecturis, & præsumptionibus, remissiuè.*

186 *Vsufructuarius non denuntians litem motam proprietario, præsumitur cum actore colludere.*

187 *Sententia quæ ex præsumptionibus, & coniecturis collusiua detegitur, nulli nocere potest, qui citatus non fuerit.*

188 Col-

188 *Collusio praesumitur ex eo, quòd quis patitur se conueniri super iure de futuro.*
189 *Collusio praesumitur ex eo, quòd reus succumbens non appellat, aut appellationem vsque ad maius tribunal non prosequitur, & per consequens sententia non nocet successori.*
190 *Sententia lata ob confessionem rei sponsè factam, non praeiudicat successori.*
191 *Collusio detegitur quandoque ex matrimonio post sententiam secuto.*
192 *Sententia lata contra feudi vel maioratus possessorem, quibus casibus successori non praeiudicet. remissiuè, & nu seq.*
193 *Sententia lata contra possessorem vt supra, vt noceat successori, debet esse in iudicio is citatus, si non in specie, saltem in genere, & per proclama, ex magis communi, & approbata opin.*
194 *Secus in Rege possidente regnum liberum, & non feudale, pro quo non recognoscit superiorem.*
195 *Atque in Regno, vel etiam feudo, quod vadit iure haereditario.*
196 *Praelati successor an & quando antecessoris facto obligetur?*
197 *Praebendarius antecessoris facto non obligatur, quia loco vsufructuarij habetur.*
198 *Fiscus idem est sub omni Principe eiusdem Principatus.*
199 *Sententia contra fiscum lata, Aduocato, vel procuratore saltem, ipsius non citato, nulla est.*
200 *Iudicis authoritas pro coloranda, & iustificanda possessione sufficit.*
201 *Fallit vbicunq. probaretur alium possedisse tempore ingressus.*
202 *Item fallit vbi iudex absq. causa cognitione, & partis citatione procedit, quia nec impedit alium ingredi possessionem propria authoritate, prout antea poterat.*
203 *Multò magis si sit Princeps, qui propter lineam finitam feudatarij sui velit ingredi.*
204 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
205 *Conditionalis dispositio non tribuit colorem possessorij, nisi purificata conditione, & sup. nu. 183.*
206 *Subreptitia dispositio nullo modo colorare, vel iustificare possessionem potest.*
206 *Seruitiorum feudalium receptio facta à Ministris Principis fine eius praesentia, vel mandato speciali, non praeiudicat ipsi, remissiuè.*
207 *Reo neganti spoliū, & possessionē suam iustam ostēdere satagenti, licitū est probationes inducere, & actoris impugnare possessionem, illamq. iniustam, & nullam demonstrare. & nu. seqq. vsque ad fi.*
208 *Iudicia claudicare non debent, nec actor, & reus ad imparia iudicandi sunt.*
209 *Reo potius fauendum quàm actori.*
210 *Actore colorante possessionem, non est reo prohibita discoloratio; nisi fortè in odium violenti spoliatoris.*
211 *Discoloratio tunc signanter permissa est reo, cum de iure communi fundatam habet intentionem.*
212 *Vel quando agenti obstat iuris praesumptio.*
213 *Discoloratio quando est reo prohibita, intelligitur tantùm respectu eorum, quae post spolium successerunt, non verò eorum, quae praecesserunt.*
214 *Discoloratio indistinctè permissa est quotiens vnà cum titulo discoloratur possessio.*
215 *Discoloratio iudicis officio semper est permissa.*
216 *C. in literis. de resti. spol. in quib. terminis procedat in materia discolorationis prohibita, declaratur.*
217 *Et Consilium Castr. 253. nu. 4.*
218 *Guid. PP. decis. 85. nu. 2.*
219 *Oldrad. consi. 227.*
220 *Cacher. decis. 116.*
221 *Nat. consil. 411.*
222 *Dec. consi. 100.*
223 *Capic. decis. 77. atque.*
224 *Put. decis. 99. in prima par. & 76. eo. li. atq. 293. in 3. quibus omnibus, & singulis contra Ducalem Cameram in praesenti causa allegatis, tutissima accomodantur responsione.*

Pro eodem Serenissimo D. Duce Alexandro in eadem materia.

EPITHOME.

Post redditum praecedens responsum, binas praeces obtulit Illustriss. D. Alexander Pallauicinus Serenis. Duci Alexandro, & rescripta impetrauit sub forma, de qua fiet in sequenti mentio. Quibus coram Excelso Consilio exhibitis, & factis nonnullis actis legitimationem personarum concernentibus, fuit lis contestata, cum protestatione actoris, de non cumulando petitoriū, cum possessorio, & rei contradictione; statutoq. partibus termino ad probandum, Procurator Ducalis Camerae reus conuentus plures dedit positiones, etiam concernentes iura petitorij; Sed opposuit actor earum admissioni, protestando denuo de non cumulando. & cum diu inter partes tam oretenus, quàm in scriptis disceptatum fuisset, motiua Excelsum Consilium actori exhibuit, quibus plures insignes Iureconsulti eius Aduocati respondere conati sunt.

Demum idem Consilium responsiones praedictas Ducalis Camerae Procuratori, dubiorū loco, tradidit. His ergo diligenter examinatis, & perpensis, quamuis accuratae, & eruditae mihi visae sit, in eam tum veni sententiā, vt positiones omnino admitti deberent, non obstan. in oppositum

adductis superindeque subsequens responsum edidi;pro quo Excelsum Consilium tandem interlocutoriam tulit, positiones ipsas admittendo, saluo iure impertinentium, in forma.

Summarium autem totius responsi colligi potest in initio, vbi quatuor principales articuli discutiendi proponuntur.

RESPONSVM II.

PRofitentur famosi Aduocati Illustriss. D. Alexandri Pallauicini in responsione Motiuorum Perillust. Consilij Ducalis super admissione positionū Serenifs.D.D. Ducis nostri excitatorum, adeo plenè, ac diligenter rescribere, vt totius causæ controuersia hoc vno labore dirimatur; & re vera abundè, ingenioseq. scripserunt; quorū alle-
1 gationes dubiorum loco nobis exhibētur; † sed quia veritas disceptantiū subtilitatibus non offuscatur,quin potiùs exagitata magis splēdescit in lucem c.graue.35.q.9. Alex.conf.51.nu.2.in 4. Idcirco licèt in hac grauissima causa responsum pro ipsa veritate dieb. proximè elapsis dederim,in quo merita ipsius ita pleno calamo dilucidasse existimem, vt nunc facilè sit solutionē exinde oīum exaduersò obiectorū petere, Nihilominus nè muneri aduocationis Serenifs.D. Ducis mihi iniuncto defecisse, aut nouū laborē detractasse videar,cuncta quæ pro Illustrifs. D. Alexandro in mediū adducuntur refellere constitui, non quidem ostiatim,ac singulatim, qm̄ permulta dicta sunt, quæ nulla egent responsione,prout Amplissimum Consilium facillimè potuit animaduertere, cuius purgatissimas aures innani multiloquio obtundere fas non est, sed principaliora aduersantium fundamenta cōfutando,radicitusq. tollēdo,quò meliùs,apertiusq̄ue pateat vndiq. veritas,† cui locus semper es-
2 se debet l.pen.§.mulier de probat. cuiq. oīa cedere debēt c. veritate.8.dist. Et pro faciliori dicendorū intelligētia,ac retentione, subiectæ materiæ molē ad quatuor principales quæstiones pstringo. In quatū prima de iurisdictione Perillust.& Amplissimi Ducalis Consilij in pñti causa tractādum est,an scilicet positiones Serenifs. D. Ducis petitoriū concernentes admittere valeat? Quod D. Aduersantes negant,nos autem constāter affirmamus.In secūda, vtrùm easdem teneatur admittere? qđ illi pariter inficias eunt, præsupponētes merū agi possessorium,nos verò cōtra, tuēdo mixtū omnino esse cū petitorio, & quidē inseparabiliter.In tertia si merū foret possessoriū (quod proculdubio coloratū,& iustificatū titulo aliquo esse deberet,vt in citato respōso meo, in tertio principali articulo pbaui, & Dñi ex aduersò Patrocinātes indubiè admittunt)an tituli,& iura pro Illustrifs.D.Alexandro producta sufficiāt,ita vt asserta eius possessio colorata, & iustificata dici queat? In quarta, & vltima, si colorata,& iustificata dici possit,an Serenifs.D. positiones esset nihilominus admittēdę ad eius possessionē iustificandā,seu colorandā, vel asser tam actoris impugnandam,aut discolorandam?

Ad primam igitur redeūdo,quoniam D.Aduocati prædicti in hoc puncto vim maximam faciunt,quasi basi totius ædificij sui, tantùm abesse dico, quòd Excelsum istud Consilium iurisdictione careat in admittendis positionibus Serenifs.D.Ducis petitorium respicientibus, vt nedum facultate Magistratus ordinaria, sed etiam delegata, tā in genere, quàm in specie possit admittere; De ordinaria non dubitandum stante Constitutionū tam antiquarum, quàm modernarum forma, tribuente iurisdictionem eidem Cōsilio in omnibus causis feudalibus, vel iurisdictionē,aut alia regalia tangētib. qualis ista est.

De delegata in genere cōstat ex generali cōmissione omnium causarum per quoscunq. mouendarū super Castris,bonis,& iuribus,de quibus agitur, emanata tempore quo Serenifs. D. Dux prædicta omnia vti ad Cameram suā Ducalem deuoluta,appræhendi,& incontinenti sequestrari iussit; de qua delegatione in actis apparet; nec nō & de proclamate illius virtute ab eodem Excelso Consilio publicato; de quibus in dicto nostro responso plenè tractauimus. nu. 66.vsque ad nu.74. ostendendo Principem potuisse,voluisseq. quòd de iuribus petitorij in dictis omnibus, & singulis causis mouendis dictū eius Consilium cognoscere posset.

Et licèt in vtraq. iurisdictione regulare sit,
3 vt causa possessoria præcedat, & cū petitorio nō cumuletur,per iura vulg. Attamē speciale est in hoc supremo Magistratu, vt in omnibus causis coram se pendentibus, sola facti veritate inspecta procedat,& iudicet, vt in cap.23.earundem Constitutionum; quod & in antiquis erat dispositum in vers. Procedet autem.sub rubr. de Cōsilio Iustitiæ. necnon & in decreto Maioris Magistratus,ac Constitutione Clem.septimi superinde edita vsque de anno 1526.hic vigente.

4 Vltra quòd eandem haberet facultatem iure communi inspecto, Tum quia Principis personam repræsentat, vt in vtraq. constitutione dispositum habemus,Dec.cōsi.200.in fin.Crauet. conf.198.nu.7.vers.considero,Afflic.decif.120. in fi.Gram.decif.19.nu.13.Guid. Pap.decif.22. per to.Becc.consil.47.nu.15. & consi.52.nu.89. Tum quia fiscalis causa agitur, quæ idem habet priuilegium, vt in dicto meo responso num.91.

5 Qua stante facultate,potest Iudex, si vult,vtrunque iudicium cumulare, simulque terminare, * prout in dicto responso* ex cōmunibus quamplurium grauissimorum authorum sententijs firmauimus

mauimus à nu.86. vsque ad nu.90. & eleganter quoque prosequitur idem Amplissimum Consilium in motiuis prædictis, vers. Cum igitur per dictum rescriptum. & vers.seq.

Er his non obstat, quod in oppositum dicitur de appræhensione possessionis prædictæ facta per Serenifs. D. Ducem, quæ ligat manus inferiorum,ita vt non possint vlteriùs in causis vtsupra mouẽdis se intromittere absq. expressa delegatione; cum præsertim protestatus fuerit appræhendere citra præiudiciũ cuiuscũq. tertij,& sic vti Iudex videatur actũ fecisse,& iurisdictio-
6 nem præuenisse,† quo casu inferior manum apponere non potest ex Inno. in c. inter dilectos. nu.4.de excess.præla. Bal.in l. vt proponis i.nu. 12.C. quomodo & qñ Iud. cũ cæteris adductis.

Nam primò respondetur, quòd si delegatione opus fuisset,iã interuenit vtsupra; & cũ specifica quidem expressione causarum interesse Ducalis Cameræ tangentium; adeo quòd dubitari non potest,quin hæc quoq. comprætendatur.

7 Secundò negatur Serenifs. D.Ducem ex appræhensione prædicta iurisdictionem aliquam Magistratuum suorum suspendisse, aut abstulisse; Principaliter enim pro suo iure, & interesse tenutam illã habere voluit, & propria authoritate capere; quia cum Inuestitorum finita esset linea, & cũ sua ciuili possessione naturalis vnita fuisset,tenutam quoq. eo modo intrare de iure poterat,prout irrefragabiliter in dicto nostro responso probatũ extitit à nu. 11. vsq. ad nu. 39. Secundariò verò nè quispiam pp hoc damnum aliquod indebitè pati posset, protestationem in actu apprætensionis emitti voluit,vt absque cuiuscunq. tertij præiudicio facta intelligeretur; & quod magis est,eandẽ tenutã statim apud Quæstores suos, prout in sequestro stare, & pmanere mandauit, donec de iuribus omniũ in dictis bonis,& iuribus prętendentium,cognitum fuisset,& decisum per dictũ suũ Excelsum Cõsiliũ. Ex ista igitur tenuta, ac protestatione, & sequestratione per Serenifs. D. Ducem spontè facta, non video quomodo vñ Iudex processerit;cum & cuilibet,priuato propria authoritate legitimè ingredienti,omnia, & singula prædicta liceant, absq. vlla iuris,vel facti repugnantia,vt ad sensum cuiq. patet; Contraria autem loquuntur in Papa,aut alio superiore,q nullũ interesse vñ priuatus habẽs,iurisdictionẽ per se,vel per delegatũ suũ exercet in causarũ cognitione,vel beneficiorũ collatione, quæ sunt longè diuersa, diuer-
8 samq. habent rationem; Quãdo enim Summus Pontifex alicui beneficio manum admouet , ex quo cũ omnibus ordinarijs collatoribus cõcurrit,vñ beneficiorũ omnium Dñs,c.2.de preben. in 6. Clem.1. in fin.vt li.pen. Put.decis.48. nu.
9 7.8.lib.3.ordinarium dicitur peruenire; † & cũ duo insolidum iurisdictionem habent, præuentioni locus est l.1.de offi.Cõsul.l. cum quædam puella.de iurisd.om.iud.c.pen.de fo.compet. &
10 in proposito tradit Rom.cõs.335.nu.8.† Nimirum cessante hac ratione, videmus collationem inferioris tenere, etiã de beneficio cui superior manum apposuit,c.cum in cunctis §.fi.& ibi gl. fi.& Doct. de elect. vbi prouisio fit per capitulũ de beneficio,de quo Eps se priùs intromisit nõ
11 seruatis seruandis.† Et quò ad causarum cognitionem,si Papa,aut alius superior reuocat ad se aliquam causam expresfè,vel tacitè,incipiendo cognoscere, delegandouè alteri, priuat ordinarium illa iurisdictione , ex quo ipse facit ea quæ sunt iurisdictionis,videlicet, reuocando,cognoscendo,vel delegando, Mandos.in tract.cõmiss. commiss.6.in ver. Auocamus,meritò nõ potest ampliùs in ea ordinarius se intromittere l. iudicium soluitur.cum not.ff.de iud.c.vt nostrũ,vbi Franc.nu.3.4.5.6.in fi.& seq.de appell.benè declarat Bal.in c.ad hoc.col.4.vers.ex præmissis er go de pac.iur. fir. si autem aliũ actum faciat,qui ad iurisdictionem non pertineat, nulli dubium, quòd inferiorem iurisdictione sua non priuat. Quapropter cũ in casu nostro Serenifs. D. Dux capiẽdo tenutam pro suo iure & interesse, protestando,& deponendo, nullum actum iurisdictionalẽ fecerit,sed iure priuati vsus fuerit,quo quilibet alius directus feudorũ Dñs vti potuisset in casu deuolutionis, neutiquàm ordinarios
12 Iudices suos iurisdictione priuauit. † Possumus namq. ac debemus illum dupliciter cõsiderare , & tanquam diuersum à se ipso,& quòd sit vnus; velut duo,qui habet in se imaginem, siue idolũ, quo repræsentat alium, vt verbis vtar Bal. in d.
13 c. ad hoc.col.5.vers.pone quòd Eps† ideo actus ab eo gestus tanquam vno non debet alteri adscribi,& est optimus tex.in l. Tutorem.C.de his quibus, vt indi.vbi Bart.in summario, & cæteri
14 notant, † quòd quando plura iura cõcurrunt in personam vnius,perinde est ac si concurrerẽt in personis diuersorũ , & quod ab eo fit, vt ab vna persona, nõ operatur vt ab altera; & in ipsomet Principe sæpè dispositum est , vt quædam agat vñ Princeps,& publicam personã gerens, quæ-
15 dã vti priuatus, † & separata quoq. patrimonia habeat,l.apud Iulianum §.cõstat de leg. 1. Alex. cõs.6.nu.5.lib.4.Peregr.de iur.fisc.c.1. nu.6.7.8. cum cõcord. Firma ergò sterit ordinaria iurisdictio Excelsi Cõsilij ĩ cognoscẽdo oẽs causas feudales,etiã Principis,seu Fisci, aut Cameræ suæ, nõ obstante apprætensione pdicta eius nomine facta ob lineam Feudatariorũ finitam, cæterisq. subsecutis; Sed tãtò magis firma & inconcussa, ex subsecuta delegatione generali de qua sup.

Vlteriùs opponebant Domini Consulentes antedicti, Consilium non habere iurisdictionẽ in causis Principis, & propterea in generali facultate prædicta hanc causam non contineri.

Sed patet responsio ex tenore ipsarum Cōstitutionum, antiquæ scilicet in dicta rubr. de Consilio iustitiæ, vers. Consilium cognoscet, & nouæ
16 cap. 11. † quibus in indiuiduò iurisdictio illi conceditur in talibus causis inter Principem, & Feudatarios suos; potest enim se submittere iurisdictioni suorum Magistratuum est receptum. de iurisdict. omn. iud.

Dicebant quoque per vltimum rescriptū Celsitud. suæ ad præces D. Alexandri sublatā fuisse huiusmodi facultatem, quia cum in primo expræssim clausula prædicta (sola facti &c.) apposita fuisset, supplicatum fuit secundo loco, vt sinè ea cōmitteretur causa; & sublato priori rescripto, emanauit secundum sinè illa. Propterea colligi videtur mens Principis, vt Iudex delegatus tali facultate vti non possit, ea scilicet ratione, quod rescripta ẜm præces interpretari debēt.

At hic pro responsione attendendū, quòd non petijt supplicans, vt Excelso Consilio delegato adimeretur facultas procedendi, sola facti &c. sed tantummodo quòd per rescriptum non daretur, prout data fuerat; Vndè circunscripto prędicto rescripto, noua causæ cōmissio emanauit, per quam nec data, nec adempta fuit dicta fa-
17 cultas, † Ideo in dispositione iuris primæua remansit, l. si cum dotem. solur. matrim. l. commodissimè de lib & posthum. qua inspecta, Consiliū Perill. illā habebat, vt supra, ergò & nūc habet.
18 Tātò magis quia delegata fuit Magistratui sub nomine Magistratus causa, quam priùs cognoscere poterat, quo casu eadem debet facultate, & authoritate cognosci, & terminari, qua sinè delegatione potuisset, quia est simplex iurisdictionis excitatio. c. licèt in corrigēdis, vbi Abb.
* nu. 2. † & cæteri omnes not. de offi. ordi. Doct. in l. more. de iurisd. om. iud. & in l. 1. §. si quis simpliciter de uerb. obl. Menoch. latè in tract. præsump. lib. 1. præsump. 10. nu. 23. 24.

Et licèt secus dici soleat, quando iurisdictio ordinaria ex forma rescripti venit alterata, vt Domini Consulentes exaduersò considerant, & refert Menoch. vbi suprà. Attamen in nostra specie non fuit re vera alterata, quicquid illi subtilizando dicant, cum mandatum fuerit iustitiam fieri, & nil aliud; quantumuis enim contineat rescriptum remotionem suspectorum, celerem expeditionem, prouisionem de alimentis, & impensis litis; hæc tamen omnia iuri sunt consona, & absque specifica expressione præ-
20 stare tenebatur Excelsum Consilium. † vltra quòd sequens etiam clausula (prout iuris fuerit) cuncta præcedentia ad terminos iuris restringit, ideo cessat alteratio prædicta Abb. in d. cap. licèt. nume. 3. quem sequuntur omnes.
21 † Eapropter duplicem nunc dicitur habere iurisdictionem, ordinariam scilicet, & delega-
* tam, Felin. ex communi* in cap. cum ex officijs, col. 7. & 8. vers. 1. conclusio cum seq. & vers. nihilominus omissis istis. de præscrip. post Innoc.
22 ibi num. 3. & alios; † & potest quam voluerit eligere, sed non cogitur Abb. in co. c. cum ex officij, nu. 18. vsque 26. & num. 31. Feli. in 2. concl.
23 † Imò potest in vna parte iudicij ordinaria vti, & in alia delegata, vt per Abb. vbi supra, qui articulum ad partes examinat, & contrariæ opinionis, cuius fuit Butr. fundamēta omnia tollit. Idcirco benè loquitur Galiaul. d. §. si quis simpliciter num. 22. de verb. oblig. inquiens huiusmodi Iudicem habere iurisdictionem habentē qualitatem iurisdictionis ordinarię, & delegatę.
24 Nec nocet, Consilium se nominasse iudicem delegatum, propterea q; ordinaria iurisdictione vti noluisse, per ea quæ scribit Abb. in d. c. cum ex officij, num. 3 ī. Felin. num. 32. vers. limita. 1. & Menoch. post alios relatos d. lib. 2. pręsump. 17. in princip. Nam vltra quòd veriùs est acta demonstrare, quòd aliquando vti Iudex delegatus, & aliquandò & sæpiùs vti simplex Consilium processit, & quòd vbi se delegatum dixit, nomen quoque Magistratus simul expressit, dico etiam contraria loqui quando dubia est voluntas Iudicis post iudicium finitum, quod nullum est, si vna via processit, validum autem si altera; nos autem in terminis longè diuersis versamur, quia iudicium pendet, & potest Iudex adhuc declarare, ac etiam variare, & iudicium sustinetur, vt supra.
25 Minùs officit allegata nullitas iudicij ex eo quòd se delegatum, vt supra, quandoq; dixit, ex Feli. in d. c. cum ex officij num. 25. Vant. de nullit. in tit. de nulli. sen. ex defect. iuris. nu. 170. & Rim. iun. cons. 615. nu. 1. cum seqq. nam id procedit vbi nulla subest delegatio, & tamen Iudex se facit delegatum; nos autem delegationē habemus excitatiuam, cuius virtute potest Iudex vtraque facultate procedere, ergo diuersum.
26 Non etiam procedit illa distinctio per Feli. relata in d c. licèt, num. 4. inter vnam causam, & plures delegatas, quam ipsemet Felin. rectè ibi
27 impugnat. † Nec saluari potest ex dictis Rimi. vbi proximè num. 89. qui decipitur in considerando præiudicium alterius iudicis ordinarij se parati à delegato, cum re ipsa in themate per Feli. proposito (qui est casus noster) idem sit ordinarius, ac delegatus, & ob id propter delegationem causarum nullius iurisdictioni detrahitur, & propterea benè considerat Felin. quòd in tali delegatione exprimitur tantùm quod tacitè inerat, & presupponit, quòd causæ erant inter priùs Iudici ipsi subditos.
28 Quòd si in aliquo alterata iurisdictio dici posset in casu nostro (quod semper negatur) id tantùm respiceret processum, non decisoria; & sic ꝓcedere posset Consiliū Excelsū vti delegatus, & vti ordinarius iudicare, vt in terminis tradit

Crot.

Crot. in repet. d. §. si quis simpliciter. nume. 24. vers. tertiò fallit, & Galia. nu. 23. & ita iudicauit Rot. apud Veral. decis. 60. in 1. par. & probat Menoch. d. præsumpt. 16. nu. 24. Et per consequens vigore facultatis antedictæ iudicare posset tàm super petitorio, quàm super possessorio.

29 Sed accedat ex abundanti, quòd vbi simplex quoq. delegata iurisdictio locū habere posset, adhuc tamen ex mēte delegantis censeretur cōmissa causa Cōsilio suo cognoscenda cū eadem facultate, qua alias solet cognoscere, vt ī doctissimis motiuis dicebatur in vers. quòd si etiā; ex traditis per Menoch. in cons. 180. nu. 6. qui inter cæteros allegat Dec. in terminis cōs. 11. col. vlt. vers. & ad prædictorum omnium; cui fundamēto nullum video concludens responsum dari.

Nam dum primò dicitur nō procedere in casu nostro, in quo Princeps in vltimo rescripto abstulit facultatem procedendi (sola facti veritate inspecta) iā fuit aptè replicatum, quòd hoc nec cōcessum, nec quidem petitum fuit; sed offendiculum prioris rescripti tantùm sublatum, non verò Constitutionùm Ducalium, Decreti Maioris Magistratus, aut iuris communis, & sic remansit casus omissus.

30 Minùs obstat, quòd rescriptum redderetur superfluum, si dictam facultatē non tolleret, quod esse non debet Feli. in c. 1. nu. 4. de rescrip. quoniam respondetur ex eodē Feli. in sequentibus, in vers. declara duobus modis superfluitatē potiùs tolleratí, † quàm quòd alicui preiudiciū inferarur, aut ius quæsitū tollatur. In nostra enim specie adimeretur iurisdictio Excelsi Consilij, quam iure communi, atq. municipali habebat, vt supra.

31 32 † Item euitandam tamen esse in rescriptis correctionem iuris communis subdit ibidem Feli. in vers. 2. declara. quod & alij passim docent in c. dilecta. & cap. ad sedes. eo. tit. in l. si quando. C. de inoffi. testa. Dec. laiè de vtraq. declaratione in cōs. 209. nu. 5. 6. Nat. consi. 39. nu. 2.

33 † Sed tertia quoq. responsio tuta patet, quòd rescriptū non conuenit interpretari, vt plùs rescribens cōcedat, quàm petitū fuerit. Simon de Præt. in consi. 100. nu. 43. At non fuit petita reuocatio facultatis Excelsi Consilij primitùs cōpetentis, sed tantùm clausulā in priori rescripto appositam amoueri, vt dictum, est, igitur &c.

34 Pariter nō obstat, quòd verba rescripti dubia interpretari debeāt vt intētioni, & vtilitati supplicantis deseruiant, Cassad. decis. 6. nu. 4. de rescrip. quia negatur dubietas in casu nro, in quo rescriptū habemus clarissimis verbis cōceptum.

35 Insuper non officit, quòd à prosecutis verba rescripti, sicut & libelli declarationem recipiant ex. Paris. consil. 112. num. 55. in 1. Rol. consi. 79. nu. 37. in 1. & Menoch. se ipsum in hoc citāte in 1. remed. recuper nu. 177. quia æquiparatio ista locum habere non potest; diuersa namq. militat ratio, ex quo supplicans non potest mentē Principis rescribentis per suos actus subsequēres in-

36 terpretari, † & declarare, quod ad ipsum solum rescribentem pertinet. cap. inter alia de sent. excomm. l. ex facto, vbi Doct. de vulg & pup. & l. Neratius, vbi Dec. & Cagno. de reg. iur. † in libello autem benè conuenit, vt se ipsum libellās declaret l. si quis intentione ambigua. de iud. ma lè ergo de vno ad alium arguit D. Meno.

Cæterùm si prosecuta etiam attenderemus, idem foret iudicandum, quādoquidē Illustriss. D. Alexādri procurator petitorium simplex intentauit, aut saltem cum possessorio cumulauit, vt infra luce clariùs ostendemus in libelli ipsius

38 interpretatione; † & licèt viri fatui esse concludat Menoch. d. nu. 177. taliter libellum concipere, rationabili tamē forsan de causa motus fuit, qui hunc formauit; & quicquid sit, ipse viderit.

39 Nec etiam obstat, quòd potiùs inspici debeat qualitas delegantis, quàm delegati, ex quo delegatus vice, & authoritate delegantis fungitur. l. soler de iurisd. om. iud. l. 1. §. qui mādatam cum concord. de offi. eius, quia retorqueri potest argumentū, ex quo Princeps ipse facultatem multò magis habet procedēdi sola facti veritate inspecta, vt per Menoc. eo. cons. 180. nu. 5. Bursat. cons. 129. nu. 15. & cumulandi petitorij cū possessorio, vel possessorium ipsum supprimendi, vt in præcitato meo responso plenè dixi, à num. 66. vsque ad 69. Vndè & eius delegato idem permissum esse debet, cuius personam repræsentat, Grat. consi. 17. nu. 4. lib. 2. Dec. d. consi. 200. in fi. Crauet. d. consil. 198. nu. 7. cum cæteris supra relatis, dum facultatem Amplissimi Consilij iure cōmuni inspecto, attigimus; & de his qui responsionem huiusmodi in medium attulere dici potest vulgatum carmen,

* Incidit in Scilā cupiens vitare Charibdim.

40 Et quamuis vtrunque scopulum euadere conentur, & allegent rescriptum Principis demandans petitorium, & possessorium, intelligi tamē debere, vt priùs in possessorio iudicet delegatus, quàm in petitorio, nè superflua reddatur commissio possessorij, vt supra terigimus, Bursa. consi. 234. num. 75. 76. & Cephal. consi. 238. nu. 31. & seqq. qui in eadem facti specie consuluerunt, non tamen effugiunt.

41 Quoniam vltra iam dicta replicatur, id speciali ratione processisse; quia rescriptum Cæsareum iubebat relationem suo tempore cum voto transmitti, per quod ordo iuris cōmunis seruandus videbatur, vt priùs de possessorio quàm de petitorio ageretur, prout ibidem considerat Burs. nu. 76. 77. nè verba illa (suo tempore) frustatoria redderētur; Preterea Burs. & Cephal. loquuntur inspectis meris finibus iuris cōis, non autem inspecta facultate prædicta procedendi sola facti veritate inspecta, de qua nos tractam⁹;

merito idem Bursa. in alio simili rescripto totũ oppositum concludit, stante tali facultate, videlicet dicto cons. 129.nu.9.10.11.15.17.cũ seqq. & nu.45.46.47. quo loci ad obiectum etiam superfluitatis commissionis possessorij respondet; ad eum sufficiat remissio. Nec negant Menoch. & Cephal. in oppositum adducti delegatũ illum habuisse iurisdictionem in petitorio, imò fatentur, quòd poterat ad vtroque simul cognoscere, sed quòd in possessorio priùs iudicare, seu referre debebat; ꝓpea cum nunc tractemus de sola facultate cognoscẽdi de ipso petitorio, deseruiunt potiùs intentioni nr̃æ, quàm cõtradicãt.

Nec refragatur deniq. quòd prædicta locum habere possint quando inter subditos causa verteretur, secùs verò qñ ipsemet Princeps absque citatione aliquẽ spoliauit, quia tunc non potest committere causam cum facultate cumulandi, sed tenetur restituere, & in eo ita locũ habet regula spoliatus ante omnia &c. sicut & in priuatis, vt voluit Bursat. cons. 200.nu.131.& seq.& fusiùs Menoc.cõs.301.nu.45. cũ pluribus seqq.

Nam multiplex accomodatur respõsio, quarum prima erit negando assumptum; quia imò veriùs est Principem posse indistinctè ordinem causæ ad causam tollere cum sit iuris tantùm positiui, per ea quæ in meo responso deduxi. num. 66.cum tribus seqq.& nullam video responsionem dari. Quin potiùs ipse in hoc priuilegiatus est, vt qui sinè citatione ab eo deijcitur restitutionem non obtinear, nisi de bono iure in proprietate doceat, quoniã iusta causa motus semper præsumitur, & eius factum nõ spoliatio, sed iuris executio censetur: præsertim quando sciẽter, ex proposito, deliberateq. processit ex latè congestis à me in eo.respõso. nu.84 & seq.quo loci inter cæteros ipsummet Bursat. allegaui in consi.461.nostram hanc opin. eggregiè tuẽtem sub distinctione, quæ nobis deseruit, & dissidentes hac in re conciliat sentẽtias, & D. Busanum quoque retuli, qui nostram probauit sententiã, licèt contrarium nunc tenere videatur.

43 Sed & secundò, qui contrariũ tenent loquuntur in materia indifferenti, in qua nulla præsupponitur subesse causa iusta, & rationabilis per legem approbata, vt Menoch. in oppositum adductus in 8.rem.recuper.q.2. benè declarat nu. 65.66.67. secus enim dicendum quãdo licitum aliàs ei est tenutam accipere detentore nõ citato, vt per eum; sicuti in casu nostro dãt iura ipsi Principi facultatem ingrediendi propria authoritate linea feudatariorum finita, virtute ciuilis, & naturalis possessionis quam habet, vt infinitis propemodum authoritatibus, rationibusque, & communibus sententijs in sæpedicto responso probauimus à nu.11. vsque ad 39.

44 Item & tertiò, non potest contraria sententia locum habere vbicunque, qui priùs tenebat, nõ fuit absolutè spoliatus, sed reseruato omni iure suo res fuit statim sequestrata ad effectũ relaxãdi cui de iure, vt in themate nr̃o; cessat enim eò tunc remediũ restitutoriũ, quamuis alio iudicio etiam possessorio agere possit. l. interesse. cũ not. de acqui. poss. cum alijs per me adductis vbi supra nu.40. vsq. ad 58. Nimirum potuit Princeps mandare vt de petitorio, & possessorio simul cognosceretur, & si de causa propria ageretur.

45 Dum autem opponunt aliqui ex Aduocatis prædictis iudicium hoc non coram Iudicibus Serenis. D. Ducis, sed coram paribus curiæ agendum fuisse, respondeant velim cur ad eius Celsitudinem accesserint pro speciali causæ cõmissione impetranda? & pro vlteriori solutione huiusce dubitationis legant, Rol. consil. 89. nu. 19. lib.2. Sylua. cons. 64. nu. 23. Brun. cons. 45. nu. 8.

46 Hactenus de iurisdictione ordinaria, & delegata in genere; nunc de delegata in specie pertractandũ. Ideo dicimus, quòd ipsamet cõmissio causæ Illustris. D. Alexãdri eandẽ tribuit iurisdictionẽ Perillust. Consilio de vtraq. causa cognoscendi, cũ sit simplex, & in forma cõi. c. 1. de sequestr. poss. & fruc. & ibi bona glo. in verb. indistinctè & Doct. omnes tradunt, maximè Abb. nu.6. gl. in c. pastoralis. in ver. requisitus. de causa poss. & propr. & in c. si. in ver. super proprietate de iud. & vtrobiq. scrib. Card. in clem. 1. in 1. opposit. de cau. poss. & propr. Bal. in l. 3. nu. 1. C. si à non comp. iud. & in Margarita, in vers causa si simpliciter, Afflict. decis. 239. nu. 4. ad fi. Franc. Mar. decis. 67. nu. 4. par. 1. Contar. in rep. l. 1. q.
47 13. nu. 115. †Sunt enim rescripta latè interpretãda quò ad virtutẽ cõptæhensiuã Innoc. & Abb. in c. epi in fi. de re. eccle. non alie. Feli. in rubr. de rescrip. nu. 5. vers. ad rationem in contrariũ, & in c. super literis, post num. 20. eo. tit. Rom. cons. 345 num. 15. 16. Franc. Mar. d. decis. 67. nu. 1. &
48 decis. seq. nu. 2. † Et absonum est, quòd diuersi sint iudices q de possessorio, & petitorio cognoscant, quia idem esse debet, siue ordinarius sit, siue delegatus, l. nulli. in fi. & ibi gl. & scrib. C. de iud. c. 1. & 2. cum materia de cau. poss. & propr. gl. in d. c. 1. de sequestr. possess. & fruct. nisi actor, & reus sint diuersi fori, vt in d. c. si. vbi glo. & cæ
49 teri ita limitant, de iud. † Adeo quòd senserint per multi taxatiuã dictionem requiri in rescripto, si possessorium solùm, vel petitorium comprehendere debet, vt glo. si. in fin. in l. si de proprietate. C. si à non compet. iud. & gl. in d. c. 1. in versic. indistinctè. Bald. in Marg. loco præcitato Marc. d. decis. 67. nu. 1. Contar. d. l. 1. q. 13. n. 89. Dñi de Rot. Collectore excepto, in tit. de causa possess. & proprie. decis. 9. num. 2. ver. præterea.

50 Secundò principaliter dicitur, quòd si verba dominium denotantia aliqualiter in præcibus inferantur, vt si rem ad se pertinere præcator narrauerit, aut quid simile, quod dominium im-

portare

portare possit,tunc per subsequentem commis-
sionem vtraque causa censetur omninò delega-
* ta, secundùm * communem sententiam de qua
testatur Abb.in d.c.1.nu. 16.post Inno. & Butr.
ac Dominos de Rot. quos citat, de sequestra.
poss.Marc.dicta decis.67.nu.1. & 20. Feli. in d.
rubr.de rescrip. nu.8. vers. hoc autem limitatur
Cassad.decis.6.per to.de rescrip.Rot.d.decis.9.
in princ.de causa poss.& proprie.Menoch.in p̄-
lud.tract.de recuper. nu. 13. At in nostra specie
vltra possessionem qua se priuatum narrauit Il-
lustriss. D. Alexander in suo primo supplici li-
bello,addidit,eandem suam possessionem fuisse
iustificatam pluribus titulis; Nempè Adoptio-
ne, Institutioneq. hæredis de eo facta per Illu-
striss.q. D. Sfortiam, cum consensu Sereniss. q.
D.Ducis Octauij,nec nō & sententia super ma-
iori parte bonorum de quibus agitur in eius fa-
uorem lata,& sic de suo prætenso dominio men
tionem fecit, supplicans propterea Sereniss. D.
Duci, vt de bono eius iure se informaret, offe-
rensq. superindè probationes facere vbicunq.
demandasset; quæ omnia dubio procul proprie-
tatem tangunt,ergò non dubitandum,quin per
oblationem factam,& per subsecutam commis-
sionem, facultas data fuerit de omnibus narra-
tis,etiam petitoriū concernentibus,cognoscen-
di,& iudicandi, tam ex oblatione facta, quàm
51 ex sola narratione;† Verba etenìm rescripti(Au
diat cognoscat)iurisdictionem tribuunt delega-
to cognoscēdi super omnibus in supplicatione
expositis,tex.cum glos.in §.audient in auten.de
defen.ciui.Rot. decis.6.si petatur. de rescrip. in
no.& decis.9.eo.Cel.Hug.in tract. Clau.nu.87.
Abb.Bero.& alij in c.venerabilis de iud.Mādos.
in trac.commiss. commis.1.in ver. audiendus.
Tertiò,in sua subsequenti, & dependenti sup
plicatione committi petijt, vt sibi restitueretur
amissa possessio,si iudicatum non fuerit illam si-
bi iustè ablatam fuisse, & superinde commissio-
nem antedictam reportauit; Eius ergò præcatio
conditionalis, & per consequens rescriptum su-
perinde emanatum cognitionem tribuit Excel-
so Consilio super conditione ipsa cognoscendi,
& iudicandi in primis & ante omnia; videlicet,
an iustè fuerit D. Alexāder possessione priuatus
nec ne? ex quo sub ea tantùm conditione sup-
52 plicans restitutionē postulauit.† Hæc ergò præ-
cedere debet cognitio, & quidem iuditialiter,
vocatisq. vocādis, prout & in omnibus alijs re-
scriptis conditionem aliquam habentibus ser-
uatur glo.in Clem.pręsenti.in ver.constiterit de
censi. glos.& Doct.in Clem.1. in glos. mag. vbi
Card.quæst.13.de offi deleg. Innoc.in cap. du-
dùm sub num.2. quem cæteri omnes ibi sequun
tur de præsump. Oldra.consil.227.num.2.Alex.
* * ex communi in consi.218.num.1.lib.2. Feli.&
alij in cap.si constiterit per illum tex.de accus.&
Cons.Lud.Sacc.

53 alibi sæpe.† Modo sic,cognoscere an iustè fuerit
appręhensio facta per Sereniss.D.Ducem,& pri
uatio Illustriss.D.Alexandri, de necessitate fert
secùm cognitionē petitorij,prout de verbis (le-
gitimè,& canonicè) quæ idem sonant dixit Bu-
tri.& Milis.quos referr, & sequitur Contar.in d.
repet.q.13.num.61. & satis in casu nostro id li-
quet,quia iustitia dictæ appræhensionis depen-
det ab extinctione Linearum vocatorum in In-
uestituris feudalibus, ab incapacitate D. Acto-
ris,ab effectu adoptionis,testamenti,sententiæ-
que memoratæ,& alijs ab vtraq. parte deducen
dis;Nimirùm talem cognitionem demandatam
necessariò fatendum est.
54 Quartò,narrauit in eiusdem præcibus iuridi-
cum esse suspendi petitorium dùm de possesso-
rio cognosceretur, ac etiam omnem prætensio-
nem tertiorum comparentium, & ita fieri sup-
plicauit, Rescriptum autem, iustitiam superinde
fieri mandans,dubio procul iurisdictionem tri-
buit cognoscendi, an petita suspensio de iure sit
vel ne? in qua cognitione includitur necessariò,
quòd si iustitiæ conuenire repererit Perill. Cō-
silium suspensionem petitorij eam admittat, sin
minùs deneget,& de vtroq. cognoscat;& prout
in multis casibus fieri opportet,in quibus posses
sorium mixtā habet causam proprietatis Con-
tard.in rep.d.l.vnic. limit.2. ratione mixturæ p
55 to.& latiùs inferiùs dicetur;† Et tantò magis ita
demandatum fuit propter interesse dictorum
tertiorum comparentium,qui si super petitorio
audiri velint,obaudiri nō possent,glos.& Doct.
in c.in literis de restit.spol.Gabr. latè in suis cō-
cl.tit.de rest.spol.concl.1.num.45.Ergò necesse
est quòd iurisdictio in petitorio tributa per re-
scriptum intelligatur, & quidem indistinctè, nè
diuerso iure censeatur, contra l. cum qui ædes,
de vsucap. cum vulg.
56 Quintò,his consonant verba rescripti(causā,
seu causas expediat) vt in doctissimis motiuis
considerabatur, in vers.pariter cessare videtur.
etenìm misteriosè dixit, causam vel causas, &
non causam simpliciter; qm̄ si Perillust.Consiliū
animaduerterit de poss.simplici tractandū fore,
vt pars prætendit, militabunt illa verba singu-
laris numeri,causam expediat, sin autem cumu-
lationi locum fore,& de petitorio simul cum pe
titorio ex natura causæ, vel tertiorum compa-
rentium interuentu,aut alia quauis ratione co-
gnoscendum fore censuerit, militabunt verba
pluralis numeri,causas expediat; Sic in termi-
nis fuit in Rom. Rot. conclusum virtute clausu-
læ(quam vel quas)in commissione positæ, ne-
dùm possessorij, sed etiam petitorij cognitio-
nem fuisse demandatum, Mœd.decis.168.aliàs
298. refert, & sequitur Contard. in d. repetit.
57 quest.13.num.55.† Sicut etiam ex eadem clau-
sula delegata intelligitur causa appellationis,

absq. eius expressione Rot.decis. vlt.de rescript.
58 in no.nec non & causa principalis cum articulo grauaminis Gomes in reg. canc. de infor.resid. q.34.nu. 4. cum alijs relatis per Papaz. in addi. ad decis.Rot.23.nu.3.cũ seqq de rescript.in no.

Nec difficultatem tollunt multiplices responsiones Dominorum exaduersò scribentiũ, imò potiùs augent; Nam quòd de pluribus causis possessorijs intelligi debeant, cum de vna tantùm reintegratoria in præcibus facta fuerit mentio, absonum est, & diuinatorium.

59 Quòd ex narratis in præcibus, quæ dominiũ important, vt verbum, pertinere, non inducatur cõmissio causæ in petitorio ex traditis per Alex. consi.98.nu.5.in 5.falsum est, quia imò vtrunq. commissum fuisse, petitorium scilicet, & possessorium defendit ibi Alexan. quamuis prima facie solum petitorium demandatum fuisse videri poterat, vt per eum, qui in hoc conuenit cum alijs supra relatis: Et si Alexander diceret id ad quod allegatur, nõ tolleret difficultatẽ verborũ pluralis numeri(cãm seu causas)& malè loqręt.

60 Quòd causa possessorij, & petitorij sit vna & eadẽ, diuisa tantùm, & separata respectu prioritatis, & posterioritatis temporis, & propterea pluralis locutio non conueniat per cap. 1. cum glo.indistinctè vbi Abb.& cæt.de sequestr.poss. & fruct. retorqueri potest, quia si vna est, & eadem, ergò vna commissa, ambæ cõmissæ; & hoc est, quod nos supra diximus in prima consideratione horum rescriptorum. Sed re ipsa diuersis respectibus possunt causæ separatę nuncupari, quia diuersæ sunt instantiæ, & diuersæ actiones, quamuis non contrariæ, Menoch. de recuper.remed.15.nu. 252.& consi.180.num.10.& diuersitas ex eo etiã arguitur, quòd Iudex causę præparatoriæ dr̃ Iudex causæ præparatæ Doct. in rubr.C.de eden. & in rubr.extra de iud. Menoch.de arbi.iud.c.371. nu.7. 8.pręparatũ nãq. à præparatorio differt, vt cunctis obuium est.

Quòd referri possint ad articulũ, vtrùm Princeps iustè ingressus fuerit propria authoritate ob lineam finitam, vt in præcibus petitum fuit, fateor, sed hic articulus petitorium respicit, vt supra dictum est. Nimirùm manifestè retorquetur ista responsio.

Quòd verba prædicta pluralis numeri referri possint ad diuersitatem bonorum, allodialium scilicet, & feudalium, vt in specie considerat D. Menoch. in suis responsionibus, locum habere non potest, tùm quia vnico iudicio restitutorio peti oĩa potuissent, tùm quia nulla bona allodialia Serenis. D.nomine capta, & sequestrata fuere, vt ex Instrumẽto apphẽsionis, & ex actis liqt.

Quòd ad causas per tertios mouendas referri possint, vt ipsemet asserit, fateor, sed hoc importat cõmissionẽ causę in petitorio, ex quo tertij petitoriũ, inuitis collitigãtib. mouere possũt, vt prædiximus, & sic istud etiam reflectitur.

61 Sextò & vltimò, quotiẽs causa possessorij expediri nõ potest absq. cognitione petitorij, tũc commissa causa in ipso possessorio, cẽsetur quoque commissa in petitorio, nam qui vult consequens vult omne necessarium antecedens. l. 2. cum materia.ff.de iurisdict.omn.iudic. & in terminis docet glos.in l.1.C. si à non compet. iud. fuer.iud. Abb.in d.c.1.nu.15. vers. hæc vera vt iudex.de sequestr.possess. & fruct. Rom.consil. 330.nu.10.11.Rub.cons.167.nu.4.Põt.de spol. lib. 2. c.5.nu.35.Verùm causa possessorij per Illustris.D. Alexãdrum intentati mixtum habet petitorium ex multis fundamentis per me relatis in pręallegato respõso in secundo dubio per to.& signanter.num.74.vsque ad num. 86.Nec potest causa possessorij cognosci, & terminari, nisi præuia discussione iurium ambarum partium in petitorio, vt ibi ad saturitatem ostensum fuit, & inferiùs quoque loco suo latiùs attingemus, ergò vtraque delegata.

Multiplici igitur iure iurisdictionem habet in petitorio iudicio Amplissimum Consilium, nempè ex facultate sua ordinaria, quam habet ex constitutionibus, & decreto Maioris Magistratus, atque iure communi, ex delegatione primo loco in genere emanata de omnibus causis super bonis, & iuribus istis mouẽdis, & demùm ex specialibus rescriptis ad præces Illustris.D. Alexã.obtẽtis, & productis in actis, siue ordinariã excitẽt, siue delegatã tribuant iurisdictionẽ.

Et hæc omnia tendunt ad ostendendũ, quòd potest Amplissimum Cõsilium probationes oblatas per Serenis. Dominum Ducem admittere, etiam cumulando vt supra.

62 Sequitur nunc videre an debeat? Potissimũ aduersantium fundamentum, qui stant pro negatiua, erat super distinctione Bal. in l.3.nu.12. C. de inter. quam refert, & sequitur Contar.in repet.l. vni.limit.2.in princ.& §.1.num.33.C.si de mom.poss. qui in effectu voluit quędam esse possessoria, quę sola tẽporis à iure requisiti possessione fundantur, quædam quæ ex proprietate corroborantur, quædã quæ fundantur mediante causa proprietatis, & quòd in prima specie est omne possessorium simplex, quod nihil habet commune cum proprietate, In secũda est omne possessorium, quod mixtã habet causam proprietatis ex accidẽti, & occasionaliter, ac pro coloranda tantùm ipsa possessione, seu adminiculanda, non verò principaliter & à natura, sed
63 tamen regulatur ad instar meri possessorij, † In tertia est omne possessoriũ à natura, quod proprietate fundatur, & adeò mixtũ est natura sua, vt plena dominij probatione indigeat, sinè qua consistere non potest, & sola coloratio non sufficit (qua in re decipitur Ponta.de spol.lib.2.c.
64 16.in princ.† ac etiam Bero.q.4.nu.5.6.tenen-

tes colorationem sufficere.)Et circa hãc tertiam speciem cõsonat doctrina eiusdem Bal. in rubr. de cau.poss.& proprie.nu.6.vbi inquit possessorium tunc sapere naturam proprietatis,quando debet esse iustificatum, & fundatum titulo,& iure aliquo,quod non sit momentaneum, & Affl. in consti.violentias.nu.42.quos citat idem Cõ-
65 tar.d.§.7.num.11.12.13.19.& 20.† concludens vtrumq. vna sententia tunc fore decidendum, post Bal.in l.ædita,nu.87. C.de eden.quibus ad stipulatur Alex.in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.10.de acqui possess.ac Rot.decis.3.de re-
66 stit.spol.in anti. † In quo etiam casu præsupposito,quòd actor possessionem probet,non dominium,sententia pro reo ferẽda est Bal. in l.2.nu.
67 3.C.de ser.& acq. & nu.31.† Nec potest actor petitorium istud quoquomodo suspendere.Bellam.in c.pastoralis.q.5.per illũ tex. de cau.poss. Ias.in l.2.nu.5.de iurisd.om.iud. Ponta.d.tract. de spol.lib.2.c.6.nu.51.Contar.alios citans d.§. 8.nu.9.Subdens quoque nu.10.11. sententiam latam super vno iudicio exceptionem rei iudi-
68 catæ parere super altero, † Et à tali sententia appellationẽ dari,vt in peritorio, paulò infra sub-
69 iungit. nu.18.19.†Et si in tali iudicio probationes oblatas admisserit Iudex, cum expressa declaratione,quòd ad colorandum tantùm deseruiant,in vtroq. tamen proderunt iudicio,& super eis poterit in petitorio sententia ferri,vt latè consuluit Crau.in vna Placen.in cons.793.

70 Atque ita in omnibus regulatur istud possessorium ad instar petitorij,& quidem iure meritò,quia petitorium absorbet possessorium. cap. cum dilectus.& c.cũ ecclesia sutrina.de ca.poss.

Punctus est igitur,quia conuenimus in distinctione memorata, nũ possessorium per Illustrissimum dominum Alexãdrum intentatum sit in secunda specie,vt Aduersantes profitentur, vel
71 potiùs in tertia, vt nos asserimus? † & sanè in tertia connumerandum est, ex quo de Iurisdictione,Regalibus,ac cæteris rebus agitur,ad solum Principẽ spectantibus, & ad quos Princeps ipse suo diplomate concesserit, quæquè aliter quàm eius authoritate,& dispẽsatione possideri nequeunt,cũ sint iuris publici,& à facto,& consensu priuatorum minimè pendeant, vt per Cõtar.latè ea.limi.2.§.7.nu.1.2.6.7.& 41.cum cõcord.ab eo citatis; & ego latiùs dixi in dicto responso in 3.artic.princ.in 7. fundamẽto sub nu. 80.cum tribus seqq.& plenè quoque in motiuis habetur vers. postremò omnia. & addi potest quod scribit Bimi.consi.12.nu.35.& D. Petr.in suo eleganti tract.fideicom. q.13.num.593.vbi ait in similibus dari interdictum, quod competit pro locis publicis & sacris, quod est natura mixtum,vt infra mox dicetur.

72 Cuius rei exempla intentionem nostram valdè perspicuam reddunt; nam si in possessorio quis experiri velit occasione aquæ ex Castello, Riuo, Flumine, aut alio publico loco ducendæ, quia id à Principe solo concedi potest, mixtum à natura erit iudicium,& sine proprietatis probatione obtinere non poterit.l.1.§.fi.vbi scrib. de aqua. quot.& æsti.tex.glos. & Doct.in l.2.§. quædam de interd. Contard. latè d.§.7. nu.28. vers.quartum exemplum,cũ tribus seqq. & nu-
73 mero 34.† Idemq. iuris esse ait si quis viam,aut aliquem locum publicum rangat, vel de ponte agat supra viam publicam cõstruendo, vt num.
* 32.33.vbi concordantes citat.* Et generale esse
74 affirmat.nu.31.† in his omnibus quæ haberi nõ possunt nisi ex concessione Principis, quia in illis non sufficit nuda possessio, vt possessoriũ exoriatur,cum possessio non sit apta agere Bellam. decis.17.Castr.in l.si de vi.in 2.lect.nu.7.de iud. Didac.pract.quest.c.17.nu.6.vers.primùm vbi. Rub.Alex.consi.167.nu.3. Menoch.de retinen. poss.rem.vlt.nu.24.25.

75 Cæterùm iurisdictio iuris publici est l.1.§.huius studij.de iusti.& iu.glos.in l.Imperiũ, in glo.
76 mag.de iurisd. om.iud. † & ex eius diffinitione patet relata per glos.in l.1.in vers.potest. de iurisd.om.iud.est enim potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi,& æquitatis statuendæ,quam deffinitionem approbant ibi-
* dem scrib.omnes,*& alibi passim.Ias.consi.146. colum.4.vers.1.pro ista.& colum. sequen.versi. 3.vltra.lib.2. Dominus Petr. vbi sup.nu.591.vs
77 que ad 596.†Ideò ad Principem solùm spectat, atque ab eo solo tanquàm fonte manat,& fluit, quo pacto flumina à Mari, & ad Mare fluunt,& refluunt,vt ait Bal. in cap.1.§.ad hæc de pac. iur.fir.in l.priuatorum per illũ tex. C. de iurisd. om.iud.in c.1.nu.2. de allod.& consi.161.nu.2. lib.3.Iser.in cap.2.si inter Dom.& Agnat.Ias.in l.qui Romæ.§.Seia.nu.15. de verb. oblig. Alex. consi.24.in princ.lib.5.Affl.in prelud.constit.q. 6.nu.2.7.& 8. cum latè deductis per dominum Petram d.q.13.num.555.cum multis seqq.& signanter numero 563.

78 Et adeò publici iuris est iurisdictio, vt qui eã exercet dicatur persona publica, Bal.in ca.2.de duo.fra.Sylua.in tract.de feud. recogni. c. 100. D.Petr.ibidem.nu.593.Vndè iurisdictio ipsa rectè dici potest species quædã aquæ publicę,Princeps autem eius receptaculum, vel castellum publicum,siue publicum flumen, à quo fluit vt supra,meritoq. possessorium eius merum non dabitur,sed natura mixtum,vt in cæteris aquis,& receptaculis publicis.

79 Nec locus esse potest distinctioni in contrarium adductæ inter iurisdictionem personæ cohærentem,& coherentem castro, seu territorio castri,vt illius mixtum sit possessorium, istius autem minimè,per ea quæ ex opposito allegãtur; quanuis enim vera sit propositio, quòd iurisdictio

ctio aliquando coheret personæ, aliquando ter-
ritorio, quodq́. cum vniuersitate bonorum tran
sire potest, ac etiam appellatione castri quando-
que venire, vt per Menoch. de præsumpt. lib. 3.
præsumpt. 97. per to. Nat. consil. 405. & cæteros
citatos; nō tamen inferri potest, quòd in aliquo
casuum prædictorum possit iurisdictio, etiam ca
stro coherens aliunde prouenire, quàm à Prin-
cipe, minusq́. per viā possessorij meri ab eo repe
ti; nec quisquā ex Doctor. allegatis hanc attin-
git differentiam. Quinimò maior ratio militare
videtur in casu quo de castro feudali agitur si-
mul cum iurisdictione, quia maius est Principis
præiudicium, si in eius statu vtrúque absq. eius
concessione quis teneat, cum nec feudum absq.
ea quisquam habere possit, præsertim feudū di-
gnitatis, vt mòx infra subijciam. Quo circa cum
castra feudalia de quibus est controuersia, ne-
dùm iurisdictionem, sed etiam Marchionatus
dignitatem annexam habeant, quæ iuris quoq.
publici est, tantò magis actor intētionem suam
cum vero titulo fundare tenetur, & per conse-
quens retorquetur argumentum.
80 Et quod de iurisdictione dicitur, pertinet e-
tiam ad alia regalia de quibus contenditur, quę
publici iuris esse constat, & ad eundem Principē
pertinere. c. vni. vbi omnes feudistæ in tit. quæ
sint regal. & quidem ad decus, & honorem ip-
sius Afflict. in const. ea quæ ad decus. in ptinc. &
in signum superioritatis, Boss. in tit. de regal. nu.
81 2.3.4.5. D. Petr. vbi supra. nu. 575. & 579. † quæ
velut ossibus Principis inhærentes nequeunt ab
ei⁹ potestate regia separari, Boer. decis. 50. n. 12.
82 Idemq. de feudis dignitatum regalium vide-
licet, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus; qm̄
à solo Principe procedere possunt, c. t. vbi Bal.
nu. 3. de feud. March. Boss. vbi supra. nu. 7. cum
concord. D. † Petr. vbi supra. nu. 570. & 586. &
83 iam dixi in responso meo. nu. 83. † quandoqui-
dem est ipse Princeps fons dignitatū, à quo infe
riores omnes dignitates fluunt, vt inquit Bal. in
tit. quis dica. Dux, Com. March. in prin. in vers.
à Principe, dicens quòd sicut Papa est pater pa-
trum, ita in seculari Principe sunt omnes the-
sauri dignitatum reconditi, & post eū tradit Io.
le Cirier in tract. de primog. libr. 1. q. 11. conclu.
3. nu. 14. Restaur. in tract. de Impera. q. 42. nu. 7.
84 Boss. in tit. de regal. nu. 11. † & propterea digni-
tates etiam ipsę dn̄r iuris publici ad eundē Io. le
Cirier d. tract. lib. 2. q. 13. nu. 2. cum concord. &
in his latè insistit Affl. in d. c. 1. n. 1. qs dica. Dux.
85 Hinc apertissimè infertur, pręsens iudiciū om
ninò mixtum esse, in quo de alio non tractatur,
quàm de iurisdictionibus, regalijs, & feudis di-
gnitatum. i. Marchionatuum, quæ à feudis sim-
plicibus longè distant, vt ex prædictis liquet, &
his quæ scribit Sylua. in tract. de feud. recogni.
c. 100. & 103. & Boss. vbi proximè nu. 8. & certè
quidem fundamentum hoc ineuitabile est.
Nisi fortè egregiam illam responsionem ad-
miserimus, quòd castra, & loca prædicta nō sint
in Ducatu Serenīss. Domini nostri Ducis, stan-
te antiqua illorum separatione à ciuitatibus Par
mæ, Placentiæ, & Cremonæ ab Imperatorib. fa-
cta, q̄ responsio nulla certè indiget replicatione,
cum notorium facti permanentis contrariū ostē
dat, & multiplices feudorum recognitiones, iu-
ramentaq́. fidelitatis à cunctis possessoribus p̄-
stita, atque confessiones in iudicio emanatæ.
86 Aliud optimum exemplum possessorij natu-
ra mixti afferri solet, de agēte ad restitutionem
decimarum in aliena parochia, qui obtinere nō
potest, nisi titulum plenè probet. c. ad decimas.
de restit. spol. in 6. vbi glos. & scrib. omnes con-
clusionē elliciunt, & maximè Fran. nu. 7. 8. quòd
possessorium intentatum ab eo, contra quē mi-
litat iuris præsumptio, aduersus eū pro quo lex
è conuersò præsumit, mixtum est à natura, ita
quòd agens tenetur probare de dominio, aliàs
succumbit, ad idem benè facit c. cum contingat.
87 vbi etiam glo. & Doct. extra de deci. † Et est cō-
similis tex. in c. sunt personæ de priuil. eo. lib. 6.
de agente possessorio exemptionis contra ordi-
88 narium suum, † quocirca idem iudicandum de
subdito agente contra Principem suum secula-
rem pro restitutione eorum, quæ ad ipsum tan-
tùm pertinere solent, & ad quos ipse concesse-
rit, tradit Io. Fab. in §. retinendæ num. 33. instit.
de inter. Castren. in d. l. si de vi. num. 7. de iud. &
in consi. 253. in fi. lib. 1. Ancha. consi. 310. per to.
Alberi. in l. fi. num. 12. vers. si verò. C. de iur. om.
iud. Alex. in d. §. nihil commune nu. 23. Bellam.
decis. 17. ad fi. Abb. q. 4. nu. 7. vers. nec obstat. c.
ad decimas, & infra in alio vers. eodē modo in-
cipiente. Didac. ptact. quæst. cap. 17. nu. 6. vers.
primùm vbi, & vers. quattò non sic. Affl. in con-
stit. violentias. num. 36. & post eum Gabr. in suis
concl. tit. de restit. spol. concl. 1. nu. 72. & nu. 103.
cum multis concord. Bero. in c. in literis. nu. 87.
de resti. spol. Val. consi. 89. nu. 23. 24. 25. in secū-
do, Crauet. consi. 25. nu. 9. vers. & maximè consi.
322. nu. 1. & consi. 674. nu. 5. 6. Alciat. cons. 172.
nu. 4. & consi. 408. nu. 7. 9. 10. Boss. de Princ. nu.
233. cum duobus seqq. Menoc. de recuper. poss.
rem. 15. nu. 466. post plures relatos Contar. d. §.
7. nu. 41. Caputaq. decis. 12. lib. 1. & decis. 353. in
secundo. Marc. decis. Delphi. 80. per to. par. 1. &
542. in secunda. Pont. d. tract. de spol. libr. 2. nu.
172 Mascard. concl. 1322. nu. 9. & concl. seq. nu.
12. vnà cū per multis alijs adductis in priore re-
sponso. nu. 80. cum seqq. atque alijs additis per
Excellentiss. D. Motiuantem in vers. Postremò
89 omnia, quibus sufficiat remissio. † Et quamuis
nonnulli exaduersò allegentur, non sunt tamen
numero, nec authoritate pares, & pleriq. etiam
loquuntur quando quęstio est inter ptiuatos, vt
Vall.

* Vall.cons.6.nu.11.in 3.* qui de communi attestatur Capic.decis.77. & alij; vel quando est cũ ipso Principe, sed super re in qua nõ habet præsumptionem iuris pro se, & intentionem de iure communi fundatam, vt Bofs. in tit.de Principe. nu.236.alij in alijs terminis longè diuersis, prout adamussim demonstrarunt Excellentiss. D. Coaduocati, qui ante me scripserunt, quorum dicta repetere superfluum foret.

Cum ergò dubium non sit, quin cõtra D. Alexandrum actorem militet iuris præsumptio, qui in Ducatu isto prætendit iurisdictionem, regalia, ac feuda Marchionalia, & versa vice pro Sereniss. D. Duce pęnes quē de iure prædicta omnia esse debent, stet pariter iuris præsumptio, vt præcitati Doct. passim concludunt, necessariò cõsequitur iudicium à natura mixtum esse; Nimirum titulus plenè, & concludenter ab actore probandus venit.

Et dum contrarij Aduocati hanc maximam difficultatem tollere nituntur, interpretando d. c.ad decimas.vt solum colorem requirat pro iustificanda possessione, ponderantes glos. ibi, ac Fran.nu.8.9.& Boss.in tit.de Principe. nu.234. nimiùm sanè à recto declinant tramite; quãdoquidem casus ille annexam omninò habet causam proprietatis, & ita illum omnes intelligũt, & Rip.in d.§. nihil commune.nu.35.vers.considera tex.apertissimè requirit probationem plenã in petitorio ex illis verbis (nisi euidenter docuerint, quòd earum possessionem legitimè fuerint assecuti) nam aduerbium (legitimè) petitorium denotat vt supra dictum est; sed & glos. id ipsum extra dentes concludit ibi (nisi probet se legitimè assecutum) & dum etiam præsupponit proprietatem pro reo probatam ipsum in possessione defendere; quo stante, absonum esset dicere, quòd actor eum superare posset, nisi melius ius in proprietate quoque ostenderet.

Franc.etiam si rectè consideretur in sua distinctione, quam facit sub num.6.7. idem tenet pro constanti; nam in tertio membro ait, probationem tituli requiri prout in tex.& sic legitimè vt supra. Limitationes autem quas subiungit.nu.8. non conueniunt casui nostro; & minus cõuenit quod nu.9. asserit super 4.mẽbro suæ distinctionis, quando scilicet pſumptio iuris cõis facit cõtra actorem, sed non pro reo; quia non est casus noster, in quo pro reo, & cõtra actorem militat.

91 † Boss.deniq. præcitatus totum contrariũ firmat eius, ad quod allegatur, inquiens spoliatum à Principe castro, & ad restitutionem agentem, debere iustificare titulum, vt in c. ad decimas. nam non dicit colorare possessionem, vel eã iustificare, sed veram, plenamq́. tituli probationē requirit, dum se remittit ad d. c. ad decimas. & ad d.per Ancar.in præcitato consil.310. & alios qui de plena probatione tituli clarè loquuntur.

92 Minus etiam negotium facessit † simile de beneficialibus, in quibus solus color sufficit, vt Domini aduocati exaduersò communibus sententijs probãt, in quo fundamento asylum suũ collocant, arguendo maximè à beneficialibus ad feuda, pro vt regulariter fieri solet, & ego quoq. in responso sæpedicto supposui.nu.93.

Omittendo namq. pro nunc disputare an solus color, vel potiùs plena probatio in his quoque requiratur, quod multis placuit, quos refert Ferrer.consi.23.ad fin.lib.1. & Rub.consil.167. * nu.2.3.vbi etiã de * communi attestatur, Oldra. consi.1.num.4.Bellam.decis.17.& 433.Contar, d.limit.2.§.7.numero 43.& præsupposito quòd alia sit magis communis.

93 Duplex patet replicatio concludentissima; Primò limitatur quando contra agẽtem ad possessionem beneficij militat iuris præsumptio, vt in proximè allegatis, † quæ in beneficialibus etiã obtinent, in quibus tenetur plenè actor, concludenterq́. de titulo docere; Ita egregiè declarat Crau.d.consi.322.nu.1. Menoch.dicto rem.15. nu.466. perplures in id citans, & de retin.poss. rem.3.num.590.atque Mascard. d.concl.1322. nu.9.& 1323.nu.12.& sic retorquetur fundamẽtum de beneficialibus contra Dominos aduersantes. & si sola præsumptio contra agentem id operatur, pleniùs certè operari debet coniuncta cum præsumptione pro reo, iuxta prædicta.

94 Secundò replicatur, quòd circũscriptis quoque præsumptionibus antedictis, non procederet in hoc puncto argumentum à beneficialibus ad iurisdictionem, & alia Principi reseruata, cũ subsit ratio diuersitatis, nec sit materia proportionabilis, quo casu cessat argumentatio, vt aduertit Menoc.dicto remed.15.nu.470.post Go-
95 mes.quem allegat in reg.de Trienna.q.4. † Diuersitas autem in eo consistit, quòd beneficiorũ dominium, & proprietas non datur, nec esse potest pęnès Rectorem, aut Prelatum, sed sola procuratio, seu administratio.c.fi.12.quæs.1.glos.&
96 Doct.in c. cæterùm de dona. † est namq. pænès ecclesiam, tàm viuente, quàm mortuo Prælato, seu Rectore ipsius, Inno. pulchrè in c.cum super nu.3.4.de causa poss.& proprie. Imol.in c.1.in 1.
97 oppos.eo.tit. † Idcirco in beneficialibus dari nõ potest de dominio.Bal.in l. 2.nu.60.cum seqq.
98 de ser. & aq. † & qui probat. titulum beneficij, probat tantùm mandatum idoneum; propterea in his non exigitur probatio tituli ad effectum probandi dominij, sed vt constet de mãdato ad prosequẽdum iura ecclesiæ. Contar.dicta limit. a.§.8.nu.5.6.7.& confert Abb.d.q.4.nu.8.vers.
99 ad quartum.† Cum ergo faciliùs sit probare mãdatum, quàm dominium (probatur enim mandatum multis, varijsq́. modis plenam probationem non redolentibus, vt per Mascard.conclu. 1005.cum septem seqq.) meritò inductum est,

vt in

vt in beneficialibus sufficiat titulus coloratus, cum veti dominij nõ sit probatio necessaria, nec
100 possibilis.† Et hinc est, quòd si Prælatus nõ ageret nomine proprio, sed ecclesiæ suæ in possessorio, & sic nõ vti procurator, sed pro ecclesia Domina vtsupra, tunc nõ sufficeret colorata possessio, sed Dominium plenè probandũ foret prout in casibus dictæ l.2.§. quædam. doctr. est Bal. in d.l.2.nu.61.62. quem refert Contar. dicto §. 8. nu.6.7. quo loci differentiam istam sentit, licèt non plenè explicet. Gabr. in suis communibus tit. de resti. spolia. concl. 1. nu.73.

Alia insuper diuersitatis ratio considerari potest, quia quando agitur contra Principem pro rebus antedictis ad ipsum pertinentibus, & reseruatis, præsupponitur alienatio spõtanea, quæ importat donationẽ l. donari videtur. ff. de reg. iur. & dum eam negat, tractat de damno vitando, at quando de beneficio tractatur secùs dicẽ
102 dum, † quoniam ille ad quẽ spectat collatio necesse habet alicui illud conferre c. vt singulæ de offic. Archid. & siue huic, siue alteri, nihil eius intereſt; quia nihil de suo, aut sibi reseruato tribuit, & ideo non dicitur donare, sed solummodo dare, glos. in cap. fi. in verb. inuitus. 23. q. 6.
103 † nec vtitur propriè liberalitate aliqua, quamuis gratiam faciat vni potius quàm alteri glo. & Doct. in c. relatum de præb. & digni. vbi Abb. num.6. Nimirum si faciliùs admittitur probatio colorata in beneficialibus, quàm in Principi re-
104 seruatis, † cum donatio difficiliùs præsumatur, quàm alius actus donatione carẽs. l. cum de indebito de probat. l. eleganter §. qui reprobos. de pignor. ac. Menoch. latè de arbit. iudi. cas. 88. vsque ad numero 8.

Et ex his cessat pœnitus argumentatio de beneficialibus, q̃ tanti ex opposito fieri consueuit, quinimo retorquetur vtsup. dictũ est. Quocirca indubitata remanet mixta natura huius iudicij.
105 Deniq. non obstat quòd Serenifs. Dominus Dux fundatam non habeat intentionem suam de iure communi, nec præsumptionem pro se militantem, eò quia iurisdictiones, & dignitates hodie sint in comertio nostro ex generali cõsuetudine iuxta dictum Bal. in c. 1. num. 2. de feud. marc. & in cap. 1. §. ex eadem. num. 2. de leg. cor. Iser. in c. Imperialem. nu.70. ad fi. vbi & Afflict. in §. illud quoque. nu. 20. de prohib. feud. alien. Petr. Bellug. in Spec. Princi. rubr. 22. §. 1. nu.3. & 4. Facilis enim est responsio, nam nemo ex citatis loquitur de generali consuetudine, & minùs inquiunt, quòd ista redacta sint ad instar allodialium, vti Domini Aduersantes allegant, sed tantùm dicunt, quòd cum olim talia essent pœnitus extra commercium, quemadmodũ sacra, religiosa, atque publica loca, cœperunt tamen per Principes concedi, donari, ac etiam vendi;
106 non tamen dicunt, † quòd acquirentes possint de his disponere absque ipsius Principis assensu, & beneplacito; sed totum potiùs oppositum, & signanter Isern. dicto nu.70. ad fi. Afflic. d. nu. 20. vers. ad quintum & Bellug. paulò infra. nu. 6. 7. & notissima est huiusmodi prohibitio alienationis sinè Principis, & directi Domini licentia per rex. vulg. in c. 1. vbi omnes not. de prohi. feud. alien. per Feder. & si in aliquo loco cõtraria viger consuetudo, est localis, & ita loquitur Bal. in dicto c. 1. num. 2. de feud. Mar. & Clar. in
107 §. feud. q. 1. vers. quæro nunc.† In hoc tamen statu indubitatum est talem cessare consuetudinẽ, sed ius commune feudorum obseruari; imò extare Decretum (Meminimus) & antiquas constitutiones Ducales, quibus omnino prohibetur alienatio prædicta, & per consequens intactum remanet fundamẽtum supra relatum, quòd pro Serenifs. D. Duce militat præsumprio, & contra Illustrifs. D. Alexandrum, & de primo ad vltimũ mixtum esse constat iudicium quod agitur.

Modò ex abundanti dicamus, quòd si aliqua ratione mixtum nõ esse à natura suaderi posset, quod minimè creditur, attamen mixtum ex accidenti concludendum foret, Tum ex supplicationibus, & rescriptis superiùs ponderatis, quæ in actis præsentauit D. Actor pro eorum executione instãdo, & à quibus libellus desumi debet
108 ex Castren. consil. 253. lib. 1. † Tum etiam ipso libello apertissimè cumulante petitorium cum possessorio. Tum deniq. ex oppositis exceptionibus pro parte Serenifs. Rei, quæ Actore inui-
109 to opponi legitimè potuerunt. † His enim modis mixtum redditur iudicium ex accidenti, atque occasionalitet Contar. post relatos d. lim. 2. in princ. nu. 8. vsque ad nu. 19. & in fi. atq. in
110 §. 4. nu. 1. vsque ad nu. 13. † & quando ita promiscetur causa proprietatis, fit mixtum iudiciũ principaliter, adeo quòd vnica sententia vtraq. causa terminari debet, vt idemmet Contar. tradit post Cyn. Bal. & Salyc. in d. §. 7. num. 19. 20.
111 † à qua etiam conceditur appellatio vt in peti-
112 torio, Gra. consil. 16. nu. 18. lib. 2. † Certum est namque, quòd fit mixtum ratione complicationis vnius causæ cum altera. Bal. consi. 141. nu. 6. vers. sed hoc tantùm, & nu. 7. lib. 1. Contar. latè in dicta rep. limit. 24. per to. Menoc. de recuper. remed. 9. num. 320. & seq.

Omittendo igitur præces, & rescripta, nè eadem repetamus, Certè in libello intentatũ fuit petitorium, & quidem primo loco, & principaliter; successiue autem, & in quandam consequẽ
113 tiam possessorium.† & ad iudicandam huiusmodi mixturam attenditur potissimùm libellus ex parte actoris Contar. d. limit. 2. §. 4. in princ. Dico autem intentatum principaliter petitorium, propter illa verba in cõclusione posita (& ita instat pronuntiati, & declarari nullam, seu iniustã fuisse dictam appræhensionem possessionis, vel

quasi

quasi dictorum bonorū per d. Illustrifs. D. Sfortiam, & exindè per Illustrifs. D. Alexandrum pacificæ possessorum, vel quasi, vti contra non citatum, & contra iuris ordinem factam, nec ita potuisse, vel debuisse fieri, nec dictum Illustrifs. D. Alexandrum dicta sua possessione priuari) & quamuis sequentia verba (& successiuè illum reintegrandum fore, & esse ad tenutam, & corporalem possessionem &c.) ad possessionis quoque restitutionem concludant, non tamen contradicunt naturæ petitorij intentati, quinimo conferunt, & conueniunt; nam præsupponunt pronuntiandum in primis fore super prima par
114 te petitionis, † vt apparet tàm ex ordine scripturæ, qui regulariter attenditur l. quotiens, vbi
115 gl. & Doct. de vsufr. † quàm virtute illius aduerbij (successiuè) quod ordinem similiter denotat, operaturq; vt vna actio non simultaneè cū alia, sed vna post aliam intētata in libello dicatur, & nō aliter Aret. in l. 3. §. fi. col. 3. de duo. reis. Alex. conf. 58. nu. 3. in 5. Rom. conf. 392. nu. 12. 13. Felin. in c. significantibus. nu. 27. de lib. obla. Crau. conf. 16. sub nu. 8. Cagno. in l. nemo ex his. nu. 9. 10. de reg. iur. Gab. in tit. de ac. concl. 1. num.
116 18. & 20. † Et hinc est quòd contraria remedia successiuè, & subordinatè in eodem libello tolerantur, quia vnum tantùm post alium proponit, vt ex præcitatis multi dicunt, & tradit etiā Cagnol. in l. vbi repugnantia, num. 10. de regu. iur. In casu igitur nostro subordinatè petita fuit pos-
117 sessio post petitorium intētatum, † ex quo finis ipsius petitorij est consequendi possessionē rei petitæ l. officium l. qui petitorio, & l. 5. ff. de rei uend. Rip. in §. nihil commune nu. 38. inquiens propterea petitorium, & possessorium ad eundē
118 finem tendere, licèt per diuersa media; quia in possessorio principaliter, in petitorio autem incidenter, & in consequentiam possessionē prosequitur, Contard. d. lim. 2. §. 9. nu. 11.

Quòd autem prior pars conclusionis huius libelli petitorium contineat, patet manifestè iàm ex capite allegatæ nullitatis, quàm prætensæ in-
119 iustitiæ. † Enimuero de capite iniustitiæ. (vt ab hoc exordiar) optimum habemus exēplum in conf. Bal. 331. lib. 1. ob mixtam cognitionem super qualitate hæredis, & successiua immissione in possessionem, propter quam fit complica-
120 tio petitorij cum possessorio, † adeo ut appellatio detur uti à petitorio, & idem Bal. tradit in
121 conf. 153. eo. lib. † & aliud bonum exemplum in casu l. si quis in tantam C. unde ui. in quo agitur ad pœnas priuationis, & ad restitutionē consecutiuè, & ob id mixtum & complicatū, in quo propterea datur appellatio. Menoch. d. remed. 9. nu. 320. & seq ubi alia refert exempla.
122 Simile quoque est, quod consuluit Ias. in conf. 187. lib. 2. de directo domino, qui propter caducitatem emphiteutæ petijt se in possessionem bonorum locatorum immitti, ex quo in libello non conclusit in solo possessorio, sed quòd super caducitate quoque pronuntiaretur, de qua re latiùs Contard. d. repet. q. 14. num. 1. cum tribus seqq. & num. 40.
123 Et in terminis nostris, quādo disputatur super iustitia, uel iniustitia appræhensæ possessionis propria authoritate, quòd petitorium sit iudicādum, quamuis ad eiusdem possessionis restitutionem simul agatur, scribit Contar. d. lim. 24. nu. 4. 5. ubi refert DD. de Rot. diuersimodè sēsisse, & rationes utrinque adducit, quæ ab utraque parte pro nobis concludunt; nam pars quæ appellationem non dari sentiebat, & sic nō fuisse in petitorio iudicatum, fatebatur tamen mixturam petitorij, sed fundabat se in uerbis sentētiæ reseruantibus cognitionē ipsius petitorij ad aliud iudiciū; Alia uerò pars asserebat, quòd in sñia complicatum erat manifestè petitoriū cū possessorio non obstante reseruatione prędicta, quia Iudex pronuntiauerat non licuisse Briazæ (nomen fuit litigantis) possessionē ingredi apothecæ, de qua contendebatur, & per cōsequens super contractu uenditionis, quod petitorium cōcernebat, & ob id appellationem dari; totius igitur Rotæ uotum nobis deseruit ad probādū, quòd lis, quæ est super iustitia, uel iniustitia tenutæ propria authoritate captæ ex causa à contractu pendente, petitorium contineat, non obstante possessorij complicatione, vt supra.
124 Consimilis est determinatio Bero. quæst. 100. num. 11. in princ. & vers. tamen quando adhuc. ubi constare asserit agi de petitorio, non de possessorio, quotiescunque de expellendo conductore ob finitam locationem propter pensiones non solutas tractatur; & rationem utrobique affert, quia de totali iure conductoris agitur, quæ casui nostro optimè conuenit; nam cum de expulsione prætensi feudatarij ob finitam Inuestituram, agatur, de totali certè ipsius iure controuertitur, quia si finita est, nullum ius ei vltra remanet, & per consequens rectè tenuta capta per Serenifs. D. Ducem reperitur, sin autem duret Inuestitura, totum oppositum cōcludendū; Dum ergo quæstio ista in conclusione libelli prædicti deducitur, lis utique in petitorio, non in possessorio proponitur.
125 Complicatio etiam insurgit ex capite allegatæ nullitatis commissæ in procedendo contra non citatum, & contra iuris ordinem, vt in conclusione libelli, quod proculdubiò petitorium respicit, non possessorium, ex conf. Bal. 42. nu. 6. 7. lib. 1. ubi nullitas testamenti mixta cū immissione hæredis, reddit iudicium mixtū, & appellabile; quod quidē Consiliū sequi solet. Rot. teste Contard. d. rep. in 24. lim. num. 1. 2. 3. Enimuero q ñ de nullitate processus, vel sñiæ, seu contractus, aut alterius actus per modū agēdi tractat, prin-

principaliter actum intelligitur, non incidéter.
Vant.de nullit.tit.quot & quibus mo.nul. nu.2.
3.4.& iudicium dicitur plenarium, datutq́. ap-
pellatio à sententia superinde secuta, & si nõ ap
pelletur, patit pręiudicium irreparabile. Fran.in
126 c.dilecto,q.47.nu.105.de appell. † Idq́. proce-
dit dato quòd possessorium quoq. admixtum,
& coniunctum fuerit vt supra,& ptout in d. cõs.
Bald.141.iuxta quod pronuntiauit quoq. Rot.
Rom. vt per Contard.d.limit.24.nu. 11.12.13.
& nu.21.22.vbi refert etiam Put.de Aegid. de-
127 cis.7.& quòd pluriès ita seruauit Rot. † Huc e-
tiã pettinet Pedemon.decis.47.in princ. in mo-
tiuis allegata, in qua nullitas contractus mixta
cũ remedio recuperandæ operari dicitur, vt sup
plicationi locus sit,cum etiam appellatio nõ de-
negetur,vt ibi;Est igitur in hoc iudicio mixto iu
dicandum in omnibus,vt de petitorio,quia pos
sessorium accessorij loco habetur, vt supta Bero.
consi.112.nnm.7.lib.3.

His autem,quæ in materia libelli cumulantis diximus, aliqua per Dominos Aduocatos exad uersò obijci video. Et primò defectum iurisdictionis Perillust. Consilij, qui plenè iam sublatus est in prima quæstione.

128 Secũdò quòd Procuratot actoris protestatus fuit nolle in petitorio litigare, imò petitorium omne suspẽdidit in omni actu iudiciali, si quod propositum fuisset.

Sed in doctissimis motiuis fuit ad hoc responsum, non posse sortiri effectũ hanc protestationem,quæ est contraria facto,per not.in l.nõ solum §.morte.de no.oper.nunc.& in c.cum M.de const.quod latè prosequitur Bimi. consi. 98.nu. 224.cũ pluribus seqq.protestari enim nolle agere in petitorio,& nihilominùs in cõclusione eiusdem scripturę illud primo loco proponere,& principaliter, manifestã cõtinent repugnãtiam, ideo à protestatione recessũ, per ea q̃ infra proximè dicẽtur in 3.replicatione ad hoc obiectũ.

129 Post libellũ verò porrectũ Serenis. Dñi Procutator litẽ superinde fuit contestatus,post quã contestationem, suspensio locum nõ habet, ſm Bart.in d.§.oihil commune.nu.24.cũ alijs quos refert Menoch.rem.15.recuper. nu. 381.& seq.

130 Replicari quoq. secundo loco potest, suspen-
sionem petitorij aduersari communibus iuris re
gulis; nam actor iudicium cæptum prosequi te-
netur vsq. ad finem, vel liti cedere, authen. qui
semel.cum materia C.quom.& quan. iud.idcir-
co iura de suspensione prædicta loquentia, stri-
ctè sunt intelligẽda, nec vltra terminos, in qui-
bus loquuntur extendenda; quia in exorbitan-
tibus non fit extensio auten. quas actiones vbi
* Doct.*communiter C.de sacto.eccle.†Cum igi
131 tut permissa sit suspensio petitorij in odium tan
tùm violenti spoliatoris, Clem.1.in fi. de causa
poss.& proprie.non est ad alia remedia possesso
ria extendenda,& ita in terminis argumentatur
Ias.in d.§.nihil commune.nu.117.post Cum.&
Alex.quos adducit, & sequitur ibidem Rip.ou.
147.Socin.in l.rem quæ nobis.nu.15. post.cita-
tos de acquiren.poss. Crauet.consi.793.ad fi.&
Rot.Fastoli causa 34.dub.63.vbi videndũ, Cõ-
* munemq́. *attestatur.Coras.in d.§.nihil commu
ne.nu.88.in fi. Et quamuis potuerit ab initio a-
132 ctor ommittere petitoriũ,†& solum possessoriũ
intentare,si tamẽ per imprudentiam secùs egit,
sibi imputet, quia imprudentiam hanc non mi-
nùs lex abhorret,quàm spoliatorẽ,vt subdit ibi-
dem Coras.nu.seq. In casu autem nostro nõ est
intentatum spolium aliquod violẽtum,nec etiã
absq. violentia,sed petitorium tantùm,vel vna
forsã cum alio possessorio,idest Can.reintegrã-
133 da,vt aduersarij profitẽtur,igitur &c. † Et quòd
talis suspẽsio nõ procedat nisi in spolio, & qui-
dem violento, Comprobatur optimo simili de
exceptione spolij, quæ nil aliud est, quàm quæ-
dam suspensio iudicij per spoliantem intentati,
quæ non operatur, nec locum habet, nisi in io-
terd.vnde vi,per tex.in cap.2.in verb.dolum,&
violentiam.de ordi.cogni.& in cap frequens.in
ver.violẽtiam.de restit.spol. in 6.& ibidem de-
clarãt.Gem.Io.And.Ancha.& Fran.in prin.sub
nu.4.& in §.1.in 3.not.Abb.latè in d.c.2.nu.12.
concludens firmiter, exceptionem hanc ei tan-
tùm dari,qui dicto interd.agit,non si alijs reme
dijs agat,vt puta Cano. reintegranda, aut alio,
in quo sufficiat actorem possedisse, & reum nũc
possidere; Idem tenet ibi Inno.nu.2.Afflict. de-
cis.19.& nu.3.5.& 7.Et licèt contrarium nõnul-
li tenuerint,hęc tamẽ est verior,& magis æqua.
opi.vt ait Auffrer.ad decis.Toloso.393.ita quo-
que tenẽtem; pro qua benè facit decis. Bellam.
36.circa mediũ,& pto limitatione ad reg.d.c.2.
& d.c.frequens tradit Gabr.de restit.spol.concl.
* 2.nu.47.multos citans concord. & * cõem inui-
tus fatetur Boss. pro contraria militans in tit.de
pluribus viol.nu.95.Adde Surd.cons.166.n.19.

134 Tertiò replicari potest,quòd à dicta suspẽsio-
ne recessit actor producendo nedũ titulos Crau.
cons.742.nu.1.sed etiam positiones,& articulos
petitorium respicientes, vt in actis apparet,Pa-
ris.consi.112.num.56.lib.1.Pont.de spol.lib.2.
135 nu.50.post Rot.quam refert,† asserens hoc etiã
procedere non obstante protestatione præmissa
de non recedendo à suspensione, quia per actũ
contrarium nihilominus recessisse dicitur, & sic
militat consi.Deci.162.col.2.vers.præterea,vbi
propter talia capitula ab actore data,tollitur vis
suspensionis petitorij.

136 Insuper locum non habet suspensio propter absurda,& scandala quę oriri possent,si super solo possessorio procederetur,per ea quę tradit Feder.de Sen.cousi.283. per to. quem tefert & sequitur Pontan.d. libr.2.nu.48. Absurda autem,

&

& scandala imminentia satis patent ex his quæ in dicto responso retuli nu.74.75.

Denique non iuuat suspensio, stantibus exceptionibus de quibus in actis, quas paulò infra recensebo, quæ inuito actore procedunt.

137 Tertio loco ad euitandas difficultates ex libello orientes, cõsiderabant aduersantes, quòd non fuit simpliciter petitum declarari appræhēsionem nullam, & iniustã, sed addita fuit ratio, vti contra non citatum, & contra iuris ordinem factam, quæ restringit, & modificat dictum ad limites suos. l. cum pater. §. dulcissimis de leg. 2. Crauet.consi.719.nu.11.cum alijs relatis; Vndè inferri non potest, quòd petitotium fuerit propositum, sed tãtummodo, quòd liceat Serenifs. Cameræ ostendere, si poterit, quòd citari nõ debuerit possessor, & quòd sinè iuris ordine potuerit ammoueri; ad quod faciendum non releuat deducere de nõ iure possessoris spoliati, & quòd extincta sit linea Inuestitorum per obitum D. Sfortiæ, quia datò quòd extincta foret, non tamen proprio imperio licuisset possessorem amouere. Hæc illi.

138 Qui quidem dupliciter decipiuntur; nam primò falsum est restrictam fuisse conclusionem libelli ad illam speciem nullitatis (contra non citatum, & contra iuris ordinem) quia additum fuit caput iniustitiæ ibi (seu iniustam) quod non respicit modum procedendi, & de qua iniustitia etiam in prçcibus supra ponderatis mentio habita fuerat in illis verbis *(Se non sarà giudicato, &c.)* & clariùs in sequentibus libelli verbis (nec ita potuisse, vel debuisse fieri) Caput autẽ iniustitiæ differt à capite nullitatis; Vndè sententia nulla non dicitur propriè iniusta Contar. in d.repet.limit.7.per to.& signanter. nn.1.2.& nu.11.12.& 16.quod pro statutis notandum a-

139 ferit post Butr.& Barb.quos refert; † Vtrunq. autem proposuit actor, quia non confidens de nullitate, voluit quoque super iniustitia iudiciũ agi, exemplo eorũ qui de nullitate sententiæ dicũt, & quatenus aliqua sit, appellant, quo casu vtrunque remedium principaliter deductum intelligimus iuxta cões* snias de quibus ibidẽ Cõtar. nu.2.3.4.& Vant. tit.quot & quibus mod.nu.5. vsque ad nu.14.vbi de nullitate testamenti, cõtractus, & aliorum actuum idem tradit. Ex capite igitur propositæ iniustitiæ potest Serenifs. D. Ducis procurator omnia deducere ad iustitiam suæ appræhensionis pertinentia, vt in terminis dixit Crau.conf.5.nu.8. vers.nec restitui debet. cum alijs in priori responso relatis ante nu.66.

Proinde si super nullitate tantùm agendum foret, & quidem (vt exaduersò prætenditur) restricta vt supra, idẽ omnino sequeretur, quia cognitio nullitatis petitoriũ importat, vt supra dictum est; & quia conceditur dicto Procuratori ostẽdere sibi licuisse propria authoritate, & absque citatione ingredi, quod causatur à bono iure in petitorio; cuius potissimum est fundamentum extinctio lineæ Inuestitorum, & incapacitas Domini Actoris, cum alijs in positionibus deductis. Probationes igitur hue pertinentes admittendæ, vt pars fatetur; quæ postmodũ decipitur, dum asserit eas non releuare, cum maximè releuent per prædicta.

140 Hactenus de mixtura petitorij cum possessorio ex libello actoris. Cõsequitur nunc de mixtura ab exceptionibus Serenifs.rei procedente, pertractare. Qua in re illud præmittendũ, quòd in omnibus casibus in quibus spoliatus non est ante omnia restituendus, sed exceptio dominij admittenda venit actore inuito, mixtum redditur iudiciũ, si qua talis opponatur, vt per Contard.dicta limit.2.in princ.nu. 12. & rursus post Bal.Dec.& Laur.Calca.quos citat in ea limit.§. 4.nu.7.vsque ad nu.13.& §.5.nu.10.cum seqq.

141 † Plures autẽ sunt exceptiones in proposita causa oppositæ, quæ huiusce generis manifestè apparent; quarum prima est, quòd propter finitam lineam licuit Serenifs.D. Duci vigore suæ ciuilis, & naturalis possessionis, pṗpria authoritate ingredi, ex abundè relatis in præcitaro responso.nu.11.vsque ad num. 39. quibus addi potest Afflict.decis.392.nu.18. cum seq.& Moder.Paris.in consuet.Paris.§. 1.glos.4.nu.28.& 45.

142 Nec quicquam officit c.1. §. si verò de milit. vassa.cum not. in contrarium adductum, quia fuit iam sublata huiusmodi obiectio in meo responso nu.33.cum seqq. Et alia etiam potest replicatione submoueri; nam loquitur ille tex. in

143 feudo simplici, † quod potest à multis personis inferioribus Principe concedi c.1.in prin. & ibi not.de his qui feud.da.poss. ad quos nõ spectat iurisdictionem, & dignitatem conferre, nos autem tractamus de feudis iurisdictionalibus, & dignitatem Marchionatus annexam habẽtibus, quæ solus Princeps confert, & in quibus de iure cõi fundatam habet intẽtionem, vt dictum est.

144 Quo stante, restitutioni locus non est, nisi de proprietate actor docuerit, vt in terminis tradit Dec.cõs.191.colu.pen.vers.7. qui supra, cũ alijs per me citatis vbi supra nu.31.32. Quinimo solius ciuilis virtute idem iudicaretur, ex Menoc. d.Respons.2.causæ finar.artic.3.nu.11.conserũt quæ in responso dixi num.24.cum seqq.

145 Et hæc exceptio tantò magis legitima iudicãda est, quoniam prædicta ad Principem spectantia præsumuntur præcario nomine apud eos esse, qui ea detinent, nisi contrarium doceãt, vt in præallegato responso dicebam nu. 80. ad fin. & in motiuis perpensum fuit in vers. ex his itaque quibus addi potest Puth.decis.461.nu.2.li.2.&

146 Põta.de spol.li. 2.nu.161.vers.si de spol. & pcario possidẽs nõ potest in restitutorio iudicio obtinere cõtra Dũm, licèt secùs sit cõtra tertiũ, ad tra-

tradita per Menoch.remed.15.recuper.q.9.

147 Secunda exceptio fuit, quòd possessio de qua contenditur fuit de mandato Serenifs.D.Ducis sequestrata, & deposita, iustis, & rationabilibus de causis animum suum mouentibus, ad effectū relaxandi cui de iure; quod facere potuit, ex his quæ in dicto responso consideraui nu.39. vsque

148 ad numerū 58.† Et inter cætera aduertatur ad dicta. nu.53. & seqq. quia protestatio illa emissa in actu appræhensionis (sinè præiudicio iurium cuiuscunque) operatur, vt qui priùs possidebat, nō possit dici, spoliatus. Vndè cessat remedium restitutorium l.intereste.cum materia de acqui. poss.cū alijs ibi adductis, ergo iudicium mixtū.

149 Tertia fuit exceptio, quòd ante iudicium exaduersò motum, & rescripta etiam impetrata, mandauerat Serenifs.D. Dux edictum generale fieri, præcipiendo cunctis prætendentibus ius aliquod in bonis, & iuribus vtsupra sequestratis, vt infra certum terminum comparerent de eorum iuribus experturi, & docturi, quod fieri potuerat, vt iam dixi in eo responso.nu.45. Et factū operatur, vt in petitorio ad dicta bona, & iura cuilibet agere liceat, & excipere, vt ibidē probaui.nu.66.vsq. ad 74. ergo iudicium mixtum.

150 Quarta fuit exceptio manifesti, & seu notorij iuris Serenifs. D.Ducis in petitorio, quæ in restitutorio iudicio admittitur, ex plenè deductis in dicto responso.nu.58.cum seqq.atque in motiuis Excelsi Consilij vers. & ad hoc facit. & vers. seq.quibus consonat Crauet.consi.382.nu.7. &

151 consi.691.nu.1.† Sed addi potest, quòd nedum admittitur talis exceptio, si est certa, vt in casu nostro, verùm etiam si est satis verisimilis, vt docet Abb.in cap.in literis.nu.28.29.de resti.spol. Et conferunt quæ scribit Contard. in rep. l.dif-

152 famari.limit.2.nu.26.27.† & præsettim locū habent prædicta, si in continenti probatio offeratur, prout offert Serenifs.D.procurator, vt dixi. num.91. cum quatuor seq. & quamuis negetur exaduersò ista notorietas, & euidentia, apparet tamē ex Inuestituris, ex morte Illustrifs. D.Sfortiæ sinè descēdentibus, & ex forma decreti Meminimus, quæ singula vti notoria negari nō possent, & ex processu patent. Vltra quòd est terminus dandus ad probandum; nam loquuntur Docto.de probatione incontinenti facienda, non de facta, vt apud citatos legi potest, & Menoch.

153 remed.4.adipiscen.quæst.89.ad fi.† Incontinēti autē interprætari debet arbitrio iudicis, Menoch.de arbi.iud.cas.9.nu.5.& cas.10.t.12. & alibi sæpè; Idcirco in arbitrio Perillust. Consilij est quem voluerit terminum statuere, probatio-

154 nem verò nequit reijcere; † & sic iudicium mixtum, vr in terminis docet Contard. d. limit. 2. §.1.numero 9.in fin.

Quinta fuit exceptio ex qualitate rerum in iudicium deductarum, in quibus Princeps præsumptionem iuris habet pro se, aduersarius autem contra. Quæ quidem exceptio necessitatem imponit agenti, vt Dominium probet, seu de titulo plenè doceat, aliàs restitutionem obtinere neqait, vt in respōso latè diximus, & supra quoque retulimus, ergo iudicium mixtum.

155 Sexta exceptio, quòd contra Serenifs.D.Ducem non militat iudicium intentatum, quia ex certa scientia, & motu proprio, & cum speciali mandato tenutā capi iussit, vndè onus habet D. Alexander de bono iure in proprietate docēdi, vt in responso ostendi. num.84. 85. & superiùs quoque retuli, ergo iudicium mixtum.

156 Septima fuit exceptio, quòd potest Princeps quotiescunq. voluerit ab eo, qui se feudatarium suum prætendit, vel regalia possidet, requirere, quòd titulum, seu Inuestituram suam exhibeat; dixi in dicto responso.nu.78. Huiuscemodi autem requisitio facta fuit specialiter, & expressè in præsenti iudicio, in replicationibus ad libellum, ergo nisi ostendiderit, obtinere non potest.

157 † Et quod ibi dixi confirmari potest exemplo beneficialium, in quibus tenetur possessor titulum ostendere, aliàs potest ab episcopo in cuius diœcesi sunt, priuari, c.ordinarij.§.cæterùm, vbi

* scrib.de offic.ordi.in 6.& est communis *opi.vt per Mascard. concl.1372.num.18.19.cum concord.Ergo iudicium mixtum.

158 Octaua exceptio opposita fuit de illegitimitate, & incapacitate actoris, nam cum feuda cū pertinentijs de quibus agitur, ad legitimos tantùm pertineant, & per legitimam lineam descēdentes, tam ex dispositione iuris communis, atque municipalis, quàm Inuestiturarum, vt in d.

159 responso nu.137.& seq.† & ascendentium illegitimitas actori noceat sicut propria ad Deciū cons.47 t.in 1.dub.nullo pacto ad ea potest aspirare D.Alexāder, nisi se talem habere qualitatē docuerit; vt abūdè dixi loco præcitato.nu.139.

160 Quinimo cum per eorundem ascendentium confessionem notoriè de ipsa illegitimitate constet, vt in responso dicebam.nu.139.in fi.& seq. certum est restitutionem impediri, etiam in iudicio spolij, ex relatis per Pontan. dicto tract. lib.

161 3.nu.7.& t6.Put.decif.247.libr.t.† etiam si de probatione facienda agatur, dummodo incontinenti offeratur, vt in terminis docet Contar. d.limit.2.§.1.num.9.in fi.post Socin.Iun.quem allegat in consi.75.num.8.in 1.

162 Et quatenus notorietas ista non probaretur, certè notorietas litis super dicta illegitimitate in sacro Rot. Auditorio pendentis, negari non potest. Vndè alium effectum exceptionem hāc producere necesse erit, quòd saltem ea pendente nullo modo possit Illustrifs. D. Alexander in legitimitate se fundare, & consequenter, nec ad ea bona aspirare, quorum incapax foret, si pro illegitimitate pronuntiaretur; illud nanque iudicium

dicium huic præiudiciale est, non quidem ex natura causæ, sed ratione diuersitatis, & inferioritatis Iudicis; cum enim hæc sit quæstio dependens à materia illius litis coram ecclesiastico Iudice pendentis, non potest coram seculari quoquomodo ventilari, sed processus interim silere debet; vt appositè declarat Abb. in capitu. tuam.
* nu. 6. de ord. cognit. & ibidē scrib. omnes, * & in c. lator. qui fil. sint legit. Feli. in cap. cum sit. ad fi. de foro compet. Cald. consi. 3. in fi. de iud. & foro compet. Rom. consi. 299. sub nu. 10. Nat. cōsi. 411. in fi. benè conferunt, quæ latè scribit Menoch. de causis, & articulis præiudicialibus. in consi. 301. ferè per to.

163 Et quia Domini exaduersō Patrocinātes rursus ad effugiendas huius exceptionis difficultates allegabant, de statu defunctorum nō esse disputandum rubr. & to. titu. C. ne de sta. defunc. Replicatur imò posse disputari, quando in eorū vita cæptum fuit iudicium l. 3. vbi Salyc. & alij eo. tit. At quæstio status filiorum D. Bernardini Pallauicini in eorum vita in iudicium deducta fuit, vt in themate d. responf. narraui, ergo continuari potest; & quòd talis exceptio legitima sit, & admittenda, ac discutienda, probat tex. cū
* ibi not. per omnes* in d. c. lator. qui fil. sint legit. & tradit Dec. d. consi. 471. in prin.

164 Allegant quoque legitimitatis quasi possessionem, quam sufficere affirmant, saltem ad transferendum onus probandi in aduersarium. Bart. & alij in l. filium diffinimus, de his sunt sui, vel
165 ali. iu. cum cæteris adductis. † Sed pro responsione remitto me ad multiplices solutiones relatas in dicto responso nu. 142. vsque ad nu. 152.

166 Nona exceptio opposita desumitur ex literis Illustriss. Domini Alexandri transmissis Arcium Custodibus, vt eas consignarent Ministris Serenisss. Domini Ducis, quæ consensum, & voluntatem eius ostendunt; vndè restitutio deneganda. Menoch. latè remed. 15. recuper. numer. 95. Quòd si de metu replicetur, de quo tamen non constat, vis saltem expulsiua tollitur; qua cessante, cessat etiam iudicium restitutorium, & obijci potest de Dominio, nisi iudicium quod metus causa primitùs præcedat, vt in responso prællegato plenè deduxi num. 76. 77. & in doctissimis motiuis perpensum fuit. in vers. 6. admittuntur. Ergo iudicium mixtum.

Multùm se distorquent aduersantes pro hac eneruanda exceptione, sed oleum perdunt, & operam; nam pro ea stat tex. ad literam in l. si re rū. ff. de vi. & vi arma. & in l. vlt. §. ff. quod met. ca. & vbi est casus legis vlteriùs non est disputandum. Quamuis igitur non nulli contradicere tentauerint, vt Cephal. consi. 303. num. 61. cum concord. eorum tamen sententia tanquam cōtra casum legis paruidenda, l. Ancillæ. C. de fur.
* ac etiam contra communem * sententiam. cap. nè

innitaris. de constitu. nam * communis, ac magis communis apparet ex dinumeratione, & authoritate tot, ac tantorum Doct. quos refert Menoch. rem. 1. recuper. quæst. 10. & in 2. responso causæ finarien. art. 3. nu. 36. vsque ad fi. & Gabr. de restit. spol. concl. 1. nu. 130.

167 Et ex ibidem traditis per Menoc. colligi possent responsiones ad omnia argumēta ex opposito adducta. Breuiter tamen ea perstringendo, dicimus, quòd & si adhuc non constet de vi cōpulsiua, potiùs quàm expulsiua, vt d. Menoch. & d. Aym. in suis responsionibus arguunt, idem tamen effectus debet resultare ad impediēdum actum, ex casu dubio, quod ex certo. l. 1. § si pendeat, ad Maced. cum alijs adductis per Excellentiss. motiuātem loco proximè relato. Quinimo stante dubio prædicto, eò magis sunt admittendæ positiones super literis prædictis, ex quibus libera voluntas, & non coacta arguitur, cum ex eis apparere possit consensus, & libera voluntas dimittendi, & relaxandi loca tenta, & occupata.

168 Ad c. reintegranda, cum materia sua, in qua non requiritur vis expulsiua, vt inquit Cephal.
169 d. consi. 301. nu. 61. 62. & alij citati. † Respondetur id verum esse dummodo non interuenerit voluntas possessoris saltem coacta; & hæc est
* communis * limitatio ad illam regulā, vt ex antedictis liquet; & si procedit in interdicto vndè vi magis odioso ex parte spoliantis, cur diuersum in remedio d. c. reintegranda. minùs odio-
170 so? † & si aliter diceretur, destrueretur etiam generalis illa limitatio, quòd qui culpa, & facto
* suo cadit, non restituitur, quam omnes *admittunt, teste Menoch. d. remed. 15. nu. 95.

Nec verum est, quòd Rip. in §. nihil commune. nn. 74. diuersum sentiat, quia imò limitationem illam tenet, & tuetur, vt legi potest in prin. & in fin.

Ad tex. in cap. 2. & 3. de restit. spol. respondet Menoch. d. artic. 3. nu. 41.

171 Nec aduersatur Ruin. in consi. 37. nu. 9. lib. 4. si benè consideretur, quin potiùs conuenit, ex quo concludit in vers. quando autē, quòd quando quis cadit à possessione ex culpa sua, quę cōsistit in faciendo, cessat remedium restitutoriū, licèt secus sit quando cadit ex culpa, quæ consistit in negligendo, prout in casu, in quo ipse cōsulebat pro D. Duce Ferrariæ, qui à possessione Regij, & Mutinæ facto suo cecidisse dicebatur, tacendo per decenium post deiectionem.

172 Ad doctr. Bart. in l. de pupillo. §. meminisse. nu. 7. de oper. no. nuncia. quam retulit Ruin. vbi supra Menoch. remed. 15. recuper. num. 103. & Surd. consi. 28. nu. 94. par. 1. facillimè respondetur, quòd nuntians verbo, licèt possessionem amittere dicatur, vt in l. 1. §. in operis eod. titu. & d. §. meminisse, non tamen voluntate sua amittit, nec quoquomodo consentit eius translatio-

ni, sed totum potiùs oppositum apparere videtur, ex quo prohibet ædificātem; amittit autem possessionem ex dispositione legis; Ideo faciliùs potest sibi competere remedium restitutorium, quàm in casu nostro, in quo de voluntate, & consensu eius expresso constat possessionis dimittendæ vtsupra.

Ad id quod vltimo loco D. Menoch. respondet, obiectum nostrum procedere quando ab initio non fuisset admissus actor ad agendū possessorio reintegrandæ, prout fuit, etiam per Ducale rescriptum, quia postquam fuit admissus nil ampliùs opponi potest; Replicatur diuersimode, nam primò negatur admissum fuisse, cùm nil aliud mandent rescripta, quàm iustitiam fieri, vtsupra diximus. Secundò si per rescripta, vel per litis contestationē dici posset admissus, non certè ad agendum simplici possessorio, sed mixto, prout in interpretatione, tam ipsorum rescriptorum, quàm libelli, & exceptionum clarissimè ostensum fuit.

173 Tertiò dicitur, quòd literæ prædictæ D. Alexandri allegantur ad probandum eius voluntatem, & cōsensum, propter quem in iudicio possessorio, etiam simplici, & puro succumbere debet, per tradita ab ipsomet D. Menoch. d. rem. 15. num. 95.

174 Quartò replicatur, quòd & si iudicium possessorum sic fuisset motum, vt prætenditur, admittit tamen exceptionem Dominij, ex quo non præcessit rescisio actus per ac. quod metus causa, vt idemmet D. Menoch. consuluit pro Rep. Genuen. dicto responso secundò, artic. 3. nu. 38. 39. cuius fortè non fuit recordatus.

175 Ad obiectum carceris, ex quo nullitas actus
arguitur per l. qui in carcerem quod me. cau. &
176 ex nullitate actus remedium restitutorium com
petit per tradita à Crau. consil. 248. col. fi. Dec.
conf. 13. nu. 6. 7. Surd. d. conf. 28. nu. 90. cū seqq.

177 Respondetur nō sufficere carcerationem ad actum nullum reddendum, sed opus esse probare appositè factam ad eum actum eruendum, aliàs valet actus, quamuis gestus in carcere, & rescisione opus est Innocen. & Ioan. Andr. in cap. cum locum de sponsa. Afflict. decis. 246. num. 4. refert & sequitur in proposito Menoch. d. art. 3. in fin. sub nu. 52. sed tantùm abest, vt in nostra specie id probari possit, quòd ex actis publicis contrarium potiùs appareat: igitur &c.

178 Decima & vltima exceptio est, ex qualitate Castrorum, & Arcium difficilis recuperationis, & quæ in confinijs status existunt, in quibus nō fit restitutio, nisi de proprietate liqueat, & propterea admittitur exceptio Dominij, vt in responso dixi. nu. 75. ergo iudicium mixtum. Vndè multis de causis positiones Serenissimi Domini, & si petitorium tangerent, admittendæ veniunt.

179 Et notandum quòd & si ad effectum perfectæ cumulationis nō admitterentur, prout verè admitti debent ex supradictis, certè ex eo solo admissioni locus esse deberet, quòd vtrunque remedium feriunt, petitorij & possessorij, vt rectè animaduertit Amplissimum Consilium in motiuis, in vers. postremò constat. allegans commu-
* nem* Doct. traditionem in d. §. nihil commune, Alciat. consil. 257. nu. 16. & seq. Capic. decis. 69. nu. 40. & Crauet. consi. 674. nu. 15. Quibus addi potest Castr. conf. 278. nu. 45. in primo. Butr. in cap. in literis, nu. 26. & ibidem Abb. nu. 22. & in c. solicitè vers. venio ad glo. de resti. spol. Socin. latè in l. rem quæ nobis q. 9. sub nu. 10. de acqu. poss. Dom. consi. 24. col. 2. Nat. consi. 474. num. 37. 38. Menoch. conf. 181. num. 50. vers. item & illa tertia. Crauet. conf. 901. num. 7. vers. 6. Put. decis. 99. nu. 12. lib. 1. & decis. 293. in fi. lib. 3.

180 Cui argumento non satisfacit responsio d.
Menoch. asserentis eo tantùm casu procedere,
quo concluditur actorem possidere non potuis
se, nec posse, vt in casu Alciat. d. consil. 257. vbi
fœminam non posse feudum possidere dicebat,
& in alijs casibus relatis ab eodem Menoch. re-
med. 15. recuper. nu. 433. cum seqq. Nam si re-
ctè considerentur Doct. allegati, loquuntur etiā
in casibus quibus alia de causa impediri potest
restitutio spoliati; Cuiusmodi sunt innumeræ
limitationes dari solitæ ad regulam spoliatus an
tè omnia &c. quarum oppositio, & probatio si
non admitteretur, de vento seruirent. Præte-
rea casus ille Alciat. cum nonnullis alijs relatis
per Menoch. vbi supra, non concludunt spolia-
tum possidere non potuisse, nec posse absolutè,
sed absque Principis authoritate, & dispensa-
181 tione; † nam & fœmina sic capax feudi est. Clar.
in §. feudum, quæst. 73. Quinimo & in multis ca
sibus absque dispensatione, vt per eum. Admit-
tendæ sunt igitur positiones antedictæ cum ad
182 vtrumque iudicium pertineant. † Quinimo ple
reque possessorium solum tangunt, vt in discur
su mox patebit. Nam prima vsque ad 18. con-
tinentes mandatum Serenis. Domini de capiē
do possessionem propria authoritate, cum pro-
testatione, & sequestratione antedictis, & sic
causas finales, cum circunstantijs tenutæ capien
dæ pro iustificatione actus, merum certè posses-
sorium respiciunt; Decimaoctaua vsque ad 39.
continentes extinctionem lineæ Inuestitorum,
vtrunque tangunt iudicium, ex quo mediante
tali extinctione consolidata probatur natura-
lis possessio cum ciuili in personam Serenissi-
mi Domini, qui propterea potuit propria au-
thoritate expellere merum occupatorem, & in-
trusum, iuxta supra dicta; sic enim iustificatur
possessio nostra, & aduersatij improbatur; quā-
quam ad proprietatem quoque inferatur, Tri-
gesimanona vsque ad 144. tendunt ad disco-
loran-

lorandum titulum assertæ sententiæ exaduersò productæ,& demonstrandum, quòd nullum inde fomentum intētioni aduersarij accedere potest, dum plures alij descendentes masculi à q. Ioan. Francisco Pallauicino tempore prolationis,dicuntur extitisse,ad quos ipsa sententia respectum tunc temporis benè habere potuit; nimirum possessorium optimè attingunt; Centesima quadragesima quarta, vsque ad 148. vtrunque percutiunt, nam quòd Illustriss. Dominus Sforria viuens tenuerit,& recognouerit à Sereniss. Domino Duce Patmen.feuda, iurisdictiones & regalia, de quibus nunc controuertitur, operatur quòd eo mortuo finè descendentibus, & sic linea finita, subintrent ea, quæ de decima octaua cum seqq.diximus; Centesima quadragesima octaua vsque ad 157. respiciunt consensum Illustriss. Domini Alexandri translationi possessionis in Sereniss. Dominum Ducem; & sic quòd culpa,& facto suo cecidit à prætensa eius possessione, quod ad merum possessoriū indubie refertur;Centesima quinquagesima septima vsque ad 165. ponentes habitationem Domini Actoris extra statum Sereniss. Domini Ducis, tenduut ad probandum difficultatem recuperationis, per quam impeditur effectus iudicij possessorij, per ea quæ in responso sæpe citato dixi.num.76.77. & supra quoq. retuli; Centesima sexagesima quinta vsque ad 171. de illegitimitate maiorum, dicunt de notorio non iure actoris, quod in possessorio quoq. opponi potest, & restitutionem impedit, vt in eodem responso num.58. cum duobus seqq.& num.91. cū seqq. & in motiuis habetur, versicu.& ad hoc facit,& versic.sequen. ideo possessorium cum petitorio inficiunt; Centesima septuagesima prima vsque ad 186. de litis pendentia in Vrbe super dicta illegitimitate, ad idem tendunt, & vlteriùs præiudiciales sunt ad istud iudicium, per supradicta. Reliquæ autem positiones de qualitate,& situatione Arcium, & Castrorum denotant difficultatem recuperationis; propterea ad merum possessorium pertinent, vt de Centesima decima septima cum seqq.diximus. Meritò sunt omnes indifferenter admittendæ.

Tertia subsequitur principalis quæstio, vtrū ex productis pro parte Illustrissimi Domini Alexandri colorata, & iustificata censeri debeat allegata eius possessio, prout de iure requiritur etiam si merum ageretur possessorium? Et paucis absoluendo, satis (meo iudicio) sufficit, vos Perillust. Patres remittere ad iam plenè dicta in præallegato responso, in quarto principali articulo,& ea quæ in Motiuis vestris continentur à versic.& insuper. vsque ad fi. quibus vt plurimū nihil video responderi, sed silentio omnia præteriri; & vbi responsum aliquod datur, aut nihil ad rumbum facit, aut multiplicem ex præsup positis nostris replicationem patitur; quocirca tempus in his conterrere frustatorium existimans, super singulis non immorabor; tantò magis quia præsentis nō sunt speculationis, sed ad merita propriè pertinent. Paucula igitur iam

183 dictis addere contentus ero.† Et in primis, circa prætensam testandi licentiam à Serenifs. q. Domino Duce Octauio obtentam, de qua pars aduersa tantùm confidere videtur, Certum est eam fuisse conditionalem, aut saltem modalem vigore illius clausulæ (Dum tamen ipse Orator testetur in compræhensis in Inuestituris,& concessionibus, ac iuxta formam iuris, & continentiæ ipsarum Inuestiturarum ac concessionum) ex deductis in sæpedicto responso.nu.256.cum seqq. Et cum non probet eum taliter fuisse testatum, & sic conditionem impletam, non potest coloratus titulus inde procedere, nec possessio iustificari propter intrinsecum defectum. Calder. consi.5.in tit.de vsu. Dec.consi.222.num.2. Sarn.in reg.de trien.q.27.in fi. Caputaq. decis. 36.nu.2.par.2.& decis.302.par.3. Mascar.conclu.1379.in fin.

184 Quæ ratio seruit quoque contra prætensam adoptandi licentiam, quæ vltra permultos iam recensitos defectus, conditionalis etiā fuit propter clausulam illam (finè præiudicio iurium Cameræ nostræ, & cuiuslibet tertij) quæ conditionem importat Cacher.decis. 139. nume. 20. & per consequens iustum colorem possidendi tribuere non potest. Et quod de conditione dictum est, in modo quoque procedit, quia nisi impletus appareat modus titulo adiectus, remanet dispositio finè colorandi effectu, vt per Gomes.in reg.de trienna. quæst.33. in fin. At nec conditio purificata, nec modus impletus ostenditur. Igitur &c.

185 Super allegata etiam sententia Dominorum Mentoati & Iuncti, inter multas obiectiones di cebam de illius nullitate manifestè cōstare multis coniecturis, atque præsumptionibus collusionem indicantibus, in dicto responso deductis à num.212. vsque ad num.220.inclusiuè; quibus

186 alia nunc addi potest,† quòd Sereniss. D. Dux Octauius vtì vsufructuarius tenebatur litem sibi motam Serenissimo Domino Duci Alexandro proprietario denuntiare, quodcum omiserit, collusisse præsumitur Bald.in c.1.§.si vassallus.f vltimo. si de feud.fue. cōtro.inter Dom. & Agna.quem sequitur Alex.in l.sæpe ante nu. 111.de re iud.

187 Et ex omnibus ibi, & hic relatis, negari non potest, quin ex parte Sereniss.D. Ducis Octauij plures circa litem illam patcant ommissiones, negligentiæ, actusq. voluntarij, ex quibus collusionem lex adeo præsumit, vt sententiam deinde secutam nemini nocere statuat, qui citatus nō fuerit, vt post multa cōcludit Molin.in tract. de

de primog.Hispa.lib.4.c.5.nu.7.8.& 9.& Pinel. de bo. mater.par.3. sub nu.49.vers.limitatur 4. & vers.septima limitatio.Bertaz.consil.268.nu. 12.13.vol.2.Crim.& consi.407.& 455.

188 Et spetialiora attingendo, dum primam coniecturam colligebam nu.213.ex eo,quòd Serenis. D. Dux passus fuit se conueniri super iure de futuro contra l.non quemadmodum.de iud. addo in terminis Pinel.vbi supra,vers.limitatur quintò in pulchro casu.post Loffred. quem citat in consil.10.nu.7.& Ruin.in l.filiusfam. §. diui. nu.49.& seq.de leg.1.Molin.d.c.8.nu.9.

189 Dum etiam ex prohibita appellatione aliam vrgentissimam coniecturam sumebam nu. 218. addo in fortioribus quoque terminis commu- * nem * sententiam de qua Alex. in d. l. sæpe nu. 83.Dec.consi.445.nu.36.Pinel.loco præcitato. vers. sed hæc eorum declaratio.& Molin.d.c.8. nu.10.vbi succumbentem nedum appellare debere, sed etiam appellationem vsque ad maius Tribunal ꝓsequi debere,& nihil ommittere tra ditum est,aliàs successori nihil officere ; voluntariè enim videtur succumbere,qui legali appel lationis præsidio vri negligit.

190 Insuper dum ex cõfessione positionum facta per Serenis.D. Ducem eo in iudicio colligebã aliam coniecturam nu. 216. benè cõgruit,quod idem Pinel.scribit vbi supra.nu.50.in 9.lim qui sententiam ex tali confessione latam successori nullum afferre præiudicium concludit, in cuius fraudem emanare potuit.

191 Et dum nouissimo loco ex matrimonio subsecuto dicebam nu. 220. satis superq. apparere iudicium illud appositè factum ad effectum vt feuda,quę alias ad Ducalem Cameram reuersu ra erant per mortem Illustris. D.Sfortiæ, ad Illustris.Dominnm Alexandrũ transirent,& propterea vti collusiuum nocere non posse,addo in terminis terminantibus Loffred.d.consi.10.nu. 25. vbi pater cui filia in feudo successura erat, passus fuit per fratrem se cõueniri super iure de futuro, asserentem illud ad se post fratris possessoris obitum pertinere, & cum secuta sententia pro actore, iussisset postmodum pater in testamento filiam cum dicti fratris filio matrimoniũ contrahere,colligit inde Loffred. iudicium illud per collusionem factum, & ob id filiæ haud nocere in feudi successione; & tot.illud consi.optimè deseruit ad casum nostrum ; quod sequitur & commendat Pinel. præallegato loco in 5. limit.& Molin.d.c.8.nu.11.

192 Et animaduertendum,quòd suppresso etiam collusionis nomine,tradunt relati Doct.in casibus præcitatis, sententiam contra possessionem feudi, vel maioratus latam,successori non obesse; quapropter siue nulla & inualida sententia tamquam collusiua dicatur in casu nostro, siue valida ad præiudicium principalis rei conuenti,certum est , effectum suum cõtra successorem non citatum porrigere non posse; quoniam illi sunt casus speciales,qui pro limitationibus traduntur ad regulam, quòd sententia lata contra possidentem ex causis pręnarratis,successoribus quoq. præiudicet; quæ quidem limitationes, vnà cum alijs ad rem nostram facientibus , quas breuitatis causa prætermitto , videri possunt apud Dec.consi.445.num.23. vsque ad num.45. * Rol. cons. vlt.nu.154.vbi de communi.*lib.4.atque Pinel.& Molin.in locis præcitatis,post Scri ben.in d.l.sæpe.in d.§.diui.& alibi sæpissimè.

193 Et vltra pręmissas limitationes,recipit quoq. regula prædicta singularem declarationẽ, vt intelligatur de citatione in specie,non de citatione in genere,& per proclama,quæ omni in casu necessaria est,vt successor condemnati, & is cuius secũdariò interest, ligetur,& rei iudicatæ parere teneatur ; hanc sententiam, quamuis controuersam, tenent Bart. in d. §. diui.nu.9.Crot. nu.39.40.Rip.nu.62.63. & Ferdin. Loaz.num. 129.post Bald.Alexand.Ang.Rom.Soci.& alios quos citat,Castr.in l.si patroni.§.si. in fi.post Innoc.quem refert.ff.ad Trebel. Bar.in l.si eo tem pore.C.de rem.pigno. in l.decem, de verb.oblig. & in estrauag.ad reprimendum in verb. per edictum. Io.Fabr.in §.licèt autem nu.2.Insti.de adop.Ang.in l. si perlusorio.de appel.Rom.in l.. peregrè.§.quibus.de acqu.poss.Imol.in d.l. de- * cem.vbi etiã Ias. nu.41.de communi* attestans, & in l. nè quicquam.§. vbi decrerum.nu.36.de offi.procon.& leg.Gem.in c.1. per illum tex.de elect. in 6. Alexan.in l.de vno quoq. nu. 17.18. & ibidem Mars.nn.71.72.de re iud.& idẽ Alex. cõs. 84.nu.7.in 3.Bal.cons.334.nu.4.in 2.Socin. consi.251.num.13.lib.2. Isern.Aluar.Præpos.& Afflict.in c.1.§ si vassallus.si de feud.fuer.cõtro. Felin. in c.si.nu.5.de maio.& obed.Guald.enun ria.39.Curt.in tract.de feud.par. 7. q.11.nu. 29. Zas.de feud.alien.nu.21.Iacob.à sancto Georg. in sua inuest. feud.in ver.& cũ pacto.versi.quæro nunquid. in fi. Afflict. decis. 396. nu.3.Paris. consil.5.volum.1.Bertran.consil.41. in 3. Bero. consi.102.nu.46.47.in 2.Curt.Iun.cons.23.nu. 8.Dec.latè d.consi.445.num.29. cum seqq. vbi * pro hac Parte difusè consuluit,& de communi* testatus est, obiecta omnia contrasentientiũ diluens.Socin.Iun.pręceptor meus consi.181.nu. 93.94.95.96.97.in 2.Cagnol. in l. res iudicata. nu.4.ad fi.de reg. iur. Mari. Frec.in tract.de sub feud.lib.2.tit.vltimo differen.20.Crauet.consi. 10.nu.23.vers.2.respondeo. Cepha.consil.133. num.83.Rol.à Vall.consil.vltimo.numero 154. * communem* asseuerans lib.4. & magis communem dicit Gabr. post innumeros relatos in tir. de cit.conclus.1.à numero 201.vsque ad numerum 318.& ita sensisse Sac.cons.affirmat Capic. decis.107.numero 4.& 9.prout & iudicauit Senat.

nat.Pedem.apud Osasc. decis.156.p to. vbi plenè contrarijs omnibus responsum datur; & iudicauit etiam Rom.Rot.ad Put.decis.91.per to. lib. 3. vbi ab opi. ista non esse recedendum censet,& rursus decis.336.in fi.eo.lib.

194 Nec huic sententiæ obstat responsio, quam DD. exaduersò patrocinantes afferunt, vt procedat in sententia contra hæredem lata, qui ex propria persona,& proprio nomine,& super iure suo litigat principaliter, non autem substituti,secùs verò in lata contra Regem,Ducem,vel Prælatum, qui non litigat ex propria persona, nec proprio nomine, nec de suo iure separato à successoris iure, sed tanquam administrator dignitatis Fisci,Reipublicæ,vel Ecclesiæ ex Bal.in consi.159.nu.3.4. lib.3.& Oldra.cõs.94.ac Feli. & cæt.in c.1. de probat. Nam pro replicatione dicitur,authores supra citatos non solum loqui in hærede cõuento,sed in omnibus quorũ principaliter interest,& secũdariò, alterius,& signãter in feudatario conuento; nam & ipse litigat super iure suo,& hic est casus noster,cum Ducatus iste sit feudum Ecclesiæ,ad quod omnes primogeniti iure proprio ex tenore Inuestituræ,nõ iure hereditario vocati sũt.c.1.in princ.de feud. March.& c.1.de feud.succes.Bald.autem in oppositum citatus præsupponit Regem ibi possedisse regnum liberum,non feudale,& non recognouisse superiorem, sed repræsentasse rempublicam totius Regni,& eius nomine cõtraxisse, cum Regnum iure proprio non teneret, vt per eum latè sub nu.5.Et de cons.Oldrad.idem dici potest,qui in Rege loquitur non recognoscente

195 superiorem.† Vltra quòd Regnum illud iure hereditario,vel saltem ad instar hæreditarij deferri concludit sub nu.5.6.10.13.& 16. cum seqq. cuius contrariũ in feudis contingit,vt diximus, in quibus non succeditur iure hæreditario d.c. 1.in princ.de feud.mar.& d.c.1. de feud.succes. cum sim. Nimirum, si succedens in Regno illo

196 obligatur facto defuncti,& nõ feudatarius.† Pariter quod de Prælato obijcitur,non facit ad casum nostrum, nam incertum est omnino quem debeat habere successorem, ideo frustrà fieret citatio, etiam per proclama; quia nemo posset comparere;Præterea non est indistinctè verum, quòd successor Prælati antecessoris facto obligetur, cum in multis contrarium receptum sit, & præsertim in præiuditialibus Ecclesiæ, vt ex allegatis in oppositum satis patet,maximè ex Bal. in consilio 255.& 457.lib.1.& consil.483.lib. 3.

197 † Quo loci contrarium etiam concludit in præbendario,quia est simplex administrator,& habet se ad instar vsufructuarij; quod pro nobis facit;ex quo Serenifs.q. D.Dux Octauius vsufructuarius tantũ erat,& propterea proprietario præiudicare nequibat, vt in responso probabã.

198 nu.206.& seq. † Et quod de Fisco etiam oppo- Cons.Lud.Sacc. nebatur,qui est idem sub omni Principe ex Bal. consi.363. in 1.& consi.271. in 2.facilè tollitur, quandoquidem iudicium illud nõ fuit cum Fisco factum, imò Procurator Fiscalis illi non interuenit,qui alijs omnibus fiscalib. causis interuenire consueuerat,& debebat; sed fuit specialis Procurator ad eam causam cõstitutus D.Scipio Stirpius à dicto Serenifs. D. Duce Octauio

199 Farnesio,nulla Ducalis Fisci facta mẽtione.† Vndè intrat quoque decisio tex. in l.3.§. diuus.de iu.fis.de qua in motiuis in vers. præterea etiam. ex quo nec Aduocatus,nec Procurator fisci,nec alia persona fiscalibus negocijs interuenire cõsueta,iudicio illi interfuit,sed specialis tantùm, & extraordinarius procurator vtsup. Et p hoc confutatur responsio motiuo prædicto data, quòd sufficiat aduocati loco, cuius meminit d. §.diuus.interuenire procuratorem fisci per glo. ibi in verb.restituuntur in fi.& Io.de Plat.in l.1. in prin.C.de sen.ad.fis.lat.lib.10.

200 Et quoniam in proposito colorationis, & iustificationis assertæ possessionis D. Alexandri, vim etiam fieri video super authoritate Excelsi tunc Consilij Parmen. qua D.Alphonsus,& D. Alexander se ingressos possessionem profiteãtur, quod pro iusto possidendi colore sufficere asserunt per Rot.decis.13.& 16.de restit.spol.in no. & Mascard.latè conclu.1374. Non est omittendum,quòd idemmet Mascard.in fi. d. concl.sub

201 nu.16.17.& 18.† limitat non procedere vbi eunque probaretur,quòd eo tempore quo agẽs intrauit,etiã iudicis authoritate, alius possidebat; tunc enim non coloratur ista possessio,nec sufficit ad restitutionem obtinẽdam,vt per eũ,cum concord.quæ limitatio casui nostro adaptatur; nam Serenifs.D.Dux ciuiliter,& naturaliter statim secuta morte D.Sfortiæ possedit, vt pluriès dictũ fuit,& sic tempore ingressus prædicti paulò post subsecuti, possidebat.

202 Quinimo cum absq. causæ cognitione, & partis citatione Consilium tunc processerit,eius authoritas non potest operari, quòd Serenifs. D. Dux non potuerit sua propria authoritate ingredi prout antea poterat;nam & cuilibet priuato id licuisset ex traditis per Soc.consi.4.nu.14. 15.lib.3. Paris.consil.1.nu. 35.in 1.& latissimè. Nat.cons.412.in 1.dub.Gabr.de resti.spol.con-

203 clus.1.nu.109.& seq. † Multò magis autẽ Principi directo Domino in casu lineæ finitæ, vt in terminis scribit Bero. consil.45.nu. 19.20.lib.3. & Zas.consi.12.nu.103.in 1.

Sed animaduertatur vlteriùs, quòd nõ est in facto verum Illustrifs. Dominum Alexandrum ingressum fuisse authoritate Excelsi Consilij, quin potiùs ipse cum D. Alphõso eius patre exposuerunt velle,ac posse sua propria authoritate ingredi,& seu iam ingressos fuisse, & propterea nuntium ad euitanda scandala, & nè vis eis

 fieret,

fieret, petierunt, qui ipsos associaret, tam in ingrediendo possessionem, quàm vbi appræhendidissent, & ingressi fuissent, retinendo, & corporaliter insistendo; & obtinuerunt iuxta petita, & in hūc sensum cantat etiam geminata productio facta per procuratorem Illustriss. D. Alexādri per hæc verba. (Item concessio nuntij facta per tunc Excelsum Consilium Parmæ prædicto domino Alexandro pro manutenendo, & defendendo illum in possessione, vel quasi &c.) Non ergo in possessionem missi fuere iudicum autho
204 ritate, sed sua propria ingressi sunt. † Nuncium autem impetrarunt ad effectum tantùm prohibendi violentias, & scandala; & limitata causa, limitatum producit effectum l. in agris limitatis. de acquiren. re. dom.

205 Quinimo supradictę nuncij cōcessioni apposita fuit clausula (finè præiudicio iurium Cameræ, & cuiuslibet tertij) de cuius effectu abundè in respon. toriens citato dixi. nu 231. cum seqq. & quæ actum reddit conditionalem, vt supra retuli ex decis. Cacher. 139. nu. 20. Vndè infertur, quòd quatenus præiudiciū aliquod Ducali Cameræ inferre potuit, pro non facta haberi debet, quia conditio nihil ponit in esse.

206 Sed & subreptitia fuit talis concessio, ex quo narratum fuit possessionem bonorum, & iurium de quibus agitur, continuatam fuisse in dominū Alexandrum, vti filium adoptiuum, & heredem D. Sfortiæ, quod veritati repugnans erat, tum quia nec adoptio fuberat, vt in responso probaui. nu. 222. vsque ad nu. 253. nec hæredis institutio tenebat, vt num. 254. vsque ad nu. 267. Tum quia si vtraque etiam substitisset, finita linea Inuestitorum ciuilis, & naturalis possessio in personam Serenis. D. Ducis cōsolidatæ erant, vt ibidem firmaui sub nu. 11. & supra quoque repetitum est. Ergo ex tali dispositione subreptitia nullus possessorio color, vel iustificatio potest accedere. Anchar. consil. 310. col. fin.

207 Ad id quod nouissimo loco deducebatur de solutione census Florentiolæ per Ducales Ministros acceptata, alijsq. feudalibus seruitijs, vltra quòd nihil inde præiudicij Serenis. D. Duci resultare posset, si assertiones huiusmodi veræ essent, per ea quæ in responso scripsi. num. 267. & 268. cum seqq. & tradita ab Alex. cons. 85. nu. 5. lib. 1. in motiuis citato, Aduertatur secundo loco falsum in facto esse, quòd Agentes Serenis. D. Ducis Alexandri censum aliquem, aliquodvè seruicium feudale receperint. Census enim fuit tantùm oblatus, & depositus, sed à Ducalib. Quæstoribus recusatus, vt ex instrumentis per partem productis liquet; Et nullum quoque feudale seruicium præstitum, oblatumuè: imò nec præstandi occasio fuit. Solutiones autem reparationis, & contributionis factæ Thesaurario Illust. Communitatis Parmæ, in actis productæ, nihil ad rem faciunt, quādoquidem exactiones huiusmodi fiunt absque interuentu Agentium Serenis. D. Ducis, & ad instantiam ipsius Communitatis pro reparādis mænibus Ciuitatis iuxta facultatem ei concessam vsque dum S. R. Ecclesiæ immediatè suberat: Idcirco communitatis, aut eius Thesaurarij factum Serenis. D. Duci nihil nocere potest, & maximè in longinquis partibus de genti, taliumq́. solutionum pœnitus inscio, per iura vulg.

Et ex his, & alijs latè aliàs per me deductis in quarto articulo principali dicti responsi manifestè patere arbitror, absque titulo nedum vero, sed etiam colorato allegatam Domini Alexandri possessionem remanere, nec iustificatā quoquomodo dici posse.

207 Superest nunc quartam principalem quęstionem aggredi, quæ quidem stantibus hucusque deductis superfluā, & infructuosam pœnitus disceptationem continet. Attamen quia Domini exaduersò patrocinantes, pręsupposito, quòd solum, & merum possessorium ageretur, quodque D. Alexandri possessio colorata, seu prima facie iustificata dici posset, pro expedito habent, nō licere Serenis. D. Duci quicquam pro iustificatione possessionis suæ, nec contra assertam possessionem Illustriss. D. Alexandri, & pro eius coloratione producta, ponere, vel probare, vt opinionem hanc erroneam missam faciant, & veritatem amplectātur, pauca in materia notatu digna referā. Et sanè pro absolutione operis, duo responsa cōsumatissimi Crau. allegare sufficeret 900. & 901. per eum redita in causa inter Serenis. Venerorum Dominium, & Serenis. D. Ferrariæ Ducem, in qua ipse vti arbiter motiua primo loco exhibuit contra Serenis. Venetos, de quibus in cons. 901. & demum votum suum decisiuum protulit cum expressione causarum, & solutione omnium exaduersò deductorum, in d. consil. 900. concludens reo neganti spolium, & possessionem suam iustam ostendere cupienti, licitum esse probationes inducere, & Actoris etiam impugnare possessionem, atque iniustam, & nullam demonstrare. Enimuero propter viri authoritatem, causæ grauitatem, iuraque, rationes, & aliorū authoritates ab eo relatas, & iudicium superinde secutum, manus illi vinctas dare deberent.

208 Cæterùm si non acquieuerint, animaduertāt quæso, quòd iuditia claudicare nō debēt, quodque reus, & actor ad imparia iudicari nō debēt contra vulgatos legum terminos, vt ipsemet Crau. ibidem perpendit; quod operatur, vt si actor fuerit ad propriam possessionē probādam, iustificandam, vel colorandam admissus, & rei possessionem impugnandum, idem quoq. reo ex diuersò permissum intelligatur. Benè facit tex. in c. cū inter de excep. & ibi Doct. pręsertim Abb.

Abb.nu.6.Bart. in l.à sententia de appell.Castr. d.consil. 277.nu.4.5.in primo. Rom.consil.449. nu.5. Rot.decis.7.de excep.in anti.Gomes.reg. de trien.q.18.Mandos.super reg.1.de reserua.q. 3.& reg.de non iudi.27.q.14. Boer. latissimè q. 238.nu.5.vers.1.fallit,cũ duabus col.seqq. vbi hanc,post multa,conclusionem firmat,in vers.& sic videtur.Crau.consi.322.nu.1.& fusiùs d.cõs.

209 901.nu.5.6.7.† vbi reo quoq. in hoc magis fauendum probat Mascar.concl. 1377.nu.16.17. Pont.de spol.libr.3.nu.40. vers. possent ramen. Quocirca cũ Illustris.D.Alexã.ad suã prętẽsam possessionem iustificandũ,& colorandum, & nostram impugnãdũ fuerit admissus,vt in actis,nõ dubitandum,quin nostræ quoq. probationes in oppositum recipi debeant,quibus & nostra corroboretur,& aduersarij possessio oppugnetur.

210 Tertiò,considerandum,quòd Doct.in oppositum allegari soliti, loquuntur tantùm in causis spolij,& quidem violenti;& rationem allegant, quia possessio violẽta iustificari non potest,ideò frustrà probationes superinde admitti; & sic in odium spolij prædicti prohibita dicitur discoloratio.Zuccar.in l.fi.nu.146.C.de edi.diui Adria. toll.Benint. decis.53.nu.2. Pute.decis.99. lib.1. sic etiam videmus suspẽsionem petitorij locum non habere nisi in iudicio spolij, ac etiam exceptionem spolij aduersus conuenientem spoliatum opponi non posse, nisi in interdicto vndè vi, vt supra latiùs attingimus in materia dictæ suspensionis; At præsens iuditium non est spolij,vt pluriès dictum,ergo &c.

211 Quartò,si discoloratio generaliter in omni iudicio possessorio esset interdicta (quod certè falsum est)non tamẽ esset prohibita ei qui fundatam habet intentionem de iure cõi,Archid.in c. ordinarij.§.cęterùm,col.2.vers.quod verum intellige.de offi.ordi.in 6.Crau.d.consi.322.nu.1.

212 in fi.Item è conuersò vbicunq.agenti obstat iuris præsumptio; ex quo non sufficit ei titulus coloratus,Mascar.concl.1322.nu.9. & concl. seq. num.12.13.14.datur impugnatio titulorum per eum deductorum; ita argumentatur. Crau. d. consi.322.nu.2. vbi hanc facit consequentiam, titulus nõ sufficit coloratus,ergo eius impugnatio permissa.Ponta d.tract.lib.2.nu.152. Cæterùm pro Serenis. D. Duce militat in hac causa iuris pręsumptio,& contra Illustris.D.Alexandrum ex iam dictis,& repetitis,ergo &c.

213 Quintò,quando de prohibita discoloratione Doctores aliquid tradunt, intelligendi sunt respectu eorum,quę post spolium successerunt,nõ autem eorum,quæ ante præcesserunt; hæc enim rationabiliter deduci,& ꝓbari possũt, licèt subsecuta nec deduci, nec probari queãt,ita notanter distinguendo,cõtraria conciliat Crau.d.cõs. 900.nu.10.11.& 20. Verùm hic tantùm agitur de his probandis, quæ præcesserunt apppræhen-

sionem possessionis antedictæ. Nimirum &c.

214 Sextò,permissa est etiam discoloratio absque difficultate vbicunq. vnà cum titulo discoloratur possessio.Pute.decis.293.in fi.lib.3.Pro quo faciunt supra deducta in materia exceptionis anormalæ ex Castr.d.consi.277.num.4.5.& alijs concord.adductis.At probationes per Serenis. D.Ducem fiendæ sunt eiusdemmodi, vt in discursu positionum paulò ante vidimus. Igitur &c.

215 Septimò & vltimò,si omni alio iure prohibita foret discoloratio, esset tamen iudicis officio permissa,quia potest Iudex de colore, & discolore tituli,pro libito probationes assumere, & si conscientiæ suæ color non satis fecerit, reiicere, & obaudire. Pont.d.tract.lib.2.nu.154.Ex quibus omnib. luce clariùs apparere vr admittẽdas esse positiones antedictas,quãuis asserta D.Aduersarij offuscare, discolorare, aut impugnare, & Serenis. D. Ducis possessionẽ iustificare dicãt.

216 Quibus stantibus, facilè submouentur oĩa in oppositũ adducta. Etenim.c. in literis. de restit. spol.nullo pacto loquitur de discoloratione,sed de canonica institutione,quod respicit merũ petitoriũ,meritò priùs cognosci mãdat de spolio.

Insuper loquitur de spolio violento, vt patet ex litera,ibi(de violentia eiectione) cuius odio suspensa est oĩs petitorij cognitio,vt supra dictũ est; nos autẽ extra hos terminos versamur, vt iã diximus,quia titulũ,& possessionem simul, & semel impugnamus, & de spolio non est motũ iudicium. Item inter priuatos ibi causa agebatur, & sic cessabat præsumptio pro reo,& cõtra actorẽ, quæ in nostra spetie militat per supra dicta.

217 Castren.in consi.253.nu.4.in 1.vltra 9 & ipse loquitur in spolio,& in causa inter priuatos vertente,fatetur opin. nřam rectè procedere vbicũque notoriè constat de non iure spoliati,vel cõtra agẽtẽ ius pręsumit,vt in casu nřo,in quo nedum alterum ex duobus his,sed vtrunq. cõcurrit,vt probauimus; & sic retorquetur Castr. authoritas,quę ex alijs etiam prędictis non officit.

218 Guid.PP.decis.85.nu.2.tractat pariter de interd.recuper.& sic in materia spolij,atque in iudicio inter priuatos, in quo præsumptiones antedictæ contra actorem,& pro reo cessant, solũque impugnationem tituli prohibet,non possessionis simul cum titulo; & cõtrarium etiam admittit quando manifestè constat de non iure petentis restitutionem,& per consequens pro nobis stat,qui de infectione titulorũ ab actore exhibitorũ demõstrare satagimus,ac etiam possessionis eiusdem, & de manifesto eius non iure.

219 Oldra.consi.227.in diuersis longè terminis agit,etenim pręsupponit in primis.nu.2.actorem aliàs adeptum fuisse legitimè possessionem, deindeq. spoliatum, & spolio agere,quorum nullum in themate nostro verificatur;Insuper constare de nullitate actus,ex defectu iurisdictionis

eius,qui ad priuandum possessorem contra Pôtificiam commissionem,absq. causę cognitione, processerat;in casu nostro nulla considerari potest actus nullitas,cui nulla obstitit prohibitio, sed potiùs iuris astitit permissio. Cessabat ibi quoque præsumptio cõtra actorem, & pro reo, quæ hic viget. Nec tractabatur de inficiẽda pos sione simul cum titulo, vt in casu nostro; quoniam execrabilitas per reum ibi opposita possessionem ipsam non inficit,Put.decis. 99.num. 11.12.13.lib.1. Denique pro diuersitate considerari potest, obiectũ illud execrabilitatis grauissimum inferre posse præiudicium; nam nedũ in causa pendenti potest præiudicare, verùm etiam execrabilem repertũ omnibus beneficijs impetratis priuare, & ad impetranda in futurũ inhabilem reddere,vt in extrauag. execrabilis. de præben.& digni.inter communes. Nimirum si in iudicio possessorio summario talis non admittitur quæstio, sed ad petitorium iudicium reseruatur; & hoc apertè sentit ibidem Oldrad. sub num.2. Vbi enim maius est periculum cautiùs est agendum.c. vbi periculum de elec.in 6.

220 Pedem.decis. 116.præsupponit admissas fuisse probationes super vnione opposita contra titulum per actorem deductum,& testes superinde examinatos,vt patet.nu.2.5.& in fi. Sicque pro nostra potiùs,quàm contraria opi.facir. Vltra quòd casus ille diuersos haber terminos à nostris,vt de præceden.dictum est; nam lis erat inter priuatos,vndè cessabat duplex illa pręsumptio totiens allegata, & probationes oblatæ nõ inficiebant possessionem simul cum titulo. Aderat etiam defectus iurisdictionis iudicis in attingendo petitorij materiam,vt ponderat Cacher. sub nu.9.vers.item respondetur,& nu.seq.vers. nec obstanr.qui defectus non est in Perill.Consilio,vt in 1.quæst.latè demonstrauimus.

221 Nat.consi.411.consuluit inter priuatos, Nec loquitur de prohibita discoloratione,sed impugnatione tituli, quam etiam prohibitã tenebat ex defectu iurisdictionis, cum laycus iudex de re spirituali cognoscere non posset; quod ipse perpendit,loquitur etiam in interdicto retinendæ,non recuperandæ, sed in hoc vim non facio prout in alijs differentijs.

222 Dec.consi. 200. loquitur inter priuatos, inter quos cessant præsumptiones antedictæ. Dicitq. solummodo prohibitam impugnationem tituli, non verò possessionis vnà cum titulo. Item pręsupponit incompetentiam iudicis, & in ea vim facit sub nu.2.vers.& ista conclusio.& in fi. Cõsilij,& remedium ibi intentatum erat adipiscendæ, regulatum ad instar edicti Di. Adri. in quo sola apparentia sufficit,& de testamẽti inualiditate nulla admittitur cõtrouersia. vt per eũ latè.

223 Capic.decis.77.Pręsupponit pro constanti actorem possedisse, & spoliatum fuisse, vt ibi in princ. quorum vtrunq. nos negamus vtsupra. Actum ibi fuerat spolio, hic secùs, Lis erat inter priuatos,hic inter Dom. & subditum pro rebus in quibus præsumptiones antedictæ militant,& fuit ibi ratũm denegatus terminus ad impugnãdum priuilegia per actorem producta, vt in fin. verbis,non tamen constat, quòd possessio simul impugnaretur,vt in casu nostro.

224 Put.decis.99.in 1.tractat de spol.inter priuatos,& de impugnatione solius tituli sinè possessionis inficiatione,& in materia execrabilitatis, quę speciales habet rationes vtsupra dictum est. & in paribus terminis procedit eiusdẽ. Put. decis.457.nu.2. saluò quòd non tractat de execrabilitate, & vlteriùs sub nu.3. apertè sentit possidenti præcario non dari interdictum recuperatorium, quod contra Illustrissimum D. Alexandrum facit,ex quo in iurisdictionalibus, & alijs huiuscę generis præcarium præsumitur; vt in superioribus retulimus. Et alia decis.76.eo.lib. causam supponit inter priuatos, & impugnationẽ solius tituli sine possessione, quod merum petitorium concernebat, vt expressim concludit.

Et alia rursus eiusdẽ Put.decis.293.in 3.possessionem actoris,& spolium, ac spolij iudicium præsupponit in sui initio, quæ singula in nostra specie deficiunt; & sub num.4.discolorationem fuisse admissam fatetur propter nullitatem acceptationis gratiæ extra tempus acceptatæ; & nu.5.admissos aliàs fuisse articulos ad probandum reseruationem in manibus Papę factam ad fauorem certæ personæ pro discolorando titulo exaduersò producto. Ac concedit deniq. in fin. ver. articulos admitti debere vbicunq. non discolorant solum tit. sed etiam possessionem, & per consequẽs pro opin. nostra manifestè facit.

Quibus stantibus, necessario sequitur admittendas fore Serenis.D. Ducis positiones innumeris ferè rationibus ex supradictis resultantibus,quarum vnaqueque per se sufficeret; simul iunctæ autem multò magis Perillust.& Amplissimi Ducalis Consilij animum ad illas admittendas impellere debent; vt pro iustitia speratur. Laus Deo, Diuæ Virgini,& gloriosis Sãctis Hieronymo,& Francisco.

SVMMARIVM.

1 *Omne agens agit propter finem.*
2 *Opposita iuxta se posita magis elucescũt.*
3 *Veritas aromatum instar quò magis attrita, magis redolet.*
4 *Castra, Arces, & omnia materialia possideri possunt per quemcunq. absq. titulo, & absq.eo,quod Ius commune possidenti resistat.*
Sed distingue vt infra nn.6. cum pluribus seqq.
5 *Castrum dicitur, quod est munitũ murũ, seu vallo.*

6 Cor-

6 *Corporalia, quæ sunt de regalibus, & Principi reservatis, non possunt absq. titulo possideri.*

7 *Idem de his, quæ sunt Iuris publici, remissiuè.*

8 *Nec non de feudis dignitatum, remissiuè.*

9 *Atq. de sacris, & religiosis, licèt corporalibus; & numero 11.*

10 *Corporalia quamplura sunt de Regalibus Principis.*

11 *Publica quæ dicantur, quæ sacra, & quæ sancta?*

12 *Incorporalia quamplura sunt in comertio nostro, & possideri possunt, vel quasi, vt hæreditas, obligatio, vsusfructus, seruitus.*

13 *Ius patronatus licèt incorporale, & annexum spiritualitati, possideri tamen potest seu quasi.*

14 *Castra, Arces, & alia corporalia vnita cum iurisdictione, & alijs regalibus in inuestitura cũ clausula (ita quòd sint vnum corpus) constituunt eorum omnium feudum indiuiduum, & nu. 18.*

15 *Quod propterea non potest diuerso iure censeri, & sic pro parte possideri absq. Principis concessione, & pro parte non.*

16 *Feudales res esse confitens præiudicat hæredi suo, ita vt ab eius confessione resilire nequeat.*

17 *Cum, præpositio habet vim vniendi, si non principaliter, saltem accessoriè.*

18 *Castrum est quoddam vniuersale comprehendens omnia in ipsius inuestitura contenta, siue corporalia, siue incorporalia, & supra nu. 14.*

19 *Castrum diuersimodè accipi potest, ideo ei, qui in verbis dispositionis se fundat, onus incumbit probandi de quo Castro intelligi debeat.*

20 *Mandati fines diligenter sunt custodiendi.*

21 *Executio commissa contra formam commissionis nulla est.*

22 *Clausula (summariè, sinè strepitu, & figura iudicij,) & similes in commissione causæ non operantur quominus spoliatus ante omnia restituatur; Sed vide nu. seq.*

23 *Clausula (sola facti veritate inspecta) operatur, quòd iudex potest cumulare petitorium cum possessorio, in causa spolij, & spoliatum ante omnia minimè restituere, & infra nu. 165.*

24 *Stilus alicuius Tribunalis supremi probatus, attendi debet.*

25 *Riminal. Iun. corrigit seipsum in his quæ dixerat in consi. 30. nu. 4. cum seqq.*

26 *Clausula, (& cui vel quibus dederit) facit feudũ ad quoscunq. hæredes, etiam extraneos, transitorium. Sed vide infra nu. 29.*

27 *Præsens inuestitura feudali, censetur omni iuri, quod in illo feudo habet, renuntiare.*

28 *Historici relati per Menoch. in consil. 378. num. 7. conuincuntur de mendacio per publica documenta antiqua.*

29 *Clausula, (& cui vel quibus dederit) non facit feudum, transitorium ad extraneos, stante decreto (Meminimus) remissiuè.*

30 *Clausula (pro hæredibus, & successoribus quibuscunque) non æquipollet clausulæ, (& cui vel quibus) secundum aliquos.*

31 *Menoch. non refert fideliter, & integrè verba Pauli Tertij in inuestitura Florenzolæ in personam D. Sfortiæ Pallauicini in consi. suo. 378.*

32 *Feudum concessum pro filijs, est ex pacto, & prouidentia, in quo descendentes tantùm admittuntur, etiam si non sint hæredes.*

33 *Et succedunt in infinitum.*

34 *Feudum concessum, pro hæredibus, est merè hæreditarium, ex communi. vide nu. seq.*

35 *Sed in contrarium stat alia communis, præsupponens intelligi debere de hæredibus sanguinis.*

36 *Feudũ concessum (pro filijs, & hæredibus) est mixtum, ita quòd non sufficit quem esse filium, nisi sit hæres, nec hæredem, nisi sit filius.*

37 *Si verò concessum sit (pro filijs hæredibus) absque copula, dubium est an sit mixtum? Sed verior est affirmatiua opi.*

38 *Punctus stat loco copulæ.*

39 *Feudum (pro hæredibus masculis) mixtum est, ex communi.*

40 *Quod tamen ex pacto, & prouidentia tantùm esse, aliqui defendunt.*

41 *Feudum (pro hæredibus legitimis) est ex pacto, & prouidentia.*

42 *Vel saltem mixtum.*

43 *Successor in materia feudali intelligitur de successore sanguinis.*

44 *Feudũ (pro hæredibus, & successoribus) est mixtũ.*

45 *Feudum concessum (pro hæredibus, & successoribus quibuscunq.) transit ad extraneos, secundùm vnam opin. Sed vide nu seq.*

46 *Permulti tamen contrariam tenent opi. & veriorem affirmant.*

47 *Menoch. sibi contrarius.*

48 *Dictio (quibuscunq.) & similes vniuersales, non operantur, quòd personæ aliàs inhabiles ad feudũ admittantur, quando possunt alium effectum operari, etiam minimum.*

49 *Dictio (quibuscunq.) in concessione facta (pro hæredibus, et successoribus quibuscunq.) operari potest, vt Vassallus possit vni ex vocatis, cui voluerit, feudum relinquere.*

50 *Item, quòd id facere possit absq. vlteriori directi Domini licentia.*

51 *Item, quòd comprehendantur in inuestitura, nedum hæredes veri, & proprij, sed etiam bonorum possessores de iure prætorio.*

52 *Item, quòd comprehendantur filij, quibus hæreditas per fideicommissum restituitur, qui aliàs non venirent.*

53 *Item, quòd comprehendatur hæres institutus in re certa, qui aliàs ad feudum non admitteretur.*

54 *Item, filij naturales tantùm, qui aliàs excludũtur.*

55 *Item, filij legitimati. qui aliàs repelluntur.*

56 *Item, quòd veniant omnes vocati in infinitum, nulla habita gradus ratione.*

57 *Feudorum successio ad septimum gradum restricta*

stricta est in certis casibus.

58 Feudorum materia stricta, & ideo ab eorum regulis minus discedendum quàm sit possibile.

59 Feudum concessum (pro filijs hæredibus, & successoribus quibuscunq;) non admittit nisi filios, & descendentes.

60 Inuestitura continent aliquod verbum denotans sanguinem, participat semper de pacto, & prouidentia.

61 Inuestitura facta (pro hæredibus legitimè descendentibus quibuscunq.) non comprahendit nisi legitimè descendentes.

62 Præcedentia limitant, & restringunt potiùs sequentia, quàm è contra.

63 Inuestituræ pars vna, aliam declarat.

64 Inuestituræ præfatio mentem concedentis in tota dispositione indicat.

65 Inuestitura feudalis sic interpratanda est, vt repugnantiam, aut correctionem nullam cõtineat.

66 Inuestitura feudalis confirmans præcedentem, nõ dicitur feudum nouum inducere, sed antiquum confirmare.

67 Feudo in antiquo descendentes in infinitum vocantur ex tenore Inuestituræ.

68 Feudum antiquum esse, & alienari posse in extraneos, repugnant, ideo per dictionem (quibuscũq.) non efficitur alienabile.

69 Benefacere sanguine coniunctis magìs conuenit, quàm alienis.

70 Princeps vtens liberalitate erga personas sibi cõiunctas, debitum naturale persoluit.

71 Inuestitura facta marito per coniunctum vxori, censetur huius contemplatione emanasse, & per consequens descendentes tantùm ab ipsis admittit coniugatis.

72 Absurdum est extraneum descendentibus inuestiti anteponere, ideo vitandum.

73 Inuestitura feudalis interpratanda secundùm leges Municipales; cum quibus contrahentes concordare voluisse præsumuntur.

74 Contrahentes regulariter cum iure statutario, & consuetudinario cõfirmare voluisse præsumũtur.

75 Inuestitura feudalis interpratari debet secũdùm decretum (Meminimus) in locis vbi tale Decretũ viget; non obstante quòd pro quibuscunq. hæredibus facta sit, & per consequens ad solos descendentes masculos transit feudum, qui tamen sint hæredes.

76 Idem dicitur de Decreto Dominicali in partibus Pedemontium vigente.

77 Decretum (Meminimus) requirit specialem, & indiuiduam derogationem, vt locum non habeat.

78 Feudum mixtum requirit qualitatem filiationis, & hæredis.

79 Feudum mixtum retinet in omnibus naturam feudi ex pacto, & prouidentia hoc excepto, quòd debet etiam esse hæres descendens.

80 Nec sufficit, quòd sit hæres institutus, nisi institutio de eo facta, valeat, & teneat. remissiuè.

81 Spoliatus iuribus incorporalibus ita restituendus est, sicut spoliatus corporalibus.

82 Rot. tamen Rom. secùs quandoq. sentit.

83 Item non procedit in his, quæ sunt de regalibus, & quæ sinè Principis concessione haberi non possunt.

84 Spoliatus non restituitur, quando fuit à Principe spoliatus, & præsumptio stat pro ipso Principe, & contra spoliatum, qui propterea cogitur de titulo docere.

85 Spolium violentum committere dicitur denegans pensionem, vel annuam aliam præstationem solui consuetam.

86 Spolij violenti odio prohibetur spolians regulariter attingere petitorium.

87 Feudatarius non potest contra dominum intentare iudicium spolij, quod sigillat famam; remissiuè.

88 Spoliatus non restituitur quando notoriè constat de non iure ipsius, remissiuè.

89 Acta post conclusionem in causa notoriè probant, & infra nu. 468. & 474.

90 Interdictum restitutorium datur possidenti præcariò, contra tertium, non contra eum à quo præcario possidet.

91 Iurisdictio præcaria præsumitur, nisi contrarium probetur.

92 Præcarium concedens, potest propria authoritate recuperare possessionem ante motum iudicium.

93 Restitutorio iudicio agens ad restitutionem iurisdictionis, tenetur docere de titulo; remissiuè.

94 Spoliatus iurisdictione, vel alio iure incorporali, non tenetur docere de titulo vero, sed tantùm colorato, secundùm aliquos, sed vide infra vsque ad num. 125.

95 A Beneficialibus ad Iurisdictionalia arguitur.

96 Spoliatus in beneficialibus, non habet necesse probare titulum, sed tantùm iustificare, vel colorare possessionem suam cum titulo; quod limita vt infra nu. 109. & seq & nu. 113.

97 Spoliatus etiam à Principe, iurisdictione, restituitur, non docto de titulo secundùm aliquos. Sed vide infra nu. 102. 103. 126. 130. cum seqq. & nu. 139. cum pluribus seqq.

98 Idem in materia c. ad decimas. de restit. spol. in 6.

99 Et in causa possessoria matrimoniali limita vt infra num. 118.

100 Atque in interdictis, de quibus in l. 2. §. quædam de interd.

101 Nec non in spiritualibus.

102 Spoliatus à Duce Mediolani Castro Casalis maioris fuit restitutus.

103 Spoliatus à Principe, cui ius commune assistit, & resistit actori, non restituitur, remissiuè, & infra nu. 107. 108.

104 Bal. in cõs. 309. lib. 3. declaratur, et in l. 2. q. 11. C. de serui. & aq. atq. Aret. in §. æque iusti. de actio.

105 Excipere de iure tertij non licet, quando non est exclusiuum ipso iure iuris agentis.

106 *Decretum Mediolani (Prouidere volentes) operatur, quòd nedum Ciuilis, & naturalis possessio, verùm etiam detentatio transit in fiscum, rerum ad Principem spectaneium.*

107 *Abb. in c. ex parte num. 19. & 22. de resti. spol. declaratur.*

108 *Spoliatus non restituitur quando ex notorietate facti, vel confessionis ius commune facit contra petentem, & pro reo.*

109 *Spoliatus in beneficialibus tenetur verum titulũ probare, quando contra eum, & pro reo militat iuris præsumptio, remissiuè.*

110 *Idem quando Rector beneficij non agit administratorio nomine, sed tanquam Dominus Ecclesiæ suæ, remissiuè.*

111 *Abb. in c. in literis nu. 12. de resti spol. declaratur.*

112 *Decis. Cacher. 116. declaratur.*

113 *Notorius defectus proprietatis impedit restitutionem, etiam in beneficialibus, et quando constat de non titulo.*

114 *Contardus sibi contrarius.*

115 *Bossi. in ti. de princ. nu. 254. declaratur.*

116 *Cap. decis. 116. declaratur.*

117 *Bellam. decis. 99. impugnatur.*

118 *Spoliatus in causa matrimoniali non restituitur, stante notorietate impedimenti, si de dispensatione sedis Apostolicæ plenè non docuerit.*

119 *Guid. Pap. decis. 85. declaratur.*

120 *Alcia. in consi. 378. aliàs 28. lib. 6. declaratur.*

121 *Res iudicata pro veritate habetur.*

122 *Et facit de indebito debitum.*

123 *Habetq́; executionem paratam.*

124 *Et præsumptionem iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium.*

125 *Castri possessione capta, censetur etiam capta regalium, & iurisdictionis ei cohærentis, & cũ eius territorio.*

126 *Spoliatus feudo restituitur nõ docto de titulo, Sed distingue, vt num. seq.*

127 *Marius Frec. in trac. de subfeu. lib. 3. differ. 46. declaratur.*

128 *Feudum consistere potest in qualibet re immobili; ac etiam in annuo redditu.*

129 *Dignitas Marchionatus à Principe tantùm potest conferri, remissiuè.*

130 *Vassallus spoliatus feudo à domino malo modo, id est absque ordine iudiciario, restitui debet, etiam non docto de titulo.*

131 *C. 1. §. si verò de mili. vassa. qui contum. est, verus intellectus, vsque ad nu. 137.*

132 *Vassallus ob culpam nõ potest à domino deijci, nisi conuicta culpa, & sententia secuta. & est cõis.*

133 *Linea Vassalli finita, potest dominus propria authoritate feudi possessionem ingredi, & infra nu. 151. & latiùs nu. 210. vsque ad nu. 228.*

134 *Idem si post commissam culpam decesserit postea vassallus sinè descendentibus.*

135 *Lex intelligi debet secũdũ rub. sub qua situata est.*

136 *C. 1. §. si verò de mili. vassa. qui contum. est, loquitur retento themate præcedenti.*

137 *Præpos. in c. 1. de contro. inuest. inter vass. & Episcopum, non rectè interpræatur eum tex. in rem. recuperandæ loqui.*

138 *C. 1. de contro. inuest. inter vass. et episc. in quibus terminis procedat?*

139 *Episcopus contra vassallum suum non habet fundatam intentionem respectu iurisdictionis, & regalium, prout Princeps secularis.*

140 *Isern. in c. Imperialem §. illud quoque num. 70. & 71. de quibus feudis, in quo iudicio, & inter quas personas loquatur?*

141 *Afflict. ibidem nu. 45. & seqq. in eadem materia, declaratur.*

142 *Princeps delegans Commissarium ad dandum possessionem alicui, intelligitur mandare, quòd iuris ordine seruato procedat.*

143 *Afflict. in decis. 35. nu. 40. loquens de restitutione vassalli spoliati absq. exhibitione tituli, quomodo intelligi debeat?*

144 *Bossi. in ti. de Princ. nume. 236. quomodo intelligi debeat?*

145 *Afflict. in constit. violentias n. 53. 54. declaratur.*

146 *Cum. super riti. mag. cur. c. 38. n. 264. declaratur.*

147 *Exceptio dolo facis petere, quod restituturus es, nõ habet locum in remedio recuperandæ, licèt in petitorio, & in alijs possessorijs secus sit.*

148 *Quod tamen restringitur ad interdictum vndè vi, quia in alijs restitutorijs iudicijs, exceptio p̃dicta procedit.*

149 *Ac etiam vbicumq. mixta est causa proprietatis, & possessionis, aut notoriè constat de non iure actoris, vel quando tractatur de rebus, quæ authoritate tantùm superioris possunt possideri.*

150 *Præpos. in c. 2 col. vlt. vers. sed hæc lectio. et Laud. nu. 5. in ti. si de feud. suc. contro. inter dominum, & agna. declarantur.*

151 *Linea finita, directus dominus licitè possessionem feudi ingreditur propria authoritate, nec restituere cogitur, nisi actor de bono iure in proprietate doceat, remissiuè, & suprà nu. 133.*

152 *Sequestrata possessione, non agit restitutorio iudicio, qui antea detinebat. remissiuè.*

153 *Spoliatus non restituitur, quando de castro munito, vel fortalitio difficilis recuperationis agitur. remissiuè.*

154 *Consentiens spolio, etiam coactè, non restituitur, nisi priùs actum rescindat per actionẽ, quod metus causa, vel de proprietate doceat, remissiuè.*

155 *Spoliatus duo extrema probare tenetur, possessionem suam tempore spolij, & possessionem rei tempore moti iudicij cum seqq.*

156 *Priuatio præsupponit habitum.*

157 *Duo insolidum possidere nequeunt.*

158 *Possessione ciuili, & naturali carens, est occupator, & non restituitur aduersùs dominum.*

159 *Præsertim in materia feudali.*

160 Pos-

60 Possessionem vitiosam non tuetur Prætor.
61 Agens super nullitate, vel iniustitia possessionis adepta per aduersarium, petitorium intentat.
162 Petitorium requirit probationem dominij concludentem.
163 Vel quasi dominij in publiciana in rem actione.
164 Princeps potest facta sequestratione possessionis mandare, quòd quicunq. prætendens ius in re sequestrata, compareat ad docendum de iure suo intra certum terminum. remissiuè.
165 Clausula (sola facti veritate inspecta) tribuit facultatem Iudici cumulandi petitorium cum possessorio, remissiuè, & supra nu. 23.
166 Tertius potest in iudicio possessorio, etiam spolij, comparere, & iura sua in petitorio deducere, super quibus iudex cognoscere tenetur.
167 Etiam si ius habeat connexum inseparabiliter cũ iure rei.
168 Cessionarius eadem persona cũ cedẽte reputatur.
169 Spolians aliquem possessione Castri, si pendente iudicio acquirat illud à domino, nõ tenetur restituere. Sed potest de domino superuento opponere.
170 Conductor non potest refricare quæstionem dominij locatori.
171 Fallit tamen, si à vero domino post conductionem emerit, quia restituere non cogitur.
172 Cessionarius sicut ex iure cesso agere potest iudicio spolij, ita quoque in eodem iudicio potest excipere.
173 Persona aliena sæpè quis consequitur, quod ex sua consequi non potest.
174 Personas plures potest quis in aliquo iudicio, vel alio actu, repræsentare.
175 In successione feudorũ prioritas gradus attẽditur.
176 Descendens à radice infecta, & si legitimus sit, nõ tamen ad feudum admittitur. remissiuè.
177 Refutatio, quam facit Vassallus in manibus Domini, non potest ab aliquo agnatorum reuocari, durante refutantis vita, & eius descendentium.
178 Adoptiuus non succedit in feudis.
179 Fallit si fuerit cum consensu directi domini adoptatus.
180 In successionibus prima causa est filiorum, etiam in feudalibus.
181 Cessante causa cessat effectus.
182 Ordo scripturæ attenditur.
183 Ordo litteræ non semper attenditur, sed potiùs ordo intellectus.
184 Ordo litteræ in executione sæpiùs peruertitur.
185 Clausula (sinè præiudicio iurium Cameræ nostræ, & cuiuslibet tertij,) tanquam generalis, & incerta non videtur impedire effectum adoptionis, cui dominus feudi consensum præstitit. Sed contrarium vide infra vsque ad nu. 191.
186 Clausula prædicta non operatur circa expræssa, sed in reliquis. quod declara vt infra nu. 190.
187 Principis dispositio semper intelligitur citra præiudicium iuris tertij. remissiuè. & multo magis si id expræsserit, etiam in genere.
188 Glo in c. pastoralis, de excep. declaratur.
189 Bal. in c. quæ in Ecclesiarum nu. 33. de consti. declaratur.
190 Clausula reseruatiua operatur etiã circa expræssa, quando non importat correctionem præcedentium, remissiuè.
191 Possidens authoritate Iudicis, iustè dicitur possidere.
192 Iustè possidere, & possidere cũ titulo idem sunt.
193 Dominus consentiens vassallo alienanti, perdit ius suum.
194 Dominus dans licentiam testandi de feudo, sibi præiudicat, & vide infra nu. 257.
195 Iudex extra territorium suum iurisdictionẽ exercere non potest.
196 Titulis ad colorandum deductis in possessorio, non est super eorum validitate, vel inualiditate disputandum; Sed contrarium vide infra nume. 198. 236. & 459. cum seqq.
197 Titulus coloratus dicitur licèt ob aliquod vitium non dicatur iustus, vt in collatione facta ab ordinario, cuius manus erãt affecta, & infra nu. 346. sed declara. vt nu. 361. cum pluribus seqq.
198 Titulis ad colorandum deductis per actorem in possessorio, opponi potest per reum, & de eorũ inualiditate doceri, remissiuè, & infra nu. 236. & 461. cum pluribus seqq.
199 Decis. Guid. Pap. 85. declaratur, remissiuè.
200 Rot. decis. 16. de resti. spol. in no. &
201 Rebuf. de mat. pos. q. 43. declaratur.
202 Via fraudibus non est aperienda.
203 Annalis possessio in feudis habet vim præscriptionis; quod declara vt nu. seq.
204 Annalis possessio in feudis non habet vim præscriptionis, nisi pluribus concurrentibus, remissiuè.
205 Scientia iudicis, quòd quis sit in possessione Regalium, sufficit ad colorandum eius possessionem, & eum manutenendum in possessione. Quod tamen declara, vt in seqq.
206 Iudex non impartitur officium suũ nisi petẽtibus.
207 Scientia Præsidis, vel alterius officialis, cui cõmissa est cura vectigalium, quòd quis sit in quasi possessione exigendi vectigalis, sufficit ad inchoandam præscriptionem.
208 Scientia, & patientia eius, contra quem præscribitur, requiritur in præscriptione incorporaliũ.
209 Bart. in l. publicanus, §. in vectigalibus, de public. declaratur.
210 Linea feudatarij finita potest dominus directus propria authoritate possessionem ingredi, & supra nu. 133. & 151. atque infra vsq. ad n. 228.
211 Cui sententiæ videntur aliqui aduersari.
212 Sed tamen à plerisq. laudatur.
213 Veruntamen limitari videtur, vt procedat tantum vbi certum est lineam esse finitam, & superinde nulla cadit dubitatio. Sed contrariũ vide infra nu. 217. vsque ad nu. 221. inclusiuè.

214 Opin.

214 *Opin. de qua sup. num. 110. verè est communis, & optimis fundamentis suffulta. remissiuè.*
215 *Boss. in tit. de princ. nu. 254. declaratur.*
316 *Glo. Paris. in §. 30. nu. 37. declaratur.*
217 *Limitatio de qua supra nu. 113. improbatur.*
218 *Paria sunt, quid ab initio certum esse, & ex post certificari.*
219 *Lex semper est certa de his, quæ sunt in rerum natura; præterquàm in his, quæ pendent à futuro euentu.*
220 *Vassallo mortuo sinè filijs, præsumitur non extare aliquis agnatus ad feudum vocatus.*
221 *Præsumptio iuris est liquidissima probatio, clara veritas, & aperta probatio.*
222 *Lineæ tot à stipite deriuantur, quot filij ab eo procedunt, quasi à centro ad circumferentiā ductæ.*
223 *Lineæ prædictæ quò magis producuntur, eò magis inuicèm distant.*
224 *Consanguinitas vltra quartum gradum, non impedit matrimonium.*
225 *Ratio diuersitatis, quare non liceat directo domino capere possessionem feudi, vassallo cum filijs defuncto, cum tamen liceat capere, eodem cum agnatis mortuo.*
226 *Feuda omnia ad descendentes masculos in infinitum regulariter transeunt, & in ipsos continuatur dominium, & possessio; cum viuentibus parentibus dicantur etiā domini, & possessores dempta administratione, & infra nu. 337.*
227 *Feudorum successio inter transuersales regulariter non datur, ideo fundatam non habent intentionem aduersus dominum, sicut descendentes; sed potiùs fundata est domini intentio aduersus ipsos, quòd non sint ad feudum vocati.*
228 *Fiscus an litiges sinè possessione? in dubium reuocatur, Sed distingue, vt infra vsque ad nu. 235.*
229 *Post litem motam in petitorio contra tertium, absolutum est fiscum sinè possessione litem prosequi debere.*
230 *Agens actione in rem, possessorem aduersarium constituit.*
231 *Fiscus in vitium attentatorum incidere potest, sicut priuatus.*
232 *Fiscus ante litem motam potest tantùm ex iusta causa possessionem propria authoritate capere; post motam verò, vel sinè iusta causa non potest, & ita distinguendo concordantur opin.*
233 *Possessionem qui potest propria authoritate ingredi, si iudicem adit sinè protestatione, non potest vltra tali facultate vti.*
234 *Descriptionem, seu inuentarium facere potest fiscus quando extra possessionem litigat.*
235 *Vassallus cui mouetur quæstio status, de quo statim, & euidenter non probatur, debet interim manere in possessione.*
236 *Tituli producti pro actore in possessorio ad colorandum, possunt à reo multis in casibus, & ad multos effectus impugnari. remissiuè, & supra numero 198. cum seqq.*
237 *Iudex coram quo iudicium possessorium agitatur, si de petitorio, & possessorio cognouerit, super vtroq. pronuntiare debet.*
238 *Quæstio status non dicitur moueri vassallo, quando ipso agente, dominus excipit de eius illegitimitate, vel quòd non probauit se talem, qualem esse oportet. remissiuè.*
239 *Gerens se pro prælato, vel pro sacerdote, talis esse præsumitur.*
240 *Idem de gerente se pro Clerico, vel Canonico.*
241 *Vel pro scholari, vel aliud exercitium faciente.*
242 *Ordo sacer, est incompatibilis cum matrimonio.*
243 *Et habet implicitum votum, constitutione Ecclesiæ non, ducendi vxorem.*
244 *Præsumptio transfert onus probandi in aduersarium.*
245 *Iurisdictio, & Regalia possunt in feudū concedi.*
246 *Sed à solo Principe. remissiuè.*
247 *Præsumitur pro sententia.*
248 *Etiam post appellationem; Sed contrarium vide infra proximè.*
249 *Appellatio suspendit iudicatum.*
250 *Imò perimit iudicatum appellatio.*
251 *Et extinguit etiam omnem præsumptionem, quæ pro sententia vigebat.*
252 *Distinguendo tamen concordantur opiniones istæ, quæ contrariæ videntur.*
253 *Appellatio conseruat appellantis statum, ita vt omnia possit agere, & explicare absq. vllo impedimento, quæ poterat ante sententiam.*
254 *Port. in consi. 502. nu. 31. reprobatur.*
255 *Sententia lata contra feudatarium, non nocet successori non citato, saltem in genere, quando iure proprio, non hæreditario, succedit. remissiuè.*
256 *Sententia lata contra vsufructuarium, non nocet proprietario non citato. remissiuè.*
257 *Princeps in contractibus, vel quasi, tenetur stare factis per Præcessorem. sed vide in seqq.*
258 *Præsertim in dispositione eorum, quæ non sunt de mensa Regni, vel Principatus.*
259 *Et eò magis, quando non multùm læditur Principatus, & nu. 268. vers. 6. & nu. 269. vers. neque curandum. secus si multùm læderetur, vt ibi, & infra nu. 275. 278. 279. vers. Soc. iun.*
260 *Generi per speciem in toto iure derogatur.*
261 *Consi. 10. Ias. lib. 3. in quibus terminis procedat, declaratur, & infra vsq. ad nu. 269.*
262 *Princeps licèt contractus Antecessoris regulariter seruare teneatur, vt supra nu. 257. secus tamen in priuilegijs subditis concessis, cum ratione differentiæ & nu. 269. vers. 8 & seq. & declara. vt infra nu. 270. in fi. & num. 276. vers. vltra quòd & nu. 288.*
263 *Infeudatio ad officium Principis spectat; ideo successorem facilè ligat, & num. 269. vers. 5. num. 277. & seq.*
264 *Castrorum alienatio Principi permissa, vt è manibus*

nibus

nibus hostium recuperentur, & à successore obseruanda.

265 *Infeudatio, & alienatio facta per Antecessorem ligat succedentem iure hæreditario, & nu.266. & 276.vers.item,& num.285.*

266 *Soci.iu.in consi.60.lib.3.& consi.1.nu.69.lib.4. quibus præsuppositis potissimum fundetur ad respondendum, successorem obligari facto Præcessoris,& infra vsque ad nu.270.*

267 *Transactionis fauore tenetur successor seruare factum Antecessoris, quod aliàs non teneretur,& infra nu.276.vers.& in illa.*

267 *Iuramenti fauore,& priuilegio idem.*

269 *Princeps fortiùs obligatur contractibus cum pari celebratis, quàm cum subditis,& nu.seq.*

270 *Princeps obligatur facto antecessoris concedentis illud, quod naturaliter debitum est, vt cursum aquæ ad partes inferiores.*

271 *Loffred.in consi.38.nu.17.& seq. in quibus terminis loquatur,& infra vsque ad 273.inclusiuè.*

272 *Rex potest mutare gesta per Antecessorem, præterquàm in contractibus factis in casibus à iure permissis.*

273 *Successor in principatu non tenetur habere ratã alienationem regalium, etiam modicam, & infra num.275.*

274 *Ofasc.decis.129.nu.10.& seq.in quibus terminis loquatur? & infra vsque ad nu 276.*

275 *Successor in feudo nõ tenetur stare gestis per antecessorem, etiam per viam contractus, quando disponens non est primus acquisitor feudi.*

276 *Successor non obligatur facto antecessoris, quando magnã importat diminutionem iurisdictionis.*

277 *Menoch.in consi.307.in quibus terminis loquatur de alienatione obligante successorem.*

278 *Infeudatio non est alienatio, vt supra 263.*

279 *Concessio facta titulo oneroso, plus obligat successorem, quàm gratiosa,& nu.288.*

280 *Sententia contra feudatarium lata, non præiudicat successori ex pacto,& prouidentia.*

281 *Socin iun.in consi.17.nu.2.3.vol.4.in quibus terminis loquatur de obligatione successoris.*

282 *Atque Gram.vot.28.nu.19.20.*

283 *Priuilegium concessum à Principe propter benemerita,& seruitia, vel quod transiuit in contractum, tenetur successor obseruare,& num. 285. & 288.*

284 *Successor non tenetur seruare factam antecessoris, quando etiam ex post incipit lædere coronã suam,& Regnum, vel statum publicum.*

285 *Decia.consi.75.nu.45.lib.1.in materia prædicta obligandi successorem, in quibus terminis loquatur? & infra vsq. ad nu.289.*

286 *Princeps alienans aliquid, de his, quæ spectant ad supremam iurisdictionem, nõ obligat successorẽ.*

287 *Princeps concedens licentiam simpliciter vasallo transferendi feudum in extraneum, sinè reseruatione aliqua, non retinet directum dominium sed feudum facit allodium; ideo non ligat successorem iure proprio succedentem.*

288 *Priuilegium antecessoris, quod transiuit in cõtractum, et processit ex causa onerosa, et propter ingentia seruitia, & modicam principatus læsionem continet, debet à successore seruari.*

289 *Val.consi.1.nu.51.lib.3.in quibus terminis loquatur in materia prædicta,& nu.seq.*

290 *Infeudatio vnius villæ, vel Castri de magno Ducatu, non est magna diminutio ipsius, nec læsionem immodicam continet.*

291 *Status Pallauicini amplitudo,& prærogatiua.*

292 *Suspensio petitorij fieri potest in quocunque actu ante conclusionem in causa.*

293 *Et operatur, quòd iudex non possit pronuntiare super concernentibus petitorium, sed quoad ea, habeat ligatas manus.*

294 *Etiam in possessorio mixto ad effectum, vt titulus pro colore requiratur.*

295 *Suspensio petitorij locum non habet in possessorio natura mixto, remissiuè.*

296 *Suspensio petitorij non impedit quin reus possit producere iura ad decolorandum titulos ab actore ad colorandum productos, remissiuè.*

297 *Donatio qua non fuit vtrinq. iurata ad formam Decreti Mediolani super indè disponẽtis nulla est.*

298 *Quod tamen Decretum intelligi debet de vera,& propria donatione.*

299 *Statuta,& leges municipales sunt stricti iuris,& strictè interpretanda.*

300 *Renuntiare feudum immediatè successuro, non est donare, nec alienare, sed refutare.*

301 *Refutatio est quædam restrictio iuris refutantis, per quam succedens iure proprio dicitur capere, non de nouo acquirere.*

302 *Refutatio prædicta non requirit consensum domini, nec pro ea soluitur releuium, aut laudemium, quod pro vera alienatione solui deberet.*

303 *Vendens feudum immediatè successuro, non dicitur propriè vendere, sed refutare.*

304 *Refutans feudum immediatè successuro sub quouis titulo, non tenetur seruare formam Decreti prædicti Mediolani, requirentis iuramentum partium in donationibus.*

305 *Relatio fieri debet ad ea, quibus conuenit.*

306 *Princeps donans filio, censetur cuicunque legi obstanti derogare.*

307 *Decretum prædictum non officit, quando donatio ex post reperitur à Principe approbata.*

308 *Leges non ligant Principes legislatores.*

309 *Nisi ex modestia,& vrbanitate sua, ligari velint.*

310 *Sed hoc etiam casu, contraueniendo censentur eis derogare.*

311 *Contrahens expresso nomine dignitatis, censetur vti talis voluisse contrahere, non vti priuatus.*

312 *Princeps actum gerens, censetur vti plenitudine potestatis, si aliter sustineri non potest.*

313 *Lex non ligat extra territorium legislatoris.*

314 *Lex*

314 Lex loci contractus seruanda, non loci originis, vel domicilij contrahenteium.

315 Donatio ob causam, & praesertim filio facta ob matrimonium contrahendum, non requirit formam iuramenti, de qua in dicto Mediolani Decreto.

316 Ablatiui absoluti conditionem faciunt, maximè in contractibus.

317 Clausula (saluo, & reseruato consensu directi, & non aliter) reddit alienationem conditionalem. Sed distingue, vt infra nu 327. cum seqq. et 338. & 340 cum seqq.

318 Item modificat, & restringit actum.

319 Et vbi non inuenit quid modificet, aut restringat, resoluit in nugationem.

320 Et actum pro infecto, & ipso iure nullum reddit; maximè per illa verba, & non aliter, quae dant formam actui.

321 Mens in contractibus praeualet verbis.

322 Quae nedum expressè, sed etiam tacitè potest apparere.

323 Refutatio feudi fieri potest immediatè successuro, absq. alia directi domini licentia, ac etiam eo inuito, & infra nu. 341. & 404.

324 Quinimo, & in alium remotiorem; dummodo sit de comprahensis in inuestitura.

325 Assensus enim directi domini vsq. ab initio interuenire dicitur huiusmodi translationi, & infra num. 337.

326 Sensui quae patent, non indigent probatione, quia ratio naturalis sufficit.

327 Clausula (saluo, & reseruato consensu directi domini, & non aliter) non censetur adiecta actui; nisi quatenus pro eius validitate necessaria sit.

328 Nemo praesumitur eligere viam, per quam impugnari possit actus, quem gerit.

329 Clausula suprascripta apposita dispositioni, quam feudatarius sinè alia domini licentia facere poterat, non vitiat, si nouus assensus non impetretur.

330 Verba conditionalia non important conditionem, vbicunq. de mente in oppositum constat.

331 Solemnitatis inepta attentatio non vitiat actum, quando aliunde robur assumit, quàm ex illa solemnitate.

332 Conditio concernens id, in quo substantia actus consistit, si non adimpleatur vitiat, secus verò si substantiam non concernat.

333 Scriptura vna declarat aliam.

334 Sequentia declarant praecedentia.

335 Scriptura vltima attenditur.

336 Debent tamen scripturae diuersae ad concordiam reduci, quatenus fieri potest.

337 Clausula praedicta interpraetatur de assensu impetrando; ideò cum pro descendentibus sit iam impetratum, non est opus alia impetratione, & vide supra nu. 226. & 325.

338 Clausula praedicta (saluo, & reseruato assensu) censetur apposita ad beneficium tantùm directi domini, ideo non potest alius, de conditionis defectu opponere, quia est ius tertij.

339 Conditione contractus pendente, non possunt partes contrauenire, donec durat spes eius implendae.

340 Clausula ergo praedicta in contractu apposita, nō potest altera partium contrauenire, nisi postquam requisitus fuerit consensus directi domini, & denegatus.

341 Directus dominus requisitus praestare consensum refutationi feudi, negare non potest, & si neget, habetur tamen pro consentiente, & vide supra nu. 323 & infra nu. 404.

342 Clausula praedicta stante, & stante iuramento de non contraueniendo, nulla ratione potest aliqua partium contrauenire.

343 Constitutio. Constitutionem diuae memoriae. in Regno Neap. edita fuit, vt contrahentes reseruato Regio assensu in feudalibus, possint contrauenire ante illum impetratum, quod iure communi prohibitum erat.

344 Gesta per eum, qui Dux, vel Princeps communiter ab omnibus reputabatur, valida sunt, ac si à vero Duce, vel Principe processissent. Sed vide infra num. 348. & 372. cum multis seqq. vbi multis modis limitatur.

345 Et sufficit, quòd talis fuerit naturaliter, licèt ex accidenti impeditus reperiatur.

346 Titulus ab eo habitus, qui dare potest naturaliter, puta ordinario, coloratus dicitur, quamuis ex accidenti sit impeditus, & supra num. 197. quod declara vt infra nu. 361. cum seqq.

347 Indulgentia concessa à Praelato penitus falso, qui tamen reputabatur verus, non minùs operantur ad salutem animarum, quàm si essent concessae à vero.

Vndè infertur ad quaestuarios, qui cum falsis Bullis aliàs extorquebant pecunias, quòd proficerent animabus, ac si Bulla vera fuissent. sed vide infra nu. 371. cum seqq.

348 Communis error ab allegante probari debet in materia l. Barbarius de offi. praesid. & necesse habet probare maiorem partem populi ita tenuisse.

349 Clam factum dici non potest, quod per publicum Instrumentum factum fuit; propter quod omni clandestinitatis vitio, & alia quauis suspitione carere praesumitur.

350 Propinquorum praesentia tollit omnem fraudis suspitionem; & facta Magnorum Principum omnibus nota praesumuntur.

351 Praesupposito cessante, cessat dispositum.

352 L. Barbarius non procedit vbicunq. vnus tractat de lucro, & alter de damno vitando; quia gesta eo casu non tenent in tertij praeiudicium.

353 Nec quando de actu controuertitur inter duos, quorum alter titulum habet verum, alter putatiuum; quia tunc veritas declarata ante completum negotium praefertur opinioni.

354 Neque quando error respicit causam efficientem,

&

& non materialem, ex communi.

355 *Nec quando actus gestus est merè priuatus, & ratione priuati interesse, vt est impetrare rescriptū gratia, vel iustitia.*

356 *Nec quando deficit vnum ex tribus requisitis, quæ sunt, authoritas superioris, publica vtilitas, & communis error.*

357 *Neque vbi sola possessio, vel quasi officij adducitur, deficiente titulo.*

358 *Decis. Gnid. Pap. 175. num. 3. volens emphiteotam soluentem ei qui pro ex actore, seu procuratore domini publicè habebatur, liberari, in quibus terminis procedat? cum duobus seqq.*

359 *Soluens procuratori falso, si vult esse liberatus, tenetur creditori cedere actiones.*

360 *Falsus procurator exigens tenetur soluenti in duplum conditione furtiua.*

361 *Decis. Cassad. 7. & Puth. 26. loquentes de colore resultante ex titulo habito à non habente authoritatē, quomodo, & in quibus terminis procedāt?*

362 *Titulus habitus ab eo qui authoritatem habet, sed ex accidenti tantùm impeditus est, coloratus dicitur, & supra num. 197. & 346. sed vide infra vsque ad nu. 372.*

363 *Habitus autem ab eo, qui in totum priuatus est, vel per renuntiationem abdicauit à se authoritatē, non est coloratus.*

364 *Titulum habens ab eo, qui caret facultate conferendi, intrusus dicitur.*

365 *Intrusus non habet titulum coloratum.*

366 *Ordinarius habens ligatas manus per Decretum Pontificis, vel per inhibitionem executoris, aut aliter, non tribuit titulum coloratum.*

367 *Idem si conferat beneficium reseruatum reseruatione in corpore iuris clausa.*

368 *Titulum coloratum procedere ab eo, qui ex accidenti conferre non potest, habet locum in casu speciali, videlicet in materia regulæ de triennali.*

369 *Bart. in l. si vrbana nu. 4. de condi. indebi. quomodo debeat intelligi?*

370 *Rebuff. de paci. possess. nu. 43. quomodo intelligendus sit?*

371 *Indulgentia cōcessa à Prælato falso, vel Quæstuario habente bullas falsas, non prosunt ad salutem; aduersùs sententiam Aucha. de qua supra nu. 347. Quòd tamen Theologorum decisioni relinquendum.*

372 *Animæ fauore multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur.*

373 *Anima cunctis rebus anteponenda.*

374 *Speciali fauore inductum, non est trahendum ad consequentias.*

375 *Refutatio feudi facta immediatè successuro, cum reseruatione vsusfructus, non valet sine expresso domini consensu, ex sententia Loffred. consi. 3. Sed reprobatur infra nu. 389. cum multis seqq.*

376 *Refutatio feudi immediatè successuro sine assensu domini tenet, si in totum fiat, secus si pro parte tantùm, & nu. 380. Sed contrarium vide infra nu. 401. & 406. cum seqq.*

377 *Loffred. vbi proximè sequitur Camer. & Minad.*

378 *Alienatio feudi prohibita tam in parte, quàm in toto. est.*

379 *Vsusfructus formalis est pars rei in multis.*

380 *Indiuiduitas feudi operatur, quòd refutatio partis non subsistat, licèt totius possit subsistere, Dic vt supra nu. 376.*

381 *Quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui.*

382 *Refutatio feudi in parte tantùm, est præiudicialis domino directo, & in quo? Sed contrarium vide infra nu. 414.*

383 *Feudatarius non potest vsumfructum constituere in re feudali absq. Domini consensu.*

384 *Quod intellige respectu præiudicij ipsius domini, & vocatorum ad feudum, secus respectu ipsius constituentis, ad cuius præiudicium valet actus durante iure suo, idest donec viuit.*

385 *Vsusfructus est seruitus.*

386 *Vasallus potest constituere seruitutem sinè domini assensu, duraturam durante iure suo.*

387 *Emphiteota potest vsumfructum pariter in re emphiteotica duraturum ipsius iure durante, constituere, sinè domini assensu.*

388 *Idem de superficiario, & habente fundum vectigalem.*

389 *Atque de possidente Maioratum.*

390 *Vsufructuarius potest alienare ius suum durante vsufructu; non tamen in præiudicium proprietarij, ad quem vsufructu finito, res pleno iure reuerti debet.*

391 *Vasallus æquiparatur vsufructuario.*

392 *Refutatio feudi facta domino, si sit facta eo præsente, valet absolutè; si verò eo absente, tenet tantùm in præiudicium refutantis, & infra nu. 396.*

393 *Vassallus potest absq. domini consensu subinfeudare, tribus concurrentibus.*

394 *Quæ sub infeudatio non præiudicabit cæteris ad feudum vocatis, qui finito iure subinfeudantis, admittentur secundùm inuestitura formam.*

395 *Subinfeudatus nō habet vtile dominium plenum, sed penes primum vassallum remanet quasi vtile ratione vassallagij, & nu. 397.*

396 *Subinfeudans non desinit esse vassallus prioris domini, quando sinè eius consensu sit subinfeudatio, secus si cum eius consensu fiat; quia omne ius à se abdicat. & vide supra nn. 392.*

397 *Subinfeudans sinè consensu domini retinet dominium vtile superius, & in subuassallū transfert vtile dominium inferius.*

398 *Subinfeudatus, si velit alienare, tenetur requirere consensum vtriusq. domini. Sed in contrariū est communis.*

399 *Subinfeudatione facta vt supra, remanēt penes primum vassallum reliquia, & iura seruitiorum, atque cognitio causarum inter subuassallos.*

400 *Vasallus vassalli mei non est vassallus meus, nec ab eo*

ab eo possum feudalia seruitia petere, quæ debet suo domino immediato, & ego possum ea petere à meo vassallo, quæ præstare poterit cum auxilio sub uassalli.

401 *Alienatio feudi permissa in extraneum, multò magìs in filium.*

402 *Alienatio feudi sinè domini consensu nulla est in præiudicium domini, quò ad agnatos verò reuocatione opus est.*

403 *Constitutum appositum in alienatione feudi facta sinè domini consensu, transfert possessionem in acquirentem, adeo quòd si in possessorio exinde disputetur, debet is manere in possessione, & disputatio ad merita reseruari.*

404 *Vassallus potest facere omnem contractum de feudo cum filio, & supra nu. 323. & 341.*

405 *Vassallus potest rem feudalem ad libellũ concedere agnato vocato in inuestitura, sinè domini cõsensu.*

406 *Vassallus potest medietatem feudi consentiente domino in extraneum alienare, in fratrem verò, vel nepotem vocatos, etiam sinè consensu.*

407 *Cuius conclusionis ratio est, quia non est alienatio, sed quædam quasi refutatio.*

408 *Camerar. error.*

409 *Vassallus alienans totum feudum sinè consensu domini, totum perdit; alienans verò partem, priuatur tantùm parte alienata.*

410 *Vassallus committens feloniam contra vnum ex dominis, priuatur tantùm parte illius domini.*

411 *Vassallus plurium potest refutare partem vnius solius, sinè consensu aliorum.*

412 *Vassallus qui potest totum feudum refutare, potest; et partem tantùm & quidem à multò magìs.*

413 *Argumentum de toto ad partem valet.*

414 *Vassallus habens licentiam alienandi feudum à domino, potest illud duobus, vel pluribus alienare; quia non facit conditionem domini deteriorem, sed meliorem; & hoc ex æquitate recipitur, cõtra id quod supra habetur nu. 382.*

415 *Refutatio feudi est de genere permissorum, licèt alienatio sit de genere probibitorum.*

416 *Alienatio quoq; feudi est de genere permissorum, quantùm sit in præiudicium alienantis, & habentium causam ab eo.*

417 *Feudum iurisdictionale suapte natura indiuiduũ quomodo diuisionem recipiat?*

418 *Vsusfructus in rei veritate non est pars dominij, sed seruitus, vt via, & iter.*

419 *Fundo legato, cuius vsumfructus alienus est, ab hærede tamen petendus est, & quare?*

420 *Vsumfructum stipulans, similis est ei, qui partem fundi stipulatur.*

421 *Simile non est idem.*

422 *Res sua nemini seruit.*

423 *Imò nec res communis.*

424 *Vsusfructus est pars rei per similitudinẽ tantùm.*

425 *Refutatio feudi, cum reseruatione vsusfructus si inualida esset, sustineretur tamen per clausulã (omni meliori modo) vel per Iuramentum habens vim eiusdem clausulæ.*

426 *Refutatio feudi cum reseruatione fructuum indubiè permissa.*

427 *Argumentũ à consequẽti destructo rectè procedit.*

428 *Si de quo magìs videtur inesse, & non inest, nec de quo minùs.*

429 *Euentus tristes non sunt habendi in cõsideratione.*

430 *Refutatio facta filio cum reseruatione vsusfructus, mero iure valet, licèt ope exceptionis agens repelli posset.*

431 *Loffred. cons. 3. est contra communem, tam in Regno Neap. quam extra Regnum.*

432 *Tempus viginti annorum non dicitur de antiquo.*

433 *Tempus propter quod præsumitur consensus in alienatione feudi, non currit, nisi à die scientia.*

434 *Quæ scientia debet esse certa, cũ suis qualitatibus.*

435 *Consensus directi domini alienationi conditionali adhibitus post mortem alienantis feudum, nõ confirmat actum.*

436 *Consensus directi domini in alienatione feudi præsumitur cursu triginta annorum de iure communi; licèt in Regno secus dispositum sit.*

437 *Consensus prædictus facilè præsumitur, cum domini non interest, & nihil ei deperit.*

438 *Et præsumitur quoq; in refutatione; quia dominus dissentire non potest.*

439 *Pater habet vsumfructum in bonis filij, & plenam administrationem, & maiorẽ authoritatẽ, quàm tutor, aut curator.*

440 *Episcopi, & Prælati possunt transigendo dimittere de bonis ecclesiæ.*

441 *Vsufructuarius est quasi dominus, & procurator proprietarij.*

442 *Vsufructuarius non potest instituere, nec dispensare in rebus emphiteoticis, nec feudalibus.*

443 *Vsufructuarius non potest quicquam agere in præiudicium proprietatis.*

444 *Pater vsufructuarius in bonis filij, non tamen habet alienandi facultatem.*

445 *Nec faciendi actum, per quem ad alienationẽ deueniri queat.*

446 *Et multò minùs præiudicare potest in his, quæ proueniunt ex persona maiorum.*

447 *Vassallus, aut emphiteota si cadunt à iure suo, feudum, & emphiteosis vadit ad proprietariũ, nõ ad vsufructuarium; & idem concluditur de feudo reuerso ob finitam lineam.*

448 *Administrator etiam cum libera, habens mandatum à lege, vel ab homine, non potest vti liberalitate de bonis commissis.*

449 *Fallit in administrantibus bona Principum, & Magnatum.*

450 *Sublimitatur tamẽ, vt de minimis tantùm, & de his quæ passim donari solent, & pro vtilitate domini, elargiri possint.*

451 *Solitaq; donari in hac materia intelliguntur, q̃ sæpè, & sepiùs donata fuere, non quæ rarissimè.*

452 *Castrum cum homagio, fidelitate hominum, facultate gratias faciendi, & pœnas commutandi, & alijs regalibus, qua sunt de reseruatis Principi nō est de solitis, & consuetis donari à Principibus. Ideò administrator illud donare non potest.*
453 *Vsusfructus non debetur patri in bonis feudalibus secundùm aliquos; alij tamen contra sentiunt.*
454 *Prima tamen opin. prævalet quādo feudum à Principe prouenit.*
455 *Et quando feudum habet dignitatem personæ feudatarij cohærentem.*
456 *Vsufructu patris cessante in bonis filij, cessat eorum dem administratio.*
457 *Gubernare nil aliud est, quàm regere.*
458 *Dignitas post depositam administrationem durare potest.*
459 *Parentibus debetur reuerentia iure naturæ.*
460 *Titulus ab actore productus ad colorandum possessorium, an, & quando impugnari queat? & supra nu. 196. 198. 236. & infra vsq; ad nu. 466.*
461 *Notorium contra agentem spolio ex quibus probari dicatur?*
462 *Puth. decis. 76. lib. 2. & 293. in 3. in quibus terminis procedat, declaratur?*
463 *Decoloratio admittitur vbi de probationibus factis agitur; quicquid sit de faciendis.*
464 *Decoloratio indubiè admittitur quando probationes feriunt, nedum petitorium, sed etiam possessorium, remissiuè.*
465 *Notorius defectus iuris agentis spolio, si eum nō exclusferit, iuncto tamen iure rei conuenti, debet excludere; quia duo vincula magis stringunt.*
466 *Princeps habet fundatam intentionem in statu suo, quòd nullus possit exercere iurisdictionem, nec possidere regalia, sinè eius concessione, remissiuè.*
467 *Notorium ius Ducalis Cameræ in proposita specie probatur ex facto;*
468 *Ex partis confessione;*
469 *Ex probationibus in iudicio factis, & supra num. 89 & infra. nu. 474.*
470 *Ex iuris præsumptione.*
471 *Rot. decis. 16. de restit spol. in nou. in quibus terminis procedat?*
472 *Exceptio quæ in indicio spolij agentem repellit, multò magis repellet in alio iudicio possessorio.*
473 *Dubietas obiecta notorio, si de facili tolli non potest, vt nebula in aere, illud offuscat.*
474 *Notorium si per negationem in dubium reuocetur, possunt probationes statim induci ad eius confirmationem.*
475 *Notorium resultans ex instrumentis publicis, & actis, non offuscatur, nec læditur per simplicem negationem, nec per disputationem super eis introductam.*

Prò Serenissimo Raynutio Farnesio Parmæ, & Placentiæ Duce,

In causa Pallauicini Status.

EPITHOME.

Absoluto processu arduæ causæ, Pallauicini status nuncupatæ, discussisq; partium iuribus in Excelso Consilio per plures annos, fuerunt ab eo tandem quamplurima dubia vtriq; collitigātium exhibita. Illis autem, quæ Ducalis Cameræ intentioni obiecta non minùs scitè, quàm elegāter, fuere, responsiones in sequenti tertio responso, singulatim allatæ sunt. Cumq; ab vtraq; parte multa Excellentissimorum Iurisconsultorū consilia, ac etiam Vniuersitatum emanauerint, excelsus ille ordo, omnibus exactissimè libratis, ponderatis, & trutinatis diutissimè, suam demum sententiam protulit, declarando possessionē per Ducalem Cameram legitimè fuisse captam ex ordine Serenis. Ducis Alexandri, cuius procuratorem dominum litis effectum à petitis absoluit, reseruatis in reliquis iuribus partium.

DVBIORVM
PERILL. DVCALIS CONSILII SERIES,
Cum solutionibus vnicuiq; adhibitis.

Primum Dubium.

VTrùm Castra, Arces, Palatia, & cætera materialia, de quibus in præsenti lite agitur, eodem iure censeātur cum incorporalibus, quoad hoc, vt sinè titulo possideri nequeant?

Secundum Dubium.

Vtrùm Serenis. Dux Alexander, prędictorum etiam respectu, mandatum dederit de appręhendendo, vt de incorporalibus?

Tertium Dubium.

Vtrùm clausula (sinè figura iudicij, ac sola facti veritate inspecta) tribuat facultatem cumulandi petitorium cum possessorio?

Quartum Dubium.

Vtrùm inuestitura feudalis Terræ Florenzolæ cum iurisdictione, & regalibus, facta per Sāctissimum Paulum Tertium Illustris. D. Sfortiæ Pallauicino, compræhendat hæredes extraneos?

Quintum Dubium.

Vtrùm in incorporalibus, qualia sunt iurisdictionalia, & regalia, restituatur spoliatus indistinctè non docto de titulo? De materia etiam vide in 6. 7. & 19. dub.

Sextum

Sextum Dubium.

Vtrùm in iurisdictionalibus,& regalibus detur restitutio,si simpliciter fuerit possessio, vel quasi colorata, absq; veri tituli probatione?

Septimum Dubium.

Vtrùm in feudis habentibus iurisdictionem,& dignitatem annexam, detur restitutio absq; probatione veri tituli?

Octauum Dubium.

Vtrùm directus Dominus possit feudi possessionem ob culpam Vassalli,vel extinctam lineã, ingredi propria authoritate? Et hic agitur de vero intellectu c.primi, §. si verò de Milite vassall. qui contumax est, & de materia tractatur quoque dub. 16.

Nonum Dubium.

Vtrùm exceptio (dolo facis)locum habeat in remedio recuperandæ,& quando?

Decimum Dubium.

Vtrùm adoptio Illustriss.D. Alexandri facta p Illustriss. D. Sfortiam ad feuda, valuerit ? & an pro titulo colorato sufficiat?

Vndecimum Dubium.

Super interpretatione clausulæ (sinè præiudicio iurium Cameræ nostræ,& cuiuslibet tertij)

Duodecimum Dubium.

Vtrùm assistentia per Excelsum Cõsilium Parmen.concessa D. Alexandro,& D.Alphonso patri ad ingrediendam, seu continuandam tenutam bonorum,& iurium de quibus agitur, vel licentia testandi data Domino Sfortiæ per Serenifs.Ducem Octauium, sufficiant pro vero titulo? vel saltem pro colore?

Decimum tertium Dubium.

Titulus qualis esse debeat, & à quo proficisci, vt pro colore possessionis sufficiat, vbi color requiritur?

Decimum quartum Dubium.

Vtrùm annalis possessio feudorum, vel biennalis, dicat ex se colorata aduersùs Dñm directũ?

Decimum quintum Dubium.

Vtrùm scientia Præsidis,vel alicuius Iudicis supremi,quòd quis sit in possessione regalium, tribuat iustum colorem ipsi possessioni?

Decimum sextum Dubium.

Vtrùm finita linea vassalli defuncti,possit Dominus propria authoritate feudum apprehendere? De quo etiam tangitur in 8. dub.

Et an requiratur, quòd in primis,& ante omnia constet de extinctione ipsius lineæ? vel potiùs sufficiat exinde verificari, & certificari quod in rerum natura certum erat?

Decimum septimum Dubium.

Vtrùm fiscus sinè possessione litiget? & in quibus casibus?

Decimum octauum Dubium.

An, & ad quos fines potuerint per procuratorẽ Serenissimæ Ducalis Cameræ impugnari tituli D.Alexandri Actoris?

Et an quæstio status eidem mota dicatur? & qs effectus ex quæstione status ipsius resultet?

Decimum nonum Dubium.

An iurisdictio, & regalia in feudum concessa, absq; titulo à Principe habito possideri queãt? Et de materia habetur etiam in 6. dubio cum duob.seqq.

Vigesimum Dubium.

Vtrùm sententia aliàs lata pro D. Sfortia contra D.Ducem Octauium prosit in aliquo D.Alexandro Actori? & an in aliquo nocere potuerit Serenissimo Reo conuento?

Item an post interpositam appellationem per hunc à dicta sententia, remanserit eius effectus suspensus, vel extinctus? & quo ad quid?

Vigesimum primum Dubium.

Vtrùm Princeps teneatur stare cõtractibus,vel quasi sui antecessoris? & quibus?

Vigesimum secundum Dubium.

Vtrùm pro parte Actoris suspensio petitorij in iudicio fieri potuerit? ita quòd donationis,& refutationis huius status aliàs factæ per Serenifs. D.Ducem Octauium Serenifs.Principi Alexandro filio vnico, per Ducalem Cameram productæ, nulla ratio habenda sit, vti petitoriũ ipsum respicientis?

Vigesimum tertium Dubium.

Vtrùm donatio, & refutatio prædicta efficax, & valida fuerit non seruata forma decreti Mediolanen.in hoc etiam statu vigẽtis, quo partes iurare tenentur donationem veram,& nõ fictã?

Vigesimum quartum Dubium.

Vtrùm donatio, & refutatio prædicta habens clausulam(accedente consensu directi Domini, & non aliter) ex quo consensus ipse nõ fuit postea impetratus, nulla censeatur,& inualida?

Vigesimum quintum Dubium.

Vtrùm dicta donatio,& refutatio effectu carere debeat, ex eo,quòd post eã D.Dux Octauius pro vero Duce adhuc se gesserit,& communiter reputatus fuerit?

Vigesimum sextum Dubium.

Vtrùm donatio, & refutatio prædicta facta cũ vsusfructus reseruatione,valuerit, & tenuerit?

Vigesimum septimum Dubium.

Vtrùm directi Domini consensus eidem donationi,& refutationi accessisse præsumatur ex aliquo cursu temporis post eam fluxi?

Vigesimum octauum Dubium.

Vtrùm reseruatio supradicta vsusfructus, administrationis,gubernij,& dignitatis,operentur saltẽm, vt disposita per D. Ducem Octauium in in præiudicium filij de iure subsistant?

Vigesimum nonum Dubium.

Vtrùm per dictam donationem,& refutationẽ titul⁹ Domini Actoris(si quis coloratus dici possit exhibitus) fuerit decoloratus? Et an de no-

torio iure Ducalis Cameræ in proposito themate constare dici possit? & quibus medijs?

Tigesimum dubium.

Vtrùm notorium per simplicem negationem, offuscari possit? & an negatum comprobari?

RESPONSVM III.

SI vt Philosophus asserit secundo Phi-
sicorum, quem retulit Soc. iun. Præce
ptor meus cons. 24. num. 11. volu. 1.
1 † omne agēs agit propter finem, inu
tilis quippè est agentis operatio, si vsq; ad illius
compræhensionem non perseueret. Quocirca
cum ego iam annis elapsis semel, atq; iterū pro
Serenis. Ducali Camera Parmæ, & Placentiæ
in famigerata causa Pallauicini status coràm Ex
cellentis. Consilio Serenis. ac sapiētissimi Prin
cipis D. Rainutij Farnesij Parmæ, & Placentiæ
Ducis IIII. iamdudum pendente, pro verita-
te, & iustitia respondiderim, licèt optimum ip-
sius Cameræ adeo clarè, & dilucidè tunc denu-
dasse mihi persuadeam, vt futurum iudicium iu-
xta eius rationabile votum sperandum sit; Ni-
hilominus cum actionis meæ finem nondum as-
secutus sim, Imò verò obices numero triginta
nuper ab ipso Perillust. Consilio emerserint, sci-
tè quidem, & acutè, quibus Illustris. Pallauici-
ni aduersarij iura nostris forsan præponderare
prima fronte videri queant, operæ precium
duxi, nè frustra, & incassum aliàs laborasse di-
car, aut obiectorum fortè vi perterritū me hoc
tempore quisq; arbitretur, Tertiò nunc cala-
mum assumere, argumenta contraria adamus-
sim confutare, & iustitiam causæ apertiùs quoq;
ob oculos ponere.

Cæterùm, quia quicquid in vtroq; responso
dixi superfluum foret repetere, & totum quoq;
reticere haud conducit; cum permulta tractan-
da veniant iam tractata, & examinata, id curan-
dum statuo, vt quæ sinè detrimento mitti pote-
runt, non repetantur, quæq; repetenda erunt,
breuiusculè, vel relatiuè tantùm interserantur,
cæterisq; nuper explicandis contexantur locis
opportunis; Nec elaborandum est circa facti
speciem, quæ tum ex narratis in priori respon-
so, tum ex actis, & processibus typis æditis
planè elucet.

Singula igitur obiecta perspicuè refellere mei
erit instituti, quò Perillust. & Excelsi Patres suū
alacriùs iudicium iam tandem proferant; con-
trouersiamq; octennalem, iustitia mediante, di-
rimant; & nè quicquam intactum ommisisse vi-
deri queam; vnumquodq; obiectum ad literam
priùs referre, solutionemq; mox subdere lubet;
2 † sic enim opposita iuxta se posita magis eluce-
scent; teste Philosopho in 2. de Cœlo, & mūdo,
cuius dictum nostrates quoq; persæpe vsurpāt;
atq; exornant; præsertim Neuiz. in sua sylua nu
3 pt. in prin. num. 78. † & veritas etiam aromatū
instar, quò magis attrita, magis redolebit, teste
Castren. in cons. 23. soler aromatum in princip.
lib. 1. in nou.

PRIMVM DVBIVM.

*Contra Serenis. Ducalem Cameram plura obsta-
re videntur, per quæ videtur dicendum Illustris.
D. Alexandrum Pallauicinum reintegrandum ad
possessionem locorum Buxeti, Curtismaioris, Floren
zola, & aliorum locorū iuxta per eum petita, absq;
ostensione alicuius tituli.*

4 *Et in primis quia, quod attinet ad bona corpora-
lia, res ipsa non videtur habere difficultatem, pro
vt sunt Castra, Arces, & cætera corpora materia-
lia, quæ probantur possessa fuisse per dictum D. A-
lexandrum, quia illa nullam habent iuris resisten-
tiam, quin possint possideri per quemcunq;, vt cæ-
tera corpora materialia l. possideri in princip. ff. de
acquir. possess. & signanter probat Gemin. cons. 14.
5 nu. 5. † & dicuntur loca illa esse, quæ sunt munita
muris, seu vallo Bart. in tract. qui sunt rebell. in
verbo Lombardia num. 4. Bal. in c. 1. §. in generali
num. 4 si de feud sit contr. inter dom. & agnat. &
probat. etiam Bar. in l. Celsus. §. si viam in fi. vers.
sed quæro pone aliquis nobilis habens Iurisdictionē
in Castro meo, ff. de vsucap. Boss. tit. de Principe nu
me. 238. & latiùs D. Petra in tract. de fideicomm.
q. 13. nu. 393. & plur. seqq.*

SOLVTIO.

6 Tex. in d. l. 3. in princ. cum concord. probat qui
dem corporalia, & materialia possideri posse, &
propriè etiam, ad differentiam incorporalium,
quæ tantummodo quasi possidentur, sed nō pro
bat, quòd aliqua ex eis non possint habere iuris
resistentiā. Nā quòd ius resistat possessori alieu-
ius rei, non dependet ab eius corporalitate, vel
incorporalitate (vt hoc vtar vocabulo) sed aliun
de prouenit; vt quia sit de reseruatis Principi.
quæ sinè expræssa ipsius voluntate possideri ne-
queant, vt sunt regalia omnia, c. 1. vbi Bal. Affli.
* & cæteri omnes* in tit. quæ sint rega. Boss. latè in
tit. de regal. Rolan. cons. 4. nu. 45. & 48. lib. 3. &
latiùs dixi in 1. meo respon. in hac causa edito.
nu. 78. & 80. cum seqq. & in 2. respon. num. 71.
7 vsq; ad nu. 85. † vbi idem dicebam, & probabā
8 de omnibus alijs, quæ sunt iuris publici, † & de
feudis dignitatum in 1. respon. num. 83. & in 2.
9 nu. 82. † & de sacris etiam, religiosisq;, & sanctis,
10 licèt ex his omnibus permulta sint corporalia, †
pro vt inter regalia, viæ publicæ, flumina, atgen
tariæ, palatia Principū, & iuridicundo destinata.
bona vacantia. thesauri, & alia de quibus in d. c.
11 1. & locis præcitatis. † & inter publica loca con-
numerantur stadia, fora, theatra, & his similia l.
in tantùm §. vniuersitatis ff. de re. diui. inter sa-
cra Ecclesiæ, & alia Deo dicata l. sacra ff. eo. & in
ter sancta muri Ciuitatum, vt in ca. l. sacra §. fi.

12 Econ-

12 Econuersò autem corporalia quamplura sūt, quæ cadunt in commercio nostro, vt hæreditas, obligatio, vsusfructus, seruitus, de quibus in l. 1. §. vlt. eod. titu. de re. diui. quæ omnia nullus ambigit, quin absq; Principis authoritate possideri queant; nam de possessione hæreditatis est tex. in l. cum hæredes de acquir. possess. vbi Ca-
13 str. & alij † idem dici potest de iure patronatus, quod licèt sit incorporale, & annexum etiā spiritualitati, possideri tamen potest, seu quasi e. pastoralis de iu. patro. gl. in c. quāto. eo. tit. in 6. Lābert. de iu. patro. lib. 3. q. 9. artic. pri. nu. 3.
14 Difficultas ergo non consistit in corporalitate, vel incorporalitate, sed an sit de his, quæ à Principe tantùm procedunt, & impetrari debent? qualia sunt feuda dignitatum, quæ regalia nuncupantur, & alia Principi ipsi reseruata; Et sanè cum satis constet Castra, Arces, & fortalitia, de quibus agitur sub feudis istis comprehendi, vt dictar Inuestitura facta Ioan. Ludouico, & Pallauicino, de qua in lib. productionum Serenifs. pag. 53. à tergo in vers. exceptis, & inuestitura facta Carolo Epō registrata in eod. lib. pag. 57. à tergo in vers. reseruatis; & quidē vnà cum iurisdictione, mero, & mixto Imperio, cæterisque in Inuestituris comprehensis vnum corpus esse, prout ambæ Inuestituræ prædictæ paulo ante dixerant in illis verbis (ita quòd hac separatione facta & cæt.) cuius clausulæ virtus est, redde re feudum totum simul indiuiduum Curt. sen. consil. 48. recolendæ num. 25. vers. benè facit; & cons. 49. num. 51. & Colleg. Bonon. in cons. seq. num. 14. vers. quam conclusionem. Paris. consil. 6. num. 6. cum concor. lib. 1. Deci. cons. 73. num.
15 8. & seq. lib. 2. † certè non potest diuerso iure censeri; nempe quòd pro parte possideri queant absq; Principis concessione, & pro parte non l. eum qui ff. de vsucap.

Illud idem constat ex confessionibus Illustrif. q. D. Sfortiæ in processu productis, Castra scilicet, & Arces, cum Iurisdictione, & cæteris pertinentijs feudalia esse, de illisq; per consequens possessorem finè Principis authoritate disponere non posse. Asseruit hoc namq; in præcibus iamdiu porectis pro commissione causæ iactationum, & diffamationum contra Ducalem Cameram, & in libello subinde exhibito, & aper-
16 tiùs in responsione positionum Cameræ; † cuius confessiones non potest D. Alexander, qui se eius hæredem profitetur, improbare; vt in proprijs terminis fatentis res esse feudales dixit Gozad, consil. 9. num. 11. & in eadem facti specie, Socin. iun. consil. 77. num. 74. lib. 1. Curtius in consil. 150. num. 6, Menoch. cons. 341. num. 8. Surd. cons. 5. num. 39. & cons. 151. num. 14. Sed & ipsemet D. Alexander in sua petitione hoc in iudicio porecta, describendo loca memorata, ponit ea vnita, & incorporata, ac coniuncta

Cons. Lud. Sacc.

cum incorporalibus, videlicet Ciuitatem Buxeti cum Arce, & eius Villis, iurisdictione, territorio, mero, & mixto Imperio, homagio, datijs, molendinis, piardis Padi, aquis, tabernis, gabellis salis, regalibus, iur b. & alijs pertinentis quibuscunq;. Et eodem modo alia etiam loca de-
17 scribit; † Etenim illa præpositio (cum) habet vim vniendi, & coniungendi res, si non principaliter, saltem accessoriè glo. in §. si Ancillas. Instit. de leg. Bart. in l. 3. colum. fi. de leg. 3. & in l. si ita fuerit §. quæstio. de manum. testam. & nor. in l. si quis inquilinos §. si ita, & in l. si ancillas de leg. 1. atq; in l. 3. C. si pend. app. mors inter. Idcirco de omnibus simul, atq; coniunctim idem debet esse iudicium.
18 Concludendum est igitur singulas in nostro casu Inuestituras vniuersitatem quandam constituere rerum tàm corporalium, quàm incorporalium in eis cōpræhensarum. Beneuent. in reper. c. Imperialem pag. 38. littera A. cum seqq. & per consequens nos versari in primo capite distinctionis D. Petræ in suo tract. de fideicom. q. 13. nu. 372. cum pluribus seqq. non verò in vltimo, de quo sub nu. 393. & alijs seqq. in oppositum citatis; sicq; idem ius Principi in omnibus com-
19 petere. † Quòd si aliter D. Alexander vti actor sensisset, suum erat onus contrarium allegare, & diuersitatis causas probare, vt D. Petra ibidem animaduertit num. 413. & seq. post Bald. in c. 1. num. 4. quibus mod. feud. amitt. Inquiens, quòd cum Castrum diuersimode accipi possit, oportet actorem probare de quo senserit dispositio.

SECVNDVM DVBIVM.

Quinimo respectu corporum materialiū possessio capta per Cameram videtur capta, contra, vel præter formam cōmissionis Serenifs. D. Ducis, quæ solū
20 *legitur de feudalibus, iurisdictionalibus, & regalibus, inter quæ nō videntur extare ista bona, † ergo tenuta dicitur nulliter capta l. diligēter in prin. ff.*
21 *mand. c. cū dilecta de re. script. † & in terminis executionis rei iudicata contra formam commissionis, Gabr. de execut. rei iudic. conclus. 2. in fi.*

SOLVTIO.

Ex prædictis patet responsio; quia cū in dictis inuestituris feudalibus compræhensa fuerint et Castra, & Arces, sub generali mandato de tenuta feudalium iurisdictionalium, & regalium capienda, continentur. Quin etiam in specie de arcibus mādauit Serenifs. immortalis mem. Dux Alexander, iniungendo Serenifs. tunc Principi Rainutio filio, vt de custodibus arbitrio suo prouideret, minori cum expensa, qua fieri posset; vt eius litteris in precessu registratis liquet; & sic mādati fines nullo pacto excessit procurator.

TERTIVM DVBIVM.

22 *Neq; in præsenti causa uidetur potuisse dari de petitorio, sub eo prextu, quòd sūmariè, sinè strepitu,*

& figura iudicij procedatur coram hoc ordine, vt etiam ex forma constitutionum apparet. Etenim tales clausulæ non impediunt quò minùs spoliatus in primis sit restituendus, vt respondit Rimin.iun. consi.30.nu.4.& plur.seq.vol.1.qui infinitas propè citat authoritates.

SOLVTIO.

23 In oppositum stat * communis, & vera opin. vt colligitur ex iam dictis à me in 1.respon. nu. 86.cum quatuor seqq.& in 2.respon.nu.3.cum seqq.& ibi dictis addi possunt Benint. decis.33. sub nu.1. vers.adde,& omnino Surd.consi.166. nu.6.7.Tesaur.decis.15.nu.4.Rauden.cons.21. nu.249.Emilia.consi.41.nu.27. Perus.decis.17. nu.22.Ant.Cuch.de mētien.circa poss.nu. 320. Marc.decis.326.nu.12.Garg.patroc.60.Purpur. in repet.l.ædita nu.150. & Bologni. nu. 136.C. de eden.Afin.in sua pra.iud. §.3.c.2.nu.3. & latissimè Menoch.cons.180.nn.6.7. & per to. primum dub. Ideo non sunt attendenda, quæ scripsit Rim.iu.in allegato cons.30.nu.4.cum seqq.

24 †Cum præsertim motus fuerit propter stilum illius Consilij iustitiæ probatū in processu; quòd scilicet non obstante clausula(sola facti veritate inspecta) exceptionem dominij admittere non consueuerat,& propterea à stilo ipso, & practica consueta non decebat recedere, vt ibidē cōsiderat nu.12.13.In nostra autem specie tātùm abest, quòd talis stilus appareat, vt totū potiùs oppositum Perillust.Consilio notissimum sit.

25 Sed tantò minùs curanda sunt dicta Rimi.in oppositum adducti, quia ipsemet Palidoniam postea canens in cons.689.nu.3.vsq. ad nu.10.nostras sectatus partes, multas authoritates,rationesq. vrgētes pro hac opin. in medium attulit.

QVARTVM DVBIVM.

Quod modo attinet ad incorporalia, et sic iurisdictionalia,& Regalia, ac feudalia, in illis quoque videtur Illustriss. D. Alexander habere intentionem fundatam, præsupposito, quòd extrema necessaria sint probata,& hoc ex pluribus.

26 *Et in primis, quoniam quantum sit respectu Castri Florenzolæ, res videtur modicam, vel nullam habere difficultatem, quin illud sit omnino relaxādum dicto D. Alexandro vigore concessionis Pauli Tertij facta dicto Illust. D. Sfortiæ pro se,& quibus dederit, de qua in actis; quæ quidem clausula operatur, vt Castrum huiusmodi dicatur ad extraneos etiam hæredes transitorium, vt concludit Bald.in l.1.in 3.par.in fin.q.34.ff. de rer.diuis.& signanter Dec.cons.72.nu.2.Soci.iun.cons.72.nu. 23.vol.1.Mar.Anguis.cons.46.nu.11.Menoc.cōs. 323.nu.22.& plur.seqq. vol.4. & in indiuiduo in hoc Castro respondit ipse cons.378.eo.vol.*

SOLVTIO.

Abundè fuit satisfactum in 1.respon.nu.173. vers.3.allegabat Menoch.vsque ad nu. 186. inclusiuè,vbi ad clausulam (cui vel quibus) & ad alia per Menoch. adducta, singulatim respōsum fuit,& non video quicquam replicari; nec quid replicari possit; tum quia cōcessio illa Pauli Tertij subreptionis morbo, intentionisq. defectu laborat apparenter,tum quia per decretū (Meminimus)eiusdem effectus, (si valida fuisset) cū vita D. Sfortiæ terminatus fuisset, quorum vtrumque lato calamo ibi comprobaui.

Nihilominus ex abundanti nunc addo pro clariorr prædictæ concessionis subreptione, quòd nedum Rolandus senior rebellionem suam aduersùs Mediolani Ducem fassus fuit, vt dicebam, verùm etiam D.Sfortia eandem, vti verissimam approbauit,& super ea se fundauit in indicio cnm Illustriss. D. Virginia Pallauicina de Gambara agitato coram Ducalibus delegatis de anno 1557.super Terra,& bonis Curtis maioris, vt ex scriptura authentica in pręsenti processu exhibita constat,in libro productionū Serenifs.Cameræ pag.19.& pag.23.Cuius D.Sfortiæ confessioni acquiescere tenetur D. Alexander, vt supra diximus.Vndè sequitur,quòd ipse D.Sfortia in supplicatis Summo Pontifici falsū dixerit, præsupponendo Terram Florenzolæ à prædicto Rolando seniore in ipsum vti descendentem peruenisse; cum propter rebellionem prædictam ad Mediolani Ducem reuersa fuerit, qui eam postmodum Nicolao Picinino infeudauit, vt in dicto libro productionum fol.25.& extincta Picinini linea, fuerit quoque Cardinali Ascanio patruo concessa, vt in eodem lib. fol. 35. cui concessioni testis adscriptus reperitur Rolandus Pallauicinus iunior senioris nepos,&

27 prædicti D. Sfortiæ Auus paternus, † qui propter eius præsentiam consensisse dicitur, & omne ius suum, si quod habuisset, ammisisse, per ea quæ scribit Brun.consi.80.nu.18.19.

28 Et hoc quoq. pęnitus falsum ostēdit id quod dicebat Menoc. ex mente Historicorum in illo suo consi.378.sub nu.7.Nempe mortuo Picinino,per Ducem Philippum Mariam Terram Florenzolæ restitutam Rolando immediatè fuisse, vti ab eodem Picinino occupatam; & magis etiam falsum, eò quia expulso Duce Philippo, & d.Cardinali à toto Mediolani statu per Ludonicum Francorum Regem, data fuit Petro de Rohan.eadem Terra Florenzolę, vt in eo. libro productionū fol.39.Hęc enim,vltra iam in prioribus à me perpensa, notoriam indicant subreptionem inuestituræ Pauli Tertij, cui D.Sfortia exposuit Terrā prędictam ad se spectare virtute antiqui tituli Rolandi senioris ascendentis sui.

29 Et quod attinet ad clausulam prædictam(cui vel quibus)dicebam quoque in 1. respon.num. 183. & seqq.nihil eam prodesse Domino Alexandro,qui non est de descendentibus D.Sfortiæ,stante decreto(Meminimus) cui non fuit in specie derogatum,prout requirebatur,& respōsio

sio est verissima; Præsupponendo etiam, vt præ-
supponit Menoc. quòd clausula(pro hæredibus,
& successoribus quibuscunq.)posita in dicta in-
uestitura Panli tertij æquipolleat clausulæ (&
30 cui vel quibus) vt ipse asseruit, † quod tamen
non admittit Iacob. à S. Georg. in sua Inuesti.
feud. versi. præsentes,& recipientes sub num. 3.
quem sequitur Purpur. in consil. 402. numero
52. & plerique alij.

31 Sed vt omnis tollatur hæsitatio respectu hu-
ius Castri, ad quod D. Alexander Pallauicinus
præ cæteris aspirare videtur, propter hanc vlti-
mam concessionem, decreui pro eius vera in-
terpretatione aliquantulùm laborare. Et ani-
maduerto in primis D.Menoc.illius verba fide-
liter non retulisse,sed imperfectè,id ommitten-
do,quod intentioni suæ aduersabatur, videlicet
dictionem(filijs)stat nanque concessio facta D.
Sfortiæ(pro te,tuisq. filijs hæredibus, & succes-
32 soribus quibuscunq.)†& illa dictio(filijs)impor
tat feudum ex pacto,& prouidentia,in quo de-
scendentes rantùm masculi succedunt,etiã abs-
que eo quòd hæredes sint, & extranei pœnitus
excluduntur. Rui.consi. 25.nu. 18.& consi. 162.
nu. 12.lib. 1.Paris.consi. 2.num. 22. in 1.Gozad.
consil. 9.nu. 53. Didac.varia.resolut. c. 18. nu. 2.
& in quinta conclus.Bossi.in tit.de princ.& eius
priui.nu.311.Clar.in §.feudum q.9. vers.quan-
doque verò post multos alios, quos adducit, de
* communi* attestans.

33 Et in infinitum quidem vocati censentur de-
scendentes filiorum nomine, vt ex præcitatis ap
paret,& signãter tradit Iacob à S. Georg. in sua
inuesti. feud. in verb. præsentes, & recipientes
pro se,& eorum filijs nu. 2.cũ seqq. Sed D.Ale-
xander non est descendẽs à D.Sfortia, ergo ex-
clusus. & propterea Menoch. particulam hanc
inuestituræ non sinè misterio tacuit.

34 Cæterùm, quia cum verbo (filijs) coniuncta
reperitur dictio(hæredibus,) quæ sui natura im
portare solet feudum hæreditarium, vt per Feu-
distas in prælud.feud.& in c. 1. §. hoc quoque de
success. feud. & * communem attestatur Deci.
consil.445.nu. 13. Campeg.consi. 11.nu.3.inter
consi.Brun.Alex. consi. 10.nu.9.vol.3. & Crau.
consi. 197.nu.5.Rolan.cõs. 29.nu.20,in 3.Surd.
latè cons. 108.nu. 1.in rationibus dubitandi.

35 (Quod tamen plerisq. non placet,eò quia in
materia feudali, hæredum appellatione, filij, &
descendentes masculi solùm cõtinentur,vti hæ-
redes sanguinis, vt per Iacob. vbi supra nu. 3.&
4.Rui.consi. 124.num. 12.lib. 3.Clar.d.q.9.vers.
* nunc prosequendo, vbi de cõmuni* Ceph.cõsi.
303.num.42.43.& multos adductos per Osasc.
decis. 160.nu. 15.& fusiùs Surd.in consi.63.nu.
10.cum seqq.& ferè per tot.& rursus in d.cõsil.
108.nu. 14. 15. 21. 25.& Crau.in consil.913.nu.
36 12.)Videtur dicendum, stante priori opi. quòd
feudum sit saltem mixtum, participãs de pacto,
& prouidentia,& hæreditario,ita vt nõ sufficiat
quem esse descendentem,nisi hæres sit, nec hæ-
redem esse,nisi sit de descendentibus, prout ex
multis relatis per Clar.d.q.9.vers. quandoque,
& tertiò,verum esse constat; vbi opin. hanc ve-
* riorem, & * magis communem semper in pra-
* ctica vidisse seruari testatur; rationem adducẽs,
quia aliàs verbum(hæredibus) superfluũ foret.
idem absolutè tenet in q. 83. vers. aut est rece-
ptum, & in hoc omnes cõsentire asserit. Didac.
37 d.c. 18.in 6.concl. Verum est, quòd † Didac. põ-
derat inibi copulam positam inter vtramque di
ctionem, post Alexan. in l.quod dicitur la 2. sub
nu. 21.de verb.oblig. Sed quòd hunc sensum ha
beant verba prędicta, etiam sinè copula interme
dia, tradit Alex.in l. Gallus §. etiam si parente.
col.4.vers.2.fallit de liber.& posthu.Rui.consil.
174.nu. 11. vers.nec obstat,& Cepha.cons. 303.
nu.75.& benè cõferunt tradita per ipsum in to-
to illo responso,& in consi. 311. nu.36.cũ seqq.
38 † Punctus etenim loco copulæ habetur ad gl. in
l.præcia rerum ad l.falc.& in l. cũ duob.§.in co-
heũda ff.pro so.& tex.in l. triplici de verb.signi.

39 Quinimo si dictum fuisset pro hæredibus ma
sculis,nulla facta filiorum mentione, idẽ seque-
* retur effectus,ex communi* Bello.cons. 33. nu. 2.
* Osasc.d.decis. 160.nu. 2. 10.& in fi.& Rol.d.cõs.
67.nu. 10. 11.qui innumeros citat,& latè Ceph.
d.consi.303.cum seqq.Clar.d.q.9. vers.itẽ quę-
ro.defendit Menoch.cons.464.nu.29.qui verã,
& receptam sententiam dicit, per quam opinio-
nes aliàs contrariæ conciliantur, vt ipse inquit,
quibus addendus est Surd.cons.5.num. 17.cum
seqq. & d.cons.63.num. 10.

40 Quamquam nec desunt,qui feudũ ex pacto,
& prouidentia tantùm esse defendant, vt Bossi.
d.ri.de Princ.nu. 306.& latè in d.cons.67.Rolã.
nu. 22.vsque ad 31.& in cons.29.nu.32.vbi cõ-
* munem * refert cum multis concord.lib. 3.

41 Quemadmodum, & de feudo concesso, pro
hæredibus legitimis,idem tenent Gozad. cons.
26.nu. 19. Alcia.consi. 179. Soc.Iun.consil. 112.
42 num.7.8.vol.2.Rol.d.cons.67. num. 21. † Et in
omnem casum negari nõ potest, quin ad minùs
mixtum sit ad tradita per Cephal.d.consil.303.
prr 10.& d.cons.311.nu.41.cum seqq.

43 Verùm dubiũ facere videntur sequentia ver
ba(& successoribus quibuscunq.)sed quod atti-
net ad dictionẽ(successoribus) videtur certè om
nis difficultas tolli,ex quo successoris nomen in
materia præsertim feudali, sanguinis successorẽ
denotant Soci.cõs. 249.nu. 12.cũ quatuor seqq.
lib.2.Ceph.d.cõs.303.nu.33.post Bald.& alios,
44 quos citat, † adeo quòd necesse sit eum esse de
descendentibus, & hæredem quoque vniuersa-
lẽ,qui vult succedere in feudo stipulato pro hæ-
redibus,& successoribus, vt latè consuluit Rol.

consil. 23. in 3. dub. lib. 1. post multos relatos.

Et sic potest etiam operari, quòd filij, & descendentes, qui ad feudum aspirare possent, absque eo, quòd hęredes forent, debeant omnino, & cum effectu esse hæredes, & sic vtranq. qualitatem habere, vt ad feudum ipsum admittantur Curt. Iu. consi. 138. num. 15. quem cum alijs ad id citatis refert, & sequitur Cepha. d. consil. 303. nu. 70. cum seqq. Nihil est igitur hucusque, quod feudum faciat merè hæreditarium.

45 At negotium fauere videtur sequens dictio vniuersalis geminata (quibuscunque) ampliando dispositionem ad omnes, etiam extraneos successores, adeo quòd feudum ad eos transire possit, dummodo hæredes sint; & hoc est quod in motiuo deducitur; pręsupposita scilicer ęquiparatione clausulæ (& quibus dederit) & clausulæ (pro hæredibus, & successoribus quibuscunque) licèt difficultate non careat per supradicta;
* Et ita etiam post multos citatos concludit Clar.
* ex commun* id. q. 9. in princ. vbi in practica seruari asserit, & ita re ipsa concludit Menoch. in consil. 216. nu. 24. ad quod se remittit in p̃citato cõs. 378. de hac Paul. Tertij inuestitura loquẽs.

Tota igitur difficultas ad hunc punctum redigitur, an huiusmodi dictio totam præcedentem dispositionem immutet, facultatemq. tribuat D. Sfortiæ relinquendi huius feudi extraneo?

Et pro negatiua respõdendũ alacri animo cõcludo, multis sanè authoritatibus, & argumẽtis.

46 Et primò quia dictio quibuscunq. & similes, quantumuis vniuersales geminatæ, restringuntur tamen ad personas habiles, & idoneas; Idcirco cum à feudis proprijs arceantur extranei, vt notissimum est, vtique propter similes dictiones non debent admitti, nec feudorum natura alterari, prout constanter affirmarunt infrascripti doct. tum stante dictione (quibuscunque) in concessione, tum etiam stãte clausula (& cui, vel quibus) aut alia simili (ad habendum, tenendũ, & quicquid voluerit faciendum, & disponendum.) Et in primis Bald. in c. 1. §. donare col. 2. vers. sed dubitari potest; quem sequitur ibi Marti. de Laud. & Præpos. in fi. qual. olim feu. pote. alien. & idem Bal. consi. 207. nu. 3. lib. 2. & consi. 456. nu. 5. in 5. in l. liberti, libertæq. nu. 32. C. de oper. liber. & huius etiam opin. fuit in l. cum virum nu. 21. in fi. C. de fideico. & Oldra. in consil. 268. nu. 5. quam expræsè probat Aret. in l. Gallus §. etiam si parente num. 56. vers. secundò adde. de liber. & posth. & ibidem Soci. nu. 6. vers. 2. limit. Alex. in consil. 30. col. 1. libr. 1. & consil. 106. nu. 4. in 4. & consil. 2 num. 10. vers. octauò. vbi Bald. qui sibi contrarius videbatur, cõciliat. vol. 2. Afflict. in c. 1. §. naturales in fi. si de feud. fuer. contro. Calca. consi. 51. in 1. dub. Signo. de homo. consi. 10. ante num. 4. Bello. consi. 33. nu. 5. Barba. cons. pen. num. 27. lib. 1. Iacob. à S. Georg. in sua inuesti. feud. in ver. & quibuscunque hæredibus, vbi ad partes arguit, & pro hac parte concludit, pro qua se etiam consuluisse asseuerat; huic etiam adhærere videtur Curt. Iun. in tract. feud. par. 3. ad fi. sub. num. 62. dum eam vltimo loco refert, licèt cogitandum relinquat Rub. Alex. consi. 10. nu. 4. & consi. 110. nu. 9. 10. Deci. consi. 185. nu. 4. consil. 193. nu. 5. vers. non obstat fundamentum, & consil. 208. num. 11. atque in c. in præsentia num. mihi 150. de proba. vbi veriorem hanc opin. esse testatur Rui. consi. 39. nu. 9. lib. 1. cons. 25. num. 5. in 2. & cons. 105. nu. 11. in tertio atque consi. 109. ante nu. 28. eo. lib. Gozad. consi. 84. nu. 15. Bero. consi. 66. num. 13. 14. lib. 1. & cons. 106. nu. 28. Crau. cons. progene. num. 293. cum pluribus seqq. Soci. Iun. in cons. 103. nu. 28. in 2. Card. Alba. cons. 3. nu. 12. veriorem sententiam affirmans Rolan. cons. 57.
47 nu. 32. lib. 3. Alba. cons. 405. nu. 1. † Huius denique opin. sectator fuit D. Menoch. in præcitato cons. suo 61. licèt in præsenti causa contrarium sentiat; cuius consultationis fortè non fuit memor quando inuestiturã istam præmanibus habebat. etenim in d. cons. 61. num. 25. apertissimè sequitur Aret. Soci. Deci. & Soc. Iun. supra relatos in materia huius dictionis (quibuscunque) quam dicit alios effectus operari posse absq. eo, quòd feudum ad extraneos transitorium faciat, sicuti etiam dixerat supra nu. 20. cum seqq. de clausula (& cui vel quibus) & de clausula (ad habendũ) & rursum reperit sub nu. 27. Adeo quòd
* dubitandum non est quin hæc sit* communis sẽ
* tentia, ac * magis communis.

48 Quę probatur, quia certo certius est, personas inhabiles minimè comprӕhendi per clausulas antedictas, vel per dictiones vniuersales, quando aliquem aliũ effectum operari possunt, quantumuis minimum; præsertim in materia feud. quæ est stricti Iuris, & strictissimã recipit interpretationem, vt egregiè considerat D. Menoch. d. cons. 61. nu. 20. post Rub. in d. cons. 110. nu. 5. pro quo stat glo. ordinaria quã sequitur ibi Bar. in l. 3. in ver. quibuscunque C. de fi. instru. & iu. hastę fi. lib. 10. & alia glo. in l. 1. in ver. vnusquisque C. de sacro san. eccl. & est tex. in l. creditor §. lucius ff. commod. in l. vt gradatim de mun. & hono. Bart. & alij in l. 1. C. sinè cens. vel reliq. Et idem Barto. in l. 2. §. prætor ff. qui satisd. cogan. Bald. in l. 1. per illum tex. C. de fid. Instr. Deci. d. c. in præsentia nu. 150. post Aret. & Soci. in d. §. etiam si parente, & cæteri ferè omnes præcitati, dum ostendere satagunt inuestituras feudales sub formis antedictis conceptas, non esse superfluas, & absq. operandi effectu, vt contrasentientes autumant, & propterea in extraneos facultatem disponendi non tribuere.

49 Vt autem non vnus tantùm, & minimus, sed quamplures effectus, & quidẽ maximi momẽti

refera-

referamus, dicitur primò illinc' salutare, quòd
vassall⁹ poterit vni ex vocatis,cui voluerit relin
quere,quod aliàs prohibitum fuisset, vt appri-
mè considerat Menoch.cons.61. nu.21. 22.post
Rub. relatum in d. cons.110.num. 5.& Bero.d.
cons.106.nu.6. vers. item quia, ac quamplures
alios per Cacher.citatos decis.163. nu. 15.quo-
* rum opin. * communem asserit Cacher.

50 Secundùm effectum cōsiderat Menoch. vbi su
pra nu.23.24.& 27.vt possit sic disponere absq;
vlteriori directi Domini licētia, & allegat Rub.
idem dicentem,ac Deci. d. cons.193.nu. 5.ver.
non obstat fundamentum, qui notabiliter certè
loquitur regulariter enim perenda esset licentia
in specie in actu ipso alienationis,licèt ab initio
genericè obtenta fuisset,secundum Spec.'in tit.
de loca.§.nunc aliqua vers.94. & ibi Io. And.in
addi.Alex.d .cons.106.nu.4 in 4.Gozad.d.cōsi.
4.nu.28.Affli.decis.307.nu.21. Calca.consi.50.
nu.6.Socin.in cons.70. nu.9. in 3.

51 Tres alios effectus considerat Aret. in d. §.etiā
si parente.loco præcitato,primò quòd compræ-
hendantur nedum filij-, qui sint hæredes veri,&
proprij,de iure ciuili,sed etiam bonorum posses
sores de Iure prætorio,pro quo facit glo.in l.sti-
pulatio ista. in prin.in ver. cæterorum per illum
tex.de verb.oblig.Imol.& Alex.in l. quod dici-
tur eo.tit.Ias.cons. 89.col.3.lib.3.Dec. cōs.208.
nu.7.Loffre.cons.52.nu.55.Cotta in memor.in
ver.feudum concessum. Meno. cons.1.nu.493.
Rol.d.cons.23.nu.50. cum seqq.

52 Secundò quòd compræhendantur filij,quibus
restituitur hæreditas per fideicommissum, qui
aliàs non succederent in feudo per no.in l.si pa-
troni in princ.ff.ad Trebel.& hoc est, quod pri-
ùs dixit Bal.in d.l.cum virum ad fi.asserens ver-
ba illa vniuersalia operari, vt feudum veniat in
restitutione fideicom.ex quo fideicommissarius
est hæres p̄carius,& secundum quid,licèt nō sim
pliciter l.quærebatur de testa.mili.& sequitur Ia
cob.à S.Georg.in d.inuesti. loco supra citato.

53 Tertiò,quòd compræhendatur etiā hæres insti
tutus in re certa,& Aret. in hoc sequitur Socin.
ibi,& Deci.in d.c. in pręsentia.qui tamen hæres
non compræhenderetur in inuestitura pro hære
dibus,& successorib⁹ simpliciter stipulata Curt.
sen.cons.72.col.4.post Imol. quem allegat in d.
l.quod dicitur de verb.oblig.Alex.cons. 19.nu.
13.vol.5.Paris.cons.20.nu.18.& cons.23. num.
* 192.vbi de magis communi * attestatur ; p̨ qua
latè consuluit Rolan.cons.23.nu.40.vsq; ad fin.
li.1.licèt ex oppositò non desint', qui cōtrarium
probent,vt per Surd.d. cons.108.nu.8.

54 Sextum, & septimum considerat Soci.in d.§.
etiam si parente sub nu.6.cuius verba hæc sunt.
(Primus erit quia licèt sinè dictione(qbuscūq;)
appellatione hæredum non veniant filij natura
les secundum Ioan.And.post Iacob. de Aren.in
addi.Spec.in ti.de testa.in addi.magna,ratione
qua ibi per eum,de cuius dicti veritate vide no.
per Aret.in c.in præsentia de probat. tamē cum
dictione(quibuscunq;) includerentur etiam fi-
55 lij naturales tantùm † secundus poterit resulta-
re effectus,quia sinè illa dictione(quibuscunq;)
non includuntur filij legitimati per rescriptū se-
cundùm Bal.in l.generaliter §.cum autem C.de
insti.& substi.& fortè cum illa dictione includē-
tur legitimati; non ergo extendamus ad perso-
nas extraneas) Hæc ille,quem sequitur Rub.d.
cons.110.nu.2.

56 Octauum effectum addit Dec. in d.c.in præsen
tia sub nu.150.ut verba vniuersalia memorata
intelligantur vniuersaliter respectu temporis,ut
in infinitum veniāt successores,& sic quò ad nu
merum eorum, nè alteretur natura materiæ de
qua agitur;hoc autem sensisse Decium reor, li-
57 cèt non explicet † quòd cum in feudis successio
ad septimum gradum in certis casibus restricta
sit,c.1.§.hoc quoq; qui feud.da.poss.vbi omnes
not.c.1.§. hoc quoq; obseruare de succes. feud.
cū not.vlteriores ēt indefinitè veniēt, qui ex na
tura contractus habiles,& capaces fuerint.

Cum igitur certum sit ex prædictis, dictionem
(quibuscunq;)nedum effectum aliquē,sed mul-
tos,imò notabiles producere potuisse, absq; eo
quòd facultatem tribueret D. Sfortiæ inuestito
disponendi pro libito voluntatis,etiam in extra
neas personas de feudo memorato Florenzolę,
vtiq; non est dicendum,quòd per tale dictionē
in concessione positam,licētiam habuerit relin-
58 quendi extraneo. † Et certè non est ab hac in-
terpręratione recedendum, vt à communibus
regulis feudorum minùs discedamus, quàm sit
possibile,quod præcitati oēs cauendū monent,
maximè quia versamur in materia feudali stri-
cta,vt dictum fuit,& in terminis considerat Ce-
pha.cons. 302. nu.15.& cons.seq.num. 78.post
Rui.cons.5.nu.5.& cons.45. nu.16. lib.1.

59 Confirmatur modò hæc sententia in casu no-
stro multùm diuerso ab alijs, quos referūt doct.
exaduersò allegati,loquentes de hæredibus qui
buscunq;, vel de successoribus quibuscunq;.
Adest namq; in nostra specie in primis dictio
(filijs)quæ influit in totam sequētem orationē;
60 † nam quandò in Inuestitura reperitur aliquod
verbum denotans sanguinis hæreditatem, sem-
per participat feudum de prouidentia;ita quòd
non est vllo pacto in extraneos alienabile, hæc
est notab.doctr.Afflict.in c.1.nu.8. an agna. vel
fil.vbi de hoc latè tractat, & verissimum esse cō-
cludit,sicut euangelium, & ita semper tenēdum
in iudicando, & consulendo ; pro quo benè fa-
ciunt scripta per Menoch.d.cons.61. nume. 10.
vsq; ad 17.vbi plura affert exempla, & cōcord.
adducit,nec non per Soci.Iun.in cons.72.num.
27.in 3.& cons.42.nu.6.7. eo.li.& Alb.d.cons.

405.

61 405.nu.3.Rimin.iun.in conf.572.nu.9.† Et con ferunt quæ supradicta sunt de dictione(masculis)& de dictione(legitimis). Et optimè quoq; deseruiunt, quæ tradit Rui. in terminis d.conf. 39. nu.9.quò loci concessionem factam pro hæredibus legitimè descendentibus, & successoribus quibuscunq;, interpræratur, vt qualitas illa legitimæ descendentiæ, influat in sequentia,& restringat successores quoscunq; ad legitimè descendentes; pro quo etiam videatur Purp.in cō fil.402.num.98.& seq.

62 Et iuri sanè consonum est,quòd verba præcedentia magis limitent sequentia,quàm è cōtra l. hæres meus §.1.d.leg.3.quam ad hoc perpendit Crau.conf.86.num.5.6.& conf.70.num.18.19. Dec.conf.179. num.3. vers. non obstat dictum Bald.quoniam plus influunt præcedentia in sequentibus.quam è conuersò Bart. in l. quisquis de leg.3. & in Lauia.de condi. & demon.Bal.in l.quotiens la 2.in fi.C.de fideicom.Rom.singul. 605.Matthes.not. 151. Cephal.latè consil.156. num.10.11.& in terminis Bero.conf. 66.nume. 13.in 1.Crau.d.respō.pro gene.nu.299.& seqq. atq; Purpur.d.cōs.402.nu. 98. & 102.

Et quòd dictio (quibuscunq;) coniuncta sit cum dictione (filijs) & ab ea regulari debeat in nostro themate, suadetur alia vigenti ratione; quandoquidem Paulus Tertius in eadem Bulla inferiùs repetit eandem clausulam in hęc verba (& quòd tam tu,quàm quicunq; filij, hæredes, & successores tui) & sic præponit dictionē(quibuscunq;) dictionibus (filijs, & successoribus) argumentum euidens, quòd in præcedentibus quoq; de quibuscunq; filijs, qui sint hæredes,& successores intellexit, non de quibuscunq; suc-

63 cessoribus simpliciter † Enimuero pars vna inuestituræ feudalis aliam declarat,sicut, & testamenti, Socin.iun.in conf.72.num.27. in 1.Menoch.d.conf.61.num.33.Non secùs argumentatur in puncto,Ruin.d.conf.39.num.9.vers.pręterea qualitas, vbi qualitatem primò positam in principio,deinde in eadem concessione adiectā in fine,animaduertit,ad indicandam illarum cō iunctionem,& ad restringendam generalitatem dictionis prædictæ (quibuscunq;)

64 Et stante conclusione præmissa,quòd pars vna inuestituræ aliam declaret, haud verendū, quin ex dictis in præfatione mens concedentis tantò apertiùs elucescat,vt in specie,& in terminis tradit Brun.conf.73.nu.78.Ruin.conf.117. nu.17. lib.3.Decia.conf.31.nu.49.in 3.Quod,& in omni dispositione receptum est l.fi.cū no.ff. de hæred.insti.Tiraq.latè in tract. de retrac. cōuen.§. 1.gl.14.nu.24.& Cephal.conf.156.num.9. Propterea cum summus Pont. in præfatione Bullæ prædictæ enunciet velle Sfortiæ, & posteris suis commodum,& vtilitatem afferre, eosq; Apostolicis fauoribus, & gratijs prosequi,satis,superq;

constat eius intentionis fuisse,in tota dispositione,posteris ipsis prospicere,non verò extraneis; prout prospexisset, si hos etiam in inuestitura vocasset,& admisisset.

65 Accedat quòd cū tàm per præfationem hāc, q̄ per alia verba concessionis superiùs ponderata, vocati tantùm censeantur Sfortia, & eius descē dentes,si per adiectionem prædictam, admissi quoq; dicerentur extranei, sequeretur incontinenti correctio, ac repugnantia, quod ferēdum non est.Rub.In terminis d.cōs.110.nu.11. Dec. d.conf.193.col. pen. vers.non obstat fundamentum Signo.d.conf.15.colum.2.vers.non ob.Bello.d.conf.33.num.5.Calca.d.conf.5.num.9. 10. Cacher.d.decis.163.nu.5.6.Crau.d.respon. pro gene.nu. 301. cum seqq.

66 Præterea attendendum,quòd in dicta concessione confirmantur præcedentes inuestituræ,& contractus;& propterea feudum antiquum dici debet,non nouum.Card.Alba.d.conf.3.num.7. post Curt.ac Deci quos allegat,& nu.7. Et tantò magis antiquum,quia inuestitura ibidem relata, & confirmata Marco Antonio Pallauicino per Ioannem Gozadinum Parmæ Gubernarorem nomine Sedis Apostolicæ, cantabat in feudum nobile,antiquum,auitum.

67 Atqui natura antiqui feudi repugnat' facultati alienādi in extraneos, ex quò ad illud vocati sunt descendentes in infinitum, & ius quæsitum habēt virtute inuestituræ c.1.de na.succes.feud. cap. 1, §. hoc autem sciendum qui feu. da.poss. vbi Bal.nu.5.& cæt.doct.not. Clar.in §.feudum q.79. vers. difficultas. Nat.conf.463. num.5.& conf.seq.nu. 1.Surd.conf.5.nu.4.

68 Ergo per generalitatem successorum quorumcunq;, feudi qualitas immutari non potest, nè contrarietas in eodem subiecto detur; nempe quòd feudum sit antiquum, & alienabile in extraneos. Ita argumentatur in terminis Rub.d. conf.110.num.11.post Deci.d.conf.193.num.5. vers.agitur enim Menoch.d.conf. 61.nu.8.cum seqq.Rim.d.conf.572.nu.14.15.16.

Insuper animaduertendum, quòd Sfortia erat affinis summo Pontifici, prout in eadem bulla exprimitur; habebat enim Iuliam Sfortiā illius neptem in vxorē, & propter vinculum affinitatis præsumendum est Sanctitatem suam motam fuisse ad illam concessionem faciendam; & per consequens prolem ex illo matrimonio futurā in infinitum vocare voluisse, non verò licentiā alienandi in quoscunq; extraneos Sfortię im-

69 partiri,& in hoc laudandus fuit † quia beneface re potiùs debebat suis, quàm alienis Gemin.in c.quisquis 12.q.2.Alcia.in tract. pręsumpt. reg. 1.pręsump.29.nu.7. Menoch.de pręsump.lib.3.

70 pręsump.54.num. 4.† & Princeps vtens liberalitate erga personas sibi coniunctas, debitum naturale persoluit l. 1. post princ. C.de imp.lucra. descrip.

71 descrip.lib. 10. † conferunt in puncto quæ scri-
bit Cephal.d.consi.303.nu.2. 3. & Card. Alba.
d.consil.3..in princ.loquens de inuestitura facta
marito cōtemplatione vxoris, vt in casu nostro;
Ergo ex mente concedentis extranei exclusi.

72 Non est deniq. ommittendum, quòd si Sfor-
tia habuisset alienandi facultatem, magnum se-
qui valuisset absurdum; potuisset nanq; extra-
neum filijs suis in feudo anteponere; quòd vt e-
uitemus, dicendum est, concessionem ad eius
descendentes restrictam fuisse;præsertim ex mē
te concedentis proximè relata. Ita argumenta-
tur in proposito Cepha.d.cons.303.nu.18.cum
seqq.& allegat Rui. in simili consi.174.nu.12.li.
2.in materia fideicommissaria loquentem; lici-
tum est autem argumentari ab absurdo euitan-
do l.nam absurdum de bo.lib.cum vulg.

73 Postremò dicitur, quòd feudalis cōcessio in-
terprætari debet secūdùm legem municipalem
vigentem; cum qua tam concedens, quàm reci-
piens concordare voluisse præsumitur Castr.
cons.343.nu.2. lib.1.Brun.in cons.18.nu.4.post
Isern. Aluar. & alios quos refert Osasc. d.decis.
74 160.sub nu.5.vbi Bal.Fel.& Paris.citat,† Et re-
gulare est,quòd contrahentes in dubio,cum iu-
re statutario,vel consuetudinario loci, se cōfor-
mare præsumantur Rui.consil.163.num.8.in 1.
Menoch.latè in tract.præsump. lib.3. præsump.
38.nu.8.& in 1. respon.in hac causa reddito di-
xi nu.190. At in hoc statu Parmæ, & Placentiæ
vigebat tempore Pauli Tertij, prout, & ad huc
viget, Decretum(Meminimus)remouens pror-
sus,& in perpetuum extraneos à feudorum cō-
cessione,non obstante quacunque verborū for-
mula,vt in d.1.respon.abuudè probaui nu.183.
& seq.& addi potest Menoc. in d.cons.378.nu.
46.in fi.Burs.cōs.189.nu.38.& Alba. cons.434.
75 nu.12.lib.3.† Ergo sic etiam conuenit Pontifi-
ciam hanc concessionem interprætari; dictione
(quibuscunq.) non obstante.in terminis Crau.
consi.197.nu.5.vers.ampliùs cum feudum; vbi
cōcludit feudum ipsum remanere rectū, & pro-
prium,vel saltem mixtum virtute decreti prædi
cti,adeo vt non possit solus hæres capax esse,ni-
76 si sit de descendentibus, † & Osacs.d.decis.160.
col.pen.& in fi. loquens de decreto dominicali
illius status, conformi in hac parte cum decreto
(Meminimus)de quo in specie loquūtur alij in
d.meo respō.citati,nu.186.cui sufficiat remissio.

77 Et animaduertendum, quòd nedum hæc est
legis præsumptio vt supra,sed præcisa dispositio
ipsius decreti,mādantis omnes gratuitas dispo-
sitiones sic intelligi debere; nisi specialiter ei re
periatur derogatū. quod in hoc nostro casu mi-
nimè factum fuit,ideo illi standum,vt in termi-
nis tradit Marti. Lauden. consil.29.nu.46.& ibi
Plot.in addi. & hæc vnica responsio in priorib.
scriptis cōsiderata,satis superq. sufficeret ad ex-
clusionem D.Actoris; Iunctis autem ceteris vr-
gentissimis supra relatis, multò magis exclusus
est censendus; cum sit extraneus; siue teneamus
feudum istud esse ex pacto, & prouidentia, siue
78 mixtum; † Quandoquidem in mixto,etiā qua-
litas filiationis est necessaria cū qualitate hære-
dis,vt per Clar.d.q.9.vers.quādoq;,& tertiò,&
q.83.Menoc.cons.104.nu.15.cū seqq. Cacher.
d.decis.163.in fi.& Rol.d.cons.23.cum cōcord.
& latiùs Surd.d.cons.63.nu.13.& cons.108.nu.
79 12. cum seqq. †. probans etiam, quòd excepta
hæredis qualitate, retinet in omnibus naturam
feudi ex pacto,& prouidentia, & Burs.reprehen
dens,qui contrarium asserebat cons. 3. nu.3.

Sed & hæredis qualitas in D. Actore deficit,
Nā cum ipse ad hoc feudum vtì mixtū aspiret,
80 non est vllo pacto audiendus, † eò quia institu-
tio de eo facta non tenet; vt plenè scripsi in d.1.
respon. aduersùs titulum adoptionis, & aduer-
sùs titulum hæredis nu. 222. vsq; ad num. 267.
Etenim stante institutionis prædictæ inualidita
te,dicti quoq; feudi capax esse non potest, vt in
terminis docet Rui.d.cōs.39.nu.11.vers.3.iste.
vbi rationē hāc dicit concludentem, & necessa-
riā,& rursùs nu.13.vers.preterea,& tertiò lib.1.

Qua ratione etiam conuincitur, quòd si merè
hæreditariū præsupponeretur, ad ipsum D.Ale-
xandrū transire non posset, carentem qualitate
necessaria ad illud obtinendum; per supradicta.

His stantibus multiplex patet responsio ad ob
iectum; præsupposita etiam æquiparatione pre-
dictarum clausularum(cui vel quibus(&(pro hæ
* redibus,& successoribus quibuscunq;) nā * cō-
* munis,& * magis communis, ac verior est in op
positum, vt colligitur ex supra relatis.

Secundò, dicitur, diuersum esse casum nostrū
ab alijs in contrariū adductis, in quibus nulla fi-
liorum fit mētio, quæ quantùm operetur, dictū
fuit sup.nu.31.cū seqq.& nu 59.cū multis seqq.
Influit enim in totā orationē,& reperit qualita-
tē filiationis in tota dispositione, vt probauimus.

Tertiò consideratur alia diuersitas ex eo,quòd
multipliciter apparet in nostra specie de mente
summi Pont. vocātis solos descendentes ad feu
dū, quæ ex pluribus locis eiusdem Inuestituræ
scatet, pro vt ostendimus supra nu. 62. vers.&
quòd dictio (quibuscunq;,) vsq; ad nu.73.q̄ ratio
potētissima cessat in casib⁹ exaduersò allegatis.

Quartò. Diuersificantur casus, ex quò secundū
legem Municipalem extraneos excludentē, in-
terprætanda est concessio nostra, vt demonstra-
uimus nu.73. vsq; ad nu.79. aliæ loquuntur in-
specto iure communi tantùm.

Quintò. Præsupponitur in cōtrarijs extraneos
succedere volentes in feudis hæreditarijs,hære-
des esse vassalli defuncti, quod in nostro thema
te non verificatur,deficiente hac qualitate in d.
Marchione Alexādro vt proximè dixim⁹. nu. 80.

Ex

Ex præmissis igitur sublatum pœnitus manet Ius istius tituli Terræ Florenzolæ, de quo pars aduersa rantùm solet gloriari.

QVINTVM DVBIVM.

83 *Secundò, quia in iuribus incorporalibus, prout sūt Regalia, & Iurisdictionalia, spoliatus debet ad pristinum suum statum restitui, etiam non docto de ali quo titulo c. quarelam. de elect. & ibi omnes* not. & ita fuit decisum in consilio Neapolitano, Afflict. decis. 391. num. 4. & per totum Dec. cons. 136. col. 1. vers. Nec obstat, quòd possessorium in casu ista non videtur posse intentari absq; petitorio, Put. decis. 284. vbi de vna Parmensi Castri Monticellorum, & decis. 457. lib. 2.*

SOLVTIO.

82 Hoc fortè posset in dubium reuocari, per decis. Rot. 3. de restitut. spol. in antiq. Sed pro nūc nō negabimus, quin iurium incorporaliū detur restituro, non docto de titulo, quando non sunt de Regalibus, nec de ijs, quæ sinè Principis authoritate possideri nequeunt; & in his terminis procedit d. c. quærelam cum cæteris in motiuo cita-
83 tis. † At nos versamur in Regalibus, & feudis dignitatum, quæ sinè titulo à Principe habito possideri non possunt; nec restituūtur nisi docto de eo, vt in 1. respon. dicebamus nu. 80. cum seqq. & nu. 96. quibus addi potest Surd. cons. 166. nu. 32. habent enim iudicia possessoria super huiusmodi rebus, siue corporalibus, siue incorporalibus, admixtam naturam petitorij, & propterea tituli probatio necessaria, vt latissimè ꝓbauim⁹ in 2. respon. nu. 62. vsq; ad num. 89. inclusiuè.

84 Secundò. Versamur in lite mota per prætensū vassallum contra Principem suum super rebus antedictis, in quibus pro ipso Principe militat iuris præsumptio, & contra agentem; qui propterea cogitur de titulo suo plenè docere, & in vtroq; respon. abundè ostendimus locis proximè citatis. Contraria autem præsupponūt litem inter priuatos, inter quos cessant pręsumptiones prædictæ; & hanc differentiam probat glo. in c. 1. in glo. fi. de reg. iu. in 6. Archid. in c. ordinarij, §. cæterum de offi. ordi. in 6. Abb. in c. licèt hęli. in fi. de simo. & ibidem Feli. nu. 15. Luc. de Pen. in l. quicunq; col. 2. vers. secus si inter alios priuatos C. de fund. limi. lib. 10. Alcia. cons. 409. nu. 7. Boss. de princ. nu. 235. Crau. cons. 674. nu. 5. 6. in fi. Capic. decis. 77. nu. 10. Decia. cons. 45. nu. 7. 8. lib. 1. Contar. in l. 1. limi. 2. §. 8. ante nu. 30. post Put. quem refert C. si de mom. possess. Menoch. de recup. poss. rem. 15. num. 461. vers. quod iutellrgo Mascar. de probat. conclu. 1372. nu. 10. 19. & 20. & benè sentit Puth. in d. decis. 458. exaduersò allegata, vt infra dicetur.

85 Tertiò. Tractant contraria de spolio, & quidem violento, quia denegans pensionē, vel aliā annuam præstationem, dicitur violenter eū spoliare, qui erat in quasi possessione exigendi, vt considerat Affli. in eadem decis. nu. 6. post mul-
86 ros adductos; † In quo quidē iudicio, odio spolij prohibetur regulariter reus attingere petitorium clem. 1. in fi. de causa posse. & proprie. cum alijs à me congestis in 2. respon. prædicto num. 131. cum tribus seqq. quibus addi potest. Lācel. de attent. cap. 24. q. 7. nu. 3. & Surd. d. cons. 166. nu. 19. At in nostro themate nullum verbū egit actor, violentiæ, ergo hoc interdicto non egit.
77 Alex. cōs. 93. sub nu. 6. lib. 5. † Quinimo nec volens potuisset tale iudicium intentare contra dominū, ex quo sigillat famam, vt in 1. respon. nu. 95. probabā. Ergo diuersus casus, & diuersa rō.

88 Præterea in decis. Put. 284. num. 6. præsupponitur fuisse per Dominos resolutum, non constare notoriè de non iure actoris pro impedienda restitutione, cuius contrariū in nostro casu contingit; quandoquidem ex productis, & probatis in actis, notoriè liquet de non iure D. Alexandri, & de iure Serenisſ. Cameræ Ducalis, vt ex cumulatis in vtroq; respō. videre est, ac ēt in infra dicēdis; meritò denegandā restitutionē dicim⁹.

89 Præsertim cum simus post conclusionē in causa, & in calculo ferendæ sententiæ, quo tempore acta notoriè probant citra oēm controuersiam, vt in terminis tradit Gab. post adductos de rest. spol. concl. 1. nu. 102. & seq. Egid. decis. 405. Cōtard. d. l. vni. lim. 9. nu. 23. & seqq. & latè Menoch. de recup. poss. rem. 1. nu. 202. & seq.

90 Et in decis. 453. dum respondet Putb. ad obiectum præsumptę Iurisdictionis præcariæ, ait, interdictum quoque restitutorium dari præcariò possidenti contra tertium; manifestè sentiēs cōtrarium, quando contrà eum agitur, à quo præ-
91 cariò possidetur. meritò ꝓ nobis facit, † ex quo iurisdictio ipsa, & alia de quibus contenditur, præsumuntur à Principe præcariò possideri, nisi contrarium probetur, vt dicebat Bal. in l. 2. nu. 28. C. de serui. & aq. Puthe. decis. 461. nu. 2. lib.
92 2. Achil. decis. 5. de restit. spol. † Quæ ratio operatur etiam, vt ipse Princeps prætendens præcarium huiusmodi, possit ante motum iudicium, propria authoritate possessionem recuperare, l. si seruus ff. quod cum eo. Bald. d. l. 2. nu. 29.

93 Et quicquid senserit Rot. in his duab. decis. respectu iurisdictionis, certum est eam sæpiùs contrarium iudicasse, videlicet agētem restitutorio iudicio ad ipsam iurisdictionem, de titulo dare oportere; vt constat ex relatis in d. 1. respō. sub num. 80. cum tribus seqq. quo loci aliorū quoq; supremorum Tribunalium iudicia retuli, atque innumerorum ferè Doct. authoritates, & rursus in 2. respon. num. 62. vsq; ad num. 80.

SEXTVM DVBIVM.

Tertiò quia principalis difficultas, quæ est in hac causa, videtur consistere in hoc, An ad effectum de quo quæritur, sit necessarius titulus verus, an verò sufficiat colorata possessio, vel quasi?

94 *Qua in re, quòd verus titulus non sit necessarius,*
videtur quòd sit clarum in iure nostro, in primis e-
nim Bal.cons.309.super primo puncto post prin.in
3.parte, concludit, quòd spoliatus Iurisdictione, &
vassallis restituendus est, non docto de aliquo titu-
lo, & generaliter in spoliato aliquo iure incorpora-
li, quòd ad possessionem suam, vel quasi, etiam qua
facti sit, & iniusta, sit restituendus, idem tenet Bal.
in l.2.q.12.C.de serui. & aqua, Aret. in §.aquè in
* *fi.insti.de actio. & est cõmunis* opinio, ut per Abb.*
in c.ex parte nu.19. & 22.de resti.spol.
95 *Secundò arguendo à beneficialibus ad iurisdictio*
nalia, pro ut facit Bal.in l. 1.nu.7. in fi.C.si de mo-
* *menta possess.quem omnes* sequuti sunt.*
96 *† At in beneficialibus spoliatus nõ habet necesse pro*
bare titulum, sed satis est ei possessionem ex titulo
* *iustificare, vel aliter colorare secũdum communẽ**
quam refert Abb. in cap. in literis num.12. ad fin.
in 4. opin.de resti.spol.Cach. decis.Ped. 116.nu.7.
dicens sufficere pro colore formam extrinsecam; er
go idem dicendum in iurisdictionalibus, & regali-
bus; & quòd titulus verus non requiratur in istis.
sicut nec in beneficialibus latè probat Contard. in
97 *d.l.1.in 2.limit.§.8.nu.22.& plur.seqq.† & signã*
ter in spoliato à Principe admittit extra dentes,
Boss.tit.de Principe nu.254. & in iurisdictionali-
98 *bus etiam Capte.decis.77.in fi. † & pariter in ma-*
99 *teria c.ad decimas de resti.spol.in 6. † & in causa*
possessoria matrimoniali, Bellamer. decis.99.ta-
100 *metsi ius commune resistit agenti, & assistit reo, †*
prout etiam in his interdictis, de quibus in l.2.§.
quadam ff.de interdictis, vt per Abb.vbi supra d.
101 *nu.12.post princip. † & pariter in materia spiri-*
102 *tualium loquitur Guid.Pap.decis.85.in princip.†*
& in spoliato à Duce Mediolani, vt fuit Vespasia-
nus Gonzagha de loco Casalis maioris, qui fuit re-
stitutus, remota quacunq; exceptione concernente
iustitiam causa, & reiecta etiam exceptio notorij
defectus iuris spoliati fundantis se in c.ad decimas
de restit.spol.in 6.respondit Alcia.cons.374 respe-
ctu possessorij colum.1. & in iurisdictionalibus Pu-
th.decis.27.lib.2.

SOLVTIO.

103 Ego tam diffusè scripsi ad demonstrandã plenam tituli probationem in præsenti iudicio requiri à Domino Actore, si velit bona, & iura, super quibus contenditur, recuperare, vt frustratorium existimem vlteriùs hac in re insistere. Huc nanq; tendunt quæcunq; dixi in 1.respon.à nu. 11.vsq; ad num. 96. & rursus in 2.à nu. 62.vsq; ad nu.179. quibus in locis fundamenta quamplura efficacissima, iuribus, authoritatibus, rationibus, exemplisq; suffulta, in medium attuli; contraria quoq; tunc obiecta confutando; Quocirca id tantùm hoc tempore superesse videtur, vt quæ in præsenti motiuo deducta sunt, absq; speciali, & indiuidua responsione non dimittãtur.

104 In primis ergo non obstat consilium Bal. 309. in 3.par. quia lis illa erat inter priuatos, nõ cum Principe directo Domino, qui habet præsũptionem pro se, & contra Actorem, vt sæpiùs dictũ; quæ ratio inter priuatos cessat, vt præcitati supra nu. 84. in specie considerant, constituentes differentiam inter vnum casum, & alium.

105 Nec enim potest reus cõuentus restitutorio iudicio iurisdictionis allegare huiusmodi præsumptiones, quia esset deducere de iure tertij, nõ pęnitus, nec ipso iure exclusiuo iuris agentis; quod non licet.l.loci corpus.§.competit ff.si ser. vendi.l.a.de excep.rei iud.vbi Bart.& alij.

Præsupponit quoq; Bal.spolium violentũ, cuius odio datur restitutio, non docto de titulo, quod quidem in casu nostro cessat, vt paulò ante dicebam; & super hac qualitate violentię tota illa consultatio fundatur, vt videri potest.

Ambæ istę responsiones conueniunt dicto Bal. in l.2.q.11.C.de serui.& aq.& Aret.in d.§.ęque in fi.loquuntur enim inter priuatos, & in interdicto vndè vi vtili, vt legi potest; Vltra quòd præsupponit Bald.pręsumptionem militare pro spoliato; inquiens detentorem pręsumi naturaliter, & ciuiliter possidere, quod casui nostro adaptari non potest; in quo præsumptio est contra Actorem, & proreo vtsupra, & in quo ciuilis absq; controuersia est pænès eundem reum, vtì ditectum Dominum prætensorum feudorũ ad Bal. in cons.301. nu.5. in 1. cum cæteris adductis in 1.respon.nu. 11.Imò etiam ciuilis, & naturalis, virtute consolidationis, & vnionis factæ ob lineam inuestitorum finitam, vt ibidem latè comprobatum, & multis seqq.

106 Quin etiam, & detentio, atq; actualis, & corporalis possessio ex dispositione decreti Mediolani incipientis (prouidere volentes) quo cautum est, omnium bonorum Cameræ Ducali spectantium, appræhensionem ipso iure factam intelligi, absq; aliquo extrinseco actu, quod quidem decretum in hoc statu vigere non ambigitur, per ea quæ de decreto (Meminimus) in 1. respon.scripsimus nu. 183. cum seqq.

Et eo magis, quia in cõstitutionibus editis per Serenisss. olim Ducem Octauium, de facultatibus magistratuum, in titulo de singatura, canonizatum reperitur.

107 Abb.in c.ex parte num.19.& 22.de restitutione spol.tantùm abest, vt intentioni nostræ refragetur, quòd eam potiùs iuuat, & cõfirmat; nam licèt in vers.sed respondendo ad omnia contraria, dicat, quòd in his, quæ communiter possideri non possunt, nisi certa specifica causa præcedente, oportet quòd probetur illius causæ existentia, saltèm apparenter, aliàs cum sit euidenter iniusta, & contra ius, non causat possessoriũ, quia præsumitur vsurpata, inferiùs tamen paulò ante num.20. se ipsum declarat, distinguẽdo, quòd aut ius commune non fundat intẽtionem con-

conuenti,nec datur incapacitas ex parte agẽtis,
& tunc datur reſtitutio vt ſupra, aut agitur con-
tra eum,pro quo facit ius commune , vel datur
incapaciras ex parte agenris , & tunc interdictũ
habet mixtam cauſam proprietatis , vt in l. 2. §.
quædam de interdic. Etenim cum in caſu no-
ſtro ius commune ſaciat pro Sereniſs. Domino,
qui fundatam haber intentionẽ in toto ſuo Ter
ritorio reſpectu iuriſdictionis,& regalũ,vt mul-
toties dictum , ſumus certè in ſecundo membro
diſtinctionis ; ſed tantò magis,cum incapacitas
etiam conſiderari quear ex parte Actoris,qui cũ
ſit extraneus D. Sfortiæ eſt per conſequens inca
pax feudorum,quæ ipſe viuens tenebat, tum ex
diſpoſitione iuris cõis,quo inſpecto in eũ nõ trã
ſeunt,tum vel maximè ex diſpoſitione ſæpe di-
cti decreti(Meminimus) ſed multò quoq; ma-
gis propter eius illegitimitatẽ de qua in 1.reſp.
nu.138.cum ſeqq.& in 2.reſpon.nu.158. vſque
ad num. 166. & inferiùs quoq; attingemus.
108 Et idem Abb.rurſus ſub nu. 12.verſ.quandoq;.
inquit,Quandoq; ex notorietate facti,vel cõfeſ-
ſionis Ius commune facit contra petentem , &
pro reo, & iudex etiam ex officio debet denega
re reſtitutionem per c.;ad decimas de reſti. ſpol.
in 6.& alia per eum allegata; quocirca opin.no-
ſtram in terminis firmat,ſtante duplici præſum-
ptione iam multoties allegata.
109 Ad argumẽtum à ſimili ſumptum à beneficia-
libus,in quibus ſpoliatus titulum plenè probare
non tenetur ; ſed apparenter, & coloratè tantũ,
iam ſatis fuit ſactum in ſecundo meo reſpon.nu.
92.vſq; ad 105.illud etiam retorquendo contra
D.Alexandrum;fuit enim oſtenſum,quòd quan
do cõtra Actorem,& pro reo militat præſũptio,
tenetur Actor etiam in beneficialibus concludẽ
110 ter de titulo docere. † Nec non & quando Re-
ctor beneficij non agit adminiſtratorio nomine,
ſed tanquam Dominus nomine Eccleſiæ , qui
111 ſunt caſus noſtro congruentes. † Nec ab hac o-
pin.recedit,ſed eam potiùs firmat Abb. ex oppo
ſitò in motiuo citatus in d.c.in literis.ſub nu.29.
inquiens,eo in caſu admitti exceptionem domi
nij; adeo quòd ſub nu.12.locutus fuerat in ſim-
plicibus terminis litis beneficiariæ, in qua pręſũ
ptiones antedictæ minimè militabant, & inſe-
riùs benè aperit , quid concurrentibus præſum-
ptionibus prædictis,ſentiat.
112 Retorquetur etiam deciſ. Cacher. 116. ex ad-
113 uersò allegata,nam ſub nu. 2. † fatetur notoriũ
defectum proprietatis impedire reſtitutionem
ſpoliati,& ruiſum nu.ſeq. ait quando conſtat de
non titulo,non habere locum remedium poſſeſ
ſorium in beneficialibus,allegans Guid. Pap.ac
Ferret.& alios , & ſub nu.8. declarat procedere
quando exceptio defectus proprietatis non in-
diget altiori indagine,ſed eſt notoria . Enimue-
rò ex productis in proceſſu , & actis apertiſſimè
defectus proprietatis Actoris dignoſcitur, quẽ-
admodum in vtroq; reſponſo oſtendimus, & ſu
pra dictum eſt,atq; inferiùs quoq; demonſtrabi
mus; Ergo pro nobis ſtat Cacher. Quod eò ma-
gis fatendum eſt,quia in illa facti ſpecie, quam-
uis lis eſſet inter Epiſcopum,& ſubditum , mili-
tabat tamen præſumptio cõtra ipſum Epiſcopũ,
vt ipſe animaduertit ſub nu. 9.nempe quia vnio
nem beneficij allegabat cum ſuo Epiſcopatu in-
compatibilem. Non enim dicebat collationem
ad ſe ſpectare,ex quo ſummus Pont. de illo pro
uiderat , ſed iure priuati vtebatur,vigore vnio-
nis prædictæ, Meritò fuit contra eum iudicatũ;
quia non fuit per ipſum concludenter probatũ
de ipſa vnione,vt in fi.deciſ.refert Cacher.Ma-
nifeſtè ſentiens, quòd ſi concludẽter probaſſet,
non fuiſſet aduerſarius reſtitutus; ceſſabat itaq;
eo in caſu præſumptio pro reo, imò contra eum
militabat , & nihilominus de iuribus titulorum
cognitum fuit;& huic deciſ. fuit quoq; aliàs re-
ſponſum in ſecundis allegationibus nu. 220.
114 Contar.in l.vnic.lim.2.§.8.num.22.cum ſeqq.
dum ſimpliciter loquitur de poſſeſſorio iuriſdi-
ctionis,nõ atringit caſum noſtrum,in quo lis eſt
inter ſubditum , & Principem ſuper iuriſdictio-
ne,propter quod contra Actorem ſtat iuris præ-
ſumptio,& pro Reo. Vnde neceſſe habet Actor
plenè dominium probare per ſupradicta. Nec
aliquis per Cõtard. allegatus in his terminis tra
ctat; Et licèt videatur ipſe ſub num. 25.26.idem
ſentire, & ſi ſubditus contra Dominum agat,&
ideo appellationem eo in caſu denegari,non tñ
allegatis per ipſum in contrarium reſpõdet;qui-
nimo aduerſatur his quæ ipſemet ſcripſit in l.
diffamari lim.1.nu.26.vſq; ad nu. 30. & in præ-
cedenti §.7.ferè per to.& ſignanter vſq; ad nu.
14.& nu.19.& 20.cum ſeqq.vbi pluribus exem
plis probat mixtum eſſe iudicium vbicunq; tra-
ctatur de rebus poſſideri prohibitis abſq; Princi
pis authoritate. Quinimo in eo.§.ante num. 30.
cum opin. Purh.tranſire videtur , volentis tunc
locum eſſe Aegidianæ,quando agitur ſuper Iu-
riſdictione contra priuatum;ſecus ſentiens,ſi cõ
tra Dominum,à quo Iuriſdictio pendet, Non
eſt igitur attendendum id quod obiter, & quaſi
ſub verborum inuoluero , & abſq; authoritate
aliqua, viſus eſt ſentire Contar.in motiuato lo-
co,ſed potiùs quod alibi ex profeſsò tenuit.
115 Boſſi.itidem in tit.de princ.nu.254. minus offi
cit,tum quia nititur ſolum argumento à ſimili
de beneficialibus,quod iam fuit ſublatum , imò
oſtenſum pro nobis facere , tum quia contrariũ
tenet in eod.titu. ſub num. 233.cum ſeqq. alle-
gans c.ad decimas Anch.& alios requirẽtes ple
nam probationem,& apertiùs ſub num. 256.&
ſeq.ſequendo Afflict.in §.illud quoq; l.Imperia
lem de prohi.ſeud. alien. per Frid. vbi manife-
ſtè tenet ſpoliato à Principe bonis feudalibus,
quæ

quæ talia esse constat, denegandam fore restitutionem, nisi possessionem cum vero titulo iustificet, vel cum possessione decénali, ex qua titulus præsumatur. Adeo quòd non contra nos, sed pro nobis stat Boss.

116 Ad decis. Capic. 77. diuersimodè fuit in a. resp. data solutio nu. 233. Et addi potest, quòd ibi denegatus fuit terminus reo ad impugnandū titulos actoris, & rectè; quia causa erat super spolio, ideo datus fuit terminus, & receptæ pbationes, quę de bono Iure rei, & de non Iure Actoris clarè ostendunt; ergo super probatis sententia ferēda per supradicta, & qa de quo cognouit Iudex de eo pronunciate debet l. de qua re iud. cū sim.

117 Bellam. decis. 99. dum præsupponit in materia c. ad decimas, requiri tantùm probationem tituli pro colore, decipitur, quia re vera plena probatio est necessaria, vt probat ille textus, & ibi glo. & Scrib. vt in a. respon. deduximus nu. 86. 89. 90. ita quòd tale suppositum contra eum retorquetur. Quemadmodum etiam retorquetur aliud fundamentum ab eo relatum de causa beneficiali, si indistinctè sumatur; quandoquidē data præsumptione pro reo, & contra actorem, tenetur etiam spoliatus de titulo concludēter docere, vt supra diximus nu. 109. cum seqq. Idcirco verificari potest decis. Bellam. in causa priuatorū contēdentiū de possessione beneficij, nō cū ordinario supiori, pter psūptiones antedictas.

118 Et quòd de causa matrimoniali præsupponit ibidem Belle. perpetuum nō est, quamuis cessēt dictæ præsumptiones; nam data notorietate nō iuris agentis ex coniugum consanguinitate, nō sufficit colorare possessionem, sed opus est plenè probare, idest dispēsationem Sedis Apostolicæ, aliàs denegatur restitutio Abb. in d. c. ex parte nu. 20. allegans d. c. ad decimas cum alijs cōcor.

119 Guid. Pap. decis. 85. vltra quòd loquitur in causis beneficialibus vertentibus inter priuatos, fatur etiam denegandam restitutionem vbicunq; constat notoriè de non Iure agentis; Quinimo inferiùs etiam affirmat in huiusmodi iudicijs beneficialium eum obtinere debere, qui iustiorem titulū exhibet. Meritò pro Serenifs. Reo allegari meretur, qui nedum iustiorē habet titulū, vti Dux, & Princeps totius status, cū suis regalibus, sed etiam notoriè de non Iure Actoris pbauit.

120 Alcia. deniq; in cōs. 374. col. 1. aliàs 28. lib. 6. respondit inter duos Iure priuati vtentes, nitebatur enim vterq; inuestitura ab Imperatore obtenta. Item præsupponit spolium violentū, quorum virumq; diuersificat casum illius consulta-

121 tionis à nostro themate, vt supra diximus. † Et vlteriùs pro Actore militabat ibi res iudicata, vt refert Alcia. ante nu. 9. quæ pro veritate habetur

122 l. res iudicata vbi Deci. & Cagno. de regu. iu † & facit de indebito debitum l. Iulianus verum debitorem, vbi omnes not. de cond. indeb. & l. 1.

123 C. eo. tit. † habetq; executionē paratam l. à Di-

124 uo Pio. in princ. cum no. ff. de re iud. † Atq; præsumptionem Iuris, & de Iure, quæ non admittit probationem in contrarium c. quoniam contra vbi post alios Feli. nu. 23. & Deci. nu. 34. de probat. & tradit Menoch. in tract. præsump. lib. 2. regu. 67. nu. 48. consequenter igitur cum militauerit in ea facti specie talis pro Actore præsūptio, & tantùm priuilegiata, non potest ad casum nostrum inferri in quo pro reo viget, & cōtra actorem; licèt iuris tantùm, & non de iure.

SEPTIMVM DVBIVM.

125 *Quartò. Pro D. Alexādro facere videtur, quòd cum Castris, & locis de quibus agitur, & eorum territorijs tanquam à quibuscunq; Ciuitatibus circūuicinis separatis, cohæreat iurisdictio, merum, & mixtum Imperium, vnà cum regalibus, prout in concessionibus, & inuestituris hinc inde productis apparet, vtiq; capta possessione dictorum locorum per D. Alexandrum, pro vt supra fuit dictum in primo puncto, videtur, & censetur apprahēsa possessio iurisdictionalium, & regalium l. traditio ff. de acquir. rer. domin. & ita determinat in iurisdictionalibus loquens Bar. in l. arbor. § si ff. communi diuid. & Bar. in l. inter eos. ff. de acqui. re. domi. & Iacobin. de Sancto Gorgo. in tract. feudo. in verbo, & cum mero, & mixto Imperio. num. 2. & latiùs Brun. in tract. de augumen. in 5. conclusio. vers. ad pradicta facit, loquens in illa q. an vendito, vel cōcesso Castro, veniat, & Iurisdictio, & ante eum Oldra. de quo ipse non meminit cons. 121. ad primam q. qua quæritur, vtrùm Miles recognoscens Castrū in feudum ab altero, videatur hoc ipso recognoscere territorium, & Boer alios addens decis. 10. nu. 11. Boss. de Principe nu. 375. vltra alios. concord.*

126 *per Contard. in d. §. 8. nu. 31. & † consequenter videtur agi de feudo, in quo datur restitutio non docto de titulo Marin. Frec. de sub feu. lib. 3. differentia 46. inter feud. titul. te alia; dicens fuisse pluriès iudicatū pro hac parte ex mente Isern. et vt infra.*

SOLVTIO.

Nè frustra tempus conteramus, non aggredimur difficultatem hāc, vtrùm capta possessione Castri, censeatur etiam capta iurisdictionis, & regalium, siue cohæreant, siue non? sed fatemur D. Alexandrum omnia pariter occupasse (possidere enim non potuit stantibus prædictis de extinctione lineæ, & decreto Prouidere volentes) At quòd restitui propterea debeat non docto de titulo, non benè infertur.

Nec Mari. Frec. in tract. de subfeu. lib. 3. differen. 46. ad id allegatus probat, quin potiùs totū oppositum, dum differentiam cōstituit inter feudum simplex, & feudum Castri, vel Iurisdictionis, ita vt agens pro recuperatione primi, nō teneatur exhibere titulū, quia non est res possideri phibita; pro recuperatione verò secūdi teneatur exhibere titulū, si petat, quia est de regalibus.

128 Nec

128 Nec mirum; quòd pro feudo simplici non sit ꝓducẽdus titulus, ex quo potest consistere in qua cunq; re immobili, vel æquipollenti, putà vna domo, vel prædio rustico, aut molendino, atque etiam in annuo redditu. Curt. Iun. d. tract. par. 1. cap. 7. nu. 7. & 10. cum concord. & à quocunq; priuatò cōcedi c. 1. in princ. & ibi not. qui feud. da. pos. Cessat enim in hoc feudo ratio quare re stitutionem petens, tituli probandi onere graue tur; quæ tamen militat in secunda feudi specie; & ideo probare tenetur; & hic est casus noster, in quo de Castris infeudatis, & de Iurisdictione,
129 & alijs regalibus tractatur† ac etiam de dignitate Marchionatus, quæ à Principe tantùm proue nire potest vt in 1. respon. nu. 83. & in 2. nu. 82. cum seqq. Et dum inde Frec. se remittit ad cons. Anchar. 3 10. manifestè pro nostra stat sententia, ex quo Anchar. ibi illam amplectitur, & latè tue tur, vt iam diximus nu. 80. in 1. respō. Nec omit tendum, quòd si Frec. contrarium teneret (prout non tenet) intentioni tamen nostræ minimè aduersaretur, quia non præsupponit litē inter Dominum, & vassallum, vt in nostra specie.

OCTAVVM DVBIVM.

130 *Quintò quia constat ex inuestituris feudalibus hinc inde productis, quòd bona de quibus agitur sunt feudalia, & D. Alexandrum fuisse ad eorum successionem admissum, vt statim dicemus, ergo tā quam vassallus non potuit ab eorum possessione, vel quasi amoueri, etiam per Dominum directum, nisi priùs causa cognita, vt est tex. in c. 1. §. si vero vas sallus cōqueritur de Domino. forsan, quia malo modo feudum intrauit, & ibi omnes not. de Milite vas sall. qui contumax est, Prapos. in c. 1. nu. 1. col. 2. de contro. inter vass. & Episc. id quod latè post Isern. nu. 70. probat Afflict. in c. Imperialem §. illud quoque nu. 45. ad fi. vers. & licèt ista decem rationes colorata, tamen in contrarium est veritas, & plur. seq. de probib. feud. alie. per Federicum, concludens post longam disputationem, quòd si Dominus spoliat vassallum, quamuis non constet de titulo debet fieri restitutio; & quòd in hoc non potest constitui differentia intar spolsatum à Domino, & spolsatū à priuato; Nec est danda fisco materia malignandi, & comprobat idem Afflict. decis. 361. nu. 35. vers. nō obstat. quarta ratio, &c. & nu. 40. Boss. tit. de Principe nu. 236. & de bis etiam Afflict. ad Constit. in Rub. 24. violentias lib. 1. vbi post longam discussionem articuli, eelatis fundamentis pro fisco, & contra fiscum, tandem nu. 53. concludit vassallum malo modo spolsatum, ante omnia esse restituēdum, & esse malo modo, si Iuris ordine non seruato. ampliās nu. 54. etiā quādo ageretur de māco, debilitato, & spurio, illis negantibus qualitatem, & cum eo trāsit. Cumia. ad rit. mag. Cur. Rub. 38. nu. 264.*

SOLVTIO.

131 Quod attinet ad tex. c. 1. §. si verò de mili. vassal. qui prima fronte suadere videtur restitutionem feudorum, quorum procurator Serenifs. possessionem absq; citatione partis intrauit, & sic malo modo, vt exaduersò dicitur, ego iam du plicem attuli solutionem, alteram in 1. respon. nu. 33. cum seqq. alteram in 2. sub nume. 142. & seq. quas non repeto; sed duas alias addo respōsiones, iudicio meo, verissimas. Prima est, quòd cum feuda possint in quacunq; re constitui, vt proximè dixi, rectè fuit in tex. illo generaliter di spositum, quod directus Dominus nō possit pro pria authoritate feudatarium deijcere; sed ista generalitas restringi, ac declarari debet per alia iura disponentia licere Principi, qui infeudauit fortalitia, Iurisdictionem, & alia regalia sibi reseruata, quando ex aliqua iusta causa agnoscit ea ad se reuersa, propria authoritate illa capere, per ea quæ in 1. respon. pleno calamo deduxi in 1. dub. & per alia quoq; disponentia, agētem restitutorio iudicio contra eum, qui Iure communi fundatus est, titulum plenè probare debere, antequā restitutionem obtineat; præsertim si cō tra ipsum quoq; militet ꝑsumptio, ꝑ supradicta.

Poterit igitur cōtrariū verificari in feudis aliarum rerum, quàm Iurisdictionis, & regalium, ac titulatis; & in his etiam verificari, seruatis tamē seruandis, & factis incumbentijs per Actorem.

Et quòd vltimum hoc dictum verissimum sit, concludenter probatur, ex quo tex. d. §. si verò, nullam requirit tituli probationem, & tamen ꝓ indubitato præsupposuerunt Perillust. Domini mei in præcedentibus dubijs, probandū saltem esse ad effectum iustificandæ, & colorandæ possessionis; nec est qui de hoc dubitet; adeo quòd supplere necesse est (vt dico) seruatis per Actorē seruandis, & probatis probādis; quæ qualia sint, aliunde colligere oportet, secūdum qualitatem rerum, & personarum; quia vna lex aliam declarat l. non est nouum de legi, cum notissimis.

Secunda sit responsio, quòd tex. prædictus nō præcisè, & absolutè vassallum possessione priuatum à Domino restitui mandat, sed primò iubet ipsi vassallo, vt dominum adeat; quo perperam respondente, curiam deinde adiri mandat, quæ Dominum reuerenter cogat, & competenter, vt possessionem restituat, & acquiescat, vel iudicio curiæ se submittat.

Hæc enim est forma ibi tradita. Modò in casu nostro, an seruata sit dispiciamus? Etenim D. Alexander qui se vassallum prætendit, adiuit certè Serenifs. D. Ducem, & restitutionem petijt, vt in supplicibus ipsius libellis legitur, sed nō fuit ei perperam responsum; quin potiùs benignè, & vrbaniter, vt ex rescriptis patet; per quæ causa fuit Perillust. Consilio delegata pro iustitia terminanda; & his rescriptis acquieuit D. Alexander, & causam coram ipso Consilio egit. Vndè versamur in prima dispositione illius tex. nō autem in secunda, quæ locum habet tantùm, casu

quo

quo Dominus perperam respondiderit, vt colligitur ex illis ablatinis absolutis(Domino perperam respondēte)quę conditionem important l. à testatore vbi glo.& Doct.ff.de cond.& demō. & conditio formā l.meuio, & l.q hæredi. eo.tit.

Cæterùm, si secundam quoq; partem illius dispositionis locum habere supponeremus, alterū tantùm de duobus potuisset D.Alexander prætendere,in optionem tamen Serenifs. Domini; nempe quòd restitueret, aut si iure factum suum ruere posse confisus fuisset,ordine iudiciario causam discuti fineret, prout appositè declarat illū tex. Feder. Schench.in figuratione casus. Imò verò hoc ipsum est,quod idem D.Alexander in dictis suis precibus,alternatiuè petijt,restitutionem scilicet,vel causæ commissionem breui termino pro iustitia decidendam; Cū igitur hoc vltimum assecutus fuerit,mediante rescripto mandante causam quantò celeriùs fieri posset,expediri, vtiq;, & iuris dispositioni,& Actoris quoq; petitioni simul fuit satisfactum.

Lubet quoq; responsionem in 1.respon.datam d.nu.33.& seq.amplificare,& iuri pęnitus, atq; interpretum sensui, consonam ostendere, qua in re præsuppono in primis, conclusionem ibi re
132 latam † nempe vassallum ob prætēsam culpam non posse de facto, & sinè causæ cognitione, & Iudicis ministerio, deijci, & possessione feudi p Dominum priuari,sed requiri processum, cum probatione culpæ, atq; sententiam, de quo est tex. vulg. in c. 1. vbi omnes not. de feud. si.cul. non amit.& signanter Afflict.num.1.& pluribus seqq.& rursus in cap.1.§.sancimus in 1.not.vbi alia Iura allegat,& num.3.vbi conclusionem verissimam dicit, quo temp. mil. Nec est in hoc hæsitandum,quia communiter*ab omnibus receptum est, vt patet ex relatis per Boss. ritu. de princ,num.30t.& Clar.in §.feudum q.62.

133 Cuius contrarium dicere debemus, qn̄ nō ob culpam,sed ob lineam inuestitorum finitam, directus vult propria authoritate possessionē feudi appræhendere;nam de iure licitū ei est;vt ad saturitatem probauimus in 1. respon. nume. 11. vsq; ad 39. & hanc differentiam inter alios notauit in specie Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 31. de constit.& in cons.301. nu.30.vers.
134 in contrarinm,& seq.lib.1. † Et in fortioribus terminis Afflict. in d. §. sancimus num. 4. post Isern.ibi, videlicet quando propter culpam priuatus dicitur vassallus, qui tamen sinè hærede, idest sinè descendentibus mortuus est,nam tunc potest Dominus sinè sententia capere feudum propria authoritate,quia non est aliquis cum quo possit facere processum pro aduocanda possessione, vt ibi.

Hac igitur stante differentia, dicimus tex. d.§. si verò loqui in primo casu quando propter cul
135 pam eiectus fuit vassallus;† quod primo deprę-henditur ex rub. sub qua situatus est; de milite vassallo qui cōtumax est, psupponit enim in eo. ti.agi de vocādo vassallo occasione culpę, q nō compareat;& à rub. declaratur lex sub ea posita not.oēs in l. 1.vbi Dec.nu.38. ff.si cer.pet.

136 Deprehenditur secundò ex princ.illius c.cuius verba sunt(Dominus vocat militem, qui ab eo feudum possidebat,dicendo eum in culpam incidisse,per quam feudū amittere debebat, hic nō respondet,quæritur quid faciendū sit domino?) Facta autem prouisione in fauorem Domini in casu contumaciæ prædictæ, continuatiuè subditur §. si vero, in quo,retento eodem themate prætensæ culpæ; prouidetur vassallo in casu quo dominus illum vocari in ius non fecerit, sed propria authoritate illum expulerit; & ita eum tex.interpretatur ibi Isern. inquiens,quòd vassallus conquærebatur de domino, qui ante culpam laudatam, & probatam coram paribus, destituerat eum possessione feudi; & sic malo modo, quod facere non debuit; in eundem sensum loquitur Aluar.in eo.c.1.in princ. vers.pro euidentia; & clariùs in 2.colum.vers.in tex. ibi, malo modo; dum exponit, sinè cognita, & laudata culpa iudicio parium. Ita etiam intelligit Præposi. in d. princ.in vers.not.tex.ibi, & apertiùs cæteris ibidem Afflict. in figuratione casus, præsupponendo in primo, & secundo casu tractari in materia prætensæ culpæ contra vassallum; & in indiuiduò, quòd ille.§.si vero.procedat retento themate præcedenti, tradit inibi idemmet Afflict.colum.2.in vers.in secunda parte tex. est casus, retento eodem themate; & propterea legit vtrumq; tex. simul,pro vt etiam legunt Bald. Præpos.& alij; Sed,& alij feudistę ibidem intellectum istum passim admittūt,* præsertim Feder. Schen.in eo.§.si verò.colligens in primis, Dominum malo ordine feudum ingredi nō debere,& subdens,malo aūt ordine ingreditur,cū nulla vassalli culpa conuincta,nec sententia p Curiæ pares pronūciata, occupare psumit.

Hoc igitur Germano,& genuino intellectu stāte, verissima patet illa solutio, quam in primis allegationibus breuiusculè attuli,nempe eū tex.,p cedere tantùm,quando vassallus à Domino propter culpam deijcitur,quod fieri non potest;vndè nullum facit negocium in casu nostro,in quo propter lineam finitam facta fuit apprehensio, quæ licita fuit per iam dicta.

137 Præpos.in c.1.colum.2.de contro. inuestit. inter vass. & Epi. interpętans illū tex.in vassallo spoliato agente remedio recuperādæ, recedit à litera,quæ verè loquitur in remedio adipiscendæ,vt benè aduertit ibidē Fed.Schen. ideo nnn
138 conuenit casui nostro † Item loquitur tex. ille in simplici feudo,non Iurisdictionali, nec titulato, sed potiùs consistente in pecunia, vt litera
139 cantat; † Imò, & in feudo Episcopi,non Principis

Conf.Lud.Sacc. G

cipis habentis fundatam intentionem cõtra præ tensum vassallum,quæ ratio cessat in Epi. q non habet intentionem fundatam quoad bona feudalia, vt Princeps territorij dominus.

Deniq; presupponit eundem vassallum habuisse Inuestituram, saltem abusiuam ab Episcopo antecessore, cuius virtute se induci in possessionem prætendebat, & in nostra specie nullam habet inuestituram Dominus Alexander.

Nec silentio est inuoluendum, quòd Præposi. dum interpretatur (licèt malè) illum tex. in remedio recuperandæ, admittit tamen duas fallẽ. nempe quando de non iure agentis notoriè constat,& quãdo tractatur de Castris, & fortalitijs, . quæ sunt difficilis recuperationis, & vtraq; nobis deseruit,vt probauimus, Meritò pro nostra potiùs stat sententia.

140 Isern.in c.Imperialem §.illud quoq; nume.70. & 71.loquitur etiam in terminis multùm distantibus,siquidem tractat de simplici feudo,non de Iurisdictionali,nec habente alia regalia,& dignitatem annexam,nec de Castris,& fortalitijs,quę diuersam habent causam, ac diuersum iudicium vtsupra. Et quòd de tali feudo intelligat Isern. satis colligitur ex eo,quòd præsupponit Regem non habere fundatam intẽtionem quòd omnia, quæ sunt in Regno sint sua, sicuti habet Episcopus in his,quæ sunt in sua Diocesi. Etenim si de regalibus,& feudis dignitatum,ac fortalitijs intelligeret,quæ Regis esse præsumuntur, & ab eo tantùm haberi possunt, vt sæpiùs dictũ, & vltra alios scribit Menoch.consi.307.num.67.malè loqueretur,& falsa ratione motus fuisset. Præsupponit quoq; Isern.iudicium spolij, nos minimè. Pariter præsupponit vassallum esse spoliatum, idest eum quem constabat habere inuestiturã, quam non habet Dominus Alexander,qui propterea vassalli nomen non meretur; ergo pęnitus diuersum, Deniq; fatetur Isern.restitutionẽ omnino denegari vbicunq; locũ habet regula, dolo facis,quæ sanè in nostra specie debet obtinere, per ea quæ in terminis retuli in 1.resp.nu. 79.& 91.& in 2.resp. nu.150. cum seqq.& infra latiùs attingam. Ergo pro nobis stat Isern.

141 Afflict. in eo.§. illud quoq; nu. 45. & seq.in eo in quo aduersari videtur, easdem recipit responsiones, quas modo deduxi ad dicta Isern. & re ipsa nostras sectatur partes,vt clarè demonstratur; loquitur namq; in feudo non habente Iurisdictionem,& admittit in Iurisdictinnali nõ dari restitutionem, sub num. 19. vers.non sic in his Loquitur vbique de spolio,vt legi potest; Præsupponit vassallum certum, eumq; legitimè possedisse,non simpliciter detinuisse; Admittit restitutionem denegandam,si notoriè constat de nõ Iure spoliati d.num.19.vers. quare ego respondeo, & in fi. verb. Ac etiam quando Dominus habet fundatam intentionem, vt quia cõstat per confessionẽ,vel per registra,feudum esse Regis, vel Baronis,vt in eo.nu.19. vers.interdũ cõstat, & in fi.vers.ex quibus omnibus,& hæc oĩa intẽtioni nostræ famulantur, ex iam dictis.

142 Et idem Afflict.in decis.motiuata nu. 35. vers. non obstat quarta ratio; requirens causæ cognitionem quando Princeps facit commissariũ ad dandum possessionem bonorum alicui, quæ sit pænes tertium,nõ attingit casum nostrum, quia inter duos priuatos, & de rebus in quibus Princeps ipse nullum ius prætendit,loquitur, qui casus quantùm distet à nostro, nemo non videt. Nam talis commissio intelligitur,quòd procedere debeat commissarius cum causæ cognitione, & Iuris ordine seruato,vt docet ipsemet Afflict. post relatos in constit.violentias nu. 50.vbi monet Iudices simplices quomodo in huiusmodi

143 commissionibus procedere debeant. † Et dnm in ea decis.nu.40. ait,quemlibet spoliatum feudo agere super spolio,& non teneri ostendere,titulum,intelligi non potest, nisi inter priuatos,cũ de Iudicio spolij tractet, quod non cadit inter vassallum, & Dominum vt supra dictum fuit. Vltra quòd non potest ad casum nostrum applicari,in quo non fuit intentatum spolium, vt in prioribus scripris nu.93.& latiùs in 2, respõ.nu. 113.cum seqq. Quinimo limitat ibi statim dictũ suum Afflict. in casu quo agens spolio haberet specialem iuris resistentiam, exemplificans in manco, muto, & surdo, & in materia c.ad decimas de restitut.spol.in 6.& remittit se ad not.in d.§.illud quoq;, vbi ipsemet pro nostra stat sententia,vt probauimus, & ad Castr.in l.si de vi. ff.de iud.qui sub num.7.apertissimè tenet agentem possessorio recuperandæ teneri docere plenè de proprietate quando præsumptionem habet contra se, prout in d.c.ad decimas,& in rebus,quę non nisi à Principe haberi possunt;subdens vnicum esse iudicium possessionis, & proprietatis, & exceptionem rei iudicatæ in vno, obstare in alio,consequẽterq; transit ibi ẽt Affli. cum nostra opin.sicuti,& in d.§.illud.

144 Bossi.tandem d.titu.de Prin.num.236.asserens feudatarium spoliatum à Principe, alia ratione, quàm Iurisdictionis,restituendum esse,absq; eo quòd ostendat titulũ,nobis optimè deseruit, qa de feudis Iurisdictionem habẽtibus tractamus, & alia regalia Iurisdictioni similia, hoc est Principi reseruata,sicut,& Iurisdictio. Loquitur igitur Boss.de feudis aliarum rerum, quæ non sunt Principi reseruata; quod expræsim etiam dignoscitur,ex eo, quòd remittit se ad Præpos.in d.c. 1.de controu. inter vass. & Episcopum, qui in his terminis loquitur,vt supra ostensum fuit, & ex eo quoq; depræhenditur, quòd rationem subdens,dicit res infeudatas præsumi allodiales, nisi Princeps contrarium probet, quod non verificatur in Iurisdictione, & alijs Principi reser-

reseruatis, quæ non nisi ex eius concessione possunt obtineri; vt sæpiùs dictum, ac probatũ. Imò sentit Boss. quòd si constaret res etiam aliàs esse feudales, vt in nostra specie constat, teneretur feudatarius ostendere titulum. Nostræ igitur intentioni nihil detrahit, nec præcedentibus suis dictis aduersatur, per quæ illam egregiè confirmari supra ostendimus nu. 115.

145 Afflict. in d. constitutione violentias nu. 53. & 54. asserens, decisionem illius quæstionis pendere à tex. in d. c. 1. §. si verò de mili. qui contum. est, intelligi debet iuxta terminos illius, videlicet quando ob prætẽsam culpam Dominus spoliat, qui casus diuersam habet rationem vtsupra fuit abundè ostensum. Et quòd in eis terminis loquatur, patet quoq; ex eo, quòd inquit sub nu. 51. non posse vassallum spoliari, nisi culpa cõuincta. Nec potest aliter intelligi, nisi velimus quòd sibi ipsi repugnet in ea. repetitione, ex quo superiùs nu. 22. 23. constanter asseruit licere Regi multis de causis vassallum spoliare, & præsertim quando moritur sinè prole, & aliquis alius ingreditur, etiam vti agnatus, & quando cõstat per registra, vel aliter de non Iure detinentis.

146 Cumi. quoq; in d. c. 38. num. 264. inquiens vassallum spoliatum à Domino malo modo agere posse remedio recuperandæ, nõ loquitur in feudo iurisdictionali, & habente alia regalia; in quibus militat præsumptio contra detinentẽ, & pro Domino, sed in simplici feudatario, ideo non adaptatur ad casum nostrũ; loquitur etiam in Domino expellente vassallum, & ista qualitas vassalli non verificatur ex parte D. Actoris in nostra specie, vt aliàs dixi; Deniq; non potest intelligi in casu lineæ finitæ, in quo contrarium paulò ante firmarat, nn. 262. & seq. & inferiùs quoque repetit in c. 40. num. 84. 85. vbi materiam prosequitur vsq; ad nu. 89. & cõcord. citat, ideo pro nobis stat, vt aliàs dixi in 1. respon. num. 11. & per consequens destituta remanet contraria sententia omni prorsus authoritate.

NONVM DVBIVM.

147 *Et quamuis exceptio dolo facis, &c. repellat agentem ab alijs remedijs possessorijs, non tamen repellit à remedio recuperandæ. Præpos. col. vlt. vers. sed hac lectio, & Laud. num. 5. in c. 1. in princip. si de feud. fue. contro. inter Dominum, & agnatum, & dicit Rot. decis. 16. in fi. de restit. spol. in nou. quòd hac exceptio vendicat sibi locum in petitorio, qua cum ita sint, superest videre quibusnam modis dicatur colorasse, & iustificasse Illust. D. Alexander possessionem suam.*

SOLVTIO.

148 Dixi paulò ante, hanc exceptionem locum habere in nostra specie, remittens me ad ea, quæ in primo respon. retuli sub num. 79. vbi inter alios citaui Bellem. decis. 36. tenentem, & probãtem dari quoque talem exceptionẽ in remedio recuperandæ, dummodo non agatur de spolio violento; & nunc adde, quòd idem probat Bart. in l. si de vi. ad fi. ff. de iud. defendẽdo glo. ibi ab impugnatione Dyni, & cum Bart. opin. transit ibidem Castren. nu. 16. restringens regulam contrariam ad casum, quo subsit violentia vera, vel

149 ficta, † & alias quoq; limitationes adducens, quæ proposito nostro inseruiunt, vt quando mixta est causa proprietatis, vel notoriè constat de non iure Actoris, vel quando res est, quæ non nisi authoritate superioris haberi põt, aut quando præsumptio contra agentem militat. Ad idẽ Alex. in l. rem quæ nobis num. 19. de acqui. posse. Brun. consil. 21. colum. 2. vers. quintò etiam Alb. cons. 416. nu. 5. & 25. & cons. 433. nu. 15.

150 Ideo quod dicunt Præpo. & Laud. in oppositũ citati, procedere potest in interdicto vndè vi, pariterq; in illis casibus, in quibus non militat aliqua specialis ratio, propter quam spoliatus non sit ante omnia restituendus, sed exceptio dominij admittenda sit, vt in hoc nostro.

Et quòd dicit Rot. decis. 16. in fi. de restit. spol. in nou. verissimum est, dari scilicet, exceptionem, dolo facis, in petitorio, sed non propterea negat dari etiam in possessorijs, quia esset contra omnes; nam indubitatum est dari in interdictis adipiscendæ, & retinendæ, & dubitari tantùm de interdicto recuperandæ, in quo distinguitur, vtsupra.

De primo igitur ad vltimum ex omnibus allegatis supra contra Serenis. Camerã Ducalẽ, clarissimè patet, nihil esse, quod difficultatem inijciat, vel minimam; sed oĩa potiùs rectè perpẽsa, & veritatis cribro discussa, illius intẽtioni deseruire, iustamq; defensionis causam præbere.

Cæterùm præter speciales responsiones singulis obiectis attributas, placet adhuc generales quasdam afferre cunctis insimul congruentes.

151 Et primò dicimus restitutioni petitæ locũ non esse, nisi docto de bono iure in proprietate. Ex quo licuit Serenis. D. Duci propria authoritate ingredi propter finitam lineam Io. Ludouici, & Pallauicini inuestitorum, vt in 1. respon. abundè probauimus à num. 11. vsq; ad 39. Quo casu indubitatum est non teneri restitutorio iudicio, vt ex multis adductis in eo. respõ. num. 31. & seq. & in his terminis nullus eorum loquitur, qui exaduersò citati fuere.

152 Secunda generalis respõsio est, ob sequestrũ p Serenis. dcmãdatũ in ipsomet actu appręhẽsionis, nã licèt potuisset possessionẽ, sie vtsupra captã, pro se retinere, voluit tñ actũ illũ ad normã sequestrationis redigere, ita vt nulli præiudiciũ facere posset, sed ius suum cuiq; saluũ, vt antea, remaneret, vt in 1. respon. nu. 40. vsq; ad nu. 85. Et hoc quoq; effectum impedit restitutorij iudicij l. interesse, de acq. possess. cum cæteris allegatis à me vbi proximè sub num. 44 45.

153 Tertia generalis reſpõſio patet ex qualitate re-
rũ in iudicio deductarum,quæ ſunt Caſtra muni
ta,quorum recuperatio foret valdè difficilis , ꝓ-
pter quod nõ poteſt Actor reſtitutionẽ aſſequi,
niſi ſe Dominum oſtendat , & de bono iure in
* proprietate doceat,ex communi* ſententia mul
tis numeris ſuffulta in d. 1.reſpon.num.75.
154 Quarta ſumitur ex litteris per D. Alexandrum
ſcriptis cuſtodibus dictorum Caſtrorum , quòd
deberent relaxare Procuratori Sereniſs.D.Du-
cis,& quas verè ſcripſiſſe fatetur ipſe in reſpon-
ſione poſitionum,quod operatur,vt propter cõ-
ſenſum ſiue ſpontè,ſiue coactè,(vt ipſe prætẽ-
dit)præſtitum,ad reſtitutionem nequeat aſpira-
re,niſi Dñm ſe oſtendat,vel ſaltem actum dictæ
relaxationis per actionẽ quod metus cauſa pęni
tus reſcindat,per ea quæ in d. 1.reſpõ.ſcripſimus
nu.76.77. & in 2.nu.166. vſq; ad 178.
155 Quinta deducitur ex eo, quòd D.Alexãder pe
tens ſe reſtitui,duo extrema tenebatur probare,
nempe poſſeſſionem ſuam tempore expulſionis,
& poſſeſſionem Sereniſs.Cameræ tempore mo-
ti iudicij c.cum ad ſedem de reſti.ſpol.Soci. in l.
rem quæ nobis nũm.16.de acq.poſſeſſ.in c.bonę
nu.23.de appell.& alibi ſæpè; Etenim quod atti
net ad primum extremum , rationem noſtrates
in propoſito paſſim conſiderant veriſſimam. ſpo
liatum,deiectumuè dici non poſſe,qui non poſſi
156 debat, † quia priuatio præſupponit habitũ l.de-
cem.de verb.ob.l.manumiſſiones de iuſti.& iu.
quę ratio concludentiſſima eſt,& ad ſenſum pa-
tens.Hoc autem extremum nõ probauit D.Ale-
xander,cum per mortem D.Sfortiæ vnita fuerit
feudorũ poſſeſſio naturalis cũ ciuili pœnès Prin
cipem concedentem priùs exiſtente, vt ſupra di
ctum eſt ante num.106.& in 1. reſpon. num.11.
latè comprobatum. Et eò magis per decretum
157 antedictum (Prouidere volentes) ; † cum duo
inſolidum nequeant poſſidere. l.3.§. ex contra-
rio de acq.poſſ.l.ſi duo in princ. de præca. cum
vulg.Ergo reſtitui non poteſt.
158 Nec dicatur imò apparere ipſum fuiſſe in poſ-
ſeſſione modo quo in proceſſu probatũ apparet,
quoniam cum ciuili,& naturali caruerit,fuit tan
tùm ſimplex detẽtor,& occupator, cui propter-
ea non competit reſtitutoriũ iudicium aduersùs
verum dominum ad tradita per Scrib. in l. 1. §.
deijcitur ff.de vi.& vi arma.& Menoch. latè re-
159 med.1.recup. nu.62. cum ſeqq.†& in terminis
Vaſſalli Afflict.poſt Iſerniam in d.§. illud quoq;
nu.19.verſ decimò,& vltimò nu.22.verſ.ad de-
160 cimum,& Surd.d.conſ.166.nu.19.† Et rationi
omnino conſonum eſt, ex quo poſſeſſionem vi-
tioſam non tuetur prætor l. cum ſponſus. §. res.
ff.de publi.l.communi diuidundo §.inter prędo
nes,ff.comm.diuid.Crau.conſ.556.num.11.
161 Sexta ex modo agẽdi , quo vſus fuit Dominus
Actor,qui re ipſa egit ſup nullitate, & iniuſtitia
poſſeſſionis per Ducalẽ Cameram appræhenſæ;
petens conſequenter eandem ſibi reſtitui poſſeſ
ſionem; quæ libelli forma petitorium principali
ter importat, tam reſpectu nullitatis intentatæ ,
quàm iniuſtitiæ prædictæ, prout ad ſaturitatem,
& in proprijs terminis noſtris plenè demonſtra-
uimus in 2. reſpon. num.50. vbi Aduocatorum
quoq; partis aduerſæ reſponſiones ſuſtulimus ,
& ibi dictis addendus eſt Alba.conſ.464.nu. 30.
162 cum ſeqq.qui notabiliter ſequitur. †Cæterùm
iudicium petitorium requirit de neceſſitate pro
bationem dominij,ſinè qua Actor nõ poteſt ob-
tinere l. in rem actio. in princ. vbi omnes ff. de
163 rei vendica. † vel ſaltem quaſi dominij in publi
ciana l.1.de public.in rem ac.Ergo hoc potiſſi-
mùm in præſenti iudicio diſpiciendũ , an Actor
ipſe dñium ſuum ſaltem vtile ꝓbauerit,nec ne?
164 Septima inſurgit ex voluntate, & poteſtate Se
reniſs.D.Ducis,qui ſuper huiuſmodi feudis ap-
præhenſis,& ſequeſtratis vtſupra, mandauit om
nium iura in petitorio iudicio diſcuti, ac venti-
lari ad effectũ illa relaxãdi cui de iure. Quod q-
dẽ facere, & potuit, & voluit, vt in 1.reſp.num.
66.vſq; ad 74. Ergo dominium probandum .
165 Octaua ex facultate Perilluſt.& Excelſi Conſi-
lij iudicare debentis,quod ſola facti veritate in-
ſpecta , circuitus inutiles vitando , petitorij , &
poſſeſſorij cauſam ſimul,& ſemel cognoſcit,pro
ut in vtroq; reſpõſo latè deduximus , & pleniùs
quoq; ſupra in reſponſione contrarij in motiuis
deducti.num.23.
Nona,& vltima ex iure denuo ſuperuẽto poſt
cæptum Iudiciũ;etenim deſcendentes legitimi,
& naturales à tribus ex ſeptem filijs Rolandi ſe-
nioris,videlicet à Nicolao,Vberto,& Io. Mãfre
do,qui publicato edicto generali , de quo ſupra
in 1.reſpon.nu.45.& 70.comparuerunt, & iura
ſua in iudicium deduxerunt,eadẽ ceſſerunt,atq;
vnanimiter renuntiauerunt, & refutauerunt Se
reniſs. D. Duci Alexãdro,publicis ſuperinde cõ
fectis documentis , in præſenti proceſſu exhibi-
tis. Quorum iurium vigore,quæ petitoriũ ſimul
cum poſſeſſorio concernũt , reſtitutio petita per
Actorem impeditur abſq; illorum diſcuſſione;
adeo quòd petitorij merita omnino examinãda
166 veniunt . † Quemadmodum enim potuiſſent
ipſi cedentes iura prædicta, etiam in iudicio ſpo
lij,ſi ſpolio actum fuiſſet, deducere , & proſequi
tanquam tertij , & reſtitutionem impedire, da-
to quòd ei locus aliàs fuiſſet, l. bona fides , vbi
Scrib.ff. depoſi. & not. omnes in c.in litteris de
reſtit.ſpol.traditq; Gabr.in tit. de reſtitut. ſpol.
concl.1.num. 45. Menoch.d.remed. 1.nu. 326.
167 & nouiſſimè Surd.d. conſ. 166. num. 12. † Vbi
hoc adeo verum eſſe oſtendit, vt eo etiam in ca
ſu obtineat , quo ius tertij comparentis eſt con-
nexum cum iure ſpoliatoris , & quidem inſe-
168 parabiliter. †Ita quoque ceſſionarius facere,&
dedu-

deducere potest, qui in illorum locum successit, & eadem persona cũ ipsis reputatur.l.si donatæ, §.1.ff.de don.int.vi.& vxo.c.deniq; 7.q.1.

169 Qua ratione, alijsq; plurimis, sic in terminis respondit ibidẽ Surd.nu. 11.cum tribus seqq. pro fratribus Adurnis, qui post spolium acquisiuerũt dominium Castrorum Syluani, & Castelletti, cũ iurisdictione,& pertinẽtijs; volens eos posse opponere de tali dominio ex post acquisito, ad impediendam spolij purgationem.

Ad idem benè facit tex.in l. si quis ad se fundũ §.fi.C.ad l.iul.de vi pub. vbi Alber. & Guid. de Suza.not. quòd licèt conductor non possit refri-

160 care quæstionem dominij, † sed prius teneatur rei conductæ possessionem locatori dimittere, quia aliàs spoliare diceretur per l.si quis condu-

171 ctionis cum materia C.de loca. & conduct. Nihilominus si à tertio, qui sit vetus rei Dominus, postea emerit, à restitutione liberabitur,& ita in terminis respondit Ias.cons.158. colum. 2. vers. præterea, & tertiò lib.2.

172 Simile est quod scripsit Bald. cons. 309. in fin. vol. 3. Nempe quòd sicut interdictum vndè vi, cedi potest, & cessionatius ex iure cesso potest agere, ita quoq; ex iure cesso potest excipere, vnde respondit ibi Bal.eum, qui Castrum custodiẽdum à spoliatore receperat, non teneri ei restituere, si à spoliato ius cessum habuerit, quamuis aliàs spolium vltimum fuisset purgandum; nam tunc ex iure cesso, non ex improbitate sua, vincere dicitur, vt per eum.

173 Nec est mirum, quòd quis ex persona aliena id consequatur, quod ex sua consequi non potest, cum hoc sæpissimè contingat teste iurisconsulto in l.Aristo.in fi.ff.quę res pigno.ob.pos. vbi glo. & doct. per multos casus referunt in l.q. prior.q. pot.in pigno.habe.& in l.petendæ, C.de temp. in integ.resti.pet.atq; in l.per hanc. C. de temp. appel.& alibi passim,& est bonus tex.in c.authoritate de concess.ptebẽn.in 6.vbi ex tribus expectantibus, secundus qui ex persona sua præbendam obtinere nequibat, ex persona tamẽ tertij, qui primum superat, illam consequitur.

174 Neq; inconuenit, quòd quis duorum, aut plurium personam in aliquo actu, vel iudicio reprę sentet. Abb.latè in c.ex literis nu. 11.12 de probat.vbi etiam Dec.nu. 14. & alij, Pinell. l.1.par. 3.C.de bo.mater.Surd.d.cons.166.num.13.14. & ego ad aliud propositum probabam in d.2.respon.num.12.cum seq.

Qualia autem sint prædictorum cedentium iura in petitorio, præcipuè depræhendi potest ex his, quæ plenè scripsi in 1. respon. nu.135. vers. verùm si cõtrarium vsq; ad 152.pro locis Buxeti, Curtismaioris, Bargoni,& Monticellorum,& nu.170.pro Castro Florenzolæ, & nu.187. vsq; ad nu. 197. pro Castro Costemedianæ, & num. 197.pro putheis à sale; quibus in locis apertissimè fuit ostensum, eorundem cędentiũ iura lõgè potiora esse prætensis iuribus D.Alexandri, quatenus de feudis antiquis tractaretur, & de iure inuestiturarum Rolandi senioris, & seu earũ cõfirmationibus,& D.Aduocati actoris asseruerũt, & maximè D.Meno.d.cons.378. stante quòd ipsi Domini cedentes habent ius trium linearum ex quatuor, citra omnem controuersiam, & ius quartæ lineæ, non potest D.Alexãdro compete-

175 re, † tum quia non erat primus in gradu, vt dicebam in d.1.respon.nu.136.& seq.cui addi possunt dicta Surd.in d.cons.108.nu.16. & Crau.d.

176 cons.913.num.6.† tum quia à radice infecta descendens, vt eodem loco subiungebam vsq; ad nu.152. & rursus in 2.resp.nu.158. vsq; ad 166. Et si replicaretur, quòd propter refutationem,& renunciationem trium linearum prædictarum, esset aperta successio lineæ Ioan. Francisci stante feudorum antiquitate,& propterea D. Alexãdrum posse succedere, facilè adhuc responderi poterit, plura ei obstare, nam primò defectus natalium de quo supra. Secundò quod non est pro-

177 ximus in gradu, vt probatũ fuit. † Tertiò quòd durante vita refutantium,& eorum descendentium non potest aliquis de alia linea refutationis effectum impedire,& ad successionem aspirare, Iacob. à S. Georg. in d.inuest. in ver. & cum pacto de non alienando num.37. vers. sed perdubium est,& in verbo, & vnus ex dictis vassallis num.5. cum concord.

His nouẽ generalibus responsionibus, & qualibet earum, luce clariùs tolluntur oĩa hucusq; in motiuis deducta; sitq; manifestum, super petitorio in pñti iudicio, iudicari oportere; in quo pro Serenifs.D. Duce oĩa plana,& apta sunt; pro D. Actore verò nihil est quòd de iure subsistat.

Et hoc adeo verum est, vt nec pro coloranda, & iustificanda prætensa ipsius possessione, pducta per eum sufficiant, vt in 1.& 2. respon. plenè exuberanterq; ostensum fuit ad oculum,& mox quoque subijciemus ad sequentium motiuorũ vim eneruandam.

DECIMVM DVBIVM.

Et in primis satis sufficienter videtur iustificasse suam possessionẽ per adoptionẽ de ipso factã in filiũ per Illust.D. Sfortiã Pallauicinum vltimum de comprahensis in inuestituris, & concessionibus dictorũ locorũ, de quibus supra; etiã ad effectum, vt possit in feudalibus succedere, cum consensu, licen-

178 *tia, & authoritate Sereniss. Ducis. † Neq; enim aliàs fuisset habilis ad feuda c.1.§.adoptiuus,*

179 *si de feud.fuer.cõtr.inter Dom.& agna. † cuius dispositio non procedit accedente consensu Domini directi, vt hic; Bal.& Prapos.in 1.fallen.ibidẽ, & Afflict.nu.9.vers.2.fallit, vbi refert ita contigisse in Regina Ioanna prima Regina Neapolis, qua cum consensu Clementis adoptauit in filium Regẽ Vngaria, & in Regina Ioanna secunda, qua sibi adoptauit*

ptauit in filium, & successorem in Regno Siciliæ Regem Aragonũ; vndè dubitandum non videtur; quin adoptio huiusmodi iudicanda sit iustus titulus succedendi in bonis feudalibus, & locis quæ poßidebat
180 *d. D. Sfortia, † quia in succeßionibus prima causa est filiorum l. scripto ff. vndè lib. & c. 1. in princ. de succe. fra. vel grad. succe. in feudo, & consequenter non videtur posse dici, quòd feuda huiusmodi eßēt ad Cameram deuoluta per mortem d. D. Sfortiæ, vt fuerat Significatum Serenißi. indelebilis memoria Duci Alexandro in commißione eiusdem circa apprahensionem dictorum bonorum, à cessante causa, c. cum cessante de appell. cum vulg.*

181 *Nec videtur; quòd iure dici poßit dictam adoptionem non esse adoptionem, sed potiùs arrogationem, cui non acceßit consensus D. Ducis l. multùm interest, C. si quis alteri, vel sibi.*

182 *Quoniam veriùs videtur, quòd sit adoptio, quia antequam à nexibus patriæ potestatis d. D. Alexander liberaretur, ipsum iã in filium sibi assumpserat d. D. Sfortia, vt patet ex eiusdē instrumento adoptionis l. quoties, ff. de vsufructu cum vulg.*

SOLVTIO.

Nõ negamus, quin possit Princeps regulariter (in sui præiudicium tantùm) adoptioni assēsum præstare, etiam in feudalibus; sed in casu nostro dicimus potestatem, ac voluntatem in Serenisſ. Duce Octauio defuisse, vt in 1. respon. nu. 222. vsq; ad 239. abundè probauimus, & in 2. num. 184. Repetere non expedit, quia nullum datur, nec dari posse responsum credimus.

Quoad præiudiciũ verò tertiorum, & sic agnatorum, qui iura cesserunt, vtsupta, multò magìs dicebamus, nec potuisse, nec voluisse D. Ducem adoptioni consentire, ex deductis in d. 1. respõ. num. 223. & seq.

At præsupposito, quòd tam potestas, quàm voluntas affuisset assentiēdi adoptioni p̄dictæ, demõstratũ quoq; fuit ibidē nu. 239. vsq; ad 253. inclusiuè, nullam, & inualidam pœnitus fuisse adoptionem ipsam, pluribus quidem vrgentioribus argumentis, quæ intacta manent.

Nihil etenim eis officit vulg. reg. l. quoties de vsufr. nempe ordinē lr̃æ attendi debere, ex quo inferri videtur adoptionē potiùs q̃ arrogationē contrahentes facere voluisse, eò quia antequam à nexibus patriæ potestatis liberaretur D. Alexã der, ipsum iã in filium assumpserat D. Sfortia.

Quoniam ex hoc ipso, multisq; alijs argumentis, probabam in 1. respon. sub nu. 240. cũ seqq. arrogandi potiùs animum adfuisse.

183 Sed addatur pro responsione ad regulam d. l. quoties; quòd ordo litteræ non semper attenditur; quin potiùs ordo intellectus, vt dixit Bald. in l. fi. q. 12. C. de hęred. insti. & in l. 1. in 4. oppo.
184 C. de his, quibus, vt indig. † & ordinem scripturæ in executione sæpiùs peruerti ait Bart. in l. pen. c. de delato. lib. 10. Pluresq; declarationes ad eam regulã recenset Fely. in c. cum dilecta. in ver. ordo scripturæ. de rescrip. quæ casui nostro conueniunt, si rectè perpendantur. Sed non immoror, quia siue voluerint adoptionem, siue arrogationem facere, neutra valuit; quia vtriusq; solemnia, atq; substantialia defuerunt, pro vt legibus, authoritatibus, rationibusq; eodem loco præcitato probatum extitit.

VNDECIMVM DVBIVM.

185 *Neq; clausula (sinè præiudicio Cameræ nostræ, & cuiuslibet tertij) quicquam lædere videtur dictam adoptionem, quia generalis, & incerta l. in tradēdis ff. cõmunia prædio. glo. & Doct. in c. pastoralis de exceptio. & notab. Bal. in c. quæ in ecclesiarũ nu. 33. de constit. & ideo potest intelligi respectu directi dominij intelligendo reseruationē secũdùm actus naturam, vt respondit Ias. cons. 161. col. 2. vol. 2. in inuestitura Illust. D. Comitis Iulij Boiardi, respondit Ri-*
186 *min. cõs. 772. nu. 60. & plur. seq. nu. 11. vol. 4. † & dicta clausula nõ operatur circa expressa, sed intelligi debet in reliquis, vt declarat Ias. in l. si fundũ per fideicõmissũ in prin. n. 71. ff. de leg. 1. Grãm. decis. 66. num. 3. & seq. & de prædictis amplè Crauet. cons. 413. nu. 37. & seqq. vol. 2.*

SOLVTIO.

Præsuppositis antedictis, nõ opus est insistere circa vim clausulæ reseruatiuæ (sinè præiudicio iurium Cameræ nostræ, & cuiuslibet tertij,) nam si actus subsecutus non valuit, nõ est quid ab eo exceptum, & reseruatum quæramus?

187 Quamquam si actus etiam valuisset, non opus fuisset excipere, aut reseruare iura tertiorũ, quæ iure cõi erant reseruata l. 1. §. meritò ff. ne quid in lo. pub. & dixi in 1. respon. num. 332.

Minusq; Cameræ, quæ municipali lege erant quoq; reseruata, vt ibidem probabam nu. 233. cum duob. seqq.

At cõcurrēte legis, & hoīs reseruatione, nõ superest dubitationi locus, vt subijciebã nu. 236.

Sed & sola reseruatio generalis adiecta concessioni, sinè consensui Principis, eũdem effectum operari potuisset, ex relatis ibidem nu. 231. Quibus addi potest Præpos. in terminis in c. 1. §. q̃d ergo nu. 2. de inuest. de re ali. fac. vbi etiam Lauden. & Zas. in epit. feud. par. 9. nu. 8. volētes per talem clausulam saluum remanere ius deuolutionis feudi.

188 Quibus non contradicit glo. in c. pastoralis de excep. quia loquitur in casu quo præfixum erat tempus ad opponendum omnes exceptiones dilatorias, & ꝑpterea necesse erat eas specificare.

189 Et Bal. in c. quæ in Ecclesiarum num. 33. multa præsupponit, & præsertim factum contradicere, & repugnare protestationi; item protestantem recepisse laudemium post protestationem; nullumq; ius competijsse ante sententiam; quæ casui nostro non conueniũt, & manifestam habeat rationem diuersitatis.

Quòd

Quòd verò reseruatio interpretari debeat secundùm actus naturã, nobis deseruit; quãdoqui dem natura actus importat, vt iuri de futuro nõ intelligatur præiudicatũ; & sic deuolutioni feudorũ, quæ post mortem D. Sfortiæ erant recasura; Tãtò magis, qa in precibus expositum ab eo fuerat facultatẽ sibi esse de eis disponendi, quod falsum erat, vt patet ex adductis d. 1. respon. nu. 225. & seq. & multò magis importat, quòd iuri tertij non fiat præiudicium.

190 Ad id aũt, quod dicitur de clausula reseruatiua, quæ nõ operetur circa expressa, iam fuit ibidẽ responsum nu. 236. cum seqq. Nõ enim reperiĩ in nostra specie quicquã putè, & simpliciter concessum, à quo velimus aliqđ detrahere, vndè resultet (vt in cõtrarijs) correctio quædã incõ tinenti, quam lex abhorret; sed fuit assensus ille qualificatus, conditionatus, & restrictus, vt ibi probabam; non repeto. Nec circa alia in motiuo contẽta immoror, quia ex p̃dictis patet respõsio propter diuersitatem casuum manifestam.

DVODECIMVM DVBIVM.

Concurrit, & secũdò inter cætera apprahensio possessionis per obitum d. D. Sfortiæ capta authoritate
191 *Iudicis, † qua etiã tribuit iustam causam possidẽdi l. iustè possidet ff. de acquir. possess. Rota. decis. 16. q̃ est pen. col. 2. de restit. spo. in no. cũ alijs cumulatis p*
192 *Mascard. de proba. concl. 1375. par. vlt. † & idem est dicere iustè possidere, quod possidere cum titulo l. 1. C. de bon. qua lib. & l hæredes, C. de omni agro deser. lib. 11. Nec videtur obesse clausula, (saluo iure tertij,) quia adest testamẽtum dicti Illust. D. Sfortiæ, in quo hæredem instituit D. Alexandrum, etiam cum consensu, & licentia D. Ducis nostri pro tẽpore, ita quòd dictus D. Alexander, nedum colorẽ*
193 *habet sua possessionis, sed imò titulum expressum, & Dominus consentiens vassallo alienanti perdit ius suum, Afflict. decis. 112. num. vlt. Præpos. in c. 2. § quid ergo num. 2. de inuesti. de re alie. fac Zas.*
194 *in tract. de feu. par. 9. nu. 8. † & licentia testandi data per Dominum feudi ei præiudicat Dec. cons. 195. num. 4.*

SOLVTIO.

Ad primum dictum de authoritate Iudicis fuit multipliciter responsum in 2. respon. num. 201. vsq; ad 207. ad ibi dicta me remitto; quæ merã continent veritatem, tam in facto, quàm in iure. & ibi ex relatis num. 203. colligere licet, præter deducta, quòd assistentia illa fuit concessa D. Alphonso, & D. Alexandro eius filio insimul, & ita etiam cantant tenutæ locorum subsecutę. Adeo quòd pro medietate tantùm posset actus inseruire D. Alexandro per reg. l. reos, §. cum in tabulis de duob. reis.

Insuper addi potest, fundamentum istud non procedere respectu Castri Florenzolæ existẽtis in agro Placẽtino, in quo nullam habebat iurisdictionem Consilium Parmen. tunc temporis, quia quælibet Ciuitas suum habebat Consiliũ, vt legitur in constit. Serenis. Ducis Octauij de
195 facultatibus magistr. † adeo quòd nuntius ille concessus in genere per Consiliũ Parmen. nihil operari potuisset extra territorium suum l. fi. de iurisdict. om. iud. & per consequens nullum colorem tribuere possessori illius loci.

Sed nec aliorum locorum; ex pluribus deductis in d. 2. respon. loco præcitato.

Ad secundum verò de testamento D. Sfortiæ, & licentia testandi obtenta à Serenis. D. Duce Octauio, videantur (quæso) scripta in 1. respon. nu. 253. successiuè igitur vsq; ad nu. 266. inclusiuè, quæ oẽm pœnitùs hæsitationem tollunt.

Sed addimus nunc, quòd respectu feudorum, q̃ per mortem D. Hieronymi de Buxeto obtinuit D. Sfortia; non possunt prædicta quicquam operari; quandoquidem tempore petitæ, & impetratæ licentiæ prædictæ viuebat adhuc D. Hieronymus, & plures annos post; eaq; restricta fuit ad feuda tunc temporis per D. Sfortium possessa; adeo quòd, si testamentum prædictum valeret (prout certè nõ valet) nõ tñ porrigeret vires ad Terrã Buxeti, & Monticelloiũ, quæ fuerunt D. Hieronymi prędicti. Minusq; horũ respectu operaretur nuncius ille concessus per Consiliũ Parmen. pro executione allegati testamenti. At hæc superfluò deducuntur, ex quo aliundè proba ũ extitit, quòd nec horum, nec aliorum locorum feudalium valuit dispositio testamentaria in 1. respon. num. 254. vsq; ad 267.

Nec est omittendũ, quòd cũ D. Alexander tenutã acceperit vti hæres D. Sfortiæ, vt ex actis vbiq; patet, & illa institutio hæredis non valuerit, saltem quoad feudalia, non potest alio iure ipse D. Alexander dictã tenuta defendere aduersùs Ducalem Camerã, cum præsertim nullam fecerit protestationem, & declarationem, quòd alio iure vellet insistere. Boss. de Prin. nu. 300.

DECIMVM TERTIVM DVBIVM.

196 *Nec videtur admittenda disputatio super vlteriori validitate, vel inualiditate dictorũ titulorũ in hoc possessorio per Doct. in d. c. in litteris de restit. spol. quos signãter in spiritualibus (ut dixi) refert, et sequitur Guid Pap. d. decis. 85. Rot. d. decis. 16. col.*
197 *2. † Vltra adducta per Contard. vbi supra; dicitur enim titulus coloratus, etiã quòd ob aliquod vitiũ non dicatur iustus, Rebuff. in tract. de pacif. possess. q. 43. Dans exemplum in collatione facta ab ordinario cuius manus erant affecta.*

SOLVTIO.

198 Imo admittenda, per ea, q̃ deducta fuere in 1. respon. nu. 97. vsq; ad 102. inclusiuè, & latiùs in 2. in 4. q. princ. nu. 207. vsq; ad fi. quo loci contraria quæq; sustulimus, & præsertim tradita p Doct. in c. in literis de resti. spol. quibus fuit re-
199 sponsum sub nu. 216 † Et decis. Guid. Pap. 85. plures datæ fuerunt responsiones num. 218.

200 Quæ conueniunt etiam decis. 16 Rot. de restit.
spol. in no. nostram potiùs intentionẽ fundanti;
quoniam restitutionẽ spoliato denegari asserit
sub nu. 3. vers. sed ratio, & si titulum coloratũ ex
hibeat, quando notoriè constat de iure spoliato-
ris, ac etiam quando ius commune assistit reo, &
resistit actori; quorum vtrumq; verificatur in ca
su nostro. Vltra quòd loquitur in spolio violen-
to, ꝑpter quod spolians amiserat omne ius suũ,
& in hoc maximã vim facit Rot. sub nu. 4. At nos
non tractamus de spolio aliquo, vt sæpiùs dictũ.

Contardus autem in d. §. 8. nullum facit verbũ
de prohibita discoloratione, & improbatione ti
tulorum ad colorandum deductorum.

201 Et Rebuff. in d. q. 43. præsupponit validitatem
tituli obtenti ab habente authoritatem ordina-
riam, quem tñ reus annullare satagebat, nos ve-
rò titulos ex opposito adductos, nullos ipso iu-
re, vel limitatos, conditionatos, & infectos in se
ipsis ostendimus, ergo diuersum. Et si Rebuff. ge
neraliter intelligeretur, maximum sequeretur
inconueniens, quòd actore producente instru-
mentum falsum, vel nullum ipso iure, aut iã cas-
sum, & annullatum per aliud instrumentum, vel
aliter, deberet tamen obtinere, adeo quòd neces
sitas colorandi, & iustificandi possessionẽ in casi-
bus à iure receptis, frustatoria, & elusoria redde
202 retur, † & via fraudibus aperiretur, quod nõ est
ferendũ. l. cum his §. transactionibus, de transac.
vbi glo. & Doct. l. in fundo, §. neq; de rei vẽdica.

DECIMVM QVARTVM DVBIVM.

203 Additur, & possessio plurium annorum continua-
ta, cum tamen annalis sufficiat, c. 1. §. fi. si de inue-
sti. inter domin. & vassal. lis oriatur, Bal. in c. 1. §.
sacramentũ nu. 14. vers. reuertamur ergo. de con-
sue. recti feud. Grat. cons. 9. nu. 40. lib. 1. & cursus
dicti temporis habet vim spatij annorum 30. Affl.
in c. 1. nu. 6. de contẽ. inter dom. & vassal & aper-
tiùs in c. 1. nu. 2. in 2. not. de consuet. recti feudi.

SOLVTIO.

204 Videnda sunt pro solutione scripta in 1. respõ.
nu. 267. vsq; ad 278.

DECIMVM QVINTVM DVBIVM.

205 Et cum D. Alexander fuerit immissus in possessio
nem Castrorum, & iurium, de quibus agitur autho
re Pratore, idest Consilio Parmensi, satis videtur
eum coloratè possedisse, cum in exercitio etiam Re-
galium, scientia Præsidis sufficiat ad manutenen-
dum possessionem suam, Bar. in l. Publicanus. §. in
vectigalibus ff. de Publica.

SOLVTIO.

206 Absit, vt dicamus, quòd sola scientia Iudicis, ẽt
supremi, quòd quis sit in possessione alicuius rei,
sufficiat ipsi pro titulo colorato, non enim inte-
rest ipsorum Iudicum, quòd vnus potiùs, quàm
alter possideat, nec impartiuntur officium suum,
nisi petentibus l. 4. §. hoc autem. cum materia ff.
207 de dam. infec. † Nec Bart. in l. si publicanus §. in
vectigalibus ff. de public. hoc asserit; quamuis di
cat, eius Iudicis, vel Præsidis, cui cõmissa est cu-
ra vectigalium, scientiam sufficere, ad hoc vt qs
sit in quasi possessione alicuius exigẽdi vectiga-
208 lis, & incipiat præscribere; assignans rationem, †
quia scilicet eius scientia requiritur, contra quẽ
præscribuntur incorporalia, cum per aduersarij
209 patientiam constituatur eorum quasi possessio †
loquitur ergo Bart. de eo Iudice, & officiali, qui
partis vices gerit, vt apertissimè declarat. Mi-
nusq; sentit Bart. quòd talis etiam scientia pro
colore aliquo deseruiat, vbi remedio recuperan
dæ agat priuatus ea quasi possessione; & multò
minùs si contra Principẽ, agat per supradicta.

DECIMVM SEXTVM DVBIVM.

210 Et ex his patet non obstare id, quod alibi dicunt
Doct. quòd in feudo, sicut in emphiteosi potest Domi
nus directus propria authoritate spoliare possessorẽ
finita linea, vel generatione inuestiti, propter natu
ralem vnitam cum ciuili, Bal. in c. qua in Ecclesia-
rum num. 31. de constitu. & in l. 2. nu. 38 ff. de rer.
diuis. dicens ciuilem statim trahere ad se naturalẽ
in personam Domini, & cons. 391. Præsupponitur,
quòd Petrus, qui tenebat feudum ab Ecclesia nu. 1.
in 1. par. & in c. 1. nu. 8. vers. vlt. de controuer. in-
ter Domin. & feud. de inuesti. dicens, quòd si vassal
lus claudit ostia Dominus potest aperire, Afflic. de-
cis. 392. nu. 17. & in constitutione violentias num.
22. & 23. in prima causa; Vbi ponit causas iustas
propter quas potest Dominus spoliare poßidentẽ pro
pria authoritate, Boß. tit. de Principe nu. 295. Nat
ta cons. 563. nu. 36. Ias. in l. clam poßidere, §. qui
ad nundinas nu. vlt. ff. de acquir. possess. Dec. cons.
101. ante nu. 10. Vbi de Principe, Syluan. cons. 26.
nu. 5. Brun. cons. 19. nu. 6. Crau. cons. 1. nu. 7. Gabr.
cons. 88. in fi. Anto. Gabr. de acquir. possess. conclu.
* 1. limit. 31. & 37. & est * communis opinio, Vrsill.
ad Afflict. decis. 92. num. 2.

211 Quoniam, præter id, quòd hæc opinio non videtur
satis tuta in puncto iuris, vt inquit Boß. vbi supra
nu. 294. & seq. & videtur benè loqui, quia commu
* nis* opinio videtur cõtra Bal. vbi supra; cum requi
ratur sententia declaratoria, vt de ea fidem facit
Moderu. Parisiẽ. super cõsuet. Parisiẽ. §. 30. nu 37.
212 Sed quia re vera pleriq; videntur Bald. laudare,
videtur, quòd eius decisio non absit dicto Domino
213 Alexandro, † quia Bal. & sequaces loquuntur v-
bi certum erat lineam esse finitam, & nulla super
hoc erat dubitatio, ergo non facit in hac specie, in
qua, vt diximus, constat, etiam ex confeßione fisci,
multos superesse de illa linea, de existentia dicti
D. Alexandri vtì filij adoptati per D. Sfortiam,
& admißi ad feuda huiusmodi, & de institutione
facta de eo virtute licentia testandi, vltra alias
responsiones, quæ videntur posse applicari dictæ
decisioni Bal. quæ breuitatis causa prætermittun-
tur, postquam præcedens videtur satis suffi-
cere.

SO-

SOLVTIO.

214 Ego in 1. respon. in princ. tot attuli celeberrimos authores per opin. Bal. totq; rationibus, & argumentis eam confirmaui, vt nulli locus sit * probabili dubitationi, quin communis * sit, & verissima sententia, in praxiq; recepta, prout doct. à me relati attestantur, & deducta, ac probata in processu ex abundanti ostendunt.

215 Nec facit negotium quòd Boss. d. nume. 254. & seq. videatur aliquantulũ de ea dubitare, quia nihilominus eandẽ amplectitur, & authoritate gl. Imol. & Aret. ibidem confirmat, & inferius sub nu. 331. apertissimè sequitur, citans eundẽ Bald. atq; Præpos. & asserens senatũ ita sæpiùs, tam in donationibus, quàm in feudis iudicasse.

216 Glo. vero Parisien. in §. 30. nu. 37. in contrariũ adducta, expræssim loquitur in casu quo ꝓpter culpam feudum sit reuersum, & deuolutum, qui longè à nostro distat, vt supra diximus nu. 137. cum seqq. Quod admittit etiam Bal. nostræ sententiæ antesignanus in eo. c. quæ in Ecclesiarum num. 31. & alij præcitati sequuntur. At in casu lineæ finitæ idem quod Bal. probat Parisien. quẽ in d. respon. 1. nu. 11. retulimus; quod etiam tenet §. 1. glo. 4. num. 45. adeo quòd opin. nostram ipse quoq; amplectitur.

Quæ tantò magis absoluta redditur, atq; indubitabilis in nostra specie, propter decretum (Pro uidere volentes) & constitutionem Ducalem illud approbantem, de quibus supra, per quæ omnis possessio etiam actualis, ipso iure fisco acquisita, & incorporata fingitur; adeo quòd occupatorem de facto expellere pœnitus licuit, vt probauimus in 1. respon. nu. 11. cum seqq.

217 Nec probanda est restrictio exaduersò cõsiderata, vt Bald. sententia vendicet solummodo locum, quando certum est lineam esse finitã; Quoniam nec ipse Bald. nec sequaces mentionem faciunt de huiusmodi certitudine, sed tantùm dicũt, quòd finita linea, vel quòd propter finitam lineam, aut mortuo vassallo sinè prole, vel sinè descendentibus, licet Domino feudi possessionẽ propria authoritate capere; satis enim est, quòd verè finita sit, & vbi in dubium reuocetur possit certificari, & verificari. Et hoc ipsum sentit Bald. in d. c. quæ in Ecclesiarum, dum quærit, an post appræhensionem prædictã liceat Dño nouũ feudatarium in possessionẽ inducere? & distinguit, an lis superinde pendeat, vel non? decidẽs quòd primo casu non potest, obstante vitio litigiosi; secundò verò sic, quia de re sua potest ad libitum disponere. Ex quo enim præsupponit litem moueri posse Domino feudi post adeptam possessionem; videtur id ea potissimùm de causa procedere, quòd aliquis in prioribus inuestituris se vocatum prætendat, & per consequens lineam nondum finitam. Et in hunc sensum loquuntur omnes pro hac parte citati, si rectè inspiciãtur.

218 Enimuero paria sunt, quid ab initio certum esse, vel ex post certificari, l. certi condictio cum not. ff. si cert. pet. l. sanctio, vbi glo. & doct. ff. de pœn. In terminis Afflict. in c. 1. in fi. princ. si de feud. defunct. mil. fuer. contro.

219 Sed possumus & dicere, certũ esse, lineã esse finitã, quamuis ex ꝓbationibus factis non appareat, ex quo lex semper est certa de his quę sunt in rerum natura, l. cum quidam §. suum. de acqr. hæred. Bart. in l. centurio num. 16. de vulg. & pupil. vbi Alex. num. 55. id verum asseuerat, præterquam in his quæ pendent à futuro euentu.

220 † Vltra quòd præsumptione quoq; iuris finita linea præsupponi debet, cum præsumatur non extare aliquis agnatus D. Sfortiæ sinè filijs defuncti, qui ad feuda de quibus agitur, vocatus sit, nisi probetur Alex. cõs. 39. nu. 5. lib. 1. Ruin. cons. 109. nu. 38. in 3. Natt. cons. 395. num. 7.

221 Iuris autem præsumptio dr̃ liquidissima probatio l. licèt Imperator de leg. 1. l. tutor. vbi gloss. C. de pœn. & in c. cum dilecti. vbi Abb. & alij de dona. Marſ. in rub. de proba. nu. 183. Alciat. in tract. præsump. par. 3. nu. 4. vbi ait, quòd lex parificat istos casus, quòd quis probet, vel habeat pro se præsumptionem. Et inquit Menoc. consi. 5. num. 10. quòd præsumptio est clara veritas, & aperta probatio. Adeo quòd donec contrarium probatum fuerit, præsupponendum est lineam verè extinctam remansisse, & per consequens facultati ingrediendi propria authoritate locum fuisse, quando Serenis. D. Dux mandauit actualem possessionem feudorum suorum capi, & in sequestrum poni.

Et tantùm abest, quòd non esse finitã fateatur fiscus, vt totũ potiùs oppositum fateatur D. Alexander in responsione positionis fisci decimæ octauæ, vsq; ad trigesimam octauam inclusiuè. Nempe D. Sfortiam sinè descendentibus masculis, legitimis, & naturalibus obijsse, & per consequens lineam in qua ipse erat extinctam remansisse; quæ erat linea procedens à q. D. Io. Ludouico Pallauicino de Curtemaiore Mag. Rolandi senioris filio; & ibi quoq; fatetur extinctã priùs ante mortem D. Sfortiæ fuisse lineam D. Pallauicini de Buxero eiusdem Mag. Rolandi filij.

Vndè sequitur extinctas pœnitùs remansisse ob mortem ipsius D. Sfortiæ, ambas lineas dictorum duorum fratrum inuestitorum de Terra Buxeti, Curtismaioris, & Bargoni.

Quoad Terrã Florenzolæ, iam fuit ad saturitatẽ ostensum de inuestituris oĩbus finitis in ꝑsonã D. Sfortiæ in 1. resp. num. 163. vsq; ad 177. & pleniùs quoq; supra circa inuestiturã vltimam Pauli III. quæ maiorẽ videbatur Perillust. Cõsilio dubitationem ingerere à nu. 26. vsq; ad 91.

Et de terra Monticellorũ idem demonstratum fuit eo. 1. resp. nu. 116. vnà cum alijs feudis; separatim verò sub nu. 152. cum decem seqq.

Pro

Pro Castro Costæmedianæ, licèt finita non sit linea Io. Manfredi primò inuestiti, habet tamen Ducalis Cameræ cessionem iurium à descendentibus ipsis, qui soli possunt ad feudum, vti antiquũ, aspirare, tum virtute inuestituræ prædictæ ascendentis sui, tum vigore contractus permutationis resolutæ, de quibus tractatũ fuit eo. 1. respon. nu. 187. cum alijs decem seqq.

Sed respectu D. Sfortiæ indubitatum est, lineã ipsius finitam esse, ex quo nullos reliquit filios legitimos, & naturales, quod centiès in processu fatetur D. Alexander.

Quibus stantibus, versamur certè in casu, quo licuit Serenifs. Cameræ possessionem oĩum feudorum capere, quæ ipse viuens possidebat.

Confessio aũt superexistentiæ descendẽtiũ masculorum legitimorũ à q. Io. Francisco, quam facit Procurator Cameræ in suis positionibus, est limitata ad descendentes per lineam fęminam; qui sunt feudorum incapaces, tum iure cõi, vt notum est, tum iure municipali, hoc est ex decreto (Meminimus) sæpedicto, tum deniq; ex forma inuestiturarum, quæ masculos tantùm legitimos, & naturales, ac de legitimo m̃rimonio natos, vocãt, & alios excludũt. Meritò nõ dr̃ linea ipsius durare ad effectum succedendi in feudis.

Cęterùm, dato, & non concesso, quòd adessent ẽt masculi legitimi, & naturales descẽdẽtes ab ipso Io. Francisco, non propterea duraret linea

222 D. Sfortiæ. † tot namq; lineæ ab initio ortũ habuerunt, quot filios reliquit Mag. Rolãdus cap. quod dilectio, & c. fi. & vtrobiq; glo. & scrib. de consanguin. & affin. à quo, velut centro, ad circũferentiam ductæ, eousq; producuntur singulæ,

223 quousq; descendentes cuiusq; durant; † & quẽadmodum lineæ sic vtsupra à centro rectã ductæ, nunquam coniunguntur, imò quò magis producuntur, latiùs inter se distant, ita quoq; descẽdentes per lineas prædictas diuersorum fratrum semper inter se differunt; quin quò plus durant,

224 eò magis sanguine disiunguntur; † ita quòd vltra quartum gradum licitum sit inter eas matrimonium, quòd in propinquiori gradu erat prohibitum d. c. quod dilectio, & d. c. fi. de sangui. & affi. Nimirum finita vna linea, non potest durare in altera, & per consequens non impeditur directus Dominus ingredi possessionem feudorum eius, qui vltimus in linea sua decedit; quia verum est eius lineam esse finitam, licèt alia linea à stipite ducta perduret.

Quòd si descendentes per aliam lineam prætẽdant posse succedere, vel quia sint descẽdẽtes à cõi stipite legitimi, & naturales, vel quia inuestiturã allegent admittentem trãsuersalem, vel aliter ad successionem aspirent, non est eis præclusa via, quin de iuribus suis experiri possint, & à Dño possidente, feuda vẽdicare; sed sat est, quòd negare non possunt lineam feudatarij defuncti extinctam, & finitã esse; & in his terminis versatur casus noster, quia in D. Sfortia finita est linea, per quam ipse descendit, & consequenter licuit Serenifs. Domino feudotum suorum possessionem propria authoritate appræhendere.

225 Et vltra quòd sumus in casu, quo loquũtur doctor. cõiter, potest ẽt concludens ratio assignari, quare hoc ei liceat quando supersunt agnati vasalli defuncti sinè liberis, cum tamen nõ liceat, quando supersunt descendentes. Enimuerò descendentes ipsi fundatã habent in petitorio, & possessorio intẽtionẽ, quia feudũ paternũ est, &

226 ad eos transit † ex quo feuda omnia regulariter ad descendentes masculos in infinitũ transeunt c. 1. de success. feud. vbi oẽs* not. c. 1. §. & quia vidimus, qui feu. da. poss. & in ipsos ẽt dr̃ cõtinuare dñium, & possessio, cũ viuentibus parentibus dicantur ipsi quoq; Dñi feudorum, ac possessores, dempta tm̃ administratione, ex latè congestis, more solito, per Tiraq. de iure primogen. q.

227 40. nu. 99. † cuius contrariũ verius est inter trãsuersales, inter quos non datur regulariter feudorum successio c. 1. de duo. fra. à cap. inuest. gl. in c. si quis miles const. feud. Lothar. quæ * communiter tenetur, vt per Aluar. ibi nu. 2.

Et licèt collaterales ipsi qñq; admittantur ad successionẽ feudorũ, non tñ habent intentionẽ fundatã, sicut descendentes, quia eorũ successio est de genere prohibitorum, & pendet à multis extrinsecis, quæ probare tenentur, vel respectu antiquitatis feudi, & genealogiæ, ac legitimitatis plurium personarum, vel pactionis cõtra feudorum naturã, vel distantiæ graduũ consanguinitatis, quæ singula altiorẽ indaginẽ requirunt, meritò faciliùs lex tollerat, quòd directus Dñs possessionem feudi obtineat illius Vassalli, qui nullos descendentes reliquit, sed vltimus in sua linea decessit, licèt trãsuersales reliquerit, quàm eius, qui cum descendentibus decessit.

DECIMVM SEPTIMVM DVBIVM.

228 *Nec videtur admittendũ, quòd Fiscus non litiget sinè possessione, nam illa opinio non videtur pacifica, cum eam impugnent Didac. lib. 1. var. resolut. c. 16. num. 9. & Franc. Marc. decis. Delph. 38. nu. 4. lib. 1. & Guid. Pap. ab eo citatus.*

SOLVTIO.

229 Didac. & Marc. allegati, necnon, & Guid. Pap. decis. 366. loquuntur in casu quo fiscus mouit iudicium contra aliquem, & eo pendente, vellet eum possessione priuare, asserentes non licere. Idem verò Guid. in decis. 107. per Marc. allegata, nullam de fisco mentionem facit. Quòd autem præcitati aiunt, ego quoq; admitto; cuius

230 sententiæ duplex ratio considerari potest † altera, quòd fiscus mouẽs actionem in rem, fatetur, & constituit aduersarium possessorẽ, §. omnium, Insti. de actio. l. si autem. de rei vendi. l. 1. C. vbi rem, ac in c. examinata de iud. & ideo ferẽdum

non

non est, quòd ipsum vlteriùs possessione sua pacifica spoliare quærat, l. defensionis facultas, C. de iu. fisci. lib. 10.

231 Altera est, quia Fiscus incideret in vitium attẽtatorum, si lite pendente auferret possessionem reo conuento, quod ipsi quoq; prohibetur gl. in l. res quæ, quã Bart. ibi, & Doct. passim sequũtur ff. de iu. fisc. & has rationes adducit Didac. ibidẽ nu. 9. 10. Quæ cessant in nostra specie, in qua Fiscus ante motã litẽ adeptus fuit possessionẽ, vel potiùs tenutã, cũ possessionem priùs tam naturalem, quàm ciuilẽ haberet, & nullo pacto ex post cõstituit possessõrem aduersarium, sed imò possessionem suam conuentus defendit.

232 Non tamen perpetuum censeo licere Fisco ante motã litẽ absq; rationabili causa possessionẽ ei cum quo litigare intendit, auferre; sed illa tantùm concurrente, & subsistente. Nam & supra admissi vassallum ob prætensam culpã, nõ posse per directũ Dñm, seu eius fiscũ, (si fiscum habet) deijci absq; causæ cognitione, & declaratoria sẽtentia iux. tex. in c. 1. §. si verò de mili. vass. qui contu. est, cum concord. adductis, & ita intelligẽdi, & concordandi sunt authores, qui in hoc articulo dissidere videntur; de quo tetigi in 1. resp. nu. 29. cũ seq. an scilicet Fiscus litiget sinè possessione? Nã si iusta subest causa, põt possessionẽ capere, secus verò si non subest; & hoc etiã ante litẽ inchoatam tantùm, non post, per supradicta.

233 Et hoc vltimum confirmatur ex eo, quòd qui põt propria authoritate possessionẽ ingredi, si in iudicem adit, renuntiat priuilegio suo, nec potest vlteriùs illa facultate vti, Tiraq. de iu. consti. par.

234 1. nu. 39. cũ concord. † lite verò pendente põt solummodo descriptionẽ, seu inuentarium facere, vt per Guid. Pap. d. decis. 366. nu. 3. & Franc. Mar. d. decis. 38. sub nu. 4. Nos aũt versamur in casu quo iustis de causis mot⁹ fuit Serenifs. Dux Alexander, vt in prioribus scriptis abundè demonstrauimus, & præsertim in 1. q. prin. per tot.

Qui Dominus Dux, cum possessionem ipsam apud se retinere iuridicè potuisset, voluit tamẽ eã in sequestrum stare, vsquequo de iurib⁹ prætendẽtium cognitum fuisset, ergo nihil eius fisco imputari debet, sed eius potiùs factũ æquitatis, & benignitatis plenum commendari.

DECIMVM OCTAVVM DVBIVM.

235 *Minùs videntur obesse, quæ opponuntur adoptioni, & contra testamentum, et aduersùs lineã, quasi D. Alexander descendat ab auo spurio, quia videntur concernere petitorium, & Vassallus cui mouetur quæstio status, de quo non constat, statim, & cui denter, debet possidere, nec à Domino est repellendus, Bal. circa fi. & Afflict. distinguens nume. 10. in c. 1. in princ. si de feud. fuer. contro. inter Dom. & Agna. & in Maioratu Mich. Palaz. de Maiora. par. 3. q. 15. præsertim num. 9. & 31. quod fortiùs videtur dicendum in nostro casu per tradita per Afflict. in dicta consti. violentias num. 54.*

SOLVTIO.

236 De adoptione, & testamento, & illegitimitate satis superq; supra, & in primo quoq; respon. dictum fuit, & abundè ostensum; quòd & si deducta pro Serenifs. Camera Actoris iura in petitorio destruant, in possessorio tñ pñt etiam eius intentionem excludere; ideo veniunt admittẽda, & examinanda in præsenti iudicio; quãuis merum esset possessorium; tum quia de notorio nõ iure ipsius rectè docent, vt in d. 1. respon. asserebam nu. 58. cum seqq. & nu. 91. & addi potest Alba. d. conf. 416. bu. 17. & ibi adden. atq; in conf. 464. nu. 28. tum quia petitorium, & possessoriũ simul feriunt, vt in 2. respon. num. 179. tum quia titulorum prædictorum nullitatem, & inualiditatem multifariam indicant; vndè sequitur, quòd nullo pacto prætensam Actoris possessionem iustificare, aut colorare possunt, vt in 1. respon. nu. 97. cum seqq. tum demum, quia si colorare dici possent, obiecta nostra ad discolorandũ seruiũt, vt in 2. resp. nu. 207. vsq; ad fi. ad saturitatem.

Esto autem, quòd ad petitorium tantùm pertinenent, (quod certe à veritate alienũ est) hoc tñ ipsum prodest nobis, cum super vtroq; ferenda sit sententia, possessorio scilicet, ac petitorio, per ea quæ pleno calamo scripsi in 1. respon. in 2. q. princ. & in 2. resp. pariter in 2. q. princ. per tot.

237 Et tantò magis, cum iam fuerit de ipso petitorio cognitum ad not. in c. cum dilectus, & cap. cum Ecclesia Sutrina de causa posse. & proprie. Ancha. conf. 146. nu. 3. Crau. cõnsil. 248. nu. 4. 5. cum concord.

Et ad id, quod de quæstione status mota vassallo dr, vltra quòd non video Doct. allegatos id assererc, dico etiam in diuersis terminis versari,

238 † quia in casu nostro nõ mouetur per Serenifs. Cameram quæstio status D. Pallauicino possidẽti, quo casu verum esset forsan, eũ manere debere in possessione vsq; ad litis decisionem, sed ipse est, qui litem instituit aduersùs ipsam Cameram, quæ contra ipsum excepit, non constare de illius legitimitate, prout constare debet, ad effectum, vt capax sit feudorum; & exceptio est iuridica, ac legitima, vt clarè liquet ex adductis in 1. respon. nu. 138. cum seqq. & in 2. respon. nu. 158. vsq; ad 164. quibus addi potest Crau. d. cõsil. 913. nu. 6. Nec potest obtinere nisi se legitimum, ac de legitima stirpe descendentem probet, vt ibidem ostensum fuit, præsertim ex conf. Dec. 471. in primo dub.

Et nihilominus Serenifs. Camera ad exuberãtem cautelam illum à radice infecta processisse demonstrauit, videlicet ex Vberto auo paterno nato ex illicito coitu Bernardini Patris cũ Catherina de S. Iuliano, inter quos matrimonium consistere non poterat absq; dispensatione, vt ipsimet in supplici libello Summo Pontifici tũc exhi-

exhibito, falsi reperiuntur; & post obtentã dispẽsationem, & facultatem illud contrahendi, nullatenus constat fuisse contractum, vt in 1. respõ. dicebã num. 140. & seq. meritò obstat exceptio. Quin potiùs ex testificatu Io. Martini de Curte testis aliàs producti per præd. D. Vbertum Pallauicinum, nunc reproducto per ipsum fiscum, cõstare videtur ante dictã dispensationẽ, quæ processit de anno 1510. assertũ quoddã mrimoniũ inter eos fuisse de facto contractũ; videlicet ante annũ primum, vel secundum Pontificatus Iulij II. qui creatus fuit de anno 1503. Et quòd magis est, liquet quoq; ex pluribus Instrumẽtis pro ductis per Procuratorẽ Serenifs. Cameræ, Bernardinum prædictum possedisse ab anno saltẽ 1498. vsq; ad 1511. Ecclesiã Præpositura Sexpilis in agro Cremonensi, collegiatam, & sacerdotalem, seq; plurìes Prępositũ ipsius nominasse, & vti talẽ contractus plures fecisse, & in ipsis cõtractibus iurasse tacto pectore more Prælatorũ, &
239 constitutorũ in sacris ordinibus. † Vndè resultat iuris præsumptio, quòd talis re ipsa fuerit, Prælatus nempe, & in sacris constitutus; cũ pro tali diù se gesserit Bal. in l. nõ ignorat nu. 10. C. qui accus. non poss. Crau. de antiq. temp. par. 3. princ. par. 1. nu. 31. Mascar. de probat. cõcl. 648. nu. 15. Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 76.
240 nu. 18. 19. cum seqq. † vbi idem probat de Clerico, vel Canonico, aut subdiacono, siue ad alios
241 ordines promoto, & concordantes adducit; † & idẽ quoq; de gerẽte se pro scholari, aut aliud exercitium faciente, tradit Bald. in prohem. decret. nu. 39. quem sequitur Mascar. concl. 1290. in fi.
242 Atquì ordo sacer impedit matrimoniũ cõtrahi, quia sunt incompatibilia c. coniugatus. de cõ
243 uer. coniug. † & habet ordo sacer implicitũ votum solemne constitutione Ecclesiæ c. si quis eorum, & c. erubescant 32. dist. & c. 1. 33. dist. tradit Albert. Trot. de perfecto cler. cap. 10. nu. 2. 3. cum concord. Ergo nati ex ipso Bernardino pro illegitimis habendi sunt, nisi contrarium apertè
244 probatum fuerit † quia hæc est præsumptiuę probationis vis, & efficacia l. ab ea. de proba. l. bona fides depos. l. si extraneus de condi. ob cau. Bar. in l. in illa in fi. de verb. obl. cum notiss.

DECIMVM NONVM DVBIVM.

Et ex his quoq; cessare videntur, quæ longo stilo deducta fuere per Excellentes Dominos Consulentes, & informantes pro Serenis. Camera Ducali, ad demonstrandum, quòd in Regalibus, & iurisdictionalibus non datur restitutio, non ostenso titulo, propter iuris assistentiam, quæ stat pro Sereniss. D. Duce, & resistentiam, quæ est contra D. Alexandrũ priuatam personam agentem.

Quoniã, vt supra fuit dictum sæpiùs, Illustriss. D. Alexander satis, superq; sufficientem titulum dicitur habere, sicq; iuris resistentia cessat respectu
245 *Regalium, & Iurisdictionum † quæ sunt feudalia, & possunt in feudum concedi, vt in c. 1. de feud. March. glo. in c. 1. in princ. tit. 1.*

SOLVTIO.

246 Quamuis Iurisdictio, & alia Regalia possint in feudum concedi, non tamen sequitur, quòd ab alio procedere queãt, quàm à Principe, ad quẽ solum spectant, & à quo solo possunt obtineri, vt in 1. respon. dixi num. 78. & 80. & in 2. nu. 71 vsq; ad 85. Quibus in locis id propterea necessariò sequi fuit demonstratum, quòd pro ipso Principe ius præsumat, & contra illius aduersariũ; In hoc enim differunt huiusmodi feuda ab alijs carentibus Iurisdictione, & Regalibus, vt sunt prædia, domus, & alia huiuscæ generis in feudum concessa; Quemadmodum in d. 2. respon. retuli num. 85. & supra quoq; latiùs in solutione primi, & quinti Dubij.

VIGESIMVM DVBIVM.

247 *Et insuper videtur etiam cessare assistentia pro Serenissimo, stante maximè sententia lata contra recolenda memoria D. Ducem Octauium pro d. D. Sfortia, quòd eius fisco, & Camera nullum ius competat in dictis Castris, & locis, ad tradita per Dec. communiter in l. filiusfam. §. diui ff. de leg. 1. à qua licèt pro parte Sereniss. D. Ducis Alexandri fuerit*
248 *appellatum, & appellatio suspẽdat regulariter pronunciatum; Nihilominus non remouet præsumptionem, quæ ex sententia cõtra condemnatum oritur Port. consi. 102. num. 31. vltra alios effectus, de quibus per Alcia. de præsump. reg. 3. præsump. 9. nu. 8. & interim ius fonet Præpos. in c. si. sub nu. 9. de clandesti. desponsat. sicq; per eam offuscari videtur illud ius, quod aliàs pro Principe est notorium.*

SOLVTIO.

Repetimus hic denuo, quòd paulò ante diximus, sententiam scilicèt, non comprahendere Buxetum, & Monticellos, quę tunc temporis nõ erant D. Sfortiæ; sed D. Hieronymi de Buxeto, adeo ꝙ horũ respectu nullũ põt effectũ operari.

Quod verò attinet ad alia loca, super quibus lata fuit sententia, repetimus quoq; nullitatẽ illã insignẽ, notoriã, atq; palpabilem, collusionis, quã nedum coniecturis (vt phas est) sed concludenter potiùs ostendisse credimus in 1. respo. nu. 207. vsq; ad 220. inclusiuè, & in 2. nu. 185. vsq; ad 192. & ibi dictis nullũ video responsum dari. Perlegant ea quæso clarissimi DD. mei, & dubio proculsententia istã statim ad partes ponent.

Secundò. Deducebatur quoq; alia nullitas, ex eo, quòd neq; aduocatus Fiscalis, neq; procurator in illo iudicio interuenit, sed specialis tãtùm Procurator Serenifs. D. Ducis Octauij Farnesij per tex. in l. 3. §. diuus, ff. de iu. fis. l. 1. vbi glo. & Scrib. C. de sent. aduer. fis. lat. tradita per Boss. in tit. de sent. sub nu. 18. & de hoc etiam dixi in 2. respon. num. 192. & seq.

Tertiò dicebatur sententiam prædictam nihil D. Alexandro opitulari posse contra Serenisf.

quia

quia non ostendit se habilem,& idoneum ad succedendum in feudis iuxta formam, & tenorem inuestiturarum,& concessionum, & sic esse de vocatis in ipsis innestituris, & concessionibus, prout expressim sententia ipsa requirit; dictum fuit de hoc in 1.respon.nu.220.cum seqq.

Et dum de illarum vi,& interpretatione tractauimus singulatim in eo.respon.à nu.116. vsque ad nu.197.apertissimè demonstrauimus nullum penitus ius, imò nec colorem aliquem ex illis resultare ad beneficium D. Alexandri.

Quarto loco respondemus, non cessare vllo pacto iuris assistentiam pro Serenis. Dño propter dictam sententiam, vt in motiuo præsupponitur, ex eo,quòd declarauerit nullum ius ipsi competere in prædictis Castris,& locis, quia totum potiùs oppositum statuit; nẽpè directum dominiũ, & superioritatem,ac iura feudorum illi,& successoribus suis in Ducatu reseruando,tanquam super rebus feudalibus,& in illius statu sitis,& cõpræhensis: & hoc est quod intentionem Celsitudinis suæ fundat, vt in 1.respõ.num. 78.& 80. & in 2.respon.num.71. cum multis seqq. & supra quoq; pluriès dictum.

In eo aũt, quòd disponit per mortẽ D. Sfortiæ non deuoluere feuda prædicta,sed ad habiles,& idoneos,atq; in inuestituris vocatos,transire, sicut intentionẽ D.Alexandri, sic talem nõ probãtis haud fundat, vt proximè diximus, ita quoq; Serenis.D.Ducis fundamẽtum non tollit,adeo quòd in meris termiuis iuris communis, & inuestiturarum, ad quos sententia relationẽ habet, versamur,perinde, ac si nulla subesset sententia.

249 Quintò respondetur, quòd per appellationem interpositã pro parte Serenis.statim habita sciẽtia sententiæ, nedum suspensus fuit omnis effectus ipsius,c.venientes,ibi(sententias appellatione suspẽsas,)de iure iur.c.1.ibi(appellatione suspensa) de re iud.& latiss. tradit Lancel. de at-

250 tent.appel. pẽd.in præfat.nu, 108.cũ seqq.† Verùmetiam extinctus pœnitùs l. 1. in fi.vbi Bart. Alex.& alij ff.ad Turpil.Afflict.decis.295. nu.3. in fi.Gabriel.in suis cõibus ti.de senten.concl.4. nu.3 t.cũ cæteris adductis per Lancel. ibidẽ nu.

251 114.115.† quo loci adeo verum hoc esse ꝓbat, vt omnis etiam præsumptio quæ pro sententia * esse solet,dicatur extincta,ex * communi sententia,quã refert,post Osasc.decis.pedem.13. nu.4.

252 Et quia doct.aliqui de sola suspensione, & aliqui de extinctione pronuntiati loquũtur in hac * materia, distinctionem communiter* receptam refert Lancel.d. num.114.vsq; ad 119.vt quoad præterita extinctum in totum remaneat,quò verò ad futura, suspensum;sufficiat ad eum remissio pro concord.

Hinc sequitur,quòd cum intẽdat nunc D.Alexander effectum sñiæ memoratæ trahere ad præsumptionem Serenis.D.eneruandam, quę militabat etiã ante appellationẽ,cum vnã cũ Principatu in esse producta fuerit,nihil agit.Quinimo sententia memorata nihil pœnitus ei prodesse

253 potest.† Nam siue extincta,siue suspensa sit per appellationẽ,eodẽ modo prohibetur eius operatio,& vigor;quandoquidem conseruat appellatio statum appellantis, ita vt omnia peragere,& explicare possit absq; vllo impedimento,quę poterat ante sententiam,vt per Lancell. loco præcitato nu. 83. in fi. quod pluribus authoritatibus, & exemplis exornat vsq; ad num.99.

254 Et per hoc patet, verum non esse, quod dixit Pottius in allegato cons.102.nu.31. p̃sumi scilicet pro sentẽtia,& si ab ea fuerit appellatũ;quo- * niam * cõis est in oppositum,vt retuli,& illimet quos citat Port.contrarium asseuerant,& maximè Abb.in c.quoniam cõtra nu.19. vers. primo casu de probat.vbi in 1. capite suæ distinctionis tenet absolutè; quòd appellatione interposita, nõ p̃sumitur ampliùs pro sententia; & verissima est conclusio; & innumeri sunt, qui eã firmant, quos refert, & sequitur Gabr. in suis comm.tit. de senten. conclu. 6.nu.23. quorum opin.pari- * ter * cõem attestatur;& ante eũ Dec.d.c. quoniã contra,nu.33.de probat. & pro ea allegari solẽt boni rex. in §. illud quoq; de his qui ingred. ad appell.in d.c.quoniam contra, in c.cum ad sedẽ de resti.spol.& in c.cum inter.de re iud.

Alij autem effectus de quibus meminit Alciar. de præsumpt. regu.3. præsump. 9. nihil ad rem nostram faciunt.

255 Sexto loco pro responsione adduci potest, quòd sententia ista lata cõtra Serenis. Ducem Octauiũ vti possessorẽ Ducatus,nullũ põt præiudiciũ generare Serenis.successori nõ citato;saltem in genere,& per proclama,ex innumeris re- * latis in 2.respõ.nu.193.qui de cõi,*ac magis cõi fidem faciũt,pro eaq; tam Rom.Rot. quàm alia tribunalia amplissima iudicare testantur; cum præsertim in Ducatu prædicto non iure hæreditario, sed ex pacto, & prouidẽtia vocati fint descendentes primogeniti in infinitum, & sic iure proprio,vt eodem loci subiungebam num.194. cum seqq. contraria quoq; submouendo.

256 Septimò. Non obstat sententia Serenis. successori, quia ipse iam erat per refutationem, & donationem paternam Dux effectus,& proprietarius; propter quod erat omnino citandus; & iudicium contra D. Ducem Octauium vsufructuarium agitatum,illum non afficit, ad tradita in 1. respon. num.206.& seq. & rursus in 2. nu. 186.& latiùs infra attingemus.

VIGESIMVM PRIMVM DVBIVM.

257 *Præter id quòd successor in Principatu tenetur stare factis per præcessorẽ,etiam circa contractus,* * *vel quasi,vt est communis * opinio,de qua per Ias. cons.10.col.5.vers.non obstat ergo vol.3. Et in Duce Ferraria respondit Socin.Iun.cons.60.vol. 3.& in Mar-*

in Marchionatu Soranea in Imperatore conf. 1. nume. 69. in fi. & seq. vol. 4. & in Rege Lofred. consil. 38. nu. 17. & seq. & in quocunq; Principe, Ofasc h. decis. 129. nu. 10. in fi. & seq. & abunde etiam Menoch. conf. 307. vol. 4. & aliàs sæpissimè per Doct.
258 *legendo, & consulendo † & maximè quando agitur de institutione locorum, qua nondum erant effecta de Mensa Regni, vel Principatus, Ias. vbi supra vers. item prædicta Castra, & loca, &c.*
259 *† Et eò magìs quando non multùm læditur inspecta eius amplitudine, Socin. iun. in d. conf. 60. nu. 48. & Doctr. Bar. in l. prohibere §. planè ff. quod vi, aut clam, & in donatione Castri Leonis facta per Ducem Mediolani, Socin. Iun. conf. 17. volu. 4. Grammat. voto 28. etiam si agatur de Regalibus, vt post Oldrad. & concordan. per eum relatos respondit Decian. conf. 25. num. 45. vol. 1. maximè quando non multùm lædunt Principatum amplissimum, vt est iste Bar. in l. prohibere §. fin. quod vi, aut clam, secundùm quem debet intelligi, Bal. in c. 1. de pace Constant. col. 2. in verbo possideant, qui videbatur dissentire, vt per Franch. in præelud. feud. num. 17. in fine, & plur. seqq. in Duce Mediolani, Ferraria, & aliorum, respondit Roland. consil. 1. num. 51. volum. 3.*

SOLVTIO.

Motiuum hoc non tantùm sententiam antedictã, sed priuilegia, & licentias adoptãdi, & testãdi respicere vr, ex quo de gestis per Principẽ ge
260 neraliter loquitur. † Ideo sufficeret pro responsione relationẽ facere ad ea, quæ speciatim sup vno quoq; deducta fuere, tãtò magis, quia generi per speciem derogatur l. in toto de reg. iu. cũ vulg. Habet enim quælibet dictarũ dispositionũ suos particulares defectus, tum nullitarũ, tum cõditionum adiectarum, & non purificatarũ, tum deniq; reseruationum in eis appositarum, vt suis opportunis locis demõstratum fuit; Adeo quòd nullam habent conuenientiam, cum casibus in oppositum adductis, in quibus nulla præsupponitur nullitas actus, nulla conditio non impleta, nulla reseruatio, vel restrictio.

Verùm ad exuberantem quoq; cautelam, alias ẽt respõsiones singulis obiectis afferre libet.
261 Et in primis non obstat consil. Ias. 10. in 3. quia
262 loquitur in contractu, † nos autem in priuilegijs subdito cõcessis, respectu scilicet facultatis adoptandi, ac testandi, inter quę maxima viget differentiæ ratio, vt in terminis cõsiderat Soc. iu. cõs. 60. nu. 58. lib 3. in contrarium adducto.
263 Secundò tractat Ias. de infeudatione, quam dicit ad Principis officium pertinere, & propterea per successorem obseruandam esse, actus autem prædicti erant vltra officiũ Serenis. Ducis Octauij, Imò voluntarij, & insoliti, vt cuiq; patet.
264 Tertiò perpendit Ias. causam illius infeudationis fuisse, vt bona, & Castra, de quibus agebatur è manibus rebellium, & hostium recuperarẽtur, & sic ad bonũ publicũ, cuius fauore actus substineri debebat, quæ ratio cessat in nostra specie.

Quartò. Pręsupponit rerũ infeudatarũ modicitatẽ, & ꝑ consequẽs læsionẽ status, & Principatus cessare, q̃ in casu nostro militabat, in quo de Ciuitate Buxeti, cũ pluribus alijs Castris, cũ suis Arcibus, & Regalibus quibuscunq;, tractatur.
265 Quintò præsupponit Ias. successorẽ illũ hæredem antecessoris, nimirum si eius factum approbare tenebatur, per ea quæ dixi in 1. respon. nu. 146. & in 2. nu. 194. cum seqq. cuius contrarium hic verius est, ex quo Serenis. Dux Alexander non fuit hæres Patris, nisi cum beneficio legis, & Inuentarij, vt ex actis liquet, & Ducatum obtinuit iure proprio, non hæreditario; Ideo non tenetur habere ratum factum patris.
266 Ad conf. Socin. iun. 60. præallegatum, respõdetur quoq; primò, loqui in filio patris hærede, vt declarat sub nu. 16. 20.
267 Secundò in transactione, cuius fauore motus fuit ad ita consulendum, vt legi potest num. 21. cum seqq. & num. 54.
268 Tertiò in contractu iurato, & mouetur propter priuilegium iuramenti, vt nu. 23. cum seqq.
269 Quarto in contractu inito cum pari, & nõ subdito, vt nu. 19. cum seqq.

Quintò in Principe, qui disposuit solùm de ꝑtinentibus ad officium suum, vt nu. 28.

Sextò in dispositione, quæ nullã, vel modicam læsionem status afferebat, vt num. 48. cum seqq. & num. 53. 55.
270 Septimò in concedente id quòd naturaliter debitum erat, videlicet cursum aquæ ad partes inferiores, vt num. 43. 52. & 65.

Octauò contrarium fatetur Soc. in priuilegijs concessis subditis num. 58.

Neq; curandũ de eo, quod idem Soci. obiter dixit in conf. 1. nu. 69. lib. 4. tum quia tractat de re parui momenti cõcessa ab Imperatore, ꝓpter quam nullum inferebatur successori præiudiciũ considerabile, tum etiam quia videtur cõtrariũ sentire in pactis, & cõuẽtionibus initis per Principem cum subditis suis in illis verbis (quicquid esset dicendum de alijs pactis, & cõuentionibus initis per Principem cum subditis suis.
271 Loffred. in conf. 38. loquitur in feudo vendito per Regẽ Federicũ de Aragonia, cuius cõtractũ obseruandum esse per successorem Regem Catholicum asserit; quod mirum non est, quia erat vnum Castrum tantùm, & sic res modica respe-
272 ctu totius Regni Neap. † Imò fatetur Loffred. ibi nu. 19. in fi. & seq. quòd Rex sequens, quãdo vult, potest mutare gesta per prædecessorem per l. digna vox C. de legi. exceptis contractibus factis in casibus à iure permissis, sequens in hoc Isern. in prohem. feudo. in ver. & licèt deposit⁹. Nos autem tractamus de priuilegijs, & gratijs concessis ab antecessore, & quidem de rebus ma

gni

gni ponderis, & Principatum magnoperè lędẽtibus, vt supra, ac etiam regalia compræhendentibus, † quorum alienationi successor minimè
273 stare tenetur, etiam si modicam diminutionem status continerent, ad Boss. in tit. de Princ. in fi. & in tit. de Regal. num. 34. cum multis concord. relatis pro Cacher. decis. 126. num. 6. in oppositum etiam adducta.

274 Quæ decis. Cacher. nostram quoq; sententiam aliter confirmat, dum scilicet nume. 13. admittit vassallum successorem non teneri stare gestis antecessoris, etiam per viam contractus, † nisi qñ

275 disponens est primus acquisitor feudi; si enim alius ascendens acquisierit, ingenuè fatetur contrarium verius, ex latè traditis in eadem decis. in princip. Nos verò tractamus de iuribus Ducatus non cæpti in personam Sereniss. Ducis Octauij disponentis; sed D. Ducis Petri Aloysij eius genitoris, vt notorium est.

276 Admittit quoq; Cacher. non obligari successorem Antecessoris facto, quãdo magnam importat diminutionem Iurisdictionis num. 7. & nu. 20. vers. non nocet, & nu. 21.

Item præsupponit feudum illud esse mixtũ ex pacto, & prouidentia, ac hæreditario, & per consequens successorem hęredem Antecessoris eius factum approbare debere, legatur sub nu. 14.

Et in illa facti spẽt ractabatur ẽt de contractu, non de priuilegijs, & de contractu transactionis fauorabili, vt supra dictum est in responsione ad consil. Socin. iun. 60. lib. 3.

Vltra quòd in priuilegijs, maximè cõcessis sub ditis, cõtrarium quoq; tenet Cacher. nu. 22. 23.

277 Menoch. autem in cons. 307. loquitur, & ipse in contractu, non priuilegio; & contractu feudali, qui Principi licitus est, & permissus, vt probat nu. 3. & supra dictum est super cons. Ias. 10. in 3.

278 † Infeudatio enim non est alienatio c. 1. §. præterea, vbi Afflic. nu. 5. de cap. Corra. c. Imperialẽ §. illud de prohi. feu. alie. per Feder. & modicum affert præiudicium, Crau. cons. 54. num. 2. Menoch. eo. cons. 307. num. 35. & seqq.

279 Item loquitur in concessione facta titulo oneroso, vt legitur nu. 5. cum multis seqq. quæ tãtò magis a successore debebat obseruari, vt p eum.

Et continebat concessio vnicum tantùm Castrum, pluribus etiam concedenti reseruatis, vt videri potest nu. 35. quod erat quid modicum inspecta magnitudine status Mediolani. Et hæc omnia longè, lateq; diuersificant casum Menoch. à nostro, in quo de gratijs, & priuilegijs subditis concessis, maximam status diminutionem continentibus, agitur, vt supra.

280 Sed fatetur ibi Menoch. nu. 69. aliud, quod nobis deseruit in materia sententiæ, de qua supra tractauimus in solutione dubij præcedentis; eã scilicet non officere filio successori, qui venit ad feudum ex pacto, & prouidentia per docti. Afflict. in c. si vassallus nu. 9. in fi. si de feud. fuc. cõtro. inter Dom. & agna.

281 Soci. Iun. in d. cons. 27. num. 2. 3. loquitur in re minima, videlicet quadam tenuta donata p Ducem Mediolani Reipub. Venetæ ob ingentia benemerita in ipsum, & eius statum collata.

282 Gram. vor. 28. nu. 19. & 20. absolutè tenet successorem posse priuilegium gratiæ factũ per prædecessorem reuocare per tex. in. cap. is cui de præben. in 6. & in c. subiectum. de deci. Cyn. Alber. Bal. Aret. & Felyn. quos refert.

283 Benè subdit nu. 22. & seqq. secus esse, si propter benemerita, & seruitia concessum fuisset, aut in vim contractus transiuisset; sed in nullo horum casuum versamur, vt dictum est.

284 Quinimo admittit quoq; Gram. sub nu. 26. omni in casu licere successori contra gesta per Antecessorem venire, si ex postfacto incipiunt lædere coronã suã, & Regnũ, vel statũ publicũ, & per consequẽs pro nostra potiùs opin. cõcludit.

285 Decia. in cons. 25. nu. 45. lib. 1. loquitur in contractu, non mera gratia, imò in contractu procedente ex causa remunerationis, & in successore hærede prædecessoris, quę satis euidenter diuersificant casum, per iam dicta.

286 Sed aduertatur etiam, quòd in respondẽdo cõtrarijs sub nu. 22. pro constanti præsupponit Decia. nõ posse Antecessorem quicquam alienare, vel diminuere, de his, quæ spectant ad supremã Principis Iurisdictionem, sed tantummodo vtile dominium transferre; quo stante, fateri necesse est, dispositiones D. Ducis Octauij, per quas licentiam transferendi tot insignia loca, cum Regalibus in extraneum tribuisse dicitur vassallo

287 possidenti, nullo pacto ligare successorẽ, † quoniam talis licentia fert secum authoritatem alienandi absolutè, & absq; vlla reseruatione directi dominij, vel superioritatis, aut seruitiorũ feudalium, ex * cõi sñia quam refert Rol. à Vall. in cons. 2. nu. 36. & seq. volu. 1. quam pro mirabili, singulari, & menti tenẽda cõmendat post Curt. Iun. quẽ citat, tradit quoq; Pręposi. in c. 1. §. quid ergo. nu. 2. de inuest. de re alie. fac. & Zas. in epitho. feud. par. 9. nu. 8. & fatentur ẽt Perillust. Dñi mei in 12. dub. in fi. de quo supra nu. 194.

288 Fatetur ẽt Decia. eo. nu. 72. successorẽ nõ ligari priuilegio Antecessoris, nisi qñ transiuit in cõtractum, vel processit ex causa onerosa, vt in suo casu, in quo propter pecuniã in magna quãtitate erogatam, & propter ingentia seruitia emanauerat; quod etiam latè prosequitur nu. 73. cum seqq. Ac etiam non ligari, quando immodicè læderetur Ius Principatus, prout in illo themate non lædi ostendit. Cuius contrarium in nostra specie contingere ostendimus, nedum ex maxima locorum importantia, verùm etiam ex eo, quòd natura feudorum ammitterent, & allodialia efficerentur, vt proximè diximus.

289 Hac

289 Hac etiam ratione, tollitur id, quòd Rol. in cõſ.
290 1. nu. 51. lib. 3. ſcripſit, † qui alienationẽ Caſtri,
vel villæ per ducem Mediolani factam, obſeruã
dam à ſucceſſoribus tradit, qñ non tendit in ma
gnam dominij diminutionẽ; & loquens de Du-
ce Ferrariæ poſt Alex. in cõſ. 1. lib. 5. inqt, quòd
transferre vtile dominium tãtùm vnius villæ in
tanto Ducatu, nõ poteſt dici grauæ præiudiciũ;
291 † ſed nõ ita certè dixiſſent hi de alienatione vti
lis dominij cum directo vnius Ciuitatis, & mul-
torum inſignum Caſtrorum, cum tot villis vni-
cuiq; Caſtro vnitis, & ſubiectis; quæ tantæ ſunt
389 Et respectu maioratus idem est constitutũ,scilicet ꝙ eius possessor possit vsumfructũ in eo cõstituere,qui duret,durante eius iure,non autem in præiudiciũ successorum, vt concludit idẽ Pinel.loco pcitato nu.71. ad fi.in vers. ex eisdem infertur: aduersùs sententiam Anto. Gomes. qnem in hoc repræhendit.

390 Vsufructuarius quoque pôt ius suum alienare durante eius vsufructu, non tñ in præiudicium proprietarij l. si legatũ ff.qui mo.vsu.ami.l.si qs vsumfructũ.de vsufr.leg.c.nuper de do.inter vi. & vxo.l.necessariò §.fi.de peri.& com. rei vẽd.

391 latè Pinel. loco præcitato nu. 40. † & vassallus æquiparatur vsufructuario c. 1. circà fi. qui mo. feud. amit. tradunt scrib.in c.1.§.hoc quoq; de success.feu.Bero. d.q.95.num.8.

Si ergò pôt vassallus absq; cõsensu dñi cõstituere vsumfructum in feudo, & sic separare ipsum vsumfructum,ẽt ad beneficiũ extranei, durante eius vtili dñio,certè non video cur subtilizando conetur Loffr. hmõi separationem inter personas à directo Domino cognitas, approbatas, & vocatas in inuestitura,prohibitã ostendere;cum totũ oppositũ à maioritate rationis concluden-

392 dum sit? † Refutatio denique,ꝗ vassallus facere potest dño suo,si fiat coràm eo, valet absolutè,si verò eo absente,tenet tantũ in præiudiciũ refutantis.c.1.cum not. vbi Bal.signanter de vassal. crep.æta.Feder.Schenc.in d.c.1.num.2.in fi. de vassal.qui con.cõsti. Lotha. ex quibus omnibus clarè colligitur reseruationẽ vsusfructus antedictam valere, & tenere ad pǰudiciũ refutantis.

393 Secundò principaliter adduco cõem * conclusionem, ꝙ vassallus pôt absq; dñi consensu subinfeudare feudum suum, sinẽ tñ directi Domini præiudicio,& tribus concurrentibus, videlicèt,ꝙ sincerè faciat,& bona fide, ꝙ subinfeudatus sit similis cõditionis,& qualitatis primo vassallo,ꝙ subinfeudet cum eisdem pactis, & conditionibus, quibus ipse habuit. glo. est in c.1.§. præterea, de capi.Cora.vbi feudistæ,& in c.quæ in Ecclesiarũ,in ver.alienandi feudum.de cõsti. * vbi Cano.& ista est * cõis conclu.pro qua multa Iura, multosq; authores citat Curt.Iun.d.tract. par.4.num.83. vers.& primò an hodie possit, & versi.primum est Clar.d.§.feudum quæst. 32.in princip. & ferè per to.

394 Debet tamen hmõi subinfeudatio procedere etiam sinẽ præiudicio agnatorũ, quibus ex prouidentia concedentis fuit prouisum, nam finito iure subinfeudantis,ipsi debebunt succedere,vt per Clar. ea. q. versi. sed circà huiusmodi post Cur.prẽcitatum sub nu.85.

395 Constat autem, quòd subinfeudatione durante non est plenum ius vtilis dominij pẽnès subinfeudatum, sed pœnès primum vassallum remanet quoddã quasi vtile dominium, ratione iuris vassallagij,quod hẽt in subuassallũ, vt probat tex. in d.c.Imperialem,§.illud. vbi Io. Ray. not.relatus,& sequutus à Cur. d.nu.83. versi.2. pro limitatione, pro quo allegat ẽt Abb. in c.cũ

396 Apostolica de his quę fiunt à præla. † dicentẽ, ideò licere feudatario Ecclesiæ subinfeudare, quia ipse non desinit esse vassallus Ecclesiæ dominæ,idem tenet Bal.in c.cæterum ad fi.de iud.

397 qñ sinè dñi consensu fit subinfudatio,† licèt secùs teneat qñ interuenit cõsensus,quo casu vult primùm vassallum omne ius à se abdicare, in 1. enim casu secundũ Bal. vassallus non cedit, sed concedit,& retinet dominium vtile superius,& in subuassallũ transfert vtile dominiũ inferius, & Bald. sequitur Iacob.à S.Georg. in sua inuesti.feud.in verb. Ità ẽt quòd dicti vassalli nu. 5. 6.Soci. consi.66.num.4.lib. 3.Capic.decis.162. nu.7.Menoc.de præsump.lib.3.ꝑsump.102. nu.

398 12. cũ concord. † Et hinc est ꝙ si subinfeudatus velit alienare tenetur hẽe cõsensũ vtriusq; dñi, directi scilicet, & sui immediati, secundùm veriorem opin. ꝗ post plures relatos in d.c.Imperialem in prin.nu.18.versi.4. opi.est tenet Affli. quod tamen pro constanti non firmo, quia in * contrarinm videtur * cõmunis opin. de qua per Clar. in §. feudum.q. 32. in fi. post Iacob. de S. Georg. in d. inuest. in ver. & cum pacto de non alienando sub nu.21.Menoc.vbi ꝓximè nu.10.

399 Et dixit insuper Bal.& post eum Alua.in c.1.§. fi.de contro. inuesti. ꝙ pẽnès primũ vassallũ remanent reliquię, & iura seruitiorum per not. in c.1.de excess.prælato.& cõprobat Cur.Iun.præallegatus. Vbi etiã tradit, ꝙ si inter subuassallos oritur quæstio de rebus feudalibus, cognitor est subinfeudans non directus dominus.

400 Vndè eriam est,ꝙ vassallus vassalli mei non est meus vassallus, nec ab eo possum seruitia feudalia petere, quæ debet suo dño immediato, licèt ea mihi debeat meus vassallus, quæ præstare poterit cum auxilio vassalli sui, Curt. latè d. par.4. nnm.88. 89.declarat.9. Menoch. latè de præsump. lib. 3. præsump. 102. nume. 1. cum plurium sequentibus.

401 Quibus stantibus,indubitatũ redditur, ius cõpetens feudatario, diuisionem quandã, & separationem,recipere multis in casibus, cuius pars pœnès illũ remanet, reliquum aũt in concessionarium trãsit, quamuis extraneum, & incognitum

tum priori Domino; Nonnè igitur multò magis admittenda erit separatio, & diuisio in nostra specie inter patrē, & filium immediatū successorē, à directo dño cognitū, & vocatū? Ita in terminis argumentatur Bologn. d. conf. 6. nu. 34. 35.

402 Tertiò omnis alienatio feudi, etiam sinè domini consensu, in præiudicium alienantis valet, & tenet, licèt in præiudiciū Domini, vel agnatorū secus sit; quia respectu ipsius Dñi est ipso iure nulla, respectu verò agnatorum opus est reuocatione, Affli. decis. 237. nu. 7. Paris. consi. 2. nu. 11. lib. 1. Rol. d. consi. 59. nu. 17. lib. 2. Clar. d. §. feudum q. 42. Bologn. pulchrè d. conf. 7. nu. 100.

403 & seq. † vbi infert valere proptereà constitutū in tali contractu appositū, per quod transfertur possessio in acquirentem, adeò quòd si de viribus contractus eiusdem controuerti exindè cōtingat in possessorio iudicio, dēt ad merita reseruari. Qualiscunque igitur fuerit alienatio de qua agitur, debet ad præiudiciū alienantis subsistere eo meliori modo, quo valere potest, & hoc ipsum fatetur Camerar. ex opposito citatus pag. 31. in litera Q.

404 Sed debet multò magis valere cum facta sit in filium immediatè successurū vt supra, in quem licita, & permissa est, nedum inscio, sed inuito dño, vt suprà latè dictum est nu. 323. & seq. & num. 341. Nam quòd omnis contractus cum eo sic fieri possit ēt tradit glo. in c. 1. §. si. de alien. feud. pater. Affli. decis. 19. nu. 2. 3. Bolog. d. cōs. 6. nu. 37. 38. & consi. 7. nu. 90. & seq. citās Isern. Bald. Aluar. Præpos. & alios, & de eōi attestans; meritò talis facultas non est restringēda ad meram refutationem sinè adiectione alicuius pactionis, vt bellè defendit Bolog. aduersùs Lofr. & Beneuen. in locis præcitatis, vbi inter cætera pōderat tex. not. in c. 1. §. sed ēt ref. per quos fiat inuesti. vbi venditio quoq; in proximiorē successurum permittitur.

405 † Ad idem allegat tex. in c. 1. in prin. de alien. pater. feu. vbi alienatio paterni feudi inter agnatos generaliter conceditur, & in specie datio ad libellum, quæ non est simplex refutatio, sed cū reseruatione iuris percipiendi conuentum canonem annum.

406 At specialiùs etiā facit tex. in c. 1. §. si verò de alien. feu. vbi alienatio totius, vel medij, feudi, consentiente dño, conceditur in extraneū, sed in fratrem, vel nepotem, etiā sinè domini consensu; si ergo medietatis feudi permittitur inuocatum alienatio habemus casum legis.

Sed ratio, quā scribentes ibi adducunt, & maximè Feder. Schenc. num. 2. sumpta ex d. c. 1. de alien. patern. feud. id comprobat; quia scilicet non dr̄ hic fieri alienatio, sed quædam quasi refutatio; ex hac enim ratione applicata ad text. istum de medietate feudi loquentē, depræhenditur manifestè refutationem partis feudi haud prohibitam, sed potiùs licitam, & permissam es-

408 se † Vndè nesciens Camer. hæc Iura euadere, ad refugium miserorum confugit in d. c. Imperialem pag. 31. litera F. inquiens ea fuisse correcta per dispositionem generalem cap. Imperialem, & c. 1. de prohi. feu. alien. per Lotha. quem meritò repræhendit Bolog. d. consi. 7. nu. 89.

409 Consimilis tex. & fortior adhuc pro hac snīa adducitur in c. 1. de vass. qui con. consti. Lotha. vbi primò deciditur alienantē totum feudū toto priuari, alienantem verò partē, alienata tan-

410 tùm parte priuari, † & secundo loco dr̄ committentem feloniā contra vnum dominorū pri-

411 uari tantū parte illius Domini. † Deniq; subiungitur, & si voluerit vnius solius partem refutare, alijs sibi reseruatis, hoc facere poterit; quia vassallus ēt sinè Domini voluntate rectè feudū refutare potest. Ex tota igitur dispositione huius legis constat inconueniens non esse, quòd vassallus retineat feudi partem, reliquum verò dimittat; & signanter per viam refutationis, de

412 qua nos tractamus; † Et aduertendum, ꝙ tam in dicto, q̄ in ratione probat intentū; Nam reddens rationem vltimæ decisionis, ait, quia vassallus ēt sinè dñi voluntate rectè feudum refutare potest; parificat enim refutationem totius, cum refutatione partis, & quodammodo arguit de toto ad partem; inferens quòd ex quo totū feudū refutari potest, & pars quoq;. & ita in pūcto argumentatur Affli. in eo. c. nu. 17. & à mul-

413 tò magis arguit Bolog. d. conf. 6. nu. 37. † & notorium est valere argumentum de toto ad partem l. quæ de tota. de rei vendi.

414 Septimò, & vltimò adducitur doctr. Affli. in c. omnes filij num. 22. si de feud. fuc. contro. inter Dominū, & agna. qui notabiliter decidit, eum qui licentiā habet à directo dño alienandi feudum, posse illud in duos vel plures alienare, sicuti, & pluribus filijs relinquere; nec proptereà fieri conditionem ipsius dñi deteriorē, sed potiùs meliorem, quia vnius loco plures acquirit vassallos; sic ergo, & in casu nostro vassallus habens facultatem refutandi feudum, poterit partem refutare, & partem retinere modo quo suprà; quia ius directi Domini non læditur; & Idē tenet Isern. in c. Imperialem in prin. nec non & Aluar. inquiens id ex equitate procedere. & absolutum est quamcunq; alienationē ex qua melior fiat dñi conditio permissam esse sinè eius consensu Capic. decis. 100. nu. 3. 4. cū concord.

Iactis itaq; firmissimis huiusce conclusionis fūdamentis, non obstant in oppositū adducta; nā ad primum de alienatione prohibita in parte, sicut in toto, respondeī retorquendo argumentum, ex proximè deductis, qñ quidem eum de refutatione in proximiorem agamus permissa

415 in totū, idem iudiciū esse debet in parte † Cōuenimus enim in mō argumentādi, sed pugnamus in propositione, quam aduersantes negatiuam.

tiuam, & prohibitiuam constituunt super alienationis interdictione, nos verò affirmatiuam, & permissiuam super refutationis concessione, & licentia, per supradicta.

416 Secundò Respondetur, q extra materiã quoq; refutationis, versamur in regula permissiua, quã tum sit pro interesse, & præiudicio vassalli alienantis, cuius respectu, & habentium causam ab eo, valet, & tenet alienatio, vt supra in trib. primis fundamẽtis latè ostendimus, vndè qđ in toto ꝑmissum est, nec in parte ꝓhibitũ videri dẽt, per regulã auth. multò magis, C. de epis. & cler.

Tertiò Respondetur, q cũ alienatio partis feudi permissa sit consentiente dño, vt probat in specie tex. in d. c. 1. §. si verò de alien. feu. & tradit Affli. in d. c. 1. nu. 1. vers. item potest de vass. qui con. consti. Lotha. atq; omnibus in confesso est, non potest in nostra specie dubitari de validitate refutationis cũ reseruatione vsusfructus, tum quia facta fuit cum consensu iam impetrato vt supra nu. 325. & 337. tum ẽt quia respectu impetrandi, (si necessarius foret, prout non est,) habet clausulam memoratam (accedente consensu directi domini, & non aliter) cuius vigore sustinetur actus, siue conditionẽ importeu, siue non, ad effectum, ut pendente cõsensus conditione, non possit alienans ullo pacto contrauenire, pro ut supra latè disseruimus: nu. 339. usq; ad 342. & præsertim quando contractus fuit iuratus, ut ibidẽ deductũ fuit nu. 342. & ibi dictis addendus est Bologn. in terminis d. consi. 6. nu. 46. & consi seq. nu. 100. & 101. Contrauenĩedo igiť act⁹ nullos, & inualidos fecit D. Dux Octa.

Ad secundum fundamentum de indiuiduitate feudi, quę causat, ut non possit unus hẽe proprietatem, alter verò usumfructum, quia hẽt partẽ, & sic diuiderertur feudum ipsum; ultra q diuisio feudi & alienatio partis dimidiæ permissa erat ante prohibitionẽ Lotha. & Federici, ut in c. 1. §. aut si libellarin, ubi omnes not. quib. mo. feud. amitt. undè colligi potest originaliter feudum non esse indiuiduum, sed ex accidenti, conueniunt ẽt tres illæ responsiones datæ primo fundamento, ex quo sumus in casu quo alienatio tam partis, q̃ totius est de iure permissa, maxime ad ꝑiudiciũ alienãtis, & habentiũ cãm ab eo.

417 Et animaduertendum, q nec ẽt respectu iurisdictionis inconueniẽs penitus est diuidere feudum, Nam licèt ipsa iurisdictio adiecta feudo, illud indiuiduũ reddat in sui substantia, & propterea unicuiq; in inuestitura comprehenso insolidum competat, Bald. in l. uni. col. fi. C. quando non per. par. & in l. 1. de offi. consu. Bart. in l. 1. §. si plures. de exerci. ac. Curt. consil. 49. nu. 5 t. cum seqq. Colleg. Bon. in consi. seq. nu. 14. in fi. & nu. 15. Nihilominus respectu commoditatis, & exercitij, atq; vsus ipsius iurisdictionis diuisionem recipit. Aret. consi. 165. nu. 2. Paris. consi. 6. nu. 6. lib. 2. Curt. iun. in tract. prædicto part. 3. nu. 48. Purpur. consi. 548. nu. 61. Duen. reg. 106. nu. 2. Cepha. consi. 3. nu. 27. & consi. 173. nu. 25. Adeo q dicere possumus, q post refutationem prædictã iurisdictio coherens feudo fuit re ipsa, & in substantia pęnès Serenifs. Ducem Alexandrum, respectu verò usufructus, & administrationis retentæ per Serenifs. Ducem Octauium, usus, & exercitiũ, atq; commoditas ipsa iurisdictionis ad eum spectauerint, & pertinuerint.

418 Sed quaniam ẽt libet subiungere responsionẽ negando usumfructum esse partem dominij, licèt multi ex nostratibus, ultra Loffred. & sequaces pręcitatos, id constanter asseruerint, fundantes præcipuè eorum opin. super d. l. 4. de usufr. dicente usumfructum in multis partẽ dñij esse.

Attamèn in rei ueritate contrarium uerius est, nam diuersa habemus iura apertissima, totum oppositum firmantia, & maximè l. rectè dicimus de uerb. sign. ubi iurisconsultus (rectè dicimus totum fundum nostrum esse, ẽt si usufructus alienus sit, qa usufructus non dominij pars est, sed seruitus, ut uia, & iter, nec falsò dictũ est meum esse, cuius non potest ulla pars dici alterius esse; hoc, & Iulianus ait, & uerius est,) quomodo potest hæc lex cauillari?

Similis est determinatio in l. & per iusiurandũ, §. illud. de acceptil. ubi de usufru. & uia, ait I. C. (hæ autem partes non sunt.)

Et l. falsus §. fi. de furt. rationẽ illius decisionis afferẽs, inquit (quia usufructuarius dñs non est.)

419 Item l. Meuius §. fundo legato de leg. 2. ait fundum legatum, cuius usufructus alienus est, ab hærede tamen petendum esse; rationẽ subdens (usufructus enim, & si in iure, non in parte consistat, emolumentum tamen continet.)

420 L qui usumfructum de uerb. obl. ait, stipulantẽ usumfructum fundi, similẽ esse, ei qui partẽ fundi stipulatur, & l. cum filius §. dominus in fi. de leg. 2. in illis uerb. (qm̃ usufructus portionis instar obtinet) licèt à nonnullis in oppositum adducantur, sniam tamèn nostram probant. qm̃ si similis est usufructus portioni, non est portio,

421 †quia simile non est idem l. quod Nerua. ff. depos. & similitudo est quoddam figmentum rei, & non res ipsa, ut inquit Bald. in l. 1. in fin. C. de patri. qui fili. distrax.

Confirmo adhuc ratione satis efficaci, nam si usufructus est seruitus, ut d. l. rectè, & d. l. 1. & 2. de usufru. impossibile est impossibilitate iuris, q sit pars rei, quia hoc modo res mea mihi serui-

422 ret, † quod uulgatis iuris regulis repugnat l. uti frui. đ usus. C. ępo. de serui. urba. pdio. c. 14. nu. 4.

423 † Imò nec res communis seruire potest l. in re communi ff. de serui. vrb. prædio. Benè ergo locutus fuit I. C. in d. l. rectè in fi. ex sententia Iuliani; asseuerans hanc opin. esse veriorem.

Cui non officit d. l. 4. de vsufr. quoniam vltra, quòd

quòd non loquitur gñaliter, sed dicit in multis vsumfructū esse dñij partē, adeo quòd necesse foret in casu nostro ostendere hunc esse vnum
424 de illis casibus† rñdetur vnā cum glo. ibi, intelligi debere respectu similitudinis tantùm, ita vt vsufructus dicatur similis esse portioni, quāuis non sit portio, vt re ipsa declarat d. l. qui vsumfructum, & d. l. cum filius §. dñs. loquens per similitudinem, & cum hac declaratione concordari debere iura, & authores diffidētes tener doctissimus Pinel. in rep. pdicta par. 3. nu. 34. permultos citans eandē concordiam amplectentes; & benè conferunt dicta Bar. in d. l. qui vsumfructū de verb. ob. & in l. in venditione de bo. aut. iud. posſi. Nat. d. consi. 563. nu. 22. vers item vsufructuarius. Cum ergo verè, & propriè vsufr. non sit pars rei, apertissimè corruit fūdamentū, Losfred. in quo tota ferè eius cōsultatio fundata est.
425 Quinta ex abundanti posset annecti notab. responsio, q̄ adducit, & latè prosequitur Bolog. d. consi. 6. nu. 27. 28. cum seqq. & nu. 35. atq; latius nu. 40. 41. & consi. 7. num. 97. 98. quibus in locis propter clausulam (omni meliori modo) & pter iuramentū, quòd haber vim eius clausulæ, concludenter probat, quòd si refutatio cum reseruatione vsusfructus dici posset inualida, sustineretur tñ in vim facultatis percipiendi fru-
426 ctus feudales, † quæ licita, & permissa est citra oēm cōtrauersiam, vt ipse clarè ostendit, & cōprobat ēt Bero. d. q. 95. nu. 5. & consuluit Alex. in consi. 18. in 1. dub. lib. 5. quē refert, & sequitur Pinel. d. par. 3. nu. 70. ad fi. & latè prosequitur Nat. d. consi. 563. nu. 1. vsq; ad 14. videndus. Etenim in contractu refutationis nostræ, nec dicta clausula, nec iurm desideratur. Sed dēpto iuramēto, & clausula pdicta, idē ēt dici posset p doctr. Bal. in l. cum oportet num. 18. C. de bon. mat. & bonum tex. in l. per seruū §. 1. de vsu, & habi. parificantē legatū fructuum legato vsusfr.

Ad vltimum fundamētum de præiudicio directi Dñi, prima erit solutio, quòd de præiudicio Dñi non tractatur in casu nostro, cum tueamur actum valere in præiudicium tñ refutantis, qđ nobis sufficit; stant enim simul, quòd ipsi refutāti noceat, & habentibus cām ab eo, non verò directo dño, nisi eius consensus accesserit, vt supra diffusè ostendimus nu. 339. cum seqq.
427 Secundò tollitur fundamentū, quia eo attento, sequeretur, quòd nec posset vassallus subinfeudare, nec ad libellum dare; & multò minùs in totum refutare; consequens est falsum, per supradicta, ergo, & antecedens l. apud antiquos C. de fur. Nam sicut considerat Loffr. quòd refutatio cum vsufructus retētione fieri posset secretò, & superueniente culpa vassalli, vel donatarij, exhiberi, ad defendendum partem euis, qui non deliquisset, in præiuditium Regiæ Curiæ, Idē quoque in casibus prædictis contingere posset; qñ actus prædicti secretò fieri possent, & secuta alterius contrahentium culpa, palam produci ad eundem effectum; & si casus contingeret in refutatione absoluta, maius afferre posset præiudicium dño, ex quo delinquente vassallo totum refutante, posset is cui refutatum fuisset, producere instrm refutationis, & totū feudum tueri, & è contra delinquente proximiore, qui acquisiuisset, posset refutans, tacita refutatione, perseuerare in feudo, & vtroq; casu fraus committi
428 magis dño præiudicialis †. Propterea intrat reg. si de quo magis videtur inesse, & non inest. ergo nec de quo minùs d. auten. multò magis cū not.
429 Sed re ipsa non sunt hmōi tristes euentus in consideratione habendi, quòd scilicet, actus clā destini, & fraudulenti fiant, & quòd vassalli culpam aduersus Dominos committant, ob q̄ feudis priuari debeant l. si in emptione §. liberū ff. de contra. empt. l. inter stipulantem §. sacrā. de verb. obl. cum vtrinq; not.

Tertò tollitur ex eo, quòd de hmōi præiudicio dñi nemo posset opponere, nisi ipse dñs, quia esset opponere de iure tertij non excluso ipso Iure intentionis, quòd non licet vt sup. nu. 338.
430 Quartò, & vltimo submouet authoritate eiusdem Loffr. in oppositū adducti, dum in d consi. 3. nu. 5. concedit, refutationē illam similē huic nostræ, valere quidē mero iure, sed saltem ope exceptionis excludi filium agentem, cui feudū refutatum fuit sub inualida vsusfructus reseruatione. Etenim cum in casu nostro nunquā filius petierit feudū viuente patre, non potuit ei opponi talis exceptio, consequenterq; permansit in suo robore refutatio; meritò quicquid aduersùs ea gessit refutas, nullius efficaciç, & momenti remanet. Nec est qui possit ampliùs ad eam infringendam, dictam exceptionem opponere, quia nemo est, qui pro illius executione instet, vt in conrario; sed D. Alex. agit, & producit titulos inualidos, Serenifs. aūt cōtra eos excipit.
431 Et hçc vna responsio oīa submouet contraria, & consultationem Loffr. nobis potiùs inseruire facit, q̄ iure merito impugnat Bolog. d. consi. 6. nu. 13. vsq; ad nu. 46. & consi. 7. nu. 85. vsq; ad nu. 102. asserens in d. consi. 6. nu. 3. eius opi. & Camer. non esse veram, sed processisse ex eorū capite, & ī cōs. 7. nu. 96. cōem esse in contrariū, tam in Regno, quàm extra Regnum, bis repetit. & de feudis Regni Franciæ idem tradit Cass. consil. 8. num. 36.

VIGESIMVM SEPTIMVM DVBIVM.

Nec dicatur talē Domini consensum præsumi interueniſſe ex lapsu temporis viginti annorum, qui cucurrerunt à dicta dōne, q̄ fuit de anno 1565. ad
432 tempus mortis dicti D. Ducis, † tum quia illud est modicum tempus, & non dicitur antiquum, ex cōi sententia de qua per Crau. de antiq. temp. in prin.
433 & loco statim citando, † tum etiam quia ad præsumen-

sumendum talem consensum, qui est Domino praiudicialis, probari oportuisset, quòd pracipuè illo tempore illam donationē sciuerit, vt abundè probat idem Crau. vbi supra in 3 par. §. videamus in genere.nu.29.& ante eū Soc.Iun.cons.56 nu. 14. & seq.vol.2.Tiraquel.de prascrip.car 71.in prin. Ferd.Loazes in consi.super oppido Mulla pag.268.
434 *num. 18. † & certa quidem scientia actus gesti cum suis qualitatibus requiritur probata, Osasc. decis.176.& cò maximè cessat prasumptio scientia donationis huiusmodi in directo Domino, cum facta sit in remotissimis partibus, scilicet in loco Bruselles Flandria,& prastationē consensus facti esse, qua non prasumitur Cephal.d.cons.18.nu.15.*
435 *& seq.† & ibi addit.nu.21.& seq.quòd post mortem alienantis conditionaliter non potest Dominus Directus ampliùs prastare consensum. Nec sufficeret post mortem dicti Domini Ducis talem consensum interuenisse, Cephal. consil.118.num.21. & seq.res enim integra non esset ergò &c.*
436 Ex quo elapsi sunt triginta anni post cōtractum refutationis nostræ,præsumitur imò interuenisse consensus directi Domini, vt in terminis tradit Marin. Frec. in tract.de subfeud. lib.2.q.28. nu.1.2.3.inspecto scilicet iure cōi, licèt de iure
437 Regni contrarium probet; est mihi pag. 155. † Et ait Crau.d.cons.913.num.4.in fi. facilè pręsumi consensum huiusmodi, cum Dñi nō intersit,
438 cui nihil deperit.† Qui consensus etiam alia ratione præsumitur in casu nostro, ex quo dominus dissentire non poterat, Afflict. in d.c.Imperialem num. 5. 6. & 25.

Sed hac pręsumptione nos nō egemus,tum qa absq; assensu valuit contractus, & præsertìm in præiudicium refutantis, tum quia consensus ipse interuenit,cum in proximè successutum facta fuerit refutatio,per iam dicta.

VIGESIMVM OCTAVVM DVBIVM.

Sextò quia D.Dux Donator sibi reseruauit vsūfructum,& plenā administrationē dicti Ducatus,
439 *qua etiam sibi de iure competebat tanquam† Patri, & legitimo administratori in bonis filij l. 3.C. bonis mater. qua quidem operatur, vt maiorē haberet authoritatem, quàm administrator in bonis pupilli,vel minoris,vt tutor, vel curator, qui licèt sint legitimi administratores, sunt tamen nudi Mi*
440 *nistri,qui nullum sentiunt commodum† ad differentiam Episcopi, vel alterius Pralati, Castr. in l. 1.circa med C.eo.tit. qui possunt transigere etiam dimittendo,vt latè probat Cephal.cons.24.nu.22. & seq. Menoch. consi. 79. nu.6. & per totum, vbi*
* *etiam* de cōmuni, † & scimus etiam vsufructua-*
441 *rium esse saltem quasi Dominum, vt per bona iura probat Comen.super consuet. Parisien.§.1.in prin. & tanquā Procurator generalis Proprietarij pōt oīa qua ipse pōt, vt p eundē ibi nu.20. & plur.seq.*
442 *Nec etiam sumus in simplici vsufructuario, qui forsan non potest instituere, nec dispensare, vt in vsufructuario rei emphiteotica, Guid. Pap. decis. 477.vtrū Proprietarius,& in vsufructuario feudi Bello.cons.6.nu. 16.sed in eo,qui reseruauit dignitatem, & plenam administrationem, & omnia fecit, qua conueniunt vero Domino, & Duci,tam circa gratias, priuilegia, & alia concernentia supremam potestatem, quàm circa inuestituras, & concessiones feudales, ac si non esset facta donatio; id verisimiliter non ignorante Alexandro se Principē, non Ducem profitente,quando Patris loco administrabat, & signabat.*

SOLVTIO.

Quamuis D.Dux refutans reseruauerit sibi vsūfructum, administrationem, Guberniū,& dignitatē(sic enim loquitur instrumentū) non tamen ex oībus his qualitatibus, facultatē alienandi iu
443 ra Ducatus habuit. † Nàm quò ad vsumfructū, indubitatum est, quòd nō potest vsufructuarius quicquam agere in præiudicium proprietatis l. is cuius ff.de vsufr.vbi deciditur,securū esse debere proprietarium de proprietate, & in l. vsufructu,C.eo.titu.nullam læsionem afferre posse vsufructuarium proprietati, dicitur.
444 Et quamuis pater dicatur habēre maiorē authoritatē in bonis filij,in quibus vsumfr. habet, vt probat Pinel.in rep.prædicta par. 3.nu.16.nō tñ alienandi facultatē tenet l. 1. in fi.C.de bo.mat. vbi Saly. & scrib. oēs, & præsertim Pinel.d.par.
445 3.nu.1.& 18.Nat.cons.543. nu. 15. † Nec etiā faciendi actum,per quem ad alienationem perueniri possit, vt per eundem Nat.ibi num.14.
446 Et tantò minùs pōt præiudicare in his quę proueniunt ex persona maiorū,vt in casu nostro,in quo feuda,& Iura feudalia à maioribus D. Ducis Octauij prouenere l.eū qui de interd.& relega.l.Emancipatū de senat. Nat. cons. 567.nu.8. Ideo benè locuti fuere Guid.Pap. & Bello,in lo
447 cis citatis in motiuo † asserentes,quòd si emphiteota,vel subfeudatarius cadit à iure suo,res emphiteotica,vel feudalis vadit ad proprietarium, non ad vsufructuarium. Vndè idem dicendū est in deuolutione ob lineam finitam, quæ cedere debet ad commodum proprietarij,rationibus p eos adductis, & latiùs per Oldra.cons. 240. per to.& per Guid.Pap.decis.477.num.1.2.3. & Alber.in rub.C.de vsufr.col.1.quas breuitatis causa non refero, & per consequens non potuit de feudis sic deuolutis disponere D. Dux Octauius, quia ad ipsum non pertinebant.
448 Quod attinet ad administrationē, absolutū est quemcumq; administratorē,et cum libera, siue habeat mandatū ab homine,siue à lege, nō posse liberalitate vti de bonis cōmissis l. contra iuris §.fi.vbi glo.in ver.haberi ff. de pact.& doct. oēs not.latè Pinel.loco præcitato nu.56.Tiraq. in l.si vnquàm in ver.donatione largitus num. 173. Rol. à Val.cons.18.nu. 56. cū duobus seq. vol.2.Caualc.in tract.de tuto. & curat. nu.121.

449 Et

449 Et licèt limitari soleat hæc regula in administrantibus bona Principum, & magnatum, secúdùm Iaf. in l. pactum curatoris sub num. 2. versi. hinc est, C. de pact. Lanfran. de Oria. in sing. 22. & subdit Rolā. vbi proximè num. 59. cum seqq. Caualc. vbi suprà, vers. quod primò.

450 Attamē sublimitatur, vt procedat in rebus minimis, & quæ passim donari solent, & p vtilitate dñi, vt eleganter prosequitur idē Pinel. sub nu. 57. atq; Rol. d. cons. 18. nu. 65. multos referētes, & signāter Barba. loquentem in curatore Regis.

451 Et quod dictum est de consuetis donari, intelligit Barb. ibi relatus, de his quæ sæpè, & sæpiùs, non autem de his quæ rarissimè donantur à talibus Principibus, quē sequuntur Lup. & Bonifac.

452 de Curtis. citati ab eodem Rol. † Ex quorū dictis infert donationem vnius Castri cum homagio, fidelitate hominū, facultate gratias faciēdi, & pœnas cōmutandi, cum regalijs; quæ sunt de reseruatis Principi, nullo modo valuisse, eòq; non sunt huiusmodi liberalitates de solitis, & cōsuetis. Imò subdit Rol. nu. 58. tutorē, vel curatorē Principis, vel Regis non posse immobilia aliqua donare; Multò minùs igitur potuit in casu nostro D. Dux Octauius liberalitate vti in vno statu tot Castrorum, & locorum insignium.

Sed hæc superflua vñr, quia nō disposuit idem D. Dux administratorio noīe, sed iure proprio vti verus Dñs, & Princeps cum nō esset, & quod plus est, cū reseruatione iuriū Cameræ, vt suprà.

453 Nec ommittendum, quòd nullā authoritatem à lege, tanquam pater habere poterat post refutationem, tùm quia bona, & iura sunt feudalia, in quibus patri non debetur vsusfructus secūdū Iaco. de Belu. & Nico. de Neap. Iser. & Aluar. relatos per Curt. iun. in tract. feu. pat. 3. num. 46. licèt ipse post Bal. in diuersam sententiam iuerit.

454 † Tum quia, si deberet, non tñ in nr̃a specie; quia feudum à Principe prouenit l. cum multa, C. de

455 bo. quæ lib. † & est feudū dignitatis coherentis psonæ feudatarij; quibus casibus pr̃i nullatenus debetur vsusfructus, vt per eundem Cur. ibi nu. 47. sic limitantē suā illam, ac Bal. opi. & sic re ipsa tenet Bal. in l. cum oportet. in princ. nu. 18. post Iaco. de Bel. in vers. sed Iaco. C. de bon. quę lib.

456 Cessante aūt patris vsufructu in bonis filij, cessat quoq; eorundem administratio Bart. in l. lis nulla. ff. de iud. & in l. fi. §. 1. de verb. oblig. Capic. decis. 56. nu. 4. & decis. 63. nu. 10. Quocirca standū est verbis cōtractus, & nil aliud inspiciēdum, quàm quod fuit expresśim reseruatum.

457 Ex gubernio, & dignitate reseruatis, nemo dixerit facultatem alienandi resultare; cū gubernare nil aliud sit, quàm regere ad Alber. in suo

458 dictiona. in ver. regere; † & dignitas perseuerare possit post depositam administrationem l. decuriones, C. de silent. lib. 12. l. 1. cum glo. in vers. auspicia, C. de consuli. lib. 12. Afflict. in prohem. constit. quæst. 26. nu. 4. cum alijs adductis p Mari. Frec. de subfeud. lib. 2. tit. quis dica. Dux nu. 53. 54. est mihi pag. 94. Quod ergo non poterat D. Dux peragere virtute administrationis, nec ratione tituli, & dignitatis retentæ potuit, q à dignitas sola nō tribuit iurisdictionē, & officiū, vt suprà, & multò minùs alienandi facultatem.

459 Sed & paterna reuerentia idipsum postulabat, qua quisq; à natura ipsa erga parentes suos deuinctus est l. parentes, ff. de in ius vocan. sed meherclè, qui hæc extra processum adducunt, remisisci quoq; debent famæ publicæ, quæ in hoc statu cōstans fuit, quod Serenisś. Dux Octauius instantissimè requisiuit à Serenisś. filio, vt cōsensum suū adhibere vellet infeudationi, quam facere cupiebat D. Alexandro Pallauicino de huiusmodi statu, & obtinere non potuit. Quòd si propria authoritate peragere potuisset, frustrà precibus impetrare studuisset iu. vulg.

VIGESIMVM NONVM DVBIVM.

Praterea, & quartò hic vltrà gesta cum tanto Principe, concurrunt alia media ad fauores d. D. Alexandri, de quibus supra, qua concurrerunt tēpore Serenisś. Ducis Alexandri ante dictam captā

460 possessionem per Camerā, vndè non videtur, quòd per dictam donationem potuerit discolorari titulus dicti Domini Alexandri satis coloratus, Rot. Puth.

461 decis. 76. lib. 2. & 293. lib. 3. † Et consequenter etiam cessare allegatum notorium iuris Camera, quod ex eo ellici videbatur, quoniam ad hoc vt notorium iuris Rei conceptum contra agentem spolio dicatur notorium, oportet, quòd de eo constet, vel ex confessione partis, vel ex probationibus in indicio, vel ex presumptionibus iuris Abb. in c. in litteris nu. 29. de rest. spol. Rot. d. decis. 16. At hic nullū ex dictis adesse videtur, vt sapè fuit dictū ergò etc.

SOLVTIO.

462 Decis. Puth. 72. in a. non cōuenit casui nostro, primò quia ibi suspensum erat peritorium, apud nos minimè, imò fuit principaliter intentatum, & prosecutum per D. Actorem attentis eius precibus, cum rescriptis, & petitione in iudicio facta, vt in 2. respon. abundè probaui in 1. q. prin. vel saltem mixtum cum possessorio inseparabiliter, vt in eo. respon. in 2. princ. q. ferè per to. Nec suspensioni ipsius petitorij locus esse potuit, vt in eo. respon. nu. 128. vsq; ad num. 137. adeo quòd nedum potest Perillust. Consilium super petitorio facultate sua ordinaria, ac delegata, iudicare, vt in d. 1. q. princ. num. 2. vsq; ad 62. verùm etiam tenetur vt seq. q. princip. plenè fuit probatum in eodem respon.

Præterea præsupponit ibi Puth. titulum habitū ab habente authoritatem, cui opponebatur tantùm quædam limitatio potestatis, nos verò agimus de titulis habitis à carente prorsus authoritate, vt multoties dictum, qui nullum præbent possessioni colorem, vt in 1. respon. nu. 101. cum con-

concord.ibi relatis,& supra etiam nu. 363. cum seqq.nã cũ sint ipso iure nulli non possunt colorem dare,Feli.in d.c.in nña correl. 36.vers.nonò nota.de rescrip.Rebuf.de pacif.possess.num.37.

Nec negat Puth.quin titulus, etiam coloratus, decolorari possit,quod vtiq; in iure nostro permissum, & receptum est,vt in 2.respon.in 4.q. princ.nu.207.vsq; ad fi.;& hoc nobis sufficeret. Item lis ibi erat inter priuatos, hic inter subditum,& Dñm,qui habet intentionẽ suam fundatam contra ipsum subditum,vt sæpiùs dictum.

463 Et alia decis. Puth. 293.lib. 3.quam aliàs pro Serenifs.adduxi in 2.respon.nu.214. verè cõtra D. Actorem facit, licèt articulos ad decolorandum datos in ea facti specie reijciat; præsupponit namq; nu. 2. & 3. decolorationem admitti, vbi de probationibus factis agitur,non de faciẽdis,nos enim in probatis versamur,per quæ titulos Actoris pænitus decoloratos ostendimus.

464 Admittit quoq; Puth.in fi.eius decis.decolorationem, vbicumq; vnà cum titulo decoloratur possessio,quia probationes vtrumq; iudicium feriunt,petitorium scilicet,ac possessorium,& hoc ipsum latè comprobat in sua decis. 99. num.12. lib. 1. quã aliàs allegaui post multos alios scrib. in 2.respon.num. 179.

In nostra autem specie indubitatum est,probationes Serenifs.nedum iura petitorij,sed possessorij infringere,huc enim tendunt omnia ꝑ me deducta in 1.respon.dub.1.&in 2.respon.num. 141.ad ibi dicta me remitto.Alias quoq; respõsiones attuli ad hanc ipsam decis.in eo.2.respõ. in fi.quæ reuideri poterunt.

Consequenter,& per donationem, seu veriùs refutationem prædictã, & per Inuestituras feudales,atq; Instrumenta quamplura,& cætera ꝓducta,rectè potuit omnis titulus D. Actoris decolorari, pro vt fuit decoloratus;imò impugnatus,& eneruatus;simulq; ostensum de bono Iure Serenifs.vt suo quoq; loco tàm in 1. & 2. quàm in hoc etiam 3.responso luce clariùs apparuit.

Vndè etiam infertur,non cessare, sed imò durare notorietatem Iuris Ducalis Cameræ, contra id,quod in motiuo concluditur.

465 Neq; officit doctr.Abb. exaduersò citata in d. c.in literis num.29. quia non loquitur de notorio iure rei conuenti, sed tantùm de notorio nõ iure Actoris, quod secundum eum non repellit agentem restitutorio iudicio;quoniam, & si careat actor titulo, non tamen ob id fundatur intentio rei,cum satis sit,quòd possederit, & quo ad ipsum reum liberas ędes habeat, vt idem met Abb.in antecedenti nu.refert;cuius contrarium dicimus, quando notorium ius rei supponitur, propter quod restitutio denegatur, vt in 1.resp. nu.79.& 91.cum seq.& addi potest Alba.consil. 433.nu.19. & Feder. Schen.in c.1. in prin.vers. cæterùm si de feu.defun.mili.

Sed & Abb.eo.nu.29.in fi.apertè tenet, quòd quotiescũq; exceptio opposita in dicto iudicio, vltra non ius Actoris, fundat etiam intẽtionem rei (quod minus est,quàm notorium ius eius ꝓbare)admitti debet ad restitutionem impediendam,quia duo vincula magis stringunt, vt pec

466 cum, † Et iste est casus noster,quia Princeps, q titulos Actoris improbauit,habet quoq; fundatam intentionem in statu suo,respectu rerum in iudicium deductarum, vt ad saturitatẽ fuit in 1. resp.nu.80.cũ tribus seqq.& in 2.respon.nu.71. vsq; ad nu.107.probatum,ac etiam in linea finita de qua in 1.resp.nu.11.& supra quoq; tractauimus nu.133.151. & 210. cũ pluribus seqq.

467 Et in eo,quod de ꝓbatione notorij refert Abb. in oppositum citatus,rectè quoq; fundari potest Ducalis Cameræ intentio, quandoquidem non vno tantùm ex quatuor modis ibidem specificatis,notorium Ius dictæ Cameræ,sed omnibus simul probatum apparet.

Enimuero notorietas facti, de qua primo loco loquitur Abb.pro Serenifs.militat,ex quò Dux est,& Princeps huius status, qui ꝓpterea habet præsumptionem pro se,vt nullus regalia, & feuda cum dignitate possit in eo tenere, & possidere sinè legitimo, & iusto titulo vt mox diximus. Et eadem facti notorietate constat D. Sfortiam defunctum esse sinè filijs, & sic lineam in qua erat,finitam esse, vndè feudorum deuolutio resultat vt suprà.

468 Confessio quoq; partis concurrit,nã in responsione positionum fatetur extinctionẽ lineæ prædictæ D. Sfortiæ, ac etiam alterius coinuestitæ, quę fuit linea D.Pallauicini,in qua vltimo loco decesserat D Hieronymus de Buxeto,& de hoc supra nu.221.vers.& tantùm.

Fatetur quoq; bona feudalia, & Iurisdictionalia,& à Principibus huius status vti directis Dominis recognita per D.Sfortiam, & alios maiores, idipsumq; fassus fuit D. Sfortia eius authoe vt supra num.16. cum seq.

Fatetur insuper in responsione positionum Ducalis Cameræ litem super illegitimitate ascẽdẽrium suorũ in vrbe in Rõa pẽdere & disputari.

Fatetur deniq;, se esse filium tãtùm adoptiuũ D. Sfortiæ multotiès in processu, & actis. Quæ omnia deuolutionem ipsorum feudorum proculdubio arguunt, & concludunt; vt suis locis aptè relatum,& probatum fuit.

469 De probationibus in iudicio factis, nõ est ambigendũ, ex quò tot Iura pro Ducali Camera ꝓducta,adeo ius ipsius dilucidarũt, ut nulli supsit hæsitationi locus; ꝓut de uno quoq; fuit etiã opportuno loco deductũ,quod frustrà repeteretur.

470 Præsumptione quoq; iuris non eget Serenifs. qui Dñs in statu suo Regaliũ,& Iurisdictionaliũ præsumitur ut supra, adeo quòd præcario noĩe ab eo quilibet possidere præsumitur,nisi ualidũ,

& effi-

efficacem titulum exhibuerit, ex iam dictis, & pluriès repetitis; Vltra quòd præsumptionem quoq; habet pro se lineæ finitæ, & deuolutionis feudorum vt supra. Ex quibus manifestè patet Abb. in loco præcitato, patres nostras in omnibus, & pro omnia sustinere.

471 Idem quoq; dicim⁹, & multò fortiùs de decis. Rot. 16. de resti. spol. in no. quæ sub nu. 1. ex mẽte aliquorum Dominorum de Rot. loquitur de confessione partis, & probationibus admissis super non iure agentis possessorio, quorum vtrũq; sufficere ait ad eum repellendum. In eo autem quod subiungit num. 2. & 3. nostra quoq; roboratur intentio, dum concludit, agentem spolio non esse restituendum, quando constat notoriè de iure rei spoliatoris in petitorio, vel quando

472 ius commune resistit Actori, & assistit reo, † Et si in iudicio spolij odioso ex parte rei, hoc probat, multò magis in iudicio nostro, quod nõ est spolij, admittendum erit, per ea quæ in 1. respõ. nu. 94. 95. & ĩ 2. resp. nu. 133. deducta fuere; qb⁹ addendus est Surd. cõs. 166. nu. 19. cũ concord.

TRIGESIMVM DVBIVM.

473 *Præter id, quòd dubietas, quæ ellicitur contra aliquid, quod pro notorio allegatur, si de facili tolli nõ potest, sic ut nebula in aere, illud offuscat, Bald. in c. nostra num. 3. de cohab. cler. & mulier, respondeatur tamen &c.*

SOLVTIO.

Hoc vltimum obiectum nulla sanè indiget vlteriori responsione; nam nulla dubietas opponi tur in casu nostro notorietati resultãti, ex factis notorijs antedictis, ex partis confessione, ex probationibus per publica documenta factis, & ex iuris præsumptione, quæ illam offuscare possit, cum luce meridiana iam sit clarior.

474 Quinimo dicit Bal. in opposit ũ adductus, quòd si per negationem velit quis notorium offuscare, possunt pro notorio probationes statim induci ad illius confirmationem.

Quocircà cum in nostra specie nihil de prædictis negetur, & si quid negatum fuerit, superuenerint pro confirmatione probationes in actis, quæ rem faciunt penitus notoriam, vt suprà diximus nu. 89. videtur sanè Bal. doctr. nobis inseruire, pro vt, & aliæ plereq; in oppositum allegatæ, quas contra Illustris. D. Actorem manifestè militare ostensum fuit.

475 Sed & notorietas, quæ ex instrumentis, & actis publicis insurgit non dr offuscari aut lędi p simplicẽ negationẽ, vel disceptationẽ super eis inductam Crau. cons. 322. nu. 3. & cons. 691. nu. 2. & in terminis Menoch. de recuperã. poss. rem. 1. num. 225. Ideo cessat pœnitùs obiectum.

Sublatis igitur omnibus offendiculis, reliquũ est, vt Perillust. Domini mei ad arduę huius causæ decisionem properent, quò iam tandem, post collitigantium iura diu, matureq; examinata, post multas elucubrationes, indefessosq; labores suos, post longam totius Italiæ, & orbis ferè expectationem, Sacrosanctæ Iustitię locum tribuant,

Laus Deo trino, & vno, Beatissimæ Virgini Mariæ, & Sanctis Aduocatis meis Hieronymo, & Francisco.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta de bonis per donatarium tentis & possessis tempore donationis, vel cum expressione alicnius qualitatis, ratione incertitudinis nihil operatur, nisi qualitate probata, & verificata.*
2 *Donatio de iure donatori competenti, nihil prodest donatario, nisi ius aliquod cõpetijsse pbatũ fuerit.*
3 *Alienatum per aliquem in vita, non potest ad eius hæredes transire.*
4 *Decretum (Meminimus) quid disponat, & quòd obseruetur in Ducatu Parmæ, & Placentiæ.*
5 *Exemplum instrumenti non probat, sed authẽticũ.*
6 *Regem Gallorum non fuisse legitimum dominũ Mediolanensis status, quando illi dominabatur, & gesta per ipsum non tenere, sensere Alcia. & Meno. de quo tamen vide infra.*
7 *Menoch. contrariet.*
8 *Regem Gallorum fuisse legitimum dominum status prædicti, tenent Ias. & Dec.*
9 *Bossi sententia super diuersitate opi. prædictarum.*
10 *Tirannus non est habendus, qui titulum aliquem, vel bonam fidem habet.*
11 *Dominus alicuius loci (qualiscunq; fuerit) facit pœnas, & fructus iurisdictionis suos, quorum alienatio tenet, etiam si de vero domino postea apparuerit.*
12 *Difficultas inquirendi de proprietate rerũ, & Regnorum, & Principatuum, facit, vt lex, & canon exercitia eorum concedant possessoribus.*
13 *D. Meno. malè fuit in facto informatus in eo, quod scripsit super Dominio terræ Burgi S. Donini, in consil. 378.*
14 *Clausula (sine præiudicio iurium fisci) operatur in non expressis, non contra expressa.*
15 *Quod quomodo procedat declaratur, remissiuè.*
16 *Decretum (Prouidere volentes) ac Ducalis constitutio Ducatus Parm. disponit, quòd in omni, & quacunque concessione, & dispositione Principis, intelligatur semper ius fisci, & Ducalis Cameræ exceptum, & illæsum reseruatum.*

Pro

Pro eodem Serenissimo D. Duce Parmæ, & Placentiæ.

In causa Burgi Sancti Donini.

EPITHOME.

Terram Burgi S. Donini longè post hoc responsum in ciuitatem erectam, ad Ducalem Cameram Parmæ spectare, & pertinere, contra id quod D. Menoch. in specie respondit in cons. 378. cuius fundamenta singulatim tolluntur, & euacuantur.

RESPONSVM IV.

Abundè scripsi anni elapsis pro Serenis. gl. mem. D. Duce Alexādro Farnesio Dño meo colendiss. super iuribus Ducalis suæ Cameræ in Terris, & Castris Buxeti, Curtis Maioris, Florentiolæ, Monriscellorū, Bargoni, Costemedianæ, & aliorum, de quibus nunc lis pendet indecisa in celeberrimo Consilio Serenifs. D. Ducis Rainutij eius filij; & inter respondendum obiectis, opus fuit præcipuè consiliū eruditiss. D. Menoch. 378. super eisdem locis cōtra Ducalem Camerā editum, singulatim eneruare, quod (ni fallor) omnibus numeris adimpleui. At quoniā eodē respon so impugnauit etiam D. Menoch. iura eiusdem Cameræ super Terra Burgi Sancti Donini territorij Parmen. super quibus alia pendet causa ad idem tribunal, operæ prçcium duxi, tum ex his, quæ ipsemet Consulēs in facto supponit, in hac etiam parte dictum responsum impugnare, tum ex alijs, de optimo iure Ducalis Cameræ plenè docere, vt veritati, & iustitiæ locus sit, causaque ipsa faciliùs expediri possit. Et in primis multùm laborat D. Menoch. in d. suo conf. à nu. 47. vers. 2. est dubitatio, vsque ad vers. 3. est dubitatio, vt demonstret attendendam fore donationem factam per Paulum III. Pōt. Max. D. Aloysiæ Pallauicinæ, potiùs, quàm donationē priùs factā p Regem Franciæ D. Hieronymo, & fratribus de Buxeto; quia cum D. Aloysiæ hæres extiterit D. Sfortia, in eum arbitratur transiuisse donationē illam virtute clausulę (p heredibus quibuscūq;) & clausulæ (cui vel quibus dederit) vndè sequtur licuisse quoque D. Sfortiæ de Castro disponere in quoscumque, etiam extraneos hæredes, put dispofuisse videtur, instituendo hæredem vniuersalem D. Alexandrum Pallauicinum nūc pe tentem præcium ipsum Burgi, eius loco subrogatū. ¶ Ego autem pro responsione animaduerto ante omnia, quòd ista donatio Pauli III. non loquitur de toto Castro Burgi S. Donini, sed de parte tm̄ per eā tunc possessa, per hæc formalia verba (Nobis, & Cameræ nostræ in & super Castris Felini, & Turris claræ, ac Burgi S. Donini, quoad partem videlicet, quam tu de p̄ nti tenes, & possides.) Et inferiùs ēt legitur (in iuribus, & actionibus p̄dictis pro dictis portionibus) Adeo quòd donatio ista restricta est ad portionē illā, quam apparuerit fuisse tunc per D. Aloysiā tentam, & possessam; & ex prænarratis in dicta donatione constat etiam DD. Hieronymū Hermetem, & Franciscum Pallauicinos fuisse tunc eius

1 dem loci compossessores. † Vndè ratione incertitudinis nullum potest supetinde fundamentū fieri, nisi verificetur qualitas illa possessionis adiectæ. l. 3. §. doceri. ff. vi bo. rapr. l. 1. §. ait Prętor, vbi Bart. ff. ne quid in lo. pub. Bart. in l. in illa co litū. 2. de verb. oblig. Alex. conf. 100. nu. 3. lib. 1. Nar. in terminis conf. 514. nu. 31. cum concord. ibi adductis.

2 Secundò respondetur donationē hāc Pōtificiā q̄ fuit tm̄ de iuribus, & actionibus spectātib⁹ Cameræ Apostolicæ, nihil prodesse potuisse donatrici, nisi de iure ipsius Cameræ in dicto Castro Burgi S. Donini, tūc tp is competēti, apparuerit, per ea, quæ in terminis tradunt Oldr. conf. 164. viso Priuilegio p̄dicto Aret. conf. pen. in princ. Bart. in l. fi sic. §. 1. de leg. 1. Bal. in l. cū hereditate in fin. de hæred. vel. ac. vēd. Alex. in l. loc° col. 1. de acqr. possess. Crau. conf. 124. nu. 11. 12. Natt. d. cōf. 514. nu. 30. Sed tm̄ abest, quòd de iure Cameræ Apostol. appareat, vt de aliorū iure potiùs cōstet, vt ex infra dicēdis liqre poterit, Ergò &c.

Tertiò si quid iuris per hanc donationē tributum fuisse D. Aloysiæ dici posset, in eius tamen bonis, & hæreditate non remansisset; quia p eā donatum fuerat Illustrifs. D. Com. Sanctæ Florę eius viro ann. 1552. die 13. Decembris, quod non fuit D. Menoch. expositum in facti narratio

3 ne; † Hac enim ratione tollitur optimè fundamentum; quia quod in vita fuit alienatum, non pōt ad hæredes alienantis transire, cum non sit tp̄e mortis ampliùs in eius bonis l. nemo plus, & l. hæreditas de reg. iur. cum vulg.

Quartò, & vltimò, si ius aliquod pęnès D. Aloysiam remansisset post donationem ipsam viro factam, vel donatio etiam facta non fuisset, per eius tamen mortem finè descendentibus, extinctum, & resolutum fuisset pœnitus; non verò

4 ad hæredem translatum, & transmissum, † propter Decretum (Meminimus) quod comprehendit expressè omnium, & quorumlibet bonorum immobilium, donationes, concessionesq̀ue gratuitas, & in feudationes, quibuscunq; clausulis, cōditionibus, ritulis, & derogationibus amplificatas, & munitas, tàm tp̄e publicationis factas, quàm post fiēdas per eundē Principē legislatorem, & ei⁹ successores. Vndè sequitur, quòd per

obitum D. Aloysiæ absque filijs reuersum fuerit
ius illud ad Serenifs. D. Ducẽ Octauium Farne-
siũ, tunc statui huic dominantẽ, & in locũ Sedis
Apostolicæ suffectum. dictique Mediolani Du-
cis Legislatoris, in hac parte successorem.

Vel si concedamus eundem Ducem Octauium
tacitè, vel expresfsè consensisse, vt in D. Sfortiam
tunc deueniret, rursus per eius obitum sinè filijs
ad Ducalem Cameram deuolutũ erit, eiusdẽ De
creti virtute; quod quidem in hoc statu in viridi
obseruantia existere non ambigitur, per ea, quæ
in d. meo responso retuli num. 183. cum seq. vbi
videndum, & fatetur ipsemet Menoch. in eo. cõ
sil. 378. num. 46. in fin. atq; Burs. cons. 189. num.
38. & sic quoquo se vertat D. Alexander asser-
tus hæres D. Sfortiæ, succumbat necesse est, da-
to q̃ de donatione tñ Pauli III. agendum foret.

Attamen veriùs ego existimo donationem Re
giam vti anteriorem attendi debere fratribus il
lis de Buxeto factam; idq; ex confutatione argu
5 mentorũ D. Men. luce clarius constabit.† Nã ad
primũ, dum asserit donationẽ hãc nõ apparere,
sed eius tantùm exẽplũ, quod non probat, auth.
si quis in aliquo C. de eden. respondebitur debi
to t.pe per monumenti publici, & authentici ex-
hibitionem, quod præmanibus habemus.

6 Ad secundum quòd donatio Regia nõ tenue-
rit tamquam facta à tyranno, vt de eodẽmet Re
7 ge dixit Alciat. responso 467. nu. 2. † Respõdetur
D. Menoch. hic non fuisse benè memorem eius
quod paulo antè in eod. consil. dixerat de Ca-
stro Florentiolæ sub nu. 28. versic. respondetur,
quòd & si Castrum, dum Florẽtiolam ad solum
Rolandum iuniorem pertinuisse asserit, vti em-
ptam à Petro de Rohano, qui illam dono habue
rat ab eodem Rege Ludouico; si enim donatio
Florẽtiolæ inualida fuisset ex defectu potestatis
Donatoris, quomodo Rolandus ille à donata-
rio acquirens effectus fuisset Dominus? & si va-
luit illa donatio, cur non & ista Burgi prædicti
ab eodem Principe proficiscens?

8 † Respondetur, & secundò valdè periculosum
esse affirmare Regem Gallorum, vel alios Prin-
cipes retroactos, qui Ducatu Mediolani potiti
fuere, tyrãnos extitisse, Nam, & pro ipso Gallo-
rum Rege speclatim consulere Ias. & Dec. quos
retulit Boss. in tit. de pœn. num. 32. Vbi eius etiã
9 prætensiones recenset. Quocirca iuxta consiliũ
Bossij ibidem, satiùs fortè est speculationẽ hanc
alijs relinquere, & an ipsimet Principes bona,
vel mala fide possiderint, eorum conscientiæ di-
10 mittere; † quandoquidem pro Tyranno haben
dus non est, qui titulum aliquem, vel bonam fi-
dem habet, vt per Bart. in tract. de tiran. q. 2.
11 Vndè est, quòd idem Boss. loco prçcitato sub nu
me. 31. attestatur millies vidisse seruari, quòd
qualiscunque fuerit Dominus, faciat pœnas, &
fructus iurisdictionales suos, & de eis alienatio

re queat iuris determinatio, plura oriuntur du-
bia; quorum primum est.

Vtrùm per Regiam Cameram summarię rectè
fuerit facta sequestratio prædicta quasi possessio
nis exigendi redditus memoratos statìm post
obitum Serenis.D.Ducissæ?

Secundum. Vtrũ per eandẽ Summariã,cũ in-
teruẽtu Regij Collateralis Consilij, rectè fuerit
in iudicio subsecuto iudicatũ, declarando quòd
firma manente possessione capta nominc Regiæ
Cameræ,terminus aliàs datus currat in causa?

Tertium est. Vtrùm in secunda parte decreti
rectum quoq; tulerint iudicium, mandando ꝓ-
curatori Serenis. D. Ducis, vt capitulationem
occasione matrimonij Ducij Octauij celebratã
edat, & exhibeat?

Quartum. An teneatur pariter idẽ procurator
exhibere apprętiũ gẽmarũ exaduersò petitum,
vel saltem eas apprætiandas,& illarũ,atq; aliorũ
mobiliũ inuẽtariũ;ac declarare alia bona,& pe-
cunias recupatas, vt Regij Fisci ꝓcurator istat?

Quintum,& vltimum. An in petitorio iudicio
bonũ ius foueat Serenis.D.Dux,ita quòd fauo
rabilem sententiam reportare debcat?

Et quoad primum, videtur certè grauat⁹ Sere
nis. D. Dux,ad cuius præiudicium factum fuit
sequestrum; Cum enim vti matris hęres in pos-
sessione dictorum reddituum perseuerare,& cõ
tinuare deberet, aut saltem immitti, & induci,
vt inferiùs loco suo dicetur,nõ debebat Regius
Fiscus ad actum sequestrationis prosilire, qui
1 omni iure prohibitus est, rub.& l. vnic. vbi glo.
& scrib. omnes C. de prohib. sequest. pec. c. 1.
vbi Cano.de sequestr. possess.& fruct. & in c. 2.
vbi glo.in ver. fructus. Abb.plenè post Hostien.
& alios in c.fi.eo.tit.glo.& Doct.in c. examina-
ta,de iud.Fran. Curt.in tract. de sequestr. nu.6.
2 in 2.not. † Nec dubitandum quin in causis fisca
libus ita procedat regula prædicta, sicut & in cæ
teris,l. defensionis facultas,vbi Luc.de pen.not.
C.dę iure fisci,lib. 10.& in specie tradit Peregr.
in tract.de iur.fisci lib.7.tit. 3.num. 10. vers. se-
questratio autem.

Circa Secundum autem, Animaduertendum
est,quodnam fuerit iudicium propositũ, & pro-
secutum? vt faciliùs appareat qualis debuerit
3 sententia subsequi; quę debet esse petitioni, &
actioni conformis,l.vt fundus.ff.cõm.diuid. c.li
4 cèt hæli,de Simo. † Et quia videtur super pręci-
bus procuraroris Serenis. D. Ducis fundatum,
quæ vnà cum rescripto Excellen. D. ProRegis
in Regia Camera præsentatæ fuere, & libelli lo-
5 co,habendæ sunt,ex Castr.in cons. 253. lib. 1. †
cum in eis mentio facta fuerit,nedum de posses-
sione,sed de dominio Serenis.D.Ducis,& quĩ-
dem principaliter, & pro fundanda intentione,
mixtum fuit petitorium cum possessorio, Doct.
in c.cum ad sedem, vbi Bellam.nu.9.Bero.cons.
52.nu.7.& cons.110.nu. 8.lib.3. Auffrer.ad de-
cis.Tholos.500.Contar.in repet.l.vnic. limit.2.
in prin.nu.12.& q.15.nume.13.14.post Bart. &
6 alios quos citat; † Et rescriptum superinde ema
natum,vtrumq; compręhendit. Abb. in c.1. nu.
16.vbi Inno.Butr.& alios citat,de sequest.poss.
Rot.decis.9.in prin.de caus.poss. & propr.in an
tiq.Cassad.decis.6.per totam de rescript.Felyn.
in rub.de rescript.num.8.vers hoc autem limita
tur Meno.in prælud.tract.de recuper.poss.num.
13. Quandoquidem super omnibus in supplica
7 tione expositis Iudex in dubio datus censetur
glo.in §. audiẽt.in authẽ.de defens.ciui.Rot.de-
cis.6. Si petatur, de rescript.in nou. & decis.9.
eo.tit.Abb.Bero.& alij in c. venerabilis,de iud.
Cels.Hug.in tract.claus.nu.87.Mandos.in tract.
commiss.commissione 1.in vers.audiendas.
8 Confirmatur,quia vltra mentionem Dominij,
deduxit quoq; ius hypothecę Serenis. Domini
super annuis istis redditib⁹, quod petitorium sa
pit, Bar. in l.1.ff.de Salui.interdict. & in l.1.C.
eod.tit.& ibidem Salycet. Floria.& alij,& idem
Salyc.in l.vnica,q.6. C. si de momen.poss.fuer.
appell.Negus.in tract.pignor. par.9. mẽb.1.nu.
2.Sed & instrumenta,& iura produxit ad probã
dum deducta,sinè suspensione petitorij, ac pro-
testatione,quòd ad colorandum tantùm,& iusti
9 ficandum possessorium producebantur; Quocir
ca vtrumq; iudicium videtur ꝓsecutus, Aegid.
decis.8.in fin.de rest.spol.Menoc. de retin.poss.
remed.15.nu.138.Cõtar.d.limit.2.§.9. num.4.
10 His stantibus, Dico quòd cumulata in libello
possunt quidem in ꝓcessu & sententia separari,
Bal.

Bal.in c.ad vltimū,num.4.de cauſ.poſſ.& propr.
Papien.in form.appell.ab interloc.in fi.Cōtard.
11 d.limit.2.§.5.num.12.13.& præſertim qñ priùs
de vno,quàm de alio iudici conſtat, c.2. cū not.
de cauſ.poſſ.& propr.tradunt omnes, in l.natu-
raliter,§.nihil commune,de acquir.poſſ.Abb.&
Felyn.in c.ſuborta de iud.Purpur.in l.edita.nu.
. . C.de eden. Aegid. deciſ. 506.Capic.deciſ.
86.nu.6.Alciar.conſ.69.nu.190. num.12.lib.5.
12 Rolan.conf.41.nu.29.in 3. Sed ſi de vtroq; eo-
dem tempore conſtaret, ſuper vtroq; foret pro-
nuntiandum,aliàs ſententia eſſet nulla, vel ſaltē
iniuſta,Bal.conſ.157.Nouū dubium lib.1.Grat.
conſ.16.nu.18.& conſ.vlt. nu.51.in 2.Bero.cō-
13 ſil.110.nu.11.12.lib.3. Nec ſufficeret iura ſuper
altero ad aliud iudicium reſeruare, Contard.d.
limit.2.§.5.nu.21.cum ſeqq.& nu.28.verſ.vndè
oportet fateri.cum concordant.

Quoniam verò in cauſa iſta pronuntiatū fuit
ſuper poſſeſſorio tantùm, & quidem contra Se-
reniſs.D.Ducem; Super petitorio autem ius re-
ſeruatum,mediante termini ſtatuitione, Dupli-
citer grauatus fuiſſe videre.

Primò, Quia ſi ſuper poſſeſſorio ſolo iudican-
dum erat,non pro Regio Fiſco, ſed pro Celſitu-
dine ſua ſententia videbatur ferenda.

Secundò,qa imò ſuper vtroque ius dicendum
erat,quoniā de bono iure Sereniſs. D. Ducis,ēt
in petitorio,liquere videbatur, aut ſaltem ſuper
14 petitorio ſolo ad fauorē eiuſdem, vti abſorbēte
poſſeſſoriū,c.cū dilectus,de cauſa.poſſeſſ.& ꝓp.

Ad Primum itaq; grauamen indicandū, & de-
monſtrandum argui poteſt à ſufficienti partium
enumeratione; quòd aut redditus iſti de quibus
controuertitur, feudales ſunt,aut allodiales, Et
vtroq; caſu poſſeſſionem,vel quaſi ad ipſum Se-
reniſs.D.Ducem pertinuerint.

Etenìm ſi feudales dixerimus, prout memora-
ti contractus omnes ſuper eis celebrati,dictant,
videlicet inter Carolum, & Ducem de Ariſcot,
inter Carolum,& Ducem Octauium, inter Du-
cem de Ariſcot,& Regiam Cameram ſuper re-
troceſſione eorundē redditūū; inter Proregē,&
Sereniſs.Margaritam ſuper aſſignatione, & de-
nuò ſuper permutatione memoratis, videt̄ pro-
culdubio Sereniſs. Dux ad illorum poſſeſſionē,
15 vel quaſi,mortua matre admittendus fuiſſe, ne-
dum vt hæres ſcriptus in teſtamento, ex reme-
dio l.fin.C.de edict.diui Adr.toll.quod in feuda
libus etiam locum ſibi vendicat, vt per Afflict.
deciſ.119.nu.3.4.5.& in c.1. in 5. not.ſi de feu.
fue.contro.& tradunt Scriben.in ea.l.fin. & ali-
bi,quos pleno calamo retulit Menoch. de adi-
piſc.poſſeſſ. remed.4.q.47. loquentes etiam in
filia inſtituta,quæ feudi regulariter incapax eſt,
16 c.1.§ & quia vidimus, qui feud. da. poſſ. Curt.
Iun.in tract.de feud.par.3.prin.in princ.Verùm
17 etiam circunſcripto teſtamento, vti hæres ab
inteſtato,per interdict.quor. bonorum, Afflict.
in d.c.1.in 4.not.ſub nu.4.ſi de feud.fue. contr.
18 inter dom.& agna. Necnō vti filius ſimpliciter,
in quem feudi poſſeſſio continuata iuris miniſte
rio dici poterat,ita quòd nō de nouo acquirere,
ſed retinere dicebat̄, ex Bal.in c.1.col.vlt.vbi ēt
Afflict.nu. 11.in ritu.an Mut.vel Surd. Aluar.in
d.c.1.§.ſi de facta ad fi. Bal. in l.cum antiquiori-
bus nu. 11. verſ. decimò ſic.C.de iur.delib.Iaſ.
in l.ſi ſorori,nu.2.ad fi.C.eo.tit. Caſſan. in con-
ſuetud.Burg.rub.7.§. 1. nu.6.Iaſ. in l. quoriens,
nu.32.C.de rei vend.Io.Sanſ.in conſued.Turo-
neñ.tit.de homag.artic.1.Marcabr.conſ.37.nu.
19 122. Et licèt in filia ſuccedente patri loquantur
aliqui ex præd.idem tamen in ſuccedente matri
reſponden.per tex. vbi Doct. & Afflict. ſignan-
ter nu.3.de benef.fœm.

20 Quòd ſi Allodiales redditus p̄ſuppoſuerimus,
prout in dubio præſumi ſolent,c.1. cum not.de
iur.iuran.c.2.ſi de feud.fuer.cōtrou.inter dom.
& agna.Alex.conſ.129.in prin.lib.1.Alciat. de
præſump.reg.2.præſumpt.3. Rol. à Vall.conſ.1.
num.46.lib.1.& naturæ functionum fiſcaliū cō-
uenit, vt per Luc.de pen.in l. patrimoniales cir-
ca fin.C.de feu.patrimon.li. 11.& in l.quicumq;
col. 2. verſ. nam tunc Rex. C. de om.agro. de-
ſer.eo.li. Multò magìs vti hæres ſcriptus,atque
etiam ab inteſtato,ſi ſcriptus non fuiſſet,poſſeſ-
ſeſſionem adipiſci debuit ex remedijs l. ſi. & in-
terdicti quor.bon.

Nec prædictis refragari videtur Regij Fiſci prę
ſuppoſitum, quòd Sereniſs. defuncta vſusfruct⁹
tantùm titulo viuens poſſideret,qui morte fini-
21 tur,l.3.§.ſi.ff.quib.mod.vſuf.amitt. Nā eorum
quoq; bonorum ſcripto debetur hæredi poſſeſ-
22 ſio,quæ ratione vſusfructus tm̄,teſtator obtine-
bat, vt appoſitè ſcribit poſt alios Menoc. dicto
23 remed.4.num.371.& ſeq.Quod & in interdicto
memorato procedere ſuadent dicta per eūdem
Menoch.eo.tract.remed.1.q.19.cū ꝓ rebus ſim
pliciter detentis,reddi conſueuerit, vt per eum.

Secundò principaliter pro Sereniſs. D. Duce
in poſſeſſorio pronuntiandum videbatur, vigo-
re generalis hypothecę omnium bonorum,& iu
rium præſentium, & futurorum Ducis Alexan-
dri,iunctæ cum conſtituto poſſeſſorio comprę-
henſo in contractibus Barchin.& Neap.ad fauo
rem Sereniſs. D. Margaritæ, & eius hæredum,
præſertim deſcendentium, vt in eis legitur; &
hoc pro ſatisfactione creditorum ſuorum præ-
memoratorum, videlicet ſcutorum 120.milliū,
ſeù annui redditus ſex millium ex cauſa dotis.
Item aliorum ſcutorum 6666. annui redditus,
pro antifacto. Et vſusfructus aliorum ſcutorum
120.millium promiſſi in contract.Neap.ex cau-
ſa inibi expreſſa. Cum enim in bonis & hęredi-
tate dicti Ducis Alexandri remanſerit creditum
dictorum ſcutorum 50.millium, quod habebat
cum

cum Regia Camera, numeratorum ob causam, quæ postea non est secuta, prout fatetur ipsemet Carolus Imperator in dicto contractu inito cũ Duce Octauio, necnon Don Petrus de Toleto, eius Prorex, & procurator, in contractu assignationis in solutum factæ pro dicto credito Serenifs. Margaritæ in extinctionem illius nominis debitoris, vtiq; dicendum est, quòd sicuti ipsum
24 nomen ei obligatum, & hypothecatum erat, ac eius hæredibus, l. nomen debitoris, vbi Bart. & alij, l. res pignori, vbi glos. & scrib. de pigno. Neguf. in tract. pigoo. par. 2. memb. 3. nu. 21. Ita ẽt redditus annui Ducatorum 4583. pro dicto credito assignati, & in illius locum subrogati, remã serint hypothecati, & obligati, ac dicto cõstitu-
25 to possessorio suppositi; Quandoquidẽ subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, §. fuerat, inst. de act. l. si eum, §. qui iniuriarũ, ff. si quis caut. l. vnica, §. sed etsi, & §. penul. C. de
26 rei vx. act. Et in terminis quòd res in solutũ data, & assignata pro debito hæreditario censeri debeat hæreditaria, & de ea vti de hæreditaria iudicari, est elegans conf. Alex. 149. per tot. in 3. vol. quem refert, & sequitur Rui. conf. 97. num. 10. & 12. vers. non obstat quoq; lib. 5. & benè faciunt tradita per Neguf. vbi supra par. 5. memb. 4. nu. 4. cui sufficiat remissio.

Quo stante, certum est virtute constituti ante-
27 dicti Serenifs. Margaritam redditus prædictos possedisse, vel quasi, l. quædam mulier, vbi glos. & Doct. de rei vend. l. quod meo, vbi scrib. omnes de acquir. poss. Tiraq. de iu. consti. par. 1. nu. 2. 3. prout possidere velle, & possessionem suam continuare declarauit statim secuta morte Ducis Alexandri (quãuis necessarium minimè fuerit) in instrumento scilicet mandati supra recen-
28 sito; Et si ipsa possedit, in Serenifs. quoq; hæredem possessionem trãstulit, l. cũ hæredẽ possessionem trãstulit, l. cũ hæredẽ
29 Sed accedat, quòd cum res hypothecata ad ipsius Serenifs. Dominæ manus peruenerit, dicta scilicet assignatione mediante, vtiq; ius retinendi, & excipiendi aduersùs quemcunq; illi competijt, vsque ad totalem crediti sui satisfactionẽ, Bar. in l. 1. in principio, de pigno. Corne. cõs. 61.
30 nu. 27. lib. 3. Et per consequens eius quoq; hęredi, qui in vniuersum ius successit, l. hæreditas nil aliud, de verb. signif. l. hæreditas de reg. iur. qq;
31 eadem causa, & titulo possidere, & seu retinere dicitur, quibus defuncta eius mater, Socin. in l.
32 3. §. ex pluribus nu. 3. de acquir. poss. Præsertim pro creditis dotalibus, qui in hoc speciali potiũtur priuilegio, Castr. in l. peculium ij. in princ. ff. de pecul. Bal. in l. pen. C. de pign. ac Iaf. in l. si cũ sortem, §. si centum. in fi. de cond. indeb.

Fortiùs etiã, si nulliter & inualidè ad illius manus deuenisset, idem ius retinendi, tam ipsi, quã eius hæredi cõpetijsset, Neguf. vbi supra par. 3. par. 3. memb. 2. nu. 20. & seq. cum concor.

Cõfirmantur adhuc prædicta ex Imperiali laudo supra relato, disponente, ac mandante Serenifs. Margaritam in perceptione hæreditatis q. Ducis Alexandri, tam per eam appręhensorum, quàm appręhendendorum, conseruari, & defendi debere donec de creditis, & summis antedictis debitè fuerit satisfacta; quod iustam causam possidendi tribuit, l. iustè possidet, cum materia.
34 ff. de acquir. poss. Cuius laudi dispositio sup hypotheca, & constituto prædictis fundata de-
35 præhenditur; siquidem creditor hypothecarius in possessione bonorũ debitoris defendi debet; & si fortè ceciderit, ad eam quoq; restitui, l. si is qui bona. §. 1. & ibi glo. & Doct. de pigno. l. tutor. vbi Bart. de pigno. ac l. 1. & ibi Salyc. C. de præcar. & Salui. interdict. dicitur enim verè possidere, l. cum & fortis. §. fi. de pigno. l. 1. §. per seruum, vbi Doct. de acquir. posses. siue pignus sit conuentionale, siue prętorium, l. 2. vbi Bal. C. de
36 pigno. prætor. In casu autem nostro, & conuentionale erat respectu contractuum memoratorum, & prætorium respectu laudi Cæsarei. Vndè tanto efficaciùs effectum suum operari debe
37 bat; cum duo vincula plus stringãt, quàm vnũ, authen. itaq; C. com. de success.

Nec silentio prętereundũ, quòd Serenifs. Dña quamuis omnia bona, & iura hęreditaria Ducis Alexãdri hypothecata haberet, tenebatur tñ ꝑ iure antifacti sui, in bonis Regni Neap. satisfactionem in primis quærere, & assequi; in cæteris autem poterat tantum in subsidium, vt legitur in contractu Barchinon. in illis verbis. (Et casu quo ex dictis bonis Ducis Alexandri in Regno existẽtibus, non posset totum dotarium integrè consignari, id quod deerit supplebitur in alijs bonis dicti Illustrifs. Ducis Alexandri ad eum extra dictum Regnum in Italia spectantibus de iure) Vndè colligitur, quòd maius ac potentius ius in his redditibus in Regno Neap. existentibus, & in locum crediti hæreditarij suffectis, & subrogatis, & eorum possessione obtinebant Serenifs. Domina, & eius hæres, quàm in cæteris, adeo quòd in eorum possessione, vel quasi tantò magis erat is tuẽdus, & conseruandus vsqueque integrè satisfactus existeret, & si in ea non fuisset, immitteodus veniebat vt supra; saluo tamen iure Regiæ Camerę, eosdem redimendi, & recuperandi soluendo dictos scutos 50. mille, virtute pacti in dicta assignatione, & in solutum datione, appositi.

Nec difficultatẽ faciat, quòd tot remedijs possessorijs cõsultum Serenifs. D. Duci dixerimus, cum ex vna tantùm causa possessio ipsa cõsistere debere videatur, l. qui bona, vbi Aret. & alij, de acquir. posses. quia imò verissimum est posse quem ex pluribus causis possidere, per tex. expressum, in l. 3. §. ex pluribus eo. tit. & ibi Bar.

Castr.

Castr.& Ias.in princ.& nu.3.4.11.vbi rationem optimam affert,quòd nostra interest habere plu
40 causas possidendi,sicut & plura remedia,& exē-plis declarat; sequitur ibidem Socin.nu.6.& 12. ad fin.atq; Castr. in d.l.qui bona; sic etiã ex vna
41 causa possidere,& ex alia retinere licet, Bart.di-
42 cto §.ex pluribus col.2. vers.quæro vtrùm, cum concord.Et quod de possessione dicitur, tam de ciuili,quàm de naturali,intelligendum est, secũdum Bart. vbi proximè vers. quæro quid de naturali? Nimirum cum declaratum fuerit Regiã Camerã in possessione manere debere,grauatus in hac parte dicēdus est Serenis.D.Dux,cui tot possidendi,atq; retinendi causæ suffragabantur.

Sed & in alia parte vr idem respondendũ;quia scilicet in petitorio non fuit iudicatũ,sed ius tm̃ reseruatum,Constabat etenim de bono illius iure ex publicis documentis productis,ꝑpter tria eius credita suprascripta clara, & liquida,ꝑ quibus hypothecati erãt redditus isti triplici rõne.

Primò,Quia perinde erat ac si Dux Alexãder, eos viuens exegisset,& possedisset,cum subrogati fuerint in locũ crediti hęreditarij, vt ꝓbauim⁹.

Secundò, Quia actionem ad eos habebat Dux ipse propter conuenta in cõtractu Neap. saltem respectu functionum fiscalium ei promissarum specificè ad summam ducatorum 50.milliũ; pro
43 pter quod licèt nunquam illas obtinuerit,& possederit, dicuntur tamen in eius bonis remãsisse, & per consequens sub obligatione, & hypotheca bonorum suorum compræhendi, & contineri,l.rem in bonis.ff.de acquir.rer.dom.cum not. Bart.in l.rem alienam de pigno.actio.Negus. dicto tract.par.8.memb.3.num. 23.

Tertiò, Quia negari non potest,quin in bonis Imperatoris fuerint, & virtute generalis obligationis, & hypothecæ bonorum eius præsentiũ, & futurorum erga Ducem Alexandrum in contractibus cum eo celebratis,remanserint obnoxij,& hypothecati pro omnibus ab ipsis cõtractibus dependentibus, & præsertim pro consignatione functionum fiscalium promissa vtsupra,aut saltem pro restitutione prætij, ad quam teneri ipsemet fassus est,vt diximus.

44 Cæterùm si obligati erant Duci Alexãdro,eius quoq; creditrici Serenis. Ducissæ obligati, & hypothecati reperiebantur,tot.tit. C.si pign.pigno.l.1.§.cum pignori,ff.de pigno. Hypothecaria enim actio in cessionarium pignoris, & hypothecæ,atq; in creditorem hypothecarium primi creditoris transit, vt post multos citatos tradit Negus.præcitato tract.par.8.memb.2. nu.1.

Nimirum ex quolibet dictorum capitum constabat de iure hypothecæ Serenis.Ducis,conse
45 quenterq; super eo pronuntiandum erat,& successiuè declarandum,ius retinendi illi competere,donec,& vsquequo de omnibus creditis suis satisfactus fuisset,Bar.in l.si fundus. §.in venditione de pignor.& in l.creditor,in prin.qui pot. in pigno.hab.Negus.dicta par.8.memb.vlti.nu. 22. Actio autem hypothecaria petitorium sapit vtsupra diximus,ergò &c.

At verò dimisso iure hypothecæ,dicim⁹, quòd si solum vsumfructũ in dictis redditibus habuisset Serenis.Ducissa,vt Regius Fiscus prætēdit, illorum certè proprietas ad hæredem Ducis Alexandri pertinuisset,tum quòd hęreditarij effecti erãt modo quo supra, hoc est per subrogationē, tum quòd in contractu Barchinon. fuit expressè pactuitum,ac conuentum,quòd ꝑdecedēte Duce Alexandro sinè prole,prout prædecessit,dicta Serenis. eius vxor esset vsufructuaria vita sua durante duntaxat,& post eius mortem ad ipsius Ducis hæredes pleno iure, & liberè reuerterentur res,bona, & iura per eum acquirenda in Regno cum pecunijs per eum exbursandis vigore dicti contractus,& seu eorundem prętium; Hæc enim est res promissa, vel saltem pars prætij prædicti, quam Carolus Quintus ministerio sui ꝓcuratoris restituit in tot annuis redditibus, ex quo contractus cum Duce Alexandro celebratus effectum non habuit. Cæterùm Serenis.Catherina,Ducis Alexandri hæres,cessit,ac renuntiauit pleno iure Serenis. Ducissæ omnia credita,iura,& bona eiusdem Alexandri existentia in vniuerso Regno prædicto, ꝓ sese,& hæredibus, vt in transactione supra relata,& per consequēs horum etiam redditũ proprietatem tunc ad se spectantem;& effecta est etiam proprietaria Serenis. Ducissa, si antea erat tantùm vsufructuaria; Meritò ad Serenis. Ducem eius hæredē plenum ius transtulit. Et hæc omnia per exhibitionem instrumentorum mentionatorum in iudi-
46 cio factam,probata fuere,quę faciunt probationem probatam,vt nostrates aiunt, Bal.in l.interest , in vlt.not. C.de solut. in l.quotiès,in fi.C. de iud.nec.cons.36.nu.2.3.cons.423. nu. 10. &
47 cons.682.nu.2.ac patens & notorium, euidens, & manifestum,Abb.in c.cum olim,in vlt.not.de censi.& c.cum dilecti,in 1.not.de donat. Dec.in locis proximè citatis,Rui.cons.128. nu. 1.lib.4. Et ex consequenti liquere videbatur de bono, & optimo iure Serenis. D. Ducis, etiam in petitorio,in quo sententia non erat differenda, nec ius reseruandum,sed diffinitiuè pronuntiãdum, vel super iure hypothecæ sub forma pręscripta in actione hypothecaria, vel declarando redditus omnes de quibus agitur ad Serenis. D. Ducē pleno iure spectare,& pertinere,vtì Serenis.hęredem matris,cessionariæ, & habentis iura cessa à Serenis. q. Catherina de Medicis Regina Frãciæ Ducis Alexandri de Medicis hæredis.

48 Et quia finis petitorij est consequi possessionē rei petitæ,l.officium,l.qui petitorio,& l.si.de rei vendic.Rip.in §.nihil commune nu.38.Contar.
49 in repet.l.vnic.limit.2.§.9. nu.11.(non tamen

prin-

principaliter,ſed in conſequentiam , vt ꝑ præd.
Doct.)debebat ſucceſſiuè, & conſequenter eidē
Sereniſs. D. Duci relaxari poſſeſſio prædictorũ
reddituum,ſaluo tamen iure vtſupra Regiæ Ca
meræ eoſdem luendi, & recuperandi pro ſcutis
quinquaginta millibus ex pacto memorato in
50 inſtrumento aſſignationis appoſito; Vndè cum
ſecus ſactum,& iudicatum fuerit,grauatus vtiq;
dicendus eſt Sereniſs.D.Dux, non obſtante iu-
rium reſeruatione,vt per Contard.d. limir. 1.§.
5.nu.21.vſq; ad num.26.& num. 28. verſ.vndè
51 oportet;de qua re enim cognitum ſuit, de ea iu-
dicari debet,l.de qua re,de iud. aliàs grauamen
52 infertur;à quo etiam licet appellare, Felyn.io c.
exceptionem,nu.17.de except.

Supradictis tamen minimè obſtantibus deſen-
di poſſe videtur,quòd in nullo prędictorum ca-
pitũ,grauatus Sereniſs.D. Dux re ipſa dici q̃at,
ſiue actum ſequeſtrationis à Regia Camera sũ-
mariæ primo loco emanatũ intueamur, ſiue ſen
tentiã ꝑ Regio Fiſco in poſſeſſorio latã. ſiue om
miſſionem ſententiæ petitorij iudicij reſeruati.

Etenim mortua Sereniſs.D.Margarita,Dupli-
ci iure ad ſequeſtrum deueniri potuit inſtante
Regio Fiſco; Municipali ſcilicet,atq; communi.
Municipale eſt in Cap.Regni. Ex præſumptuo-
53 ſæ,quo diſpoſitum eſt, Aliquo decedente ſinè
prole legitima,quę ad ſucceſſionem eius de aper
to iure,claroq; vocetur,poſſeſſionē bonorum in
fra annum ab obitu prædicto computandum,oc
cupatam,nec Fiſco,nec priuato proficere, vt ex
ipſa interdictum , aut alterius generis beneficiũ
poſſeſſorium competat,vel aliquo modo detur,
ſed poſſeſſione prædicta pęnès ipſum Fiſcum cu
iuſdam ſequeſtri ſpecie in dubio exiſtente,de iu
re rei ſummariè,de plano, ſinè ſtrepitu,& figura
iudicij,libelli oblatione ſolemni,& cõteſtatione
litis,apud competentē iudicē q̃ſtio terminetur.

54 Quod quidem Capitulum , in feudalibus tan-
tùm intelligitur , tum ex rubrica ſub qua poſitũ
eſt,ideſt,De feud.ſequeſtrañ.feudatar.decedeñ.
55 &c.Nam rubrica declarat nigrum ad not. ꝑ oēs
in l.1.ff.ſi cer.pet.& in rubr.inſtitu. de act. iũ ex
alijs per Io.Ant.de Nigr.in eo.c.col.1. relatis.
Feudales autem extitiſſe redditus prædicti à Se
reniſs.Domina tenti & poſſeſſi videntur,vt Re-
gius fiſcus prætendit per ſupradicta;& ſignanter
propter illa verba contractui aſſignationis inſer
ta,(in feudum &c.& feudi natura in aliquo nõ
56 mutata.) Clara namq; ſunt contrahentium ver
ba,à quibus in dubio non eſt recedendum,l. nõ
aliter,cum materia,de leg.3.l.labeo,de ſuppell.
leg.l.1.§. igitur, de exer.ac etiam propter rela-
tionem ad contractus cum Dñis Ducibus Ale-
xandro,& Octauio,celebratos, ibi(iuxta formã
capitulationum inter dictos Cæſarem,& Alexã
drum,& poſtea cum Illuſtriſs.D.Duce Octauio
firmatarum,& non aliter.) In quibus capitula-
tionibus ijdem redditus in feudum promiſſi fue
57 rant;nam cum relatum ſit in referente l. aſſe to-
to,ff.de hæred.inſtit.l.ſi ita,de condi.& demon-
ſtr. ſequitur quòd eodem iure ſeudi cõceſſio ſa-
cta fuerit,quo relatę capitulationes,& cõtractus
dictant; Tantò magis virtute clauſulæ illius ad-
58 ditæ(& non aliter)quę formam importat,habet
59 vim conditionis reſolutiuæ cuiuſlibet alterius
caſus,& non recipit interpretationem vltra qua
litates verbaliter expreſſas.glo.Bal.Salyc.& alij
60 in l.ſiquidem,C.de excep.Bal.in authen.ingreſ-
ſi.nu.3.C.de ſacroſan.eccle.Iaſ.in rub.ſolut.ma
trim.in 2.lect.nu.15.Felyn.in c. cum dilecta,de
reſcript.Dec.conſ.61.nu.2.& conſ. 528. nu.11.
Crau.conſ.101.num.43.Bologn.conſ.19. num.
29.Ceph. conſ. 80.num.2.Rim. Iun. conſ.263.
num.42.& 59.cum ſeqq.latè Vinc. de an.alleg.
140.num.11.cum ſeq.par.2.

Nec officit quòd io rebus tantũ immobilibus,
61 & æquipollentibus ſeudum conſiſtat. Quia an-
nui redditus in hoc dicuntur æquipollere , ita
vt in ſeudum dari poſſint,c.1. de controu. inter
Dom.& Epiſcopũ trad. Curt.Iun.in tract. feud.
par.1.q.6.ſub num.10.poſt Bal. quem citat.

Conſtare pariter vr̃ eoſdemmet redditus d. Se
reniſs. Ducissæ ad vitam tantùm, & vſusfructus
titulo aſſignatos fuiſſe,ob relationē ꝑdictã; ſtãte
quòd clariſſimè fuerat exprę̃ſſum in primo con
tractu cum Duce Alexãdro inito, quòd mortuo
eo ſinè prole,Sereniſs. Domina illis gauderet tã
quam vſufructuaria,& vita ſua durãte dũtaxat.

Idē ſuadet laudũ memoratũ acceptatũ à parti-
bus,& executũ , Cõcedens ipſi ſolũ vſumfructũ
centũ viginti milliũ aureorũ, qui iuxta cõtractũ
Neapolitanũ expendendi veniebant in emptio
nē Rocchæ Gulielmæ,Puzzoli,Surrenti,& alio-
rum bonorum per ipſum Ducē Alexãdrũ emen
dorũ, cuius ſummæ pars ſunt iſti 50.mille aurei
dati ꝑ quibus redditus fuere in ſolutum vtſup.

Idipſum quoque probat inſtrumētum aſſigna-
tionis,mediante relatione prædicta,& clauſula,
(& non aliter) denotans formam vtſupra.

Ac deniq; Deſcriptio in libris Regiæ Camerę
ſubſecuta de mãdato D.Proregis, in quibus vtì
vſufructuaria ſolummodo ponitur,& notatur ;
Quæ quidem deſcriptio ab eadem Sereniſs. ap-
probata, & ratihabita videri debet,ex quo exe-
cutionem habuit, & ſolutiooes abinde quotan-
nis ſubſecutæ ſunt vſq; ad vſufructuarię deſcri-
62 ptæ obitum; plus eſt enim facto,quàm verbo ra
63 tificare,l.Paulus,rem rat.hab. Et quia nedũ per
decem,ſed per triginta & ampliùs annos , ſolu-
tiones annuæ, tali ſub titulo, & de eodē Regiæ
Cameræ ordine receptæ fuere,non eſt quòd vl-
teriùs dubitetur,per l.cum de indebito, de in rē
verſo,cum materia,de vſu. & tradita à Bal. in l.
64 ſi certis annis,C.de pact.num.7.cum ſeq. vbi ait
notanter, quòd talis præſumitur origo cauſæ,

qualis

qualis est secuta præstatio, & qualis apparet solutio, talis præsumitur præcessisse concessio.

Nec dubitandum quòd qualitas vsusfructus
65 expreßi repugnet naturæ feudi, Quia imò conueniunt; nam in feudũ res quælibet ad vsufruendum recepi potest, & dr personale feudum, quod morte recipientis finitur, Bal. in p̄lud. feu. nu. 50. & post eum Alua. diuis. decima, & Ias. nu.
66 103. sic ẽt feudum habitationis concedi solet, & ad vitam recipientis tantùm durat, c. j. consuet. re. feud. Ias. vbi sup. num. 100.
67 Quæ tantò magis procedunt, si vltra mentionem vsusfructus, alia concurrant verba tp̄s denotantia, putà ad vsufructuandum vita sua durante; vt in nostra specie dictum fuit, Ias. ibidẽ nu. 103. versi. a. moueor, post Bal. quem citat, in l. 1. col. 1. C. de fruct. & lit. expens. in l. cum hi. §. si cuti, de transact. Vndè negari non potest, quin versemur in casu d. c. ex præsumptuosę, & per consequens sequestrationi. locus fuerit.
68 Neque obstat si ponderetur ille tex. in oppositum, in illis ver. (sinè prole legitima) quæ non verificantur in nostra specie, in qua proles remansit legitima. Quoniã replicari pōt, sequẽtia ẽt verba consideranda esse, per quæ pręcedẽtia modificantur, & restringuntur ibi (quæ ad suc-
69 cessionem eius de aperto iure, claroq; vocetur) illud enim relatiuum (quæ) stat restrictiuè, l. ea tñ adiectio, vbi Bar. & alij. ff. de leg. 3. & in l. oẽs populi, ff. de iust. & iur. Vndè non sufficit prolẽ extare legitimã, vt dispositio d. c. cesset, sed talis esse dẽt, vt ad successionẽ feudi claro, & aperto iure succedat. Qũo autẽ pōt Serenis. D. Dux claro, & aperto iure vocari ad feudum memoratorum reddit∪um, stantibus prędictis manifestè
70 repugnantibus? Etenim clarum, & apertum ius solũ dicitur, de quo est casus legis, qui per aperturam librorum patere potest, & coniecturis locum non relinquit, vt colligitur ex traditis per Blanc. in tract. de compromis. q. 4. ptin. in ver. quæstio iuris, versi. intellige tamen p̄dicta, cum concor. Crau. consi. 294. nu. 6. ver. 3. Rui. consi. 87. in fi. lib. 3. & consi. 93. nu. 11. eo. lib. non ve-
71 rò illud, quod disceptationem, & opinionũ varietatem recepit, quod obscurum, vel incertum nuncupari solet, l. in ambiguo, cum not. de reb.
72 dub. vbi Soci. nu. 2. & in rubr. nu. 2. eo. tit. Rui. vbi supra. Vel ius perplexum, intricatũ, aut dubium, Capic. decis. 10. nu. 18. cum seq. Menoch. de arbitr. iudic. q. 53. per tot. quo loci notabiles, post Soci. vbi supra, refert effectus huius iuris obscuri, vel dubij, quos referre non expedit.
73 Et licèt dici soleat ius semper esse certum, l. cũ quidam, §. suum, de acq. hered. id procedit quoad ipsum ius in se, sed quoad intellectum hominis, obscurũ, incertũ, dubiũ, perplexumq; aliqñ rectè nuncupatur, vt declarat idem Soci. in d. rub. sub nu. j. Ab. in c. pastoralis, nu. 4. de rescri.

74 Et quòd sola super existentia filij legitimi minimè sufficiat ad euitandã decisionẽ d. c. ex pręsumptuosæ, qñ probabile dubium cadit super eius successione in feudo paterno, probat apertè Decis. 195. Afflic. per tot. quæ in filio legitimato per ipsummet Regem ad feudũ paternũ lo-
75 quitur, qui licèt legitimo ęquiparetur, imò legitimi nomen obtineat, vt per eum sub nu. 3. non tñ sequestrum memoratũ aufugir, si aliquid opponatur, quod dubium faciat, & idem Afflic. in c. 1. nu. 6. 7. Si de feud. fuerit contr. inter Dom. & Agn. vbi infortioribus ẽt terminis loq̃tur, & in c. imperialem. §. illud quoq; nu. 15. ver. deinde quæro. de prohi. feu. alien. Sic & è conuersò videmus, quòd etsi feudatarius sinè prole decedat, non tñ fit passim sequestratio virtute d. c. ex p̄sumptuosæ, vt putà si frater succedat in feudo paterno, vel feudũ sit concessum pro se, & heredibus, quia tunc alius quã descendens de claro apertoq; iure succedit, vt per eundẽ Afflic. d. §. illud quoq; nu. 15. post Luc. de pen. quẽ refert. Ex q̃bus arguitur non tã respiciendũ esse in materia d. c. ex præsumptuosæ, vtrũ proles legitima supersit, vel nẽ? quã vtrum supersit qui de claro & aperto iure in feudo succedat? Consequenterq; mirũ videri non dẽt, si extãte prole legitima, quæ taliter non succedat, sequestrationi locus sit; sequitur Bos. in tit. de Princ. sub nu. 302. & Io. Ant. de Nig. in eo. c. ex p̄sumptuosę. n. 19. Augetur difficultas in casu nostro, p̄p facti dubietatem, qñquidem ius Serenis. Dñæ, & per consequens etiam eius Serenis. hęredis fundatum videtur potissimè super creditis prædictis in bonis hæreditarijs Ducis Alexandri, de quibus creditis, an extincta sint, nec nẽ? dubitari dicitur ex parte Regij Fisci, cum ex productis in iudicio, & p̄serrim ex laudo Cęsareo liqueat, multa bona stabilia, & alia de quibus in themate prænarrato, ad eiusdem Serenis. manus peruenisse, & in extinctionem creditorum suorum cessisse; Si enim satisfacta remansisset, non possent ampliùs isti redditus in eam cãm retineri, sed ad cessionem Reginæ confugiendum esset, Quia ergo ab horũ liquidatione ius pendet, est cum facto mixtum, & ideò nec clarum, nec apertum dici pōt; Blanc. vbi sup. in ver. qō iuris, Menoch. d. q. 5. in princ. Tantoq; minùs clarum, & apertum dici pōt, ex quo instr̃m assignationis redituum factæ Serenis. Dñæ, relationẽ habebat ad capitulationes præcedentes cum vtroq; Duce Alex. & Octauio, quæ nō apparebant, nec adhuc apparẽt in actis, vt prenarratum fuit, Relatum enim cum sit pars referentis, vt supra dictum est, de necessitate apparere debebãt, vt factum clarum redderetur, & vt ex facto claro ius clarum oriri posset, vt per Soc. in d. rub. in prin.

Item animaduertendum, quòd tempore sequestrationis, nil pæniùs ex productis apparebat,

ſed tantùm ex libris Regiæ Cameræ conſtabat
Sereniſs. Dñam vti vſufructuariam, & vita ſua
durante duntaxat, redditus antedictos tenuiſſe
& percepiſſe; propter quod ius extinctum per
eius mortem, & ſeudum reuerſum arguebatur;
meritò ad ſequeſtrationẽ rectè deuentum fuit.
Quando aũt ex poſt cõparuit Sereniſs. D.Ducis
procurator,& Inſtetit,ac produxit vtſupra, iam
non erat ampliùs res integra,ſed attenta forma
dicti Capituli, ex præſumptuoſæ, ſequeſtratio
facta remanſit valida,& incõcuſſa;& de proprie
tate agendum fuit. Iſern. in d.c. imperialem.§.
illud quoque nu.69.in fi.de prohib.feud. alien.
& ibidem Afflic.nu. 14.ver.modò hodie.

Iure quoque cõi, ſequeſtrum fieri potniſſe di-
citur, per ea quæ in ſequenti dubio pro Regio
Fiſco in poſſeſſorio deducam; Nam ſi poſſeſſio-
nem nanciſci,& ei incumbere potuit,multò ma
78 gìs loco ſequeſtri habere,quia cui quod plùs eſt
licet, & quod minus eſt licere dẽt l. non debet,
79 de reg.iur.c.cui quod plus eſt, eo. tit.in 6. Plus
autem eſt nomine proprio, quã ſequeſtratorio
poſſeſſionem accipere, ex quo ſequeſtrum non
priuat quenquã poſſeſſione ſua, niſi de partium
conſenſu, l. intereſſe cum not.de acq. poſſ.& in
l. licèt, vbi Bart. ff. depoſ.

Ad ſecundùm igitur dubium progrediendo,
quo quęritur,An rectè pro Regio Fiſco lata fue
rit ſententia,conſeruando, & manutenendo eũ
in poſſeſſione appręhenſa; & dando terminum
vtſupra? pro affirmatiua concludo pluribus de
cauſis; quarum Prima eſt,quòd p̃ſuppoſita iuſti
80 tia ſequeſtrationis ex diſpoſitione dicti Capi-
tuli,ex p̃ſumptuoſæ, id conſequitur, quòd nul-
lo remedio poſſeſſorio iuuari potuerit Sereniſs.
81 D.Dux pro obtinenda, ſeu recuperãda poſſeſ-
ſione capta per Fiſcum. Nam etſi Regia Came
ra quandoque in poſſeſſorio intra annum poſ-
ſeſſionẽ ſequeſtratã relaxare, & reſtituere con-
ſueuerit, vt per Vinc. de an. allegat. omnium.
82 prima, & alleg. 144. in 2. par. Illud tamen pro-
cedit q̃n non militat diſpoſitio dicti c. ex præ-
ſumptuoſæ. vt in d.alleg. 1. in qua poſſeſſio pę-
nes defunctam non reperiebatur tp̃e eius mor-
tis, nec erat ampliùs feudataria, vt ibi latè de-
ducitur,& in d. alleg. 144.extabat perſona, quæ
de claro,& aperto iure vocabatur; ideſt neptis,
quæ ad feudum auitum, etiam emptitium, ve-
niebat; vndè ceſſabat legis illius diſpoſitio. In
noſtro autem caſu ſecus eſt per ſupradicta,quia
de claro, & aperto iure nõ ſuccedit Seren. Dux.
83 Secunda accedat cauſa iuſtificans ſniam iſtã,
Quia ſ.directus Dñs pręrendens feudum finitũ
tp̃e,põt propria authoritate illud capere (vt hic
factum fuit) & quemcunq; detentorem eijcere;
Quoniã cum priùs ciuilem poſſeſſionẽ vti dire-
ctus Dñs habuerit, finito tp̃e feudi, naturalem
quoq; hr̃e incipit cum ciuili conſolidatam, pp
quod detentorẽ ipſum tanquã turbatorẽ ſuum
expellere põt, ita pulchrè Bald. in c. quę in ec-
cleſiarũ nu.31. de conſtit.& in conſi.301.Propo
nitur quòd Petrus nu. 4. vol. 1. qui ita de con-
ſuetudine obſeruari aſſerit,ſequitur Alex.conſi.
124.nu. 3.lib.1.Pariſ.de reintegr.feud in tit. An
finito tp̃e conceſſionis, nu.1.2.3. Boſs. in tit.de
Principe & eius priuil. nu. 299. Curt. iun. poſt
Barb.quem citat in tract.de ſeud.par.4. nu.155.
ver.& ideò ſubdit,& ver.2.fallit,& ſeq.Præpoſ.
in c.1.§.vlt.nu.4.qui ſeud.dar.poſ. & in c.1.nu.
2.in fi.de ſeu.ſi.cul.nõ amitt.Brun.conſi.19.col.
1.ver.2.moueor.Sylua. in tract. de ſeud. recog.
q.22.nu. 2.ver.hanc partem,& q.23.in fi.Gabr.
Rom. in ſuis conclu. tit. de acq. poſſ. conclu.1.
nu.106.& ſeq.Zaſ.conſi.12.nu.102.103.& 108.
84 lib.1. Et in propoſito mulieris tenentis feudum
ad vſufructuandum,quòd ea mortua,poſſit eius
hæres ꝓpria authoritate expelli, nedum à Dño
feudi,ſi ei apertum, & deuolutũ ſit, ſed ẽt à feu-
datario,in cuius perſona vſusfructus cum pro-
prietate conſolidatus ſit, cõſuluit egregiè Natt.
conſi.563.per tot.& ſignanter nu. 36. vſq; ad fi.
85 Et quòd Bald.& alij pręcitati dicunt de tẽpore
conceſſionis finito, ita verificatur in tp̃e ab ini-
tio incerto, & poſt certificato, ſicut in certo ab
initio. Sic argumentatus eſt Caſtr. d. conſi. 68.
nu.j.ver.ſimiliter,Corn.conſi.26.nu.9. & conſi.
129.nu.11. lib.2. Boſſ.loco p̃citato ſub nu. 196.
Cur.iun.in dicto nu.155. ver.ego addo fortiùs,
Cnmi.ſuper rit.magn. Cur.c.40.nu.84.poſt re-
latos.Henr.Man.conſi.1. vbi latè,& ſignãter nu.
115.& ſeq.Aurel. Corb.in ſuo tract.quib.mod.
fini.emphyt.cau.12.in prin.Paria enim ſunt q̃d
in principio certum eſſe,vel poſtea certificari, l.
certi conditio, cum not. ff. ſi cer. pet. l. ſanctio.
vbi glo. &Doct. de pęn. §. curare cum materia
inſtit.de act.
87 Quæ confirmari poſſunt optimo ſimili, de em-
phiteuſi,qua finita,pariter licitũ eſt directo dño
propria auctoritate res emphyteoticas occupa-
re. l. 2. ibi. liceat eum repellere à prædijs, & ibi
gl.in ver.expellere.Iaſ.nu.100.& alij. C.de iur.
emphyt.auth.qui rem. ibi, ſi Dñs voluerit eum
expellendo.C.de ſacroſ.eccl.Aret.conſi.21.col.
fi.Crau. conſi.302.nu.6.verſi. ſed dicet aliquis,
* Menoch.de recup.poſſ.remed.1.nu.79.in fin.Et
88 eſt cõis, * opinio,pro qua latè conſuluit Gozad.
multos pro ea referens conſi. 39. in fi. & magis
* etiam * cõem atteſtatur Clar.in §. emphyteoſis,
q.2. & 44. ac Bero. conſi. 45.nu.19. cum ſeq.&
conſi.102.nu.48.lib.1.Aurel.in d.tract. cau.12.
latè.Ioſeph.Lud.deciſ.17.nu.8.9.& per tot. lib.
* 1. vbi de * cõiori, & receptiſſima ſententia, fi-
dem facit,pro qua,& ipſe iudicauit, vt ibidẽ re-
fert ſub nu.2. Vinc.de an.dicto ſing.151.& Fab.
89 in addi.Conſtat autem,ab emphyteuſi ad feudũ
valere argumentũ,glo.in c.j.in verſi.vtrumq; in
tit.an

tit. an agna. vel fil. Bar. & alij, in l. si mihi, & titio, de verb. obl. Bal. in c. 2. ad fi. quib. mod. feu. cõst. pos. Alex. cõsi. 106. nu. 7. 8. lib. 4. & cõs. seq. nu. 3. Dec. consi. 435. ad fi. Soc. cõem *dicẽs cõsi. 167. nu. 24. in secundo. Euerar. in cẽt. lega. in loco ab emphy. ad feu. Marsi. in l. de vno quoq; nu. 106. de te iud. Marã. de ordin. iud. par. 3. prin. nu. 87.

90 Nimirum apprẽhẽsio quę directo Dño licita est finita emphyteusi, licere quoq; debet finito feudo; ita in terminis argumentatur Bald. d. consi. 301. nu. 4. Bero. latè d. cõsi. 45. nu. 19. vsq; ad 25. Boss. d. tit. de Princ. nu. 205. & Zasi. loco. pcitato.

91 Confert quoq; simile de locatore, qui finita locatione põt propria actoritate conductorẽ expellere, negotio aliter non liquidato, Bar. in l. 1. §. interdum, ff. vti possi d. Aret. d. consi. 21. nu. 5. in fi. Guid. pap. q. 480. de consuetudine ita Grationopoli seruari attestatur, Cur. Sen. consi. 47. nu. 6. Ioseph. Lud. plenè dicta deci. 17. cum concord. Eadẽ enim ratio finito feudo militat, cum

92 vtriusq; ius tpe pariformiter finatur. Vndè iure merito, Bald. in d. c. 1. in vlt. not. de conten. inter Dom. & fidel. parificans omnes hmõi personas, quorum ius tpe extinctum est, inquit, res oẽs per Dños sinè aliquibus inducijs à deiẽtoribus aufferri posse, qa oìs terminus terminatur per suas extremitates l. 4. de condit. & demonstr. & quòd si vassallus tunc claudit ostia, Dñs potest aperire, Et hoc facere inquit ad expulsionẽ colonorum, emphyteotarum, & aliorũ, quotũ iura sunt tempore finita; quod menti tenendum asserit Cumi. dicto cap. 40. num. 48.

93 Et si priuatæ personæ hoc permissum est, vt est quilibet concedens in emphytheosim, & locãs, Multò magis Regi habenti iuris dictionẽ in suo Regno, & oẽm auctoritatem, vt in specie pepẽdit Prępo. post Bal. quẽ citat in d. c. j. in fi. de feu. si. cul. nõ amitt. Ad qđ benè facit qđ scribit Bal. c. j. ad fi. de allod. & Brun. cõsi. 19. nu. 15. cũ cõc.

Tertia Causa iustificans sñiam pro Regio fisco latam, desumi potest ex qualitate rerum in iudicio deductarum, quæ (vltra quòd in feudum

94 datæ supponuntur, vt supra) sinè titulo à Rege habito possideri nequeũt cum sint de regalibus, vt notorium est, & ipsi Regi reseruatis; propter quòd agens aduersùs Regium Fiscum obtinere nequit, nisi de proprietate doceat, quia pro ipso Rege stat præsumptio, & contra agentem; Vndè iudicium natura mixtũ appellatur; quia plenam dñij probationem sequirit, & sola coloratio non sufficit, gl. in c. ad decimas. de rest. spol. in 6. Bal. magistraliter in l. 3. nu. 12. C. de interd. & in rub. de caus. poss. & propr. nu. 6. atq; in l. 2. nu. 3. & nu. 28. & 31. C. de seruit. & aq. & cõsi. 161. in fi. lib. 3. idem Bal. in l. vnic. nu. 6. & Contard. limit. 2. in ptin. & §. 1. nu. 33. atq; §. 5. nu. 21. & §. 7. nu. 1. 2. 6. 7. 11. 13. 19. & 41. C. si de mom. poss. Io. Fab. in §. retinẽdę nu. 33. inst. de interd. inquiẽs,

Cons. Lud. Sacc.

quòd pro Dño territorij magna est ratio, eò qa fundatus est iure cõi, & sic constat de eius pprietate; Idcirco fieri non dẽt executio in possessione, Cast. in l. si de vi nu. 7. de iud. in 2. lect. Alb. in l. fi. nu. 12. ver. si verò C. de iurisd. omn. iud. Luc. de pen. in l. quicunq; col. 2. ver. breuiter. vbi de regalibus oĩb. C. de fund. Limitro. lib. 11. Isern. in Constit. Violentias ad fi. Pet. Cyn. Bal. & Sal. in l. si solemnib. C. de fid. instr. qui de oĩbus reb. loquuntur, quæ sinè tit. a Principe habito possideri nequeunt, Rot. decis. 1. aliàs 4. & ibi add. in ver. doceri de tit. de rest. spol. in nou. & dec. 3. aliàs 11. eo. tit. in antiq. Lup. in rep. c. per vsas in ver. sed ad pulchra, num. 47. de donar. int. vir. & vxo. Abb. q. 4. ver. nec obstat. c. ad decimas. & infra in alio simili ver. Bellam. decis. 17. 49. & 433. Soci. consi. 127. nu. 5. in primo. Anch. latè consi. 310. per tot. & Signanter in princ. & in fi. Florian. in l. sicuti. §. sed si quæritur. ff. si ser. vendi. vbi tractat de quasi possessione iuris exigẽdi vectigalis, & iurisdõnis exercendæ, Alex. in l. naturaliter. §. nihil cõe, nu. 23. de acq. pos. Ab. cõsi. 61. nu. 5. in fi. Afflic. in d. constit. violentias. nu. 42. & in c. imperialem. §. illud quoq; nu. 14. cum seqq. & nu. 19. ver. benè tñ fatetur, & ver. & hoc nõ negat, & in final. verbis; Quibus in locis post multa concludit; spoliato à Principe bonis feudalibus, quæ talia esse constat per confessionem partis, vel per registra, restitutionẽ esse denegãdam, nisi possessionẽ cum verò titulo iustificet, vel possessione decẽnali, ex qua titulus psumatur, & in c. 1. nu. 84. & seq. de contr. inuesti. Bru. d. consi. 19. col. 1. Rub. Alex. consi. 167. nu. 3. Bero. in c. in lsis. nu. 87. de rest. spol. Alci. cõsi. 172. nu. 4 & consi. 408. nu. 7. 9. 10. Gram. consi. crim. 9. nu. 4. Rol. cõsi. 89. nu. 24. 25. lib. 2. Card. Paris. consi. 15. nu. 3. lib. 1. consi. 98. nu. 16. in secundo. & consi. 99. nu. 17. 18. in 4. Capic. decis. 77. per tot. Rebuff. in tit. de mater. poss. art. 1. glo. 1. nu. 21. 22. Crau. consi. 25. nu. 9. ver. & maximè cõsi. 322. nu. 1. & latè consi. 674. num. 5. 6. & 15. qui mixtum omninò esse possessoriũ concludit vbicunq; cum Principe agitur, Didac. pract. quest. c. 17. nu. 6 ver. primũ vbi. Pedem. decis. 25. nu. 10. Boss. d. tit. de Princip. nu. 233. cũ seq. vbi plura affert exempla, & nu. 256. 257. & 295. Natt. consi. 289. nu. 12. & consi. 563. nu. 36. Menoch. de retin. poss. remed. 3. nu. 590. & remed. vlt. nu. 24. 25. & de recup. pos. remed. 15. nu. 466. Vrsil. ad Afflic. decis. 267. nu. 3. & decis. 303. Gabr. d. concl. 1. nu. 107. de rest. spol. Peregr. in tract. de iur. fisci lib. 7. tit. 3. nu. 20. & seq. Hip. Rimi. consi. 258. nu. 40. Bim. consi. 12. nu. 35. Marc. deci. Del phi. 80. in pri. par. quæ repetita est decis. 542. in secunda. Decian. consi. 45. nu. 7. 8. lib. 3. Mascar. de prob. conclu. 1322. nu. 9. & conclu. seq. num. 12. plures alios citans Petr. in suo tract. fideicõ. q. 13. nume. 593. Et pro hac sententia pluries

K 2 indica-

iudicauit Rom.Rot.teste Põtan.in trac.de spol. lib.2.nu.172.vbi multas affert decis. Put.Achil. de Crass.August.& Caputaq. qui videri signanter potest decis.12.lib.1.& decis.352.in secũdo.

Et cum hæc conclusio innumeris authoribus fulcita sit, vt ex relatis patet, habet ẽt iura apertissima, quibus fundatur, ab eisdem citata, & põderata, prout in iure ciuili est tex.in l.2. §. quædam, de interd.& in l.1.§.fi.& l.2.§.permittitur. de aq.quot.& ęstiu.& in iure Cano.c.sunt personæ de priui. & c.ad decimas de rest. spol. in 6. Adeo quòd concludendũ est Serenifs. D.Ducẽ in possessorio solo non potuisse de iure obtine-
96 re, & si requisita ipsius iudicij probasset; Quoniã nuda possessio in his regalibus, atq; feudalibus non sufficit, vt possessorium exoriatur, cum possessio non sit apta agere, vt dicunt Doct. præcitati, maximè Bald.d.l.2.q.12.sub nu.31.C.de serui.& aq.Castr.d.l.si de vi.nu.7.Alex.d.cõsi.167. nu.2.3.Bellã.d.deci.17.Dida.d.c.17. ver.primũ vbi Menoch.d.remed. vlti. nume. 24. 25. Peregr.dictotitu.9.num. 12.

Quarta Principalis ratio suprascriptæ sñiæ posuit, esse quia ꝓcurator Serenifs. dñi req̃situs, ac interpellatus à Regio Fisco ad edendũ capitula mr̃imonialia, olim celebrata inter Carolũ Quintũ, & D. Ducem Octauiũ, ad quæ relationẽ hẽt assignatio redditũ facta, vt supra, & in iudicio præd.producta ꝓ fundamento intentionis suæ,
97 non edidit. Enimuero instr̃m relatum produci debet, aliàs referens non probat, nec in eo fundamentum aliquod regulariter fieri põt, Auth. si quis in aliquo, vbi Docto. & præsertim Dec. nu.31.C.de eden.l. 1.§.edenda.vbi Iaf.in prin. ff.eo.Bal.in l.inciuile circa fi.de leg. Alex.consi. 3.nu.1.lib.2.& cõsi.35.nu.8.in 4.Dec. post.glo.
98 Inn.& alios in c.j.nu.308.ex̃ de proba. Quia est pars referentis Rom.consi. 301.& 305. vbi Mãdos.in addi.in verb.relatio. ¶ Cessante igitur ꝓbatione assignationis, sola consignatio vsusfructus remanet, de qua in libris Regiæ Cameræ, qui morte vsufructuariæ extinctus fuit vtsupra.

Et quamuis ẽt nulla facta fuisset in productis mentio dictorũ capitulorum, tenebatur tñ pro-
99 curator antedictus ea edere requisitus, Tum q̃a regulare est vt actor ad exceptionẽ fundandam
100 reo edat, l.fi. vbi scrib. C.de eden. Tum quia Fiscus in hoc est priuilegiatus, vt sibi edatur, & ad actionẽ fundandã in causa nũmaria, l.2.§.diuus. ver.item diui fratres.de eden.gl.& Doct. in l.2. vbi Dec.nu. 40. & in l.qui accusare, nu.20.atq.
* in l.fi.nu.12.vbi de cõi; * C. eo.tit. & in c.1.nu.
101 54.cum seqq.de prob. Vltra quòd in foro conscientiæ quilibet aduersario suo debet edere, Innoc.in c.pleriq; de immuni.eccle.Dec.d.l. qui accusare nu. 5.& d.c.1.nu.161.

Insuper & tertio loco, Cum Serenifs. Principalis prædictos redditus feudales obtinere pręten-derer, & ipsa capitula titulum, & concessionem feudi respicerent, virtute relationis totiens mẽtionatæ, tenebatur eius procurator ad peritionẽ, & instantiam Regij Fisci ea exhibere; vt de titulo suo doceret, & de eiusdem tituli qualitate
102 constare posset; Nam licèt regulariter nemo cogatur titulum suæ possessionis ostendere, in feudatario tamẽ secus est, erga Dñm, per tradita ab Isern.in d.c.Imperialem.§.illud quoq; num.66. 67.vbi ẽt Afflic.latiùs sub. nu. 10.cum seq.& de ei.365.nu.67.Luc.de pen.d.l. quicunq; col.2.in fi.ver.è contra faciunt, Bal.in l.instrumenta, nu. 8.C.quõ.& quan.iud.& ibi Barb.in addi.qui bonam glo. allegat l.2. C. quando, & quib. quart. pars debea, lib.10. Rom.consi. 163. nu.6.& ibi Mandos.in add.Iaf.in l.2.nu.175. C.de iur.emphy.Gram.d.cõsi.crim.9.nu.4.Dec. consi.6.nu. 2.ver.nõ obstat.Boss.d.tit.de Principe.nu. 257. Rolan.latè consi.89.nu.20.vsq; ad fi.lib.2.Et q̃a concludunt isti Doct. quòd põt Princeps directus Dñs tenentẽ feudum priuare, si titulũ non ostenderit, multò magis verũ erit dicere, quòd possit non tenẽtem obaudire, si feudum ipsum, aut eius possessionem petat, vt in nostra specie,
103 ꝓ reg.l.nemo inuitus.§.cui damus.ff.de reg.iur.

Quinta Ratio pro sñia prædicta militans, sumitur ex generali priuilegio, quod hẽt Princeps in suo Principatu, & Rex in suo Regno, vt finè pos-
104 sessione non litigent; Quoties namq; ius in aliqua re pretendunt, possessionem in primis eiusdem ingrediuntur, & postea pretendentiũ, si qui sunt, iura discutiuntur. ita docet Boer. in cõsuetud.Bitur.tit.de feud.§. 13. col.2.Rebuff.in titu. de mat.poss.art.2.glo. 2.nu.26. cum duobus sequen. vbi tritam regulã dicit, quòd Rex nunquã dissaissitus litigat, Didac.pract.q.c. 17.præallegato nu.6.ver.primùm vbi; Et confert quod idem Didac. scribit lib.1.var.resolut.c. 16.nu.11.& Peregr.in dicto trac.de iure fisci. lib.6.tit.6.nu.37. in fi. vbi monet Aduocatos Fiscales, vt bonorũ quæ Fisco pertinere credunt, possessionẽ in pri-
105 mis appræhendant; quod etiã de consuetudine seruari testatur Henric.Manf.dicto. consi.1. nu. 133.ad. fi. Et re vera ita passim obseruari videmus, tam in deuolutis, & excadentibus, uel uacantibus, quàm confiscatis, aut quæ ab indignis auferuntur, seu aliter quomodocunq; ad fiscum deueniũt. licèt aduersus hoc priuiligium, & hãc consuetudinem adduci posse non ignorem per multa, quæ rationem hanc uacillare facerent, de quibus apud Didac. uaria. resolu. c. 16.num.9. Franciscus Marc. decis. Delphi. 38. num.4. lib. 1.& Giud.Pap.ab eo citatum.

Sexta Ratio Ex iudicantis authoritate, & facultate insurgit. Etenim Regia Camera summariæ, & præsertim unita cum Regio Collaterali Cõsilio, propriam Regis personam repræsentat, ut notum est, Dec.consilio. 200. in fin. Grammat. decis.

decif. 19.nu.13.Giud.Pap.decif. 22.Afflic. 120. in fi.Crau.confi.198.nu.7.ver.cõſidero, & 144. Becci.confi.47.nu.15.& confi.52.nu.89. Burſa.
107 confi.59.nu.29. Et ideo iudicarium ordinẽ ſer-
108 uare non tenetur,nec ciuilis iuris traditioni adſtringitur;ſed inſpecto tantū iure naturæ, & gẽtium,ac vti Deus iudicare pōt,ſola facti veritate inſpecta.Bal.in l.fi.nu.9.C.de iure delib.& in c.j.§.inueſtiturã,de nou.form.fidel.Dec.in c.dilecti,nu.12.de iud.Bello.confi.63. nu.7.cū ſeq. Aſin.latè in ſua praxi.§.3.cap.2.num.34.& ferè per tot.Burſ.omnino videndus, confi. 129. nu.
36 Sextò confirmantur præmissa ex eo, quòd dispositio ista motu proprio Imperatoris prouenit, non ad alicuius postulationē, vt supra diximus, allegando Bero.in consi.70. (Ea enim est natura motus proprij, vt fauorabilem actum reddat, & latissimè interpretandam ad accipientis cōmodum Dec. consi.341.nu.5.) Et ita in terminis nostris ponderat idem Dec.d.consi.269.nu. 3.& Gozad.d.consi.8.num.28. 37

38 Tertiò principaliter dicitur nō effecta fuisse bona ista feudalia, eò quia nulla de eis facta reperitur inuestitura, sinè qua feudum cōsistere non pōt. c.1. quib.mod.feud.consti.poss.Spec.Bald. Alex.& alij per Soc.relati cōsi.257.in prin. vol. 2.Afflic.decis.129.nu.3.Parif.cōsi.27. nu.5.lib. j.Gozad.d.consi.8.nn.21.ver.5.ex alio, & nu.seq. Grat.consi.9.nu.117.lib.1.Bero.consi.65. num. 41.lib.1. Rolan.d.consi.50. nuñ.51. versi. 6.& nu.52.Menoc.d.consi.1.nu.23.

39 Quartò concessio feudalis dici non potest, quia directum dominium non fuit concedenti reseruatum, quod est de feudi substantia Alex. consi. 24.nu.11.lib.4.Rui.d.consi.18.nu.6.d.consi.38. nu.3.in.fi.& d.consi.42.nu.4.cū concord.Iacob. de S.Georg.in d.sua inuestitura feud. in uer. inuestiuit late nu.10.versi.ad idem facit, Rolan. d.consi.2.nu.14.& d.consi.50.nu.52. in fine, & alios adducens Bursat. d. consi. 46. nu.4. & 11. & nedum directum reseruatū non fuit, vt supra, sed nec fuit vtile à concedente translatū, in accipientem, siue vsusfructus; quod pariter est de substantia feudalis contractus d.c.j.§.beneficiū, in quib.cau. feud.amitta. Afflic.& Iason.in prę lud.feud.locis pręcitat.Clar.d.q.4. cum concor. cum enim non fuerit directū dominium pænes Imperatorem, non potuit in Dños Corrigieñ. transferri, quia nemo dat quod non habet l.traditio de acq rer.domi.cū vulg.& sup. dictū fuit.

42 Quintò feudum dici non pōt, eò quia non fuit expresse reseruatū, aut promissum seruitiū, vel homagium concedenti Alex.d.consi. 24.nu.11. Dec.consi.413.nu.5. Bero.d.consi.65. nu.44.in fi.Menoch. d.consi.1.nu.30. post Castr. & alios per eū relatos, & in propria specie nostra Bero. d.consi.70.nu.10.versi.cęterùm Menoch.consi. 1.nu.30.& consi. 191. num.17.

43 Sextò pro hac opinione vrgere videtur, quòd ante, & post priuilegium Federici, & vsq; ad hęc tēpora Corrigiēses fuerunt in quasi possessione de istis bonis testandi, & contrahendi, vt colligitur ex d.consi.Alex.29. Bero.68.in naratione facti Gozad.26.num.8.& Rui.consi.108. col.1.& 2. & nu.

& nu. 11. vsq; nu. 18. & 30. Alcia. num. 33. cum seqq. & nu. 42. & 43. & Grat. d. respō. 4. ferè per tot. Et ex quā pluribus alienationibus per eos factis de parte bonorum prædictorum, quæ ex instris facilè probantur; & notoriè quoq; apparent, ex quo loca alienata apud alios reperiuntur, qui ea acquisiuerunt, & nemo est, qui ea vēdicet. Hinc etenim arguitur quòd feudalia non sint sed allodialia secundùm Afflict. decis. 267. num. 3. Soci. in d. consi. 276. nu. 49. 50. lib. 1. & Alcia. in propria specie consi. 1. prçcitato nu. 42. Et aduertendum est, quia fuerunt, & in iudicio pendente aliàs corā Excell. Senatu Mediolan. Cesareo delegato producta ab Illustriss. aduersarijs quçdam asserta testamenta maiorum suorum pro eorum intentione fundanda, ex quib. comprobatur optimè hoc prçsuppositum, & argumentum indè resultans.

44 Septimò in hanc sententiam cedere debemus, vt pro libertate personarū, & rerum iudicemus. personarum scilicet, nè respectu bonorū, de quibus supra, teneantur possessores seruire, vti vasfalli, prout tenerentur, si feudalia existerent; rerum autem, nè bona ipsa seruitio quoque feudali subiaceant, & in totum possidentis non sint Iaf. latè in l. si priùs nu. 40. cum seq. ff. de ope. nou. nunciat. Hoc etiam argumento vtitur in simili specie Grat. d. consi. 9. nu. 191. & 192. lib. 1. apud quem multa alia argumenta, & efficaces rationes videri possunt, quæ breuitati studens dimitto; & cōferunt, quę supra in principio abūdè dicta sunt super præsumptione allodialium.

45 Octauò, & vltimò consideranda sunt diligenter verba dispositiua Federici, in quibus nō donat terram Cortigiæ, & alia bona, & iura prædicta, sed tantùm donat Comitatum, hoc est dignitatem à se profectam; ipse enim erexit bona Dñorum Corrigiensium in Comitatum, & sic dignitatem hanc alienis bonis adiunxit. Cum ergo Comitatū ipsum donat, nihil de bonis disponit, in quibus nullum ius habet, sed tantùm dignitatem ipsis annexam, quæ eius dispositioni subiacet, vt apertissimè sentit Alciat. d. consi. 1. nu. 19. in fi. & num. 20. licèt non ita distinctè loquatur, & Gozad. d. consi. 26. num. 35.

46 Et hæc interpretatio confirmatur retento donationis præsuppositō, ex eo, quòd donans censetur id tantùm donare, quod suum est; imò verò, & si rem ipsam donet, ius tantùm, quod in ea habet donare præsumitur cap. pastoralis, ubi Canon. extra de don. l. prædia. C. de loca. præd. ciui. & ibi doct. Bald. in l. cum aliena. in princ. C. de leg. Dec. consi. 187. ante nu. 3. Nimirum bona prędicta effecta fuisse feudalia dicere non possumus.

47 Infertur ergo ex prçmissis, quòd cū libera sint, & allodialia, prout ante Federici priuilegium erant, liberè quoq; potuerit Illustriss. & Reuer. D. Cardinalis de eis testari, vt in simili causa concludit Socin. in d. consi. 1. num. 24. per l. in re mandata C. manda. Rolan. latè consi. 3. num. 71. cum seq. lib. 1. & in terminis Alciat. d. consi. 1.

Sed quia tria videntur apertè repugnare conclusioni superiùs firmatæ, & contractum potiùs feudi quā donationis arguere, idcirco nè difficultates hac in re versantes dissimulare videamur, singulas veritatis cribro excutiamus.

48 Prima agitur difficultas apparet ex verbis Federici conferentis dictum Comitatū infeudum, & sic dantis nomen expressum cōtractui. Vndè non videtur disputandum, an alius resulter con-45 tractus nec nè; quia in claris non est opus coniecturis l. ille aut ille. ff. de lega. 3. l. ancillæ C. de furt. cum vulg. & ita in proposito nostro argumentatus est Iaf. in præiud. feud. nu. 12. versi. si quis tamen vellet, Dec. consi. 193. nu. 5. versi. non obstant allegata, & dominus meus Socin. iun. d. consi. 76. num. 43.

50 Secunda verò difficultas insurgit ex iuramento fidelitatis præstito, vt patet ex illa clausula, recepto priùs à nobis subiectionis, & fidelitatis cō sueto, & debito iuramento; est enim hoc feudi signum vt ait Oldr. consi. 159. nu. 1. iurant namque vassalli fideles esse dñis, & alia facere, vt in c. 1. qualiter vassall. iur. deb. & de for. fideli. & de no. for. fideli. per tot.

51 Tertia, & vltima resultat ex dignitate Comitatus bonis annexa, quæ solet bona feudalia arguere ad not. in c. 1. quis dica. Dux. Iaf. in præiud. feud. nu. 119. Afflic. in c. 1. nu. 21. tit. de contro. inuestit. feu. inter Dom. & vassall. Capic. decis. 32. num. 11.

52 Hæc tamen nihil, aut parum faciunt negotij; facilè namq; tolli, ac dilui possunt. Et quod attinet ad primum obiectum, optima est responsio, quòd contractus iudicādi sunt, non vt verba sonāt, sed ab effectu rei, & eius substātia, vt docet Bal. in l. 2. C. commo. & in rubr. C. de iur. emph. in fi Abb. in cap. constitutus, per illum tex. ff. de relig. domi. & bonus tex. licèt vulgatus in l. in-53 sulam ff. de præscript. ver. Afflic. decis. 68. nu. 8. cum concordan. etenim contrahentium mens verbis semper præualet, l. in conuentionibus, ff. de verb. sign. l. blanditus C. de fideius. l. non aliter cum nota. de legat. 1. & causam verborum potiùs, quàm verba debemus inspicere glo. in l. si in venditione ff. commu. præd. Bal. in l. quāuis per illum tex. C. plus valer. quod agi. Alex. Iason Socin. & alij in l. si tibi in 3. notab. ff. si cert. pet. Aret. consi. 10. colum. 2. versi. item, & consi. 160. nu. 4. latè Neuiza. in sua sil. nupt. lib. 6. nu. 2. & oēs sermones nostri śm sensum sensatum debent intelligi Bald. in l. 1. colu. 2. C. de ser. fug. Roc. de Curte. in cap. fin. nu. 177. de con suetud. pulchrè Cagn. in l. semper in obscuris num. 5. 6. 7. ff. de reg. iur. vbi regulam generalem

55 lem firmat † vt in quacunq; dispositione primò
in spiciamus id quod factū est, & non quod di-
ctum, secundò id quod est verosimilius, tertiò,
56 & vltimò verborū proprietatē † in casu nostro
igitur, cum ex multis iam dictis constet, contra-
ctum donationis, non feudi celebratum fuisse,
proculdubio curandum non est, quòd feudum
fuerit nuncupatū; stante aūt verbo (donamus)
supra ponderato, vnà cum alijs permultis idem
importātibus, certiùs hoc procedit, vt concludit
in specie Dec.d.consi.32.col. 2.consi.193.nu.5.
ver.nō obst.allegata, consi.413.nu.5.& in auth.
ex testamento nu. 6. ver.sed certè C.de collat.
Paris. consi.4.num.10.lib.1.Soc.consi.252.col.
vlt.ver.quintò confirmatur vol.2.Mari.Frec.in
tract.de subfeud.lib.2.q.12.nu.11.12.cum con-
cord.adductis,& cōem * dicit Clar.in §.feudum
57 q.17. † sic videmus quòd emens fructus prędij
sub annua præstatione, non emptionis, sed con-
ductionis contractū gerit, quamuis in emptio-
nem verba sonent. Specu.in tit. de loca.in prin.
Bart.in l.conuenit per illū tex. ff. de contrahen.
emp.in l.1. colu 1. C. de iure emphi. & in l. co-
tem.§.qui maximos, de publi. Bal.in l.licèt.q 5.
C. de loca. & in l. si in lege. C. de vsucap. Aret.
58 consi.55.sub num 4. † Sic etiam videmus quòd
emphiteusim stipulans pro annuo Canone fru-
ctibus respondente, conductionem facit, non
emphiteosim Afflic.decis.80.num.8. Rui.consi.
161. num. 2. & 27. & consi.107. in fin. volu. 4.
Curt. iun.consil. 82. in princ. & communis * est
opin. vt post multos attestatur Cotta in suis me
59 mor.in verb.emphiteotę regulariter, † & de plu
ribus alijs contractibus idem contingere docet
Rolan.consi.96.nu.38. cum pluribus seq. volu.
60 1.† Et de ipsomet feudo tradūt nostrates, quòd
si concedatur sub certo seruitio, non feudi con-
tractus, sed emphiteusis iudicabitur Bald. in l.
liberti libertęq; colu. vlt. versi. item nota. C. de
oper.liber.& in tit.de pac. constā.in verb. libel-
lariæ circa finē Alex. consi.9. num.7.lib.5. Rui.
61 consi.35. num.2.& consi.42.nu.3.lib.1.† Quòd
si sub annuo censu detur, contractus censualis
erit Spec. in titulo de loca. §. nunc aliqua ver-
siculo quartò in fin. & ibidem Bald. in addi. &
in c.si cautio colum. vlti. de fide instruc. & in c.
fi.colum. 1. de cau. poss & propr.& Rui.latè d.
62 consi.42.† Si verò pro pecunia detur, emptio,
non feudum celebrabitur Bald.in l.qui se patris
colum. 10. versic. hoc scias C. vndè lib. Dec.d.
consi. 269.nu.16.& est tex. expressus in cap. 1.
ad fin. de feud. dat. in ui. l. comm.ibi (feudum
enim non sub prætextu pecunię, sed amore, &
honore domini acquirendum est.)
Concludamus igitur donationem in nostra spe
cie factam fuisse, non obstante, quòd adiecta
fuerunt illa verba (in feudum nobile) quæ im-
propriari debent, vt menti contrahentium de-

seruiant, per supradicta; Quod tantò magis ad-
mittendum est, ex quo maior verborū impro-
propriatio, ex contraria interpretatione resul-
taret; nam non tantùm verba illa (conferimus,
& donamus) sed, & præcedentia, & sequentia
superiùs relata, & per Bero. ponderata in d.cōsi.
suo 70.nu. 10.impropriarentur; vltra defectum
tot substantialium contractus feudi, quot supra
63 uidimus † est autem sumenda ea interpretatio
in omni dispositione, per quam minor verbo-
rum impropriatio sequatur c. Rudolphus cum
not. extra de rescrip. & in terminis respondit
Grat.d.consi.9.nu.12.
64 Secundę difficultati dupliciter occuritur; nam
primò pōt iuramentum prędictum dici præsti-
titū ratione subiectionis, cum Dñi Corrigieñ.
Imperatori tantùm subiecti essent, & neminem
alium in dominum recognoscerent, prout ait
65 præfatus Federicus in initio Priuilegij † possunt
etenim, imò tenentur subditi iurare fidelitatem
Dño, etsi nullum ab eo feudum teneant Bald.
pulchrè in consi.327. num.7.lib.1. in no. Vndè
non tollitur propter iuramentū prestitum, quin
donatio remaneat in sua propria natura, vt re-
spondit Oldr.d.consi 159.nu.6 Dec.consi.413.
num.7.versi.non obstat Soc.d. consi. 257.num.
2. versi. præterea aduertendum, vbi maiorem
quoque fidelitatem deberi probat à subdito,
quàm à vassallo. Abb.in c.ego.per illum tex.de
iureiur. Rui.d. consi.36. nu.9. & latiùs d. consi.
42.nu.7.versi.nec obstat Soc. iun.d.consi.7.nu.
47.lib.1.consi.101. num.25.in 2. & consi. 1.nu.
25.lib.4. Bero.d.consi.65. nu.81. & quest.152.
nu.15.in 2.Rolan.d.consi.2.nu.6.& d.consi.50.
nu.53.cum duob.seq. Menoc. d.consi.1. nu.34.
& consi.2.nu.115.& nu.266. cum seq. & fusiùs
66 consi.191. nu. 31. † Et quòd non obstante tali
iuro, concessio facta à Principe per verba, dona
mus, & conferimus, & similia, veram contineat
donationē * cōis est opinio, teste Bero.d.consi.
65.nu.21.& Rol.d.consi.60.nu.55.& Menoch.
67 d.consi.191. num. 31. † quòd si in concedente
rem propriā hoc receptum est, multò magis in
concedente alienam; vt in casu nostro; si modò
Castrū Corrigiæ cum alij pdictis concessa dici
possent; sed re ipsa dignitas tm̄ comitatus bonis
adiecta, concessa fuit, vt supra declarauimus.
68 Tollitur secundo modo obiectum iustud iuri;
considerando, quòd non fuerit simplex, & vni-
forme, sed duplex, hoc est subiectionis, & fide-
litatis, vt priuilegij verba cantat; quo stante, di-
cere possumus, quòd iuramentum fidelitatis
præstitum fuerit respectu Rossennæ, & aliorum
bonorum feudalium, subiectionis autem re-
spectu personarum; & fortè etiam respectu bo-
norum allodialium, inter quæ Terra Corri-
giæ cum alijs specificatis continetur; & sic con-
grua congruis referendo, vtrumque poterit

ſtare propriè, & naturæ bonorum poſſeſſorum conuenire. Debet namq; relatio, ad compatibilia, quibus conuenit, fieri, non ad omnia præcedentia indiſtinctè, vt docent ſcribentes poſt glo. in l. ſi idem cum eodem §. fin. de iuriſd. omn. iud. & in l. 1. vbi Iaſ. in 1. limit. C. de liber.
69 præter. Cephal. conſi. 153 nu. 58. in 2. Quinimo etſi vnicum fuiſſet fidelitatis iuramentum, ita nihilominus deberet interpretari, quandoquidem vnica etiã determinatio difformiter ſolet determinare propter diuerſitatis rationem, ad tradita per Iaſ. poſt relatos, in l. iam hoc iure nu. 11. 12. ff. de vulga. & pupill. Diuerſitatis autẽ ratio manifeſta eſt in caſu noſtro, ob diuerſam bonorum naturam; igitur &c. Sed cum duplex fuerit iuramentum, vt diximus, eò magis procedit reſponſio.

70 Tertia, & vltima encruatur difficultas ex ſupra deductis, dum bona omnia allodialia præſumi oſtendimus, etſi dignitatem Comitatus aliamuè habeant annexam; & addendus eſt Alciat. in tract. præſump. reg. 2. præſump. 3. num. 2. cum multis concord. & reſp. 162. num. 13. verſi.
71 confirmatur hæc. & Menoc. d. conſi. 1. num. 37. 38. Sed & ſecundo modo ſubmoueri poteſt, vt per ſubtilem Soc. in conſi. 67. num. 14. 15. lib. 1. quia conceſſio non fuit facta in feudum Comitatus, licèt Comitatus in feudum conceſſus dicatur, longè namq; differunt termini iſti inter ſe, vt ipſe declarat, quem ſequitur Menoc. loco
72 proximè citato. Præterea ad hęc omnia obiecta poteſt ſimul reſponderi, quòd, & ſi aliquod ſignum feudi colligi poſſet ex ſerie conceſſionis, attamen cum plura, & vrgentiora in oppoſitum appareant, vt ex deductis clarè apparet, non eſt feudum quoquomodo cenſendum, ſed potiùs donatio per reg. l. quæritur ff. de ſta. homi. ita docet Dec. d. conſi. 413 nu. 7. Grat. d. conſi. 9. num. 147. & ſeq. Iacob. de S. Georg. in d. verb. inueſtiuit talem nu. 10. Bero. d. conſi. 65. nu. 78. Rolan. d. conſi. 50. num. 45. vſq; ad num. 52. & Burſat. d. conſi. 46. num. 12. cum concor. Verùm datò citra veritatis enucleatę præiudiciũ, quòd mera nõ fuerit donatio, at certè, nec feudum fuiſſe tenendum eſt, ſed potiùs contractũ innominatum, vt docet Bald. in prælud. feud. cuius doctr. ibidem ſequitur, & plur. comprobat
74 Iaſ. nu. 13. verſi. & dictum, & num. 14. Qui quidẽ contractus innominatus regulabitur ſecundùm naturã contractus nominati, cui magis fuerit ſimilis, vt per Bero. d. conſi. 65. nu. 26. 27. & 78. poſt Prępoſ. in ſplud. feud. in 4. diſtinctione.
75 Quòd ſi pertinaciùs quiſquam contendere adhuc voluerit feudum eſſe (quod quidem vix reor poſſe contingere) effugere certè non poterit, quin impropriatũ ſit, & alteratũ, ob mixtam naturam donationis, & propterea ſecundũ ius cõe regulandũ in ſucceſſione, non autem ſecundùm conſuetudines feudorum Soc. d. conſi. 257. col. 2. verſi. aliquando, & ſecundò Dec. d. conſi. 390. nu. 6. Pariſ. d. conſi. 4. nu. 10. & num.
76 20. Soc. d. conſi. 76. num. 49. 50. Gozad. d. conſi. 8. num. 26. & ſeq. Nec ommitto pro præmiſſorum corroboratione, quòd ſi feudi nomen mereretur, prout non meretur, & bona ipſa comprehenderet, prout non comprehendit, deberet omnino alienabile cenſeri, & ad quoſcunq; hęredes tranſmiſſibile; cum de proprijs bonis dominorum Corrigienſium conſtitutum, & erectũ fuerit, vt vidimus. Nam ſi hoc in feudo empto procedit, vt per Bald. in c. 1. §. hoc autem col. fi. ver. quid in feudo. Rom. & Alex. in l. ẽt in prin. ff. ſol. matr. Curt. conſi. 49. memoria col. fi. Dec. conſi. 269. ſub nu. 6. verſi. & idem in feudo, & conſi. 424. col. 3. Iaſ. conſi. 63. col. vlt. lib. 1. & conſi. 152. col. 2. lib. 2. Silua. conſi. 52. nu. 10. 11. * & eſt cõmunis * opinio teſte Dec. d. conſi. 390. nu. 7. & 14. Pariſ. conſi. 4. num. 39. Rolan. conſi. 23. nu. 13. lib. 1. Clar. d. q. 73. ver. ſed quid in feudo empto? pari ratione debet in hoc prætenſo feudo locum habere, cum emptio nihil poſſet ampliùs tribuere, quàm prędicti D. D. Corrigienſes in dictis bonis proprijs, & iuſto titulo poſſeſſis haberent, vt ſupra.

77 Cęterùm, circumſcriptis omnibus hucuſq; deductis, attendendum eſt, quòd ſi feudum eſſent Terra Corrigiæ, & Fabrici, cũ alijs in dicta parte quarta priuilegij nominatis, & feudum minimè alienabile, nec tranſitorium ad quoſcunq; hæredes, vt probatum fuit, negari non poſſet, quin ſaltem de hæreditario participaret, cum datum fuerit Manfredo, ac fratribus, & Nepoti ꝓ ſe ipſis, & eorũ hæredibus; quo caſu hæreditarium eſt, ſaltem mixtum, & in eo non poſſunt deſcendẽtes ſuccedere, niſi ſint ẽt hęredes vniuerſales, ſecundùm Iſern. in c. 1. §. olim nu. 7. de ſucceſſ. feud. Bart. in l. vt iuris iurandi. §. ſi liberti. ff. de ope. liber. Caſtr. in conſi. 77. num. 7. lib. 1. & in conſi. 93. incip. in cauſa, quæ vertitur in fi. vol. 2. in no. & cõem * opin. teſtatur Alex. cõſil. 10. nu. 8. lib. 3. & conſi. 19. nu. 12. lib. 6. Dec. cõſi. 194. nu. 4. & conſi. 445. nu. 8. Pariſ. conſi. 2. nu. 26. conſi. 4. nu. 18. conſi. 7. nu. 17. conſi. 16. num. 12. 13. conſi. 106. nu. 25. lib. 1. Iaſ. conſi. 57. nu. 1. lib j. & conſi. 56. nu. 1. lib 3. Afflic. deci. 112. nu. 3. Crau. latè conſi. 13. num. 7. 8. & conſi. 197. ſub. nu. 5. Bru. conſi. 11. nu. 3. & 4. & conſi. 44. nu. 1. & inter eiuſdem coſi. Campeg. conſi. 2. nu. 4. Rimi. conſi. 267. nu. 5. & cõſi. 302. nu. 16. Soc. conſi. 257. nu. 5. lib. 2. Silu. d. cõſi. 52. nu. 13. Loffred. latè conſi. 1. & conſi. 52. nu. 55. vbi notabiliter loquitur poſt Imol. quẽ citat in l. quod dr de verb. obl. Rui. conſi. 16. nu. 6. d. conſi. 36. nu. 11. ver. ſed in contrariũ, & nu. 21. lib. 1. Nat. cõſ. 127. nu. 7. lib. j. Mari. Frec. in tract. de ſubfeu. lib. 3. c. vlt. Curt. iur. conſi. j. num. 12. & conſi. 138. num.

num. 14. cum seq. Viui.in suis comm. in versi. feudum hæreditarium Boss.in tit.de princ.num. 306. versi. sed quando, Clar.in §. feudum q.9. versi. quandoq; & tertiò,& versi. nunc sequendo. vbi veriorem, & magis communem opin. * dicit, & in practica semper seruari vidisse attestatur Roland.consi.3.nu.77. & latiùs consil.23. num.48. vsq; ad fi.lib.1.& consi.67. nu.22. vsq; ad fi. lib. 2. Bursat. consil. 91. num. 13. Cardin. Alb.consi.3.nu.12. Cacher. Pedem. decis.160. num. 1. & in fi. post alios permultos quos citat de communi * quoque fidē facientes. Et in terminis feudorum Illustris. DD. Corrigien. Alciat.d.consil.1.num.9.cum plur.seq.& num.16. versic.meritò, vbi certam,& indubitatam conclusionem dicit, & sub nu.45.communem * attestatur Gozad.d. consil. 26.num. 25. 26 & 58. versic.& contraria loquuntur Soc.d.consi. 112. num.10.vbi postquam latè disputauit de natura ipsorum,concludit tandem mixta esse, & ita te-
78 nendum affirmat.† Et licèt dubium sit in huiusmodi feudo an hæredes debeant esse primi inuestiti, an vltimi descendentis, & vtrinq; allegentur communes opiniones *, vt refert Clar. d. quæst. 9. in hoc tamen conueniunt omnes,
79 quòd alterius saltem hæredes esse† oporteat,ita quòd duo de necessitate probanda fuissent per Illustris.Dominos aduersarios, vt excluderent Illustris. Dominum Alexandrum hæredem scriptum,& Imperiali authoritate ad feuda quęcunque legitimatum, & in specie ad omnia feuda per Illustris.& Reuerendis. q. D. Card.tenta, & possessa. Primum quòd de descendentibus essent recipientium, secundum verò, quòd hæredes essent eorumdem,saltem immediatè, prout in simili casu concludit Rolan.d.consi. 23.& d. consi.67.cui sufficiat remissio. At neutrum horū probatum fuit,ergo &c.
80 Sed nè aliqua notabilis difficultas silentio pręterijsse videatur,consideranda sunt quæ Bero.scripta reliquit super hoc priuilegio in d. consi.68. & consi.seq.per tot.lib.1. vbi concludit tam feudum Rossennæ,quàm Corrigiæ ex pacto,& prouidentia esse, non verò hæreditarium,neq; mixtū,& per consequēs sufficere eos esse de descēdentibus,absq; eo,quòd sint hæredes,qui succe-
81 dere volunt.Quoad Terram Corrigiæ,& alia loca post eam descripta, de quibus est consultatio nostra, videtur Bero.d.consi.69.num.13. versic. quo verò, & num.14.decisionem suam fundare dupliciter. Primò subintelligendo dictionem, legitimis, post dictionem hæredibus, & hanc suppletionem facit ex pręcedentibus,& sequentibus; nam sicut in præcedentibus concessa fuit dignitas Comitatus prædictis Dominis Corrigien. & eorum legitimis hæredibus, & in sequentibus concessa similiter fuere insignia, & arma pro ipsis,& eorū hæredibus legitimis, ita etiam & feudum Comitatus prędicti,concessum intelligi debeat per vulg.reg.l.si seruus plurium, & l. talis scriptura de leg. 1. quòd in rationibus dubitandi tetigit Alciat.d.consi.1.num. 5.6.7.
82 Secundò præsupponit ibidē Bero.num. 15.feudum pro hæredibus concessum, non requirere, vt quis sit hæres, sed tantùm de descēdentibus. cum simus in materia ad extraneos hæredes nō transitoria, per ea quæ tradit Castr. in l.ex facto §.si ff.ad Trebell. & Alex.in l.quod dicitur col. 8.de verb oblig.
83 Ego,pace tanti viri, facilè dixerim parùm ad modū, de vtroq; fundamento curandū esse, qā quidem reg.proximè allegata, procedit, qā tractatur de declarando verba legatorum, aut aliarum dispositionum, nō verò quādo tractatur de addendo alia, quæ contrariam dispositionem inducant, vt in casu nostro,in quo feudum hæreditarium,vel mixtum reduceretur ad feudum ex pacto,& prouidentia, inter quæ contrarietas cadit, & repugnantia, vt per D. Card. Alba. d. consi.3.nu.11.versi.feudum autem, tali enim casu reg.d.l.talis scriptura non procedit;vt ibidem
84 docet Ias.post Bart.in 2.limit nu.39.† Item non procedit vbicunq; proprietas sermonis non patitur interpretationem. Ias. ibidem in 4.limit. In nostra autem specie dictio (hæredes) latior est, si in sua propria significatione accipiatur, quàm si qualificetur, & restringatur, à dictione,
85 legitimis,vt ipsemet Bero scribit † insuper fallit reg. quotiescunque tractatur de restringendo dispositionem,quæ ex sui natura,latè interpretanda sit, vt in beneficijs Principum Ias.ibi in 6. limit.per tex.in c.cum dilecti,& ibi not.per Innoc. & alios extra de don.cum cęteris adductis. At hic propriè caderet restrictio beneficij Imperatoris, per supradicta, & quia impediretur Dñi Corrigienses disponere de bonis prędictis, in quem vellent de descendentibus suis, contra Reg.l.1. C.de sacrosan.eccle. valdè fauorabilē, & ampliandam,igitur &c.† Et vltra prędicta cō-
86 siderandum est,quòd hæc nō est vna dispositio, quæ declaranda sit ex præcedentibus,& sequentibus in eadem dispositione,vt in contrarijs,sed sunt plures,& pęnitus separatæ, vt ex prænarratis clarè liquet; licèt enim vnica fuerit scriptura priuilegij memorati, plura nihilominus priuilegia,& circa diuersa consistentia continet,sicut plures dicuntur sententiæ,quæ in vna, & eadem scriptura continentur,qā diuersa capita separata continet l.et,& ibi glo.si. & Bal. in summario Bart. & alij not. ff.de mino. vnum ergo priuilegium non influit in aliud pęnitus separatū. Imò contrariā habemus regulā, quia à separatis non arguit, nec infertur l. Papinianus, & ibi Bar.in 7,not.ff.de mino.& ita in effectu reperio Alciat. respondere ad hoc obiectū in terminis istius priuilegij d. consi.1.nu.21.& 22. in & in alio simili casu

87 casu Parif. consi. 5. num.4.5.lib.1. Non est igitur facienda subauditio aliqua in casu propo-
88 sito de dictione (legitimis) quam sciuisset Imperator exprimere si voluisset l. si seruum. §. non dixit Prætor ff.de acquir.hæred.cap. ad audientiam de deci. l. vni.§. sinautem ad deficien-
89 tis.C.de cadu. tollen. cum simil. Ad quod facit optimè quod scribit Anan.consi.22. sub num.3. de tribus substitutionibus à testatore factis, quarum duæ mentionem faciebant de filijs masculis, alia verò de filijs tantùm,& in hac nullo modo qualitatem masculinitatis subaudiri debere determinat;& de duabus substitutionibus,idem tradit Anchar.conf.120.in fin.& de quatuor Bolog.inter consilia Alexaud.conf.53.num.18.versic. nunc autem, volum. 4. vbi etiam ponderat, quòd in substitutione illa, in qua qualitas prædicta omissa erat, facta bis reperiebatur mentio de filijs simpliciter, ex qua geminatione magis enixa testatoris mens arguebatur, quòd voluerit qualitatem aliquam addere per reg.l. Balista
90 ad trebell. Et hæc consideratio ad casum etiam nostrum rectè adaptatur, quandoquidem postquam Federicus donauit Comitatum Corrigiæ dictis Dominis Corrigiens.& eorum hæredibus, subiungit clausulam illam(volentes;) in qua mādat eosdem, & eorum hæredes exemptos esse à quacunq; iurisdictione, & potestate aliarum terrarum,& Ciuitatum; & sic repetit nomen hæredum,absq; adiectione;studiosè itaq; omissa fuit in tota hac quarta parte priuilegij illa qualitas restringens dispositionem, quæ in tertia,& quinta apposita fuit; non verò inaduertenter, aut casualiter, pro vt Bero. autumat. Imò verò maximo cum misterio factum existimare debemus, propter subiectæ materiæ naturam, cum in ter-
91 tia parte prædicta ereet prædictos Dominos Comites,ac eorum hæredes sanguinis. Enimuerò dignitas ista comitatus personis concessa, vix erat conueniens, vt ad filios, & descendentes produceretur, per ea quæ scribunt doct. in prælud. feud. & in c.1. quis dicatur Dux, & recenset feriatim Mari.Frec.in d.tract. de subfeu. lib. 1.in tit.quis dicatur Comes in princ. Nimirum testatoris dispositioni subiecta quoquomodo
92 non fuit,nec effecta ad extraneos hæredes transitoria. Sed & in quinta, & vltima parte, vbi arma, & insignia donata fuere, quammaximè decens fuit, vt dispositio ad hæredes sanguinis restringeretur, ex quo testatorū facultas, in his nihil solet operari, quæ honoris causa alicui familiæ ita conferuntur, prout experientia docet rerum magistra c.quam sit de elect.in 6.Respectu verò contentorum in quarta parte memorata,totum oppositum dicere debemus, nam quòd de bonis ibi descriptis testari possent, rationi consonum fuit:cum præsertim propria essent, & nihil super eis dispositum fuerit, vt diximus. ¶ Sed, & si feudalia effecta fuissent, mediante recognitione in feudum(quod vt supra negatur) adhuc conueniens erat, vt minùs restringeretur facultas de eis disponendi, quàm possibile esset, vt minùs quoque præiudicium prioribus Dominis fieret. Est igitur primum fundamētum Bero.multifariè sublatum, quamuis per eo tollendo, minùs multò laborandum fuisset. Verùm enimuerò, si suppletionem Bero. admitteremus, quæ tantùm à veritate,& Federici intentione distat, & bona omnia in feudum pro hæredibus legitimis concessa essent,nihilominus hęreditarium mixtum esse,concludēdum foret, vt habetur in d.decis.Pedem.160.in fi.vbi regulā firmat generalē, quòd vbicunq; in concessione feudi fit mentio hæredum simpliciter, vel cum aliqua etiam adiectione,ante, vel post, vt putà filijs, liberis, descendentibus masculis, legitimis, vel alia simili, feudum semper est hæreditarium, non merè, & simpliciter; sed mixtum,vel secundùm quid; cuius successores
* debent esse hæredes, & communem * attestatur post citatos concord. Eandem regulam magistraliter firmat Loffre. post Imol. quem refert d.consi.52.num.55.Afflict.in c. 1. sub num.8.in titu.an agna. vel fil & fusius pertractat, ac pulchrè tuetur pluribus rationibus, & authoritatibus omnino videndis D.Card.Alba. d.consi. 3. num. 11. versi. feudum autem hæreditarium, & num. seq. & diffusissimè prosequitur Loffred. d. consi. 1. per tot. & signanter sub num. 208. vbi ita pluriès, fuisse iudicatum inquit, nedum in Sac.consil.Neapolit.sed etiam in Hispania in supremo consil. Catholicarum, & Cæsareæ Maiestatum sub Carolo Quinto Imperatore gloriosissimo.

94 Pro constanti igitur supponere debemus,quòd si concessionis verba expressè etiam dicerent, pro hæredibus legitimis, non tamen excluderetur, quin feudum de hæreditario participaret, ità quòd succedentes in eo hæredes esse oporteret,quicquid Bero.in oppositum teneat; cuius fundamenta satis debilia, ex prædictis virtualiter tolluntur; quia apud Doctor. supra citatos contrariam opinionem tenentes, multæ patent responsiones, quas breuitatis gratia non refero, & nè aliorum dicta transcribam; tendunt enim vtplurimùm fundamenta Bero. ad probandum,quòd talis concessio restringitur ad descendentes recipientis, quod & nos fatemur, sed non concludunt, quòd si hæredes non sint, feudum obtinere debeant, quod nos negamus; in hoc enim decipitur, & qui cum eo sentiunt; vt authores animaduertunt supra in oppositum adducti. Verùm quia in quodam argumento à simili,latè insistit, & maximam vim facit in consi.68.nu. 71.vsq; ad num.76.eapropter finè speciali confutatione dimittendū non videtur.

Præsup-

Præsupponit namque, quòd si inuestitura facta sit pro hæredibus masculis, feudum fit ex pacto, & prouidentia, & de hæreditario nihil participet, quam similem esse ait inuestituræ factæ pro hæredibus legitimis, ideo hanc quoque ex pacto, & prouidentia tantùm iudicari.

¶ Pro responsione, non disputãdo an huiusmodi inuestituræ similes, sint, vel nè? quia nõ expedit, neque referendo singula argumenta per scribentes adducta ad impugnãdum conclusionem quam Bero. veram supponit, quæ multa sunt, & efficacissima, sufficit dicere, quòd dicta contraria opinio vtì verior ab omnibus ferè recipitur, & in praxi obseruatur. Nam, & si feudum receptum sit pro hæredibus masculis, mixtum tamen est, & descendenti non debetur, qui non est hæres, neque hæredi, qui non est descendens, prout firmarunt Iacob. de Belui. Andr. de Isern. Aluar. & Præpos. in cap. 1. de eo qui sibi, & hæredi. mascul. Castr. in l. Gallus. §. etiam si parente, colum. fin. versic. sed an requiritur, & ibi etiam Areti. colum. fin. de liber. & posth. & in l. pro hærede. §. quod si tamẽ in primo notab. ff. de acqnir. hæredit. Et ita consuluit Bald. in consil. 428. colum. 2. & fi. volum. 2. & conf. 287. colum. vlt. vol. 3. in anti. Cæpol. consil. ciui. 31. num. 12. Dec. conf. 208. nu. 9. in fi. & sequitur Campeg. inter consil. Bruni consil. 2. colum. 4. versic. sed prædictis, & conf. 24. colum. 2. Rub. Alex. conf. 18. per tot. Grat. conf. 55. nume. 31. * 32. vbi communem * dicit Silua. latè consil. 30. num. 11. ubi communem pluries attestatur Losfre. d. consil. 1. num. 36. cum pluribus seq. & magis * communem * appellat, multos alios adducens, Gabr. in suis comm. conclu. tit. de verb. signif. conclus. 3. num. 5. 6. 7. Bossi. in tit. de princ. & priuil. eius, num. 306. versic. tamen Brun. Didac. variar. resolur. lib. 2. cap. 18. sub num. 7. & Clar. d. quæst. 9. uers. item quæro quid si acceptum, atque Bursar. conf. 2. num. 41. & d. consil. 3. num. 1. & consil. 59. num. 33. & consil. 49. num. 41. Et secundùm hanc opinionem iudicari obtinuisse in Rota, refert Gabr. loco præcitato, sub num. 6. & ita etiam resolutum fuisse in Sena. Pedemont. scribit Cachera. d. decis. 160. in fin. Vndè retorqueri potest argumentum con

96 tra Beroum. Si quidem præsupposita similitudine feudi dati pro hæredibus masculis, & pro hæredibus legitimis, concludeñ. erit, quòd sicut primum ex veriori, & receptiori sententia mixtum est, ita quoque secundum iudicari debeat.

97 Nec omitto, quòd si concessio prædicta pro hæredibus legitimis concepta foret, aliam, & sanè latiorem interpræ tationem reciperet; nam de hæredibus ab intestato intelligi posset, & per consequens, nedum masculos, sed etiam fœminas, contra naturam recti feudi, & nedum descendentes, sed etiam extraneos hæredes compræhendere deberet, per l. 3. §. de illo. & Bart. ibi ff. pro soc. & Alex. in l. ex facto. §. fin. num 9. ff. ad trebel. Et in hanc sententiam consuluit Abb. consil. 3. in 3. dub. vol. 2. Dec. d. consil 32. col. 2. & per tot. conf. 85. nume. 7. conf. 108. nume. 6. conf. 269. num. 2. Paris. d. consil. 4. nu. 8. Alcia. d. consil. 1. num. 19. Grat. d. conf 4. nu. 40. Qua conclusione attenta, magis excludi deberent Illustriss. Dñi Fratres memorati, qui neque ex testamento, neq; ab intestato hęredes esse possunt Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis.

98 Ad vltimum uerò fundamentum unico uerbo * responderi potest, quòd communis * opinio est in contrarium, vtsup. innumerorum ferè testi-

99 monio retulimus. Ideo ab ea in iudicando non est discedendum, c. nè innitaris, cùm not. de constit. ubi Fely. sub nu. 54. Franc. in ult. quæsito, nu. 32. Dec. in 1. lect. num. 28. & in 2. lect. num. 11. ubi latè; latissimè uerò Corat. in tract. de comm. opin. in præfat. & lib. 2. tit. 8. inspect.

100 11. nu. 16. vsque ad fin. Quinimo ipsemet Bero. in præcedenti consil. 68. num. 29. 42. 43. & 75. versic. uidetur feuda, cõtrarium expressè tenuit, ingenuè fatendo, quòd feuda concessa pro se, & hæredibus, requirunt quòd quis sit descendens, & vniuersalis hæres, saltem in aliqua parte, ad hoc, ut succedere possit, & pro parte hæreditatis admitti, & multa allegat.

101 Sed quod magis est, uidetur in eodem consilio tenere, quòd sint merè hęreditaria, ut uideri po- ** test nu. 31. ubi cõem * dicit nu 45. 49. 77. cõem * etiam dixit Alex. conf. 10. nume. 8. lib. 3. & pro * communi * refert, & probat obiectis respondens D. Card. Alb. conf. 3. nume. 9. post allegatos; & ante eum Card. Paris. conf. 2. num. 16. cum plur. seqq. Rimi. iun. conf. 9. num. 87. cum alijs seqq. Beneuenta. in rep. c. Imperialem, pag. 96. col. 12. & 13. ubi doctè, & notabiliter loquitur de prohib. feu. alien. per Feder. Rolan. conf. 55. num. 2. lib. 3. Mari. Frec. in d. tract. de subfeud. lib. 3 qua

102 si per tot. & signanter cap. ult. Concludentes, quòd qui succedere uolunt in huiusmodi feudis nedum hæredes esse debent, sed etiam defuncti factum ratum habere, & disposita circa ipsa feuda approbare, & in nullo contrauenire, perinde, ac si bona allodialia, & hęreditaria in omnibus, & per omnia existerẽt. Et in propria nostra specie Alcia. d. conf. 1. nu 9. cum seq. Gozad. d. conf. 26. nu. 1. & 24. & latiss. Grat. d. respon. 4. nu. 42. usque ad nu. 65. qui omnino uideatur.

103 Siue igitur Ciuitas Corrigiæ, & oppidum Fabrici cum alijs bonis in dicta quarta priuilegij parte descriptis, libera sint, & allodialia. Et siue propria Illustr. Corrigieñ. ut certè sunt, siue à Federico Imperatore donata, siue per contractum innominatum, aut in feudum improprium, & conditionatũ, atq; ad hæredes quoscunq; transitorium, ab ipso concessa, siue feudalia sint, & in feudum

feudum verè data, pro se, & hæredibus, vel pro
se, & hæredibus legitimis, omni in casu exclusi
sunt Illustriss. Domini fratres memorati à por-
tione, qui fuit Illustriss. & Reuerend. D. Card.
104 prælibati, quæ Illustriss. D. Alex. eius filio hæ-
redi scripto debetur, sicuti ēt ab intestato debe-
retur, si ille restatus non fuisset, ad tradita per
Mari. Free. de subfeu. lib. 3. c. 20. cum concord.
105 Ex supradictis añt facilè est ēt dignoscere qua-
litatem feudi Rossennæ, & aliorum bonorum in
prima priuilegij parte descriptorum. Nam aut
vera est interpretatio Bero. quā dat huic inue-
stituræ Rossennæ in d. cons. 69. num. 12. 13. vbi
vult pro hæredib. legitimis factam esse, ex quo
ita fuit supplicatum, & succedunt quæ de alijs
bonis deducta sunt aduersùs Bero. sententiā, &
sic feudum est hæreditarium simplex, vel saltem
mixtum. Aut verò interpretationi prædictæ ad-
hærendum non est, quod ego libentiùs admit-
terem, vnà cum Grat. d. respon. 4. nu. 40. 41. &
feudum informe remanet, hoc est simpliciter
concessum supplicantibus, nulla facta filiorum,
aut hæredum mētione, & hoc casu feudū quoq;
hęreditarium iudicari debet, quicquid Bero. eo.
107 cons. scripserit sub nu. 10. 11. contra quem est
* magis communis * opin. doctorum, vt ipsemet
fatetur in cons. 77. num. 15. & 21. eo. lib. 1. & ex
infradicendis apparebit. Pro qua primò est tex.
in c. 1. de duo. fratr. à cap. inuesti. consertq; bo-
nus tex. in l. si pactum, de probat. & in c. 1. an
agna. vel fil. Hanc firmat glo. in verb. succeden
te in c. 1. quibus mod. feud. consti. poss. in c. 1.
per illum tex. & ibidem Isern. & Aluaro. in tit.
an agna. vel fil. & idem Bald. in cons. 328. col. 2,
vol. 2. & Isern. in c. 1. in §. huius autem generis.
num. 11. ex quibus cau. feud. amitt. Castr. cons.
311. sub nu. 3. lib. 1. & in l. pro hærede. §. si quid.
nu. 9. de acq. hæred. Castr. & Alex. in l. si mihi,
& titio. de verb. oblig. Roma. in l. ēt solu. matr.
Alex. cons. 18. nu. 7. & cons. 26. nu. 3. lib. 5. Cu-
ma. cons. 166. per tot. Barba. cons. 14. colum. 10.
cons. 22. col. 5. lib. 2. & cons. 66. lib. 4. Soci. con-
sil. 19. num. 3. lib. 1. & cons. 257. colum. penult.
vers. tamen ostendo lib. 2. Rub. in d. l. Gallus. §.
* quidam rectè n. 181. vbi de communi * cons. 18.
nu. 3. & cons. 48. num. 3. Brun. cons. 24. num. 3.
cons. 80. nu. 14. Paris. cons. 2. col. 4. cons. 5. col. 3.
& cons. 26. nu. 159. lib. 1. Curt. consil. 3. colum. 2.
& Sylua. cons. 30. num. 14. 15. 16. Afflict. in c. 1.
nu. 24. de alien. feud. pa. Curt. iun. cons. 3. nu. 4.
& cons. 138. num. 15. Ias. in l. apud Iulianum. §.
* si quis alicui. num. 9. de leg. 1. vbi communem *
affirmat in l. fin. num. 92. C. de edict. Diui Adria.
tollen. Rui. cons. 15. num. 6. & cons. 17. num. 3.
lib. 1. Alciat. respon. 160. num. 9. 180. in princ.
& 183. colum. 2. Natt. cons. 130. num. 10. lib. 1.
& 634. num. 6. lib. 3. Gabr. d. conclus. 3. num. 18.
Soci. iun. in cons. 79. num. 19. lib. 4. consil. 103.
num. 13. & 34. lib. 2. Neuizza. consil. 9. num. 8.
& cons. 10. num. 15. Didac. lib. 2. var. resolut.
cap. 18. ante num. 4. vbi hoc magis receptum as-
serit ab his, qui de feudis tractauerunt, refert, &
sequitur Clar. d. §. feudum, quæstio 9. versic. sed
quid dicendum? Menoch. consil. 1. nume. 313.
& seq. & consil. 61. num. 9. Rimin. iun. cons. 18.
num. 14. Card. Alba. cons. 2. num. 26. Roland.
* consil. 97. num. 39. qui de communi * etiam te-
statur vol. 1. & cons. 67. num. 23. lib. 2. cons. 55.
num. 1. lib. 3. cons. 2. num. 15. vbi etiam de com
* muni * vol. 4. Boss. in tit. de Princ. & Priui. eius,
num. 309. Cæpha. cons. 152. nu. 55. & cons. 224.
num. 75. 77. lib. 2. Ioan. Bapt. Ferret. cons. 120.
num. 2. Bursat. d. cons. 3. num. 4. qui magis com-
* munem * affirmat latissimè Cacher. decis. 160.
per tot. Et in terminis huius feudi Rossennæ,
Grat. d. respon. 4. num. 41. Constat igitur tan-
torum patrum, testimonio hāc esse verissimam,
* & magis communem * sententiam, à qua licèt
multi etiam recedant, quos pleno calamo retu-
lit Cacher. d. decis. 160. num. 12. imò pleniori,
quàm opus esset, ex quo non paucos citauit, nil
tale concludentes, & aliquos etiam contrarium
potiùs tenentes (vt quisque potest in fonte le-
gere) sunt tamen numero, & authoritate valdè
inferiores; sed & legibus, & rationibus facilè
vincuntur, vt clarè potest ex adductis per vtrāq;
108 classem dignosci, quorum argumenta non cu-
raui, breuitatis causa conferre, & quia ad ea tē-
pora peruenimus, vt in proposito inquit Rub.
d. cons. 18. sub num. 4. in quibus non legibus,
& rationibus creditur, sed authoritatibus. His
itaque fretus, inconcussè teneo idem de hoc feu-
do iudicandum fore, quod de alijs bonis memo-
ratis; consequenterq; Illustriss. DD. Fratres an-
tedictos in portione, quæ fuit Illustriss. & Reue-
rendiss. q. Cardinalis succedere non posse, sed
tantùm Illustriss. D. Alexandrum eius hęredem.

¶ Superesset vltimo loco deducendum funda-
mentum legitimationis Illustriss. D. Alexandri,
cuius virtute omnium feudorum effectus est ca-
pax, etiam si ex pacto, & prouidentia essent, vel
alterius cuiuscunq; qualitatis. Verū quia abun-
dè satis, & eruditè admodū super hoc scriptum
fuit, per Excellentissimos Iurisconsultos com-
patronos, silentio prætereundum duxi, nè solem
facibus illustrare velle videar. Vndequaque igi-
tur tutus est Illustriss. D. Alexan. nedum in pos-
sessorio, quo egit, sed etiam in petitorio, quod
cumulare satagit pars aduersa, laus Deo Cle-
mentissimo, &c. Ita iuris esse respondi ego Lu-
douicus Sacca I.C. Parmeñ. Ideoque subscripsi,
& sigillo meo signaui, &c.

Per laudum Cęsareū fuit lis terminata ex qua-
dam potius æquitate, quàm iuris rigore.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Legato fundo, vel altero fundo sub conditione, non est locus electioni pendente conditione, quia non cedit dies legati, nec trasmißioni locus est; quod procedit siue optio sit legatarij, siue haredis.

2 Dispositio loquens de nascituris conditionalis est, quia inest conditio, si nascentur.

3 Legatis duobus alternatiuè, si alteri inest conditio, etiã tacita, puta dependens ab aditione hareditatis, non est optioni locus, donec conditio pendet.

4 Legato vsufructu, vel si nauis ex Asia venerit, legatis decem, non potest legatarius vsumfructum consequi, nisi purificata, vel defecta conditione prædicta, ne potestas haredi, vtrum velit dandi, auferatur.

5 Electio est vnum de pluribus voluntariè capere.

6 Fideicommisso grauatus de restituendo vni ex proprijs filijs, cum morietur, non potest viuens eligere, et restituere, sed tẽpus mortis expectare debet.

7 Grauatus restituere pluribus certis personis sub cõditione, si ante conditionis euentum restituat, non liberatur.

8 Grauatus restituere hareditate in diem, vel sub cõditione, si ante restituat, non transeunt actiones in fideicommissarium.

9 Promittens dare, si aliquid, vel cum aliquid factũ fuerit, si ante dederit, quàm factum sit, non videtur fecisse quod primißet.

10 Grauatus distribuere hareditatem, uel bona aliqua inter pauperes Christi, cum morietur, non potest id facere in vita sua, nè praiudicium fiat pauperibus, qui post eius mortem erunt. Sed contrarium vide infra nu. 24. cum seqq. & nu. 30.

11 Optio inter actus legitimos connumeratur.

12 Actus legitimi non recipiunt diem, neq; conditionem, nec in suspenso stare possunt.
Sed illorum executio benè potest à futuro euentu pendere.

14 Tutor dari potest sub conditione, si cauerit.

15 Conditio, qua respicit tantùm executionem actus, siue tacita, siue expressa, non suspendit illum, nec innalidat.

16 Dictio, tunc, denotat temporis extremitatem, quo actus expediri debet.

17 Stirpis nomen, tam nascituros comprahẽdit, quàm natos, licèt ad eorum commodum interpratãdum sit, qui sint in rerum natura, tempore quo dispositio effectum sortiri debet.

18 Dispositio qualibet ad nasciturorum commodum regulariter fieri potest, & prasertim in materia vltimarum voluntatum, & contractuum.

19 Prafatio causam finalem dispositionis indicat.

20 Finalis causa regulat omnem dispositionem.

21 Causa in prafatione inuestitura feudalis expressa, finalis cẽsetur, & in omni parte repetita cẽsetur.

22 Mens & intentio disponentis, est anima dispositionis, verborum autem forma indicatur vt corpus, ideò prafertur illa verbis, vt anima corpori.

23 Mens & voluntas in omni dispositione primo loco attenditur, secundo loco verisimilitudo, tertio verborum proprietas.

24 Grauatus restituere vni de familia cum morietur, si in vita eligat, & restituat, valet electio, sed reuocabiliter, quia variare potest, & non secuta variatione, tenet actus vt ab initio.

25 Variatione autem secuta, remanent nihilominus fructus medij temporis primo electo, quia in praiudicium eligentis valet, & ius suum donasse videtur.

26 Dominium quoq; & possessio transit in electum, licet hareditaria actiones non transeant medio tẽpore, & est communis.

27 Non enim nulla sunt qualitates, & nulla passiones.

28 Debitor dandi, vel faciendi in diem, vel sub conditione, potest ante tempus, vel conditionis purificationem satis debito facere, si creditoris, aut tertij non intersit.

29 Interesse hoc casu interpratandum est, quod principaliter, non quod in consequentiam venit.

30 Grauatus distribuere bona inter pauperes Christi per eum eligendos, cum morietur, potest tamen in vita eligere, & distribuere, quia principalitec tractatur de interesse, & fauore anima testatoris, secundario verò pauperum, & est verior, et aquior, & magis communis opi.

31 Principaliter quod agitur, & in intẽtione est, si pugnet cum eo, quod in consequentiam venit, illud semper attenditur, & praualet; à quo, & regulatur dispositio.

32 Contrariorum eadem est disciplina.

33 Electio qua fieri debet, si inconueniens, aut absurdum aliquod ex dilatione sequi potest, differri nullo modo debet.

34 Conditio tacita, & qua ex natura rei inest, non vitiat actum, etiam legitimum.

35 Electio Pralati, qua conditionalis esse nequit, si tamen tacitam habeat conditionem, valet nihilominus, & tenet.

36 Prasentatio quoq; beneficij eodem modo sustinetur, conditione tacita non obstante.

EPITOME.

Facultate certa personæ attributa eligendi vnum ex masculis nascituris ex altera duarum sororũ ad Primogenitum, vel ius aliquod, an fieri possit electio in personam alicuius nati ex vna ipsarũ? an vero expectari debeat, quòd ex altera sorore ad pariendum apta aliquis nascatur filius, vel

quòd ex ea nullus verosimiliter nasci possit?

Concluditur electionem fieri posse de illo nato; sed eligentem variare posse, si ex sorore sobole carente, superueniant liberi, & nihilominus medij temporis fructus, etiam secuta variatione ad electum pertinere.

Item grauatum distribuere hæreditatem, vel certa bona inter pauperes Christi cum morietur, posse tamen in vita distribuere, secundùm magis communem, veriorem, & æquiorem opi. licèt multos habent contradicentes.

RESPONSVM VII.

TRansmissus ad me fuit à Reuerendiss. Episcopo Ciuitatis vnius Lombardiæ casus, de quo infra consulendus; suppressis nominibus; eò quia consciētiæ suæ plenè consulere intendens, consultorem eligere voluit partibus incognitum, & cui etiam partes sint incognitæ.

Sempronius nobili genere natus, duos habens filios masculos, legitimos, & naturales, & totidē filias, dote filiabus constituta, filios hæredes vniuersales instituit, sed priùs prædia nonnulla, & domos non mōdici valoris, Primogenito suo prælegauit; asserens id facere pro conseruatione honoris, & decoris domus, & familiæ suæ, quia intendebat talia bona in perpetuum subiacere primogenituræ, & in eis solum primogenitum, legitimū, & naturalem dicti sui primogeniti succedere, & deinceps de primogenito in primogenitum legitimū, & naturalem deuenire. Et casu quo dicti sui primogeniti linea masculina, quandoq; deficeret, secundogenitus, & post eū illius primogenitus legitimus, & naturalis succederet, & successiue de primogenito in primogenitum, vt sup. dicta bona deuenirent. Quandocunque verò contingeret ambos eius filios, & eorum descendentes masculos legitimos, & naturales deficere, vt familiæ suæ, & casatæ nomen adhuc conseruaretur, facultatem, & authoritatē dedit vltimo ex descendentibus dictorum eius filiorum morienti, nominādi, & eligendi ad dictam primogenituram, & in locū, ius, & statum suum subrogandi vnum ex filijs, vel descēdentibus masculis legitimis, & naturalibus duarum eius filiarum natum, vel nascirurum, quem maluerit, cum simili successione de primogenito in primogenitum; hac tamen adiecta conditione, quòd nominandus, & eius posteri ad primogenium admittendi, assumant cognomen, & insignia testatoris, & perpetuò retineāt, continuēt, & conseruent, sub priuationis pœna.

Sin autem talis vltimò decedens, nullum nominauerit, & in sui locum subrogauerit, tunc & eo casu voluit, iussit, & ordinauit talem electionem, & nominationem spectare, & pertinere ad Reuerendiss. Episcopum Ciuitatis, pro tēpore existentis, qui eligere debeat, quam stirpē duarum filiarum antedictarū ad primogeniū admitti voluerit, plurimùm de illius prudentia, & integritate confidens. Ita quòd de stirpe per D.S. Reuerendissimum eligenda primogenitus legitimus, & naturalis in bonis prædictis succedat, & post eius mortem, de primogenito in primogenitum vadat, ordine quo supra, & cum eadem conditione assumendi cognomen, & insignia testatoris, & vt supra.

Contigit igitur vtrunque filium masculum sine filijs, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, nulla facta per vltimū nominatione, vitam cum morte commutare, ita quòd ad Reuerendiss. D. Episcopum facultas ista optandi, & nominandi deuoluta est. Verùm quia altera filiarum prædictarum filium habet vnicum masculum legitimum, & naturalem, altera verò fœminas tantùm; sed ob ætatem plures alios potest liberos parere. Dubitatur vtrùm possit Reuerendiss. D. Episcopus stirpem filij prędicti, qui in rerum natura solus reperitur, eligere, & nominare, vel potiùs expectare tempus, quo ex altera testatoris filia, masculi oriantur, vel probabili spe pariendi destituatur? prout ipsa prærendir, & vehementer instat? Quid ergo iuris sit quæritur?

1 Et quòd electio differenda sit, suaderi videtur primò per tex. in l. cum illud. iuncta glo. in verbo electio. ff. quando di. leg. ced. vbi legato fundo, vel altero fundo sub conditione, deciditur, pendente conditione, non esse locum electioni, & propterea legati diem non cedere, nec transmissioni locum esse, & subdit ibi glo. id procedere siuè legatario relicta fuerit optio, siuè hęredis sit, prout in dubio, & regulariter esse solet. Vndè ad casum nostrum inferri videtur, quòd cum electio facienda sit de filijs naris, vel nasci-
2 turis, vt testatoris dispositio loquitur, † & sic conditionalis sit respectu futurorum, vt in terminis dictat tex. in l. cum ita, eo. tit. & in l. 1. in fi. de cond. & demonstr. nullo pacto electio fieri possit, non purificata conditione, hoc est donec aliquis masculus ex alia sorore oriatur, qui eligi possit, si Reuerendiss. D. Episcopo placuerit, vel certum sit nullum nasci posse, & sic cōditionem defecisse, d. l. cum ita.

3 Secundò, Per alium tex. in l. si vsusfructus, cū nor. ibi per Alber. ff. eod. tit. Vndè colligitur, quòd cum duo alternatiuè legantur, & alteri inest conditio, etiam tacita, puta dependens ab aditione hæreditatis, donec ipsa conditio pendet, electione locus non est, & hoc argumētum applicatur, vt præcedens.

4 Tertiò

4 Tertiò, Per l.toti.de vsufr. lega. vbi si vsusfructus Stichi, vel si nauis ex Asia venisset, decem legata sunt, non petit vsumfructum legatarius, nisi cōditio existat, vel deficiat, nè potestas hæredi, vtrum velit dandi, auferatur.

5 Quartò, Allegari potest doctri. Petri à Blax. in suo directo.actio. par. 1.c.6. vbi diffiniendo electionem, inquit, eligere esse vnum de pluribus voluntariè capere. Quòd si in casu nostro Reuerendiss. D. Episcopus eligere deberet, cū vnus tantum ex descendentibus sororū prædictarum extet, electionem facere non diceretur, tū quia deficit pluralitas eligendorū de substantia actus electiui, tum quia voluntaria non esset electio, sed eū solum nominare, aut eligere cogeretur, qui nunc in rerum natura est, arg.l.stichum.§.1. de solu.l. qui duos de manum.Testa.& d.l. cum ita. cum sim.

6 Quintò, Vltra prædicta stringere videtur etiam Tex.in l.cum pater.§.à filia. de leg. 2. vbi fideicommisso iniuncto filiæ de restituendis prædijs, vni ex filijs suis, cui voluerit, cum morietur, si viua vni filiorum dederit, fideicommisso nō pareat, sed debet expectare mortis tēpus, & sic purificatæ conditionis, vt electio, & restitutio teneat, & optimam Iurisconsultus rationem reddit, quia fortè eo tempore destinatio fideicommissi in alium cadet.

7 Sextò, Vrgere quoque videtur.l.filiusfamilias §. Diuus Seuerus de.l. 1. vbi rogatus restituere pluribus certis personis, sub conditione, si ante euentum conditionis restituat, non liberatur: Sic ergo dicendum est Reuerendiss. D. Episcopum, si in præsentiarum eligat, pendente conditione natiuitatis filiorum, ab obligatione eligendi, & nominandi, minimè liberari.

8 Septimò, Accedat casus.l.sed si ante.ff.ad trebell. vbi decisum reperitur, quòd si ante diē, vel conditionem restituatur hęreditas, non trāseunt actiones in fideicommissarium, quia non ita restituitur hæreditas, vt testator rogauit, quasi per forma traditum, vt purificata conditione restituatur, & non ante.

9 Octauò, Facit optimè.l.stipulatio ista. §. incertam, de verb. oblig. quo loco docet Vulpianus eum qui promisit dare, si aliquid factum fuerit, si ante dederit, quàm factum fuerit, & sic pendente conditione, non videri fecisse, quod promisit. Ex quo inferri videtur, quòd ad hoc, vt eligere debens, id faciat, ad quod ex dispositione testatoris tenetur, expectare cōditionis prædictæ implementum, vel deficientiam debeat.

10 Nonò, Placet allegare not. doctrinā Bart. speciei nostræ apprimè congruentem in d. §. à filia, quam ex illo tex. elicit, inquiens, quòd hæres grauatus, cum morietur distribuere hęreditatē, vel bona aliqua inter paupetes Christi, non pōt hoc in vita facere in præiuditiū pauperum, qui erunt post eius mortem. Idem repetit Bart. in l.post mortē.C.de fideicom. Sequuntur ibidem Ang. & Ias. nu.6. cōem * attestans, post Alex. in d.§.incertam, quem legit vnà cum.§.si quis dolum.n.6. alios quoque in eam sententiam citantes. Communem ēt affirmat Dec. in l.cū tēpus, nu.2. de reg. iu. pro qua consuluit Bal. cons.75. videtur quòd electio.li.3.& eleganter Rom.cōsil. 402. circa primum, & Dec.cons.416.nu.22. Sic igitur & in casu nostro concludendum videtur, quòd in præiudicium descendentium futurorum sororis sobole nonc carentis, nominatio, & electio fieri nequeat.

11 Decimo, & vltimò videtur text. in terminis l.actus legitimi, de reg.iu. vbi optio inter actus
12 legitimos connumeratur, † & diem, conditionemq; non recipere dicitur; pura etenim esse debet, non verò stare in suspenso, & in reg. actus legitimi, eo tit. in 6. & vtrobiq; glosa, & Doct. not. Vndè colligitur, quòd cum optio, & electio fieri debeat, cuius stirpis esse debeat primogenitus nominandus, si eligat stirps sororis nondum edita, quia electio effectum sortiri non possit de præsenti, necessariò differenda sit in tēpus, quo purè fieri queat, & nulla ratione suspendatur.

Ista sanè ingeniosa sunt fundamenta, & alia huiusce generis quāplura adduci possent, quæ spernenda nō sunt, sed tamen contrarium omnino tenendum arbitror, ex infradicendis.

Imprimis, & ante omnia concludo, actū quem facturus est Reuerendiss. D. Episcopus in eligendo, & nominando vtsup. conditionalem nulla ratione dici posse; sed imò purum, & statim expediendum. Nam non agitur nunc principaliter de fundanda primogenitura in personam alicuius personæ particularis, sed de eligenda stirpe vna, vt de ea postmodum primogenitus bona obtineat primogenituræ supposita; effectus autem, & executio nominationis, benè habet in se conditionē si stirps filiæ masculis carente, nominata fuerit, quia nullus ipsorum primogenituram assequi posset, nisi nascatur.

13 Cæterùm nouum non est, quòd actus fiant puri, & validi, quorum executio à futuro euentu pendeat, vt probat tex. apertus in l. furiosus. ff. de tutel. vbi furiosus datus tutor, ita demū administrare potest, si sanæ mentis esse cæperit, & sic executio actus tacitam habet conditionem illam, si sanæ mentis euaserit. Et aduertendum est, quòd lex illa loquitur etiam de actu legitimo, qui non recipit diem, neque conditionem,
14 sicuti nec optio d.l.actus legitimi, † & nihilominus conditionem admittit, vt sup. Ad idem citari solet.l.muto.§.sub conditione. ff.eo. tit. qui in cōditione expressa specificè loquitur; hoc est Præsidem dare posse tutorem, sub conditione, si cauerit, & hoc nil aliud esse, quàm non permittere eum gerere, nisi rem pupilli saluam fore cauerit,

uerit, & per consequens executioni actus quandam imponere conditionem, quæ ipsum suspendat, vsquequo purificata fuerit, vel defecerit. Benè etiam facit. l.& si conditionis, de authoritate tuto. vt ex eius inspectione patet.

15 Et hanc conclusionẽ, quòd conditio, quæ executionem tantùm respicit, non suspẽdat actum, & eius validitatem non impediat, siue tacita, siue expressa sit, firmat Bart. in l.item quia.§.1.in fin.ff.de pac. & in l. ita demum.§.1. ff. de arbit. Bal.in c.fin. per eum tex. colum.1.vers.sed tunc quæro, extra de præsumpt. & ibidem D. Card. Dec. in c.2.nu.34.35. Rip.num.28. de rescript. & idem Dec. d.l. actus legitimi in 2. limitat. & num.7. atque Cagno. num.18. in fin. & nu.27. Et in his omnibus locis quamplura videri possunt exempla, quæ breuitatis causa non refero. Nominatio igitur,& electio,de qua agitur, multùm differt ab illius executione, vt in pari specie docet Bart. in l. cum quidam, la 2. in fin. de lega.2. & ibi Card. Alba, in lucubra. & D.Abb. in consil.11. num.4. lib.2. qui quæso videatur.

16 Secundò, Confirmantur prædicta ex natura illius clausulæ (tunc, & eo casu) per testatorẽ appositæ, quæ denotat extremitatem temporis, quo actus expediendus venit. l.4.§.1. de condi. & demon. vbi glo. Bar. & * omnes signanter, & in l. substitutione, de vulg. & pupil. cum vulg. & in paribus omnino terminis Io.à Rip.in Rub. C.de secun. nup. nu.11.12. vbi ponit casum in testatore instituente filium suum, & eo sinè filijs decedente, substituente secundo genitum filiæ suæ primæ, & si hæres non erit, vel sinè liberis morietur vocante secundo genitum secundæ filiæ, & cum decesserit filius testatoris sinè liberis, superstite vnico filio primæ filiæ, qui fuerat secundogenitus ipsius, sed erat factus primogenitus per mortem primogeniti, & superstite quoque secundogenito secundæ filiæ, cõcludit hunc esse admittendum,qui erat secundogenitus tempore quo venit casus substitutionis, pluribus rationibus, & præsertim propter illam dictionem. Perinde est ergo, ac si mãdasset testator electionem, & nominationẽ fieri statim, quòd amborum filiorum masculorum linea masculina defecerit absque nominatione per vltimum morientem facta. Ideo conditionalis esse nõ potest, neque in longius tempus protrahi.

17 Tertiò, Vehementer vrget, quòd si aliter diceremus, sequeretur quòd ille vltimus decedens, qui poterat in locum suum subrogare vnum ex descẽdentibus filiarum testatoris, quem voluisset, hac facultate vti non potuisset; & sic elusoria mens disponẽtis in hac parte reddita fuisset, si expectandus fuisset futurus euentus filiorum, qui nasci poterant, quod nedum est contra clarissimam Testatoris mentem, de qua infra suo loco agemus, sed etiam contra expressa verba, dum eidem facultatẽ concedit nominandi vnũ natum, vel nasciturum, ex qua stirpe maluerit. Etenim stirpis nomen, tam nascituros compræhendit, quàm natos, licèt ad eorum cõmodum interpræandum sit,qui in rerum natura sint tempore, quo dispositio effectum sortiri debet. Bero. latè conf.6. num.9. cum seqq. lib.2.

18 Quartò, Si præsupponeremus verũ esse, quòd Reuerendiss. D.Episcopus non posset nunc nominando, & eligendo disponere ad beneficium nasciturorum, ex quo incertum est vtrum nasci debeant, nec ne? Sequeretur quòd legatum de quo agitur, nullum, & inualidum fuisset, quoad filiarum descendentes, quia nulli omnino masculi extabant tempore conditi testamenti, ex prædictis DD.Sororibus, & vtrinque de nascituris agebatur, quod absit vt dicamus, quandoquidem valent dispositas in testamentis, tam ad nasciturorum commodum,quàm iam natorum licèt illorum respectu cõditionalis sit dispositio d.l. cum ita, quando di.leg.ced. & d.l.1.in fi. de cond. & demonst. & in materia fideicommissorum vbique traditum reperitur, vt in l. cũ auus, de cond, & demonstr. & in l. cum acutissimi. C. de fideicommissis, & alibi passim. Sic etiam videmus in materia feudorũ validè stipulari posse pro nasciturіs, & illis postmodum tempore debito acquiri. c.vni,de eo,qui sibi,& hæredibus. Clar. in §.feudum. q.9. & vbique tractatum videmus, de feudis ex pacto,& prouidentia,debitis acquirentium descendentibus.

19 Quintò, A' prefatione legati prędicti argui potest, electionem non esse differendam, quia scilicet intendebat testator conseruare nomen, decus, & honorem familiæ suæ, quoad eius fieri posset, sed certum est, minùs conseruari, si electio ad multos annos differatur, vt contingere potest; Ergo, &c. Præfationes enim causam finalem indicant maximè in vltimis voluntatibus * l.vlt. vbi Bart. & Scribentes * omnes de hæred. insti. & idem Bart. in l.pen.in princ.ad Macedo. Bald. in prohem. feud. Dec. in l. vnĩ. nu. 14. C. de sen. quæ pro eo, quod inter profer. & alibi

20 sæpissimè. † A' causa verò finali regulatur penitus omnis dispositio. Tiraquel. latè in tract. cessan. causa, limit. 1. num. 5. cum pluribus seqq.

21 † Et notabiliter inquit Afflic. in c.1. an mut. vel ali. imperf. in materia inuestiturarum feudaliũ, eo quòd causa finalis sit substantia, semper recurrendum esse ad tenorem inuestituræ, & ea præsertim, quæ in præfatione inuestituræ exprimuntur, quæ in omni parte repetitæ censentur, ad idem Brun. in conf.73.num.7. cum concord. Hinc rectè inferri videtur, mentis testatoris fuisse, vt nullo tempore vacet primogenitura per eum instituta, & illius familiæ nomen, & in-

22 signia sepulta, aut sopita non maneant. † Quæ mens,& intentio est anima dispositionis,& ideo magis

magis attendenda, quam verborum forma, quæ
vt corpus iudicatur. l. cum pater. §. dulciſſimis,
vbi Bart. & Scrib. de lega. 2. Soci. conſil. 59. nu-
me. 2. lib. 4. Paris conſil. 23. nume. 62. in primo,
& eleganter ſcribit Cic. in oratione pro Aulo
Cecina, actum non ex verbis pendere, ſed ho-
minum conſilijs, & authoritatibus verba ſerui-
re; quia voluntas totum facit, quæ ſi tacitis no-
bis intelligi poſſet, verbis omnino nõ vteremur.
Sed quia id fieri non poteſt, verba reperta ſunt,
quæ non impedirent, ſed indicarẽt voluntatem.
Et Diuus Hieronymus ſuper Epiſtola ad Gala-
tas, nõ in verbis ſcripturarum eſſe Euangelium,
ſed in ſenſu, non in ſermonum folijs, ſed in ra-
23 dice rationis.† Et expeditum eſt, quòd non om-
ni diſpoſitione mens, & voluntas primo loco at
tenditur, ſecundo verò veriſimilitudo, tertio au
tem verborum proprietas, vt per Cagno. in l.
ſemper in obſcuris nume. 5. cum ſequentibus,
de reg. iur.
24 Sextò, Dato citra veri præiuditium, actum
quem Reuerendiſs. Dominus Epiſcopus gerere
debet, conditionalem dici poſſe, vt contraria
prima fronte ſuadere videntur, diſcutiamus an
in præſentiarum validè expediri poſſit? Et ſanè
pro affirmatiua adhuc concludendum. Nam
præſuppoſito, quòd in præiuditium naſcituro-
rum non teneat, tenebit tamen ad commodum
viuentis, ſed illis in lucẽ peruentis, poterit prio-
rem electionem, & nominationem variare, &
aliam ſtirpem eligere, quod ſi non fecerit dicetur
in priori voluntate perſeuerare, & actus ille qui
reuocabilis erat, irreuocabilis efficietur, & in
præiuditium quoque dictorum, ex poſt natorũ
confirmabitur. Colligitur iſta notabilis doctri-
na ex l. vnum ex familia, de leg. 2. vbi grauatus
per fideicommiſſum eligere vnum ex familia,
cum morietur, & ei reſtituere, & ſic conditiona-
liter, ſi in vita eligat, & reſtituat, non compara-
tur electus verò creditori, quia reuocabiliter
accipit cum mutari poſſit electio, ſed ſi in ele-
ctione vſque ad mortem grauatus perſeueret, &
ſic vſque ad conditionis purificationem, fuiſſe
videtur verus creditor ille electus vſque ab ini-
tio, & reſtitutio tunc fit irreuocabilis. Quem
tex. ad hoc ponderat ibi glo. in verbo mutetur,
& alium eligat, & Bart. in ſummario, in 3. notab.
& in vltima oppoſitione, concludens vbique,
quòd iuſſus reſtituere cum morietur, vni ex cer-
tis, eligere poteſt viuens, ſed vſque ad mortem
variare. Bal. ibidem in princ. & per tot. Caſtr.
* in princ. & fin. & cæteri Scriben. deſ. * Idem
firmat gloſſ. 2. & 3. in d. l. cum pater. §. à filia pr.
de lega. 2. & poſt eam Iacob. ab Arena noſter
Parmẽ. in fin. & Dyn. ac Bart. in prima, & ſe-
cunda oppoſitione. Bald. in ſummario. Alber.
25 in princ. & in fin. ac Caſtr. in d. glo. t. † vbi ſi-
gnanter addit, medij temporis commodum, &
fructus ſuperueniente quoque variatione, eſſe
ipſius electi; ex donatione quam eligens face-
re videtur, de, & quod ipſemet præcipuè pote-
rat, ſi electionem diſtuliſſet. Et idem dixerat in
d. l. filiusfamilias. §. Diuus Seuerus, nume. 5. de
leg. 1. Cuius hæc ſunt verba formalia (ſin autem
incertæ perſonæ reſtituit per eum certificandæ
tẽpore mortis, ut ſi eſſet rogatus reſtituere poſt
mortem uni de familia, quem elegerit, & in ui-
ta elegit unum, non poteſt retractare pro tem-
pore, quo habet uiuere, quia uidetur donaſſe ius
ſuum pro illo tempore, ſed benè poteſt retracta
re pro tempore ſecuturo, & alium eligere, ad
quem bona debeant peruenire, & retractabitur
prima reſtitutio. Sed ſi alium non eligat, rema-
net penes prædictum, & tunc incipit habere ex
teſtamento fideicommittentis) & allegat d. l.
unum ex familia, & d. §. à filia. Sequitur Aret.
26 in tracta de teſtam. gloſſ. in uerbo eligendis. †
Idem explicat Salycet. in d. l. poſt mortem, nu-
me. 2. & 5. inquiens, quòd & ſi hoc caſu non
tranſeant actiones ex Trebelliano in eum, cui
facta fuit reſtitutio, conditione pendente, benè
tamen tranſit dominium, & poſſeſſio, & lucra-
tur fructus, quia illud à ſe abdicare dependebat
à poteſtate reſtituentis. In eandem ſententiam
loquitur ibi Com. nume. 40. Signo. de Homo.
num. 13. & Iaſ. num. 6. uſque ad fin. plures alle-
* gans concord. & de communi * atteſtans, pro
qua extat elegans Rom. conſ. 402. circa primum
in fin. ſupra in oppoſitum citatum, cum quo in
hoc concordat pulcherrimum conſil. Anch. 202.
in ſecundo dubio, licèt in cæteris pugnet, ut in-
fra dicetur. Sic etiam uidemus Patronum lai-
cum, qui præſentauit Clericum ad beneficium,
poſſe uariare, antequam ſequatur inſtitutio. c. 1.
§. quod autem, c. cum autem, & c. paſtoralis,
de iurepatrona. Roch. de Cur. in tracta. de iu-
repatro. in ver. honorificum. q. 9. & 10. Lambert.
in ſimili tracta. lib. 2. par. 2. q. 7. princ. ſub tit. de
uaria. præſentantium, ubi multos citat, & com-
* munem * atteſtatur.
27 Septimò, Principaliter dicitur, non poſſe ele-
ctionem, & nominationem impedire, quamuis
conditionem aliquam contineret, quia nihil in-
tereſt filiorum naſciturorum, ex ſorore filijs ca-
rente, verum nunc fiat, vel in tempus purificatę,
aut defectæ conditionis differatur. Aut enim
nulli naſcentur, & illorum intereſſe non poteſt,
quia non entium nullæ ſunt paſſiones. l. ſi eius.
ff. ſi cer. pet. bonus tex. in l. qui contra. ff. de fi-
deiuſſ. Aut naſcentur, & tunc temporis pote-
runt, variando, eligi, cum prima electio ſit mu-
tabilis, poſt impletam conditionem, vt in præ-
28 cedenti fundamento. † Conſtat autem, & ſatis
ſuperq; notum eſt iure noſtro, debitorem dan-
di, vel faciendi aliquid in diem, vel ſub condi-
tione, poſſe ante tempus, & conditionem im-
pletam

pletam debito satisfacere, quotiescunque creditores, vel Tertij non interest, ut omnes tradunt in l. qui Romæ in princ. in l. stipulatio ista, §. incertam, in l. qui calendis. §. vlt. de verb. oblig. & in d. l. cum tempus, vbi Dec. & Cagno. latè de reg. iur. bonus text. in l. post mortem, in l. sub conditione, & l. qui in diem, de solu. atque in l. patrem. ff. qui in frau. cred. & in omnibus his locis Scrib. not.

29 Octauò, Considerandum est, quatenus interesse aliquod nasciturorum subesse dici posset, quòd non principaliter, sed secundariò tantùm militaret, & curandum non esset: Etenim principale interesse, & fauor versatur circa conseruationem, continuationem, & perpetuitatem nominis, & familiæ testatoris, ut sup. in primo fundamento deduximus; non autem versatur circa particularem personam eligendorum, ita

30 quòd vnus plus altero dilectus dici queat.† Vndè succedit in proprijs terminis decisio Petr. de Ancha. d. consi. 202. qui egregiè consuluit, grauatum distribuere bona inter pauperes Christi, eligendos per eum, cum morietur, & sic sub cõditione d. l. hæres meus, de condi. & demonstr. & l. si cum hæres quan. di. lega. ced. posse tamen ad libitum in vita eligere, & distribuere, non tantùm validè, sed irreuocabiliter, eò quia principaliter tractatur de interesse, & fauore animę testatoris, secundariò verò pauperũ futurorum tempore mortis grauati, cum præsertim ad horum potiùs, quàm illorum pauperum personas habitus respectus dici nequeat; sed tantùm ad genus pauperum Christi. Ancha. opi. tenet quoque Bald. in d. l. post mortem, nu. 10. vbi notabiliter certè loquitur, & ibidem Fulg. & Castr. num. 2. Corn. nume. 5. & Barba. in appost. ad Salyce. & rursus Castr. & Rapha. Cum. in d. §. Diuus Seuerus, & veriorem dicit Dec. d. l. cum tempus, num. 3. citans Abba. in cons. 11. lib. 2. & ibi Hieron. Chuc. in addit. Aret. d. tracta. de testam. gloss. 16. in verb. eligendis. Aquen. in l. sed & si alio. §. si quis, sub conditione ad Trebel. & pleniùs cæteris omnibus, atque elegantius Cagno. d. l. cum tempus, num. 3. vsque ad fin. Concludens Ancha. opi. esse veriorem, ęquiorem, & magis communem,* quicquid Alex. Ias. & alij contra sentientes loquantur, & cum ea nouissimè quoque transit Card. Abb. in lucubr. ad Bart. in d. §. à filia pater, atque Mandos. in ad-

31 dit. ad Rom. d. cons. 402.† Et regulare est, ac generale, quòd vbicunque id quod principaliter agitur, & in intẽtione est, cum eo pugnat, quod secundariò, & in consequentiã venit, illud semper præualet, & ab eo regulatur dispositio. l. si quis, nec causam, & l. rogasti, vbi Dec. signanter, nu 6. ff. si cer. pet. Tiraq. latè in tract. res in alios act. limit. 1.

32 Nonò, Retento pręsupposito voluntatis, & intentionis testatoris conseruandi, & continuandi nominis familiæ suæ in posteros suos, median te huiuscemodi primogenitura, absonum videtur, & inconueniens eius dispositionem ita interpretari, ut contrarium succedat; si enim conueniens, & rationabile illi visum fuit, ut numquam sepulta, aut sopita maneret in Ciuitate familia sua antiqua, & nobilis, contrarium certè, & inconueniens, & irrationabile iudicãdum est, cum contrariorum sit eadem disciplina. l. 1. de his, qui sunt sui, vel ali. iur. Instit. eo. tit. in princ. Contingere autem posset, quòd per viginti, & amplius annos expectanda foret natiuitas filiorum masculorum sororis illius, cui deficiunt. Quòd si aliquis ex ea tandem orietur, & tunc temporis altera soror masculis orbata reperiretur, adhuc differenda esset electio rationе æqualitatis seruandæ, adeoquòd per plura lustra, testatoris mens, & intentio effectu ca-

33 reret. † At quotiescumque inconueniens, vel absurdum aliquod ex dilatione electionis sequi potest, certũ est eam differri non posse, nec debere, licèt aliàs ex iuris dispositione differenda esset, pulchra est doctrina Soci. in l. vtrum. §. cũ quidam in fin. ff. de reb. dub. per Text. in l. pen. § pen. C. de verb. sign. Ne igitur inconueniens prædicto locus sit, concludendum est electionem, & nominationem non esse differendam.

34 Decimò, & vltimò, conditio, quæ huic electioni, & nominationi inesse dicebatur ex parte vnius sororis, expressa dici non potest, sed tacita, quæ ex natura rei inest. l. 1. in fi. ubi gloss. Bart. & cæteri de condit. & demonstr. proprerea dispositionem vitiare non potest, etiam si actus legitimus nuncupari posset, est tex. in terminis d. l. actus legitimi, vers. nonnunquam tamen, & ibi gloss. & Doct. omnes, præsertim Dec. nu. 8. post Bart. Bal. & Alex. quos citat, de reg. iur. & Cagno. num. 25. & 28 gloss. in c. 2. in verf. incerta, quam sequuntur ibi Cano. de electis, in

35 6. vbi cõmuniter * recipiunt † electionem Prælati, quæ regulariter conditionalis esse non potest, ut ibi in tex. dicitur, si in tacitam contineat

36 conditionem, valere, & tenere.† Quam conclusionem in præsentatione etiam beneficij, quæ maiorem habet conformitatem, cum nominatione nostra, procedere inquit Lamber. in tract. de iurepatro. lib. 2. par. 2. q. 3. princi. arri. 9. nu. 2. Vndè infertur, quòd possit Reuerendiss. Dñs Episcopus nunc eligere, & nominare quam stirpem voluerit, non obstante illa tacita conditione natiuitatis filiorum de qua supra.

Non obstãt modo in oppositum adducta; nam ad primum, secundum, & tertium respondetur, non benè conuenire casui nostro, quia conditio ibi erat adiecta expressim dispositioni, cui locus non erat ante illius purificationem, aut defectum, hic uerò nulla ampliùs adest conditio

adim-

adimplēda, quia venit casus mortis filiorū masculorū sine aliqua noīatione per vltimū facta, adeo quòd tenetur in præsentiarum Illustriss. Episcopus iuxta testatoris voluntatem optare stirpem, quam ad primogenium admittere voluerit, & eam nominare, & si illam nominauerit, in qua iam adest persona capax, statim executionē habere poterit electio; quòd si aliam elegerit, stabit in suspenso executio propter tacitam conditionem annexam, quæ actum non inualidat, vt supra dictum est in primo, & vltimo fundamento, Tantò magis, quia constat apertissimè de testatoris voluntate, quòd statim fiat electio ꝑpter illam clausulam (tunc & eo casu) quæ denotat extremitatem temporis, quo actus celebrandus est, vt in secundo fundamento deductum fuit, quodq; eligi possent, etiam filij nasciturі, vt in tertiò, & quartò fundamento, & variationi quoque locus esse posset, vt in sexto fundamento, & propterea nullum possit fieri præiudiciū ꝑ ipsam electionem nunc fiendam, vt in septimò præsertim considerabili, vt in octauo.

Quæ omnia in contrarijs cessant, vt quisq; potest ex casuum collatione dignoscere.

Ad quartum respondetur, electionis diffinitionem nullo pacto repugnare, quia verum est de duabus stirpibus, vnam eligendam esse, & personam filij extantis non esse necessariò nominandam, cum electa stirpe sororis sobolem masculinam habentis, posset in alium nasciturum dispositio verificari, Quinimo, electa etiam vna stirpe, locus sit variationi, vt supra dictum est.

Ad quintum, sextum, & septimum conueniunt omnes respōsiones datæ tribus primis obiectis.

Ad octauum de l. stipulatio ista. §. incertam, respondetur verum esse, quòd pendente conditione dandi, vel faciendi non liberatur debitor, vt ibi, sed intelligi debet, quando creditoris interest. Nam si nec creditoris, nec alicuius tertij interest, benè potest debitor, conditione pendente, dare vel facere quod tenetur vt supra in octauo fundamento. Vltra quòd non versamur nos in dispositione conditionali; sed pura incontinēti exequenda respectu electionis tantùm, & nominationis stirpis, vt pluries diximus.

Ad nonum patet responsio duplex, prima est, quòd Reuerendiss. D. Episcopus non fuit rogatus eligere quando morietur, & sic sub conditione, vt in contrario, sed sub alijs conditionibus iā purificatis, vt supra; adeo quòd statim debet actū expedire per supradicta. Secunda verò quia doctr. Bart. in d. §. à filia, & sequacium communiter est reprobata, & sic contrariam veriorem, ęquiorem, & magis communem esse, tenendum est, vt in octauo fundamento clarè demonstratū fuit.

Ad decimum, & vltimum respondetur, electionem in casu nostro non stare in suspenso, sed eius tantùm executionem, casu quo stirps eligatur, quæ hodie liberis masculis caret. Et hoc minimè legibus repugnat, vt supra in primo fundamento ad saturitatem ostensum fuit. Si verò diuersa stirps electa fuerit, neq; optionis actus, nec eius executio suspendetur, & per consequēs neutro casu repugnare poterit d. l. & d. regula actus legitimi. Idcirco votum meum est, nedum posse, sed debere nūc Reuerēdiss. D. Episcopū, Testatoris voluntati inhærendo, alterutram stirpem prædictam, ad Primogenium eligere, & nominare, saluo semper saniori iudicio.

SVMMARIVM.

1 *VAssallus cui iudicialiter feudum euincitur sibi concessum, agere potest contra Dominum, non quidem de euictione in duplum; sed vt simile, & æquiualens feudum præstet.*

2 *Dux Parmæ, & Placentiæ, qui Ducatū in feudum tenet ab Ecclesia, est in eo successor vniuersalis ipsius ecclesiæ.*

Idem est directus Dominus feudatariorum in dicto statu existentium, licèt respectu sedis Apostolicæ sit tantùm vtilis, vt infra num. 31. vbi latè cum seqq.

4 *Feuda concessa per Sum. Pont. dum erat dominus Regni Apuliæ, per inuestituram post factam de eodem Regno, fuerunt vniuersaliter translata in Regem dominum directum & infra num. 31. 32.*

5 *Castra infeudata sequuntur Regnum, sicut membra sequuntur caput, à quo discedere nefas est, & num. 32.*

6 *Princeps supremus, licèt non transferat directum dominium, quod habet in vassallos per specialem, aut generalem concessionem, potest tamen cū vniuersitate transferre, vt si creet aliquem Ducem in aliquo statu & num. 31. 32.*

7 *Duce aliquo creato de nouo, transeunt in ipsum, nedum omnia regalia, verùm etiam alia reseruata in specie soli Principi propter excellentiam.*

8 *Gubernatoris titulus continet ius vniuersale.*

9 *Vassalli veniunt in generali concessione territorij, & Castrorum, simul, & cum vniuersitate trāseūt, & num. 31. 32.*

10 *Vniuersalis successor tenetur de euictione, & alijs etiam personalibus actionibus.*

11 *Princeps an, & quando ligetur contractibus Antecessoris?*

12 *Princeps succedens, dicitur pars potestatis cum antecessore, & infra nu. 38.*

13 *Princeps successor, tenetur satisfacere seruitoribus antecessoris, qui ab eo satisfacti, & remunerati non fuerunt.*

14 *Successor in beneficio, tenetur pensiones ab antecessore constitutas soluere vtì successor vniuersalis.*

15 Pen-

15 *Pensionarius spolio agere potest contra successorem in beneficio, etiam quòd nunquam soluerit pensionem.*

16 *Successor in beneficio eadem persona cũ Antecessore iudicatur, vti hæres cum defuncto, & idem de successorib. in alijs dignitatib. & officijs dicitur.*

17 *Episcopus tenetur stare infeudationi antecessoris sui, & alia per eum gesta rata habere.*

18 *Prælatus quilibet dicitur quasi hæres Antecessoris sui.*

19 *Prælatus, & alij successores in dignitatibus, & officijs, tenentur ad pœnam conuentionalem contractuum sub nomine officij, vel dignitatis celebratorum.*

20 *Singularis successor, cui actiones omnes in genere cessa fuerunt, passiuas etiam sustinere debet.*

21 *Succedens in honore, succedit etiam in onere.*

22 *Dominium directum apud duos in solidum esse non potest.*

23 *Vassallus pro eodem feudo duos dominos habere nõ debet.*

24 *Cessio exceptionum, indicat actiones passiuas in cessionarium fuisse translatas.*

25 *Exceptio est actionis exclusio.*

26 *Consequens qui vult, vult etiam omne necessarium antecedens.*

27 *Actiones personales in singularem successorem transeunt, si cedantur, licèt, sine cessione non transeant.*

28 *Singularis successor, licèt actione personali non teneatur, officio tamen iudicis tenebitur, æquitate dictante.*

29 *Singularis successor occasione rerum feudalium, personali etiam actione conuenitur.*

30 *Successor directi domini, etiam singularis, cogere potest possessorem rerum feudalium, vt sibi Iuramentum fidelitatis præstet.*

31 *Regnum, Ciuitas, Castrum, ac villa comprahendũt ius vniuersale, vt hæreditas, & in istorum alienatione veniunt vassalli, & directum dominium.*

32 *Rege, vel Duce noniter creato, trãsfertur in ipsum directum dominium omnium feudorum in Regno, seu Ducatu existentium, & tenentur Barones ei facere fidelitatem, & est communis.*

33 *Distinctio tamen in hac re adhibetur ab Alex. Ias. Dec. & Riminal.*

34 *Sed impugnatur talis distinctio ex pluribus, vsque ad fin.*

35 *Feuda iurisdictionis, ac dignitatis à Principe, in cuius statu existunt, concessa fuisse, vel ab eius antecessoribus oportet.*

36 *Iurisdictio omnis à Principe pronenit, & ab eo fluit, & refluit, sicut flumina à mari, & ad mare.*

37 *Dignitas omnis feudo annexa, à Principe est.*

38 *Princeps successor, dignitatem, personamq́ Antecessoris repræsentat, & omnia eius iura obtinet, & supra num. 12. cum seqq.*

39 *Feudatarij Mediolani, Ferraria, Vrbini, ac Parmæ & Placentia recognoscunt absolutè Duces suos in directos Dominos.*

40 *Directum dominium feudi alienari prohibiti, transit tamen, si cum vniuersitate alienetur.*

41 *Singularis numerus ad plura non refertur.*

42 *Vnica determinatio non debet difformiter determinare.*

43 *Negatiua potentiùs negat, quàm affirmatiua affirmet.*

44 *Negatiua, omnino omnia excludit, quantumuis minima.*

45 *Causa feudalis inter prætendentes feudum, cognitor est directus dominus.*

46 *Litigantes super feudo, vel re feudali, non possunt in præiudicium directi Domini, alterius iurisdictionem prorogare.*

Pro Illustris. Domino Comite Sanctæ Floræ.

EPITOME.

Feudatarij particulares an recognoscant immediatè Principem supremam, à quo priùs infeudati fuerant? An verò Principem subalternum, nempè Ducem, sub cuius Ducatu postea erecto, dicti Feudatarij constituti sunt?

Concluditur eos immediatè subesse Duci, licèt post eorum infeudationem ad Ducatum assumpto.

RESPONSVM VIII.

Consideratis diligenter allegationibus Excellentis D. Ludouici Zuntij, conciuis, & amicissimi mei pro Illustris. Dño Comite Sanctæ Floræ in causa Castri Basilicæ nouæ, super articulo euictionis editis, concurro in eius sententiam quoad primam quæstionem, & pro indubitato habeo, quòd Illustris. Dñs Comes, in casu euictionis feudi prædicti (quam tamen nunquam venturam arbitramur) iure feudorum inspecto, agere poterit contra directum dominum, non quidem de euictione in duplum, sed vt simile feudum, aut æquiualens præstetur per c. 1. de ineuft. de re alien. fac. & cap. 1. si de feud. vassal. ab aliq. interp. fue. cum vtrobiq; traditis per Scrib. * omnes, *& Capi. decis. 197. nu. 8. Cabal. in tract. euic. §. 4. nu. 51. Sed an in practica obtineri posset ego

ſet ego ſubſiſto, pro prout ex noſtratibus aliqui, etiam ſubſiſtunt.

Quouerò ad ſecũdã q. vz contra quem dirigi poſſet hmõi actio; Camerã.ſ. Apoſtolicã, à qua feudum iamdiù obtinuit, an Camerã Ducalẽ, quæ in Ducatu harum Ciuitatũ loco Apoſtolicæ ſueceſſit, vt inueſtitura ſatis ampla apparet; de concluſione facta per D. conſulentem dubito ex infra dicendis.† Et primò quia non vr̃ verum, quòd Sereniſs. D. Dux noſter ſit ſingularis ſucceſſor in dicto Ducatu, licèt ſummũ Pont. in directũ Dñm recognoſcat. Quinimo dr̃ in vniuerſitate bonorum ſucceſſiſſe, vt in terminis docet Lauden. in tract. de princip. q. 43. aſſerens, quòd talis Princeps recognoſcens ſtatum à Papa, vel Imperatore, licèt vniuerſorum bonorũ ſit tantùm vtilis Dñs, habito reſpectu ad ipſum ſummũ Pont. vel Imperatorem, reſpectu tñ ſingulorũ, putà in ſingulis feudis conceſſis diuerſis perſonis, eſt directus Dñs † & citat Bal. in l.j.C. vndè legit. & vndè cogn. vbi hoc clarè inquir. in fi. & idem Bal. in prohem. ff. col. 3. nu. 11. vbi decidit, quòd qui Regnũ ab alio in feudum recognoſcit, licèt ius vniuerſale vtiliter poſſideat, in iuribus tñ ſingulorum habet plenitudinẽ poteſtatis, & directò poſſidet iuriſdictionẽ in ſingulis generũ, & nomine ſuo ſimplici eam exercer, & cõmodum iuriſdictionis pleno dñio acquirit, licèt habcat vtilẽ terminum reſpectu vniuerſitatis Regni, Ro. ſing. 617. incip. tu ſai, quòd Regnũ Apuliæ. vbi dicit, quòd ſi Papa dum eſſet dñs Regni, conceſſit feuda aliquibus Baronibus, & poſtea tranſtulit Regnũ vniuerſaliter in aliquẽ Regem † quòd cenſentur ẽt talia feuda in Regem quoad dñium directum tranſlata Iacob. de S. Georg. in tract. feud. in ver. quid ſi Rex, vel Dux nu. 5. Bald. in tit. de pa. Conſtã. in §. hoc quod nos in ver. inueſtituram recipientis. vbi inquit † quòd talia Caſtra infeudata ſequuntur Regnum, ſicut membra ſequuntur caput ſuũ, à quo diſcedere nephas eſt † ꝓ hoc eſt videndus ẽt Boſ. in tit. de Prin. & eius priui. nu. 228 vſq; ad nu. 233. aſſerens, quòd Princeps, licèt non trãſferat directum dñium, quod habet in vaſſallos per ſpecialem, vel generalẽ conceſſionem, põt tamen cum vniuerſitate transferre, vt putà qñ creatur de nouo aliquis Dux in aliquo ſtatu. Et idem repetit in tit. de regal. nu. 5. vbi vult † quòd creato aliquo Duce, vt ſupra, nedum regalia in ipſum tranſeunt, verùm etiã omnia, quæ ſunt reſeruata in ſpecie ſoli Principi, & Imperatori ꝓpter Excellentiã Nat. quoq; cõſi. 122. nu. 9. & 10. ſucceſſores huiuſmodi vniuerſales appellat † Imò titulus Gubernationis dr̃ quoq; cõtinere ius vniuerſale, ſecundũ Dec. conſi. 61. col. 2. † & quòd vaſſalli veniant in generali conceſſione territorij, & plurium Caſtrorum ſimul, & cum vniuerſitate tranſeant, tradit

* Clar. in d. feudum q. 28. vbi de cõi * poſt Pariſ.

10 Quòd ſi vniuerſalis ſucceſſor eſt † Seren. Dux, non dubitandum quin de euictione, & quacunque alia perſonali actione teneatur, per iura, & authoritates ex aduerſò allegatas.

11 Et ſpeciatim ex eo, quòd ſcribit Iaſ. in l. 1. nu 13. & 14. de conſti. Princ. † vbi magiſtraliter. diſtinguit, an, & qñ obligetur Princeps ſucceſſor ex cõtractibus anteceſſoris? inquiens, quòd Papa, & Imperator, ex quo fiunt per electionẽ, & nullo modo cauſam habent ab Anteceſſore non ligantur contractibus prædeceſſorũ, ſed in Regibus, Ducibus, Marchionibus, & alijs, qui vel cauſam habent ab Anteceſſore, vel per ſucceſſionem fiunt, ſecus eſt dicẽdum, quia tenentur ſeruare oẽm contractum, & quãcunq; eius conuentionem, ſicut quilibet ſucceſſor priuati, per reg. l. cum à matre. C. de rei vendic. quæ in ſucceſſore vniuerſali indubiè loquitur; ſequit Boſſ. in tit. de Princ. & eius priuil. nu. 29. & ita egregiè, ac difusè conſuluit Iaſ. conſil. 1. in 2. dub. lib. j. tradit Mari. Frec. in tract. de ſubſeud. lib. 2. q. 27. in materia aſſenſus. Nat. conſi. 122. per tot. & Bero. pro Cõitate Bonon. contra D.

12 Ducem Ferrariæ in conſil. 138. per tot. vbi de cõi, * & veriori opin. atteſtaẽ ſub nu. 19. vol. 3.

Propterea ſucceſſor in Principatu dr̃ pars poteſtatis cum anteceſſore, vt per Petr. de mon. in ſua Monarch. concil. par. 2. conclu. 2. ſub nu. 19.

13 † Adeo quòd tenetur ẽt ſatisfacere ſeruitorib. anteceſſoris, qui ab eo ſatiſfacti, & remunerati nõ fuerunt Rebuſ. in tract. de priuil. ſchola. priu. 26. ſub nu. 5. poſt ſpec. quem refert, & pro prædictis videndus eſt omnino Guiliel. à Monſera. in tract. de ſucceſſio. Reg. dub. 1. num. 10. 21. poſt Oldra. conſi. 94. eleganter nu. 16. cum plurib. ſeqq. & Bald. in conſi. 159. col. 2. lib. 3.

Simile eſt, quod videmus in ſucceſſore beneficij, qui dr̃ vniuerſalis ſueceſſor, & pẽſiones ab anteceſſore conſtitutas ſoluere tenetur, vt per Felin. c. ad audientiã il 2. vol. 5. de reſcrip. quẽ.

14 refert, & ſuquitur Rip. vbi ſup. nu. 6. † quib. addi põt elegans deciſ. Guid. Pap. in terminis ſub nu. 629. & Gig. in tract. de penſio. q. 47. nu 10.

15 † vbi adeo iſtud ꝓcedere affirmãt, vt penſionarium ſpolio agere poſſe contra talem ſucceſſorem aſſeuerent; licèt ipſe penſionẽ nunquã ſol-

16 uerit; & rõnẽ hanc inter cęteras adducũt † quòd in dignitatibus, & officijs ſucceſſor, vna, & eadem perſona cum anteceſſore reputatur, ſicuti hæres cum defuncto; & iura, authoritateſq; allegant, quæ breuitatis cauſa ommitto.

17 Sic Epiſcopus tenetur ſtare infeudationi prædeceſſoris ſui, & alia per ipſum geſta rata habere, vt per Archidiac. in c. deceſſorum 25. q. 2. & Bald. in c. 1. in verb. Marchio. qui feu. dar. poſſ. & tradit Firma. in tract. de Epiſc. 4. par. q. 54. num. 183. & 185.

18 Et quilibet Prælatus dicitur quasi hæres sui anteceſſionis, vt inquit gloſſ. in cap. 1. in verb. prædeceſſoris de ſolut. per illum tex. & per aliũ tex. in cap. conuenior. 23. q. 7. Imò, & quilibet rector Eccleſię, & tradit Gig. d. tract. q. 52. in princip.

19 Quin etiam, ſi pœna fuerit per anteceſſorem promiſſa pro obſeruatione contractus celebrati ſub nomine officij, vel dignitatis, ad eam tenebitur ſucceſſor, vt ibidem ſcribit Gig. q. 54. verſi. quæri poteſt ſub num. 182. poſt concord. citatos. Ex his igitur dicẽdum vr̃ quòd cum Sereniſs. D. Dux noſter ſucceſſerit cum titulo & dignitate Ducali in omne ius, quod habebat ſedes Apoſtolica in his Ciuitatibus, & ſic ab ea cauſam habuerit titulo vniuerſali, vt in dicta conceſſione, & inueſtitura, ipſe quoque ligetur contractibus per dictam ſanctam ſedem antea celebratis; & conſequenter in caſu euictionis prædictæ, teneatur æquiualens feudum præſtare Illuſtriſs. D. Com. Sanctæ Florę, inſpecta feudorum lege, vt ſupra.

20 Neque ommiſerim, ſi ſingularis ſucceſſor dici poſſet, quòd in Inueſtitura prędicti Sereniſs. D. Ducis adeſt clauſula ceſſionis actionum in ampliſſima forma, nedum realium, ſed etiam perſonalium prædictæ ſedis Apoſtolicæ vti dominæ temporalis dictarum Ciuitatum, quę clauſu

21 la, licèt de paſſiuis actionibus expreſſim non loquatur, de oĩbus tamen intelligẽda vr̃ † ex quo ſuccedens in honore, dicitur etiã in onere ſuccedere reg. rationi congruit de reg. iur. in 6. l. ſecundùm naturam ff. eo. tit. cum vtrobiq; nota. per ſcrib. conferunt dicta Brun. in tract. de aug. conclu. 23. & de diminu. conclu. 4. in fi. Abſurdũ enim eſſet quòd Sereniſs. D. Dux contra Illuſtr. D. Comitem, & eius deſcendentes vti eius feudatarium, in oĩbus, & per omnia procedere poſſet, ipſe verò D. Comes contra Sereniſs. Ducẽ vti dñm directũ, in caſibus à iure permiſſis, non valeret agere. Nec minùs inconueniens eſſet, quòd in reliquis contra eum ageret, in hoc verò caſu contra ſedem Apoſtolicam agere cogeretur

22 † cum dñium directum inſolidum apud duos eodem tempore eſſe nequeat, vulg. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculũ ff. commod. nec teneatur vaſſallus pro eodem feudo duos dominos recognoſcere ad tex. in c. Imperialẽ. §. pręterea Ducatus de prohibi alien. per Feder.

24 Et quòd actiones etiam paſſiuæ in generali ceſſione prędicta comprehenſę fuerint, ſatis declaratur per aliam ſeq. clauſulam, qua conceditur Sereniſs. D. Duci, ius, & facultas vtendi omnibus exceptionibus, quibus Camera Apoſtolica anteceſſionem vti poterat. Etenim ſi exceptio ne contra actionem peſonalem vti debet, neceſſe eſt, quòd contra eum prius dirigi po-

25 tuerit actio † cum exceptio ſit actionis exclu-

26 ſio l. 2. ff. de exceptio, † & qui vult conſequens velit omne neceſſarium antecedens l. 2. de iuriſdictio. omn. iudic. l. apud antiquos C. de furt. cum vulg.

27 Stante igitur quòd actiones omnes, etiam perſonales, tam paſſiuæ; quàm actiuæ ceſſæ fuerint, & in D. Ducem tranſlatæ, nulli dubium, quin ipſe ſit in hac noſtra ſpecie, (ſi caſus euenerit) conueniendus, quamuis ſingularis ſucceſſor appellari poſſet in hunc enim benè tranſeunt perſonales actiones, ſi ceduntur, licèt ſinè ceſſione non tranſeant, vt habetur in locis exaduersò citatis, & in l. poſſeſſor §. etſi poſſeſſor vbi Bart. de acquir. poſſ. l. ſi ego de nego. geſt. Caſtr. conſil. 45. num. 22. in 3. Specu. in tit. de ceſſio. act. § conſequenter in princ. & per tot. cum concor.

28 Sed accedat, quòd licèt cõtra ſingularẽ ſucceſſorẽ non detur pſonalis actio datur tñ officium Iudicis quotiens æquitas ita dictat Alex. l. 1. §. ſi hæres percepto, nu. 1. in fi. & ibidem Rip. nu. 13. 23. & 24. ff. ad trebell. Sed militat ęquitas, vt eum ſequantur incommoda, quem ſequuntur commoda per ſupradicta. Nimirum, &c.

29 Et vltimò animaduertendum eſt, quòd regula prædicta, quòd perſonales actiones in ſingularem ſucceſſorem non tranſeant, fallit vbicunque

30 que ad ſunt res feudales, quorum reſpectu † tales actiones competere poſſunt; & hinc eſt, quòd ſucceſſor directi domini, etiam titulo ſingulari, poteſt cogere poſſeſſorem rei feudalis, vt ſibi iuramentum fidelitatis præſtet. Ita in indiuiduò eam limitant, & limitationem exemplificant Doct. in d. §. ſi hæres & ſignanter Iaſ. num. 8. Rip. num. 10. poſt alios. Verùm ob rem feudalem euictam dicerur competere actio, de qua nos agimus, & æquiſſimum eſt, vt in memoratum ſucceſſorem, tam paſſiuæ, quàm actiuæ tranſiuerint actiones per ſupradicta, Meritò ſi ſingularis etiam ſucceſſor Apoſtolicæ ſedis Sereniſs. D. Dux fuiſſe præſupponatur, ad idem quod ſupra concluſum eſt, teneri videbitur; contra quem cogetur Illuſtriſs. Dom. Com. Sanctæ Florę agere, non contra Sedem Apoſtolicam, ſi indemnitati ſuæ conſulere hac via deliberauerit. Satiùs tamẽ eſt omnibus neruis cauſam contra Illuſtriſs. Dominos Rubeos tueri, & ita iuris eſſe arbitror, ſaluo ſemper rectiùs ſentientis iuditio.

Pro eodem Illuſtriſs. D. Com. Sanctæ Floræ.

De eadem materia.

Dubitari valdè animaduerti p magnificos & Excell. compatronos meos in cauſa Caſtri Baſilicæ nouæ per Illuſtriſs. Dominos Rubeos mota contra Illuſtriſs. D. Com. Sanctæ Florę de doctr. Baldi iam à me allegata

legata in l. 1. in fi. C. vndè legiti. & vnde cog. re-
lata p Mart. de Laud. in tract. de Princ. q. 43. vbi
dixit, quòd singula feuda Regni Apuliæ sunt de
dñio directo Regis, licèt vniuersitatem Regni re
cognoscat ab Ecclesia in feudũ, & sic in effectu,
quòd regnũ cõtinet quoddã iꝰ vniuersale, qđq;
in cõcessione istius iuris vniuersalis veniũt par-
ticularia feuda, & vassalli, & dñium directũ feu-
dorũ, qcquid de particularibus earũ rerũ aliena
tionibus iure cautũ reperiat. Eapp cupiẽs quid
supinde alij scribẽtes sentiãt inuenire, p̃sertim
quoq; ad cognoscendũ, quis dictæ causę futurus
sit Iudex cõmpetẽs, (de qua re aliquantisper ẽt
inter nos dubitatũ fuit) operæ non nihil in illis
pquirẽdis impẽdi. Et in p̃dictis reperi glo. in c.
1. §. eadẽ lege in ver. feudũ alienare de l. com. q̃
ĩn indiuiduo id ipsũ firmat p illum tex. & glo. se
quunt ibi Bal. Alua. Præpos. & pulchrè Afflict. in
2. not. affirmãs, quòd nedũ Regnũ cõphẽdit ius
vniuersale, verũ ẽt Ciuitas, Castrũ, & villa, sicu-
ti, & hęreditas, & ĩ quorũlibet istorũ alienatione
32 veniũt vassalli, & directũ feudi dñiũ† sed, & Bal.
post Odofr. in tit. de pa. cnnstã. in §. hoc ꝙ nos in
ver. inuestiturã recipiẽtis. dixit p illũ tex. quòd si
vacãte Regno Siciliæ Sũmꝰ Põtifex cõcessit feu
da, & comitatꝰ certis psonis, creato deinde p eũ
Rege, tenent illi Comites, & Barones facere fide
litatẽ nouo Regi, eò qa feuda hmõi particularia
sequũt Regnũ, sicut mẽbra sequunt caput, à quo
nephas est recedere, & idẽ Bal. ĩ phem. ffff n. 11.
decidit, quòd q regnũ ab alio Rege recognoscit,
habet nihilominus supremã ptãtẽ in subditos, &
licèt ius vniuersitatis vtiliter possideat, habet tñ
in iuribꝰ singulorũ plenitudinẽ ptãtis. & directò
possidet iurisdictionẽ in singulis generũ, & noĩe
suo simplici eã exercet, & cõmodũ iurisdõnis ae
quirit pleno dñio, licet habeat vtilẽ dominiũ re-
spectu vniuersitatis Regni, bene ẽt cõferũt dicta
eiusdẽ Bal. in cõs. 159 col. 2. lib. 3. dixit quoque
Rom. sing. suo 617. ĩcip. *Tu sci*. quod Regnũ Apu
liæ, quòd si Papa dũ esset dñs Regni p̃d. concessit
feudũ alicui Baroni, & postea trãstulit Regnum
vniuersaliter in Regẽ, censet alienasse ẽt dictum
feudũ, & Baronẽ, q̃uis qlibet dicturꝰ esset cõtra
riũ, eò qa in generali alienatione nõ veniũt vas
salli, & allegat tex. cũ Bal. in tit. de pa. cõstã. loco
pximè citato, & idẽ repetit Rom. in cons. 26. in
fi. seqtur Corn. ĩ d. l. 1. C. vnde legi. in fi. & ibidẽ
Barb. in add. Bald. Alex. cõs. 1. nu. 46. & cõs. 25.
nu. 21. lib. 5. & in l. 1. in prin. nu. 29. ff sol. mrim.
Iacob. de s. Georg. in tract. de feud. in ver. qd si
Rex, vel Dux. nu. 5. Dec. cons 61. col. 2. vbi dicit
idẽ de pperuo gubernio, ꝙ de Regno s dictũ est,
& latiss. Mari. Frec. in trac. de subfeud. li. 11. sub
rub. de potest. & auth. Baro. erga suũ subfeud. p
to. vbi de quolibet Barone hñte subfeudatariũ,
idẽ tradit, q oĩno videat. Nat. cõs. 122. n. 10. lib. 1
pulchre Bos. ĩ ti. de pri. & eiꝰ ptiu. nu. 288. vsq; ad

nu. 233. vbi in spẽ hęc inqt locũ hře in Duce no
uiter creato, q est casꝰ nr, & idẽ repetit in tit. de
regal. nu. 4. 5. post Fely. in c. dilecti. ĩ ver. hoĩbus
vers. intellige 1. de maio. & obed. Paris pulchrè
cõs. 1. nu. 99. & in cõs. 23. nu. 103. li. 1. vbi de cõi
* opi.* fidẽ facit, & post cũ Clar. in §. feudũ q. 28.
ỹs. scias tñ, cõem quoq; dixit Dec. cõs. 517. n. 10.
33 Vñ tñ difficultatẽ aliq̃ hac in re facere distĩctio,
q̃ tradũt Alex. Ias. Dec. & Rimin. in d. l. 1. C. vñ
legi. vz Alex. n. 5. Ias. col. 2. vers. ĩtellige tñ. Dec.
in fi. & Rim. n. 2. dũ inqunt Bald. doctrinã pcede
re qñ Ecclesia, vel alius inuestiẽs eẽt tm̃ dñs dire
ctus feudorũ in vniuerso, qa tũc nõ incõuenit, ꝙ
infeudatꝰ efficiat directꝰ dñs in quolibet particu
lari. cõpatiunt. n. se inuicẽ ista duo directa dñia
sm̃ ipsos, nõ obstan. reg. l. si vt certo §. si duobus
vehiculũ ff. com. sed qñ inuestiẽs eẽt directꝰ dñs
particulariũ quoq; feudorũ, tũc secꝰ esset; qñqdẽ
istud directũ particulariũ non põt eẽ pęnes duos
insolidũ d. §. si duobus cũ cõcord. & nihil video
p tali distĩctione vltra rõnẽ p̃dictã ab his allega
34 ri. † Vñ licet maxima sit istorũ authoritas, cogitã
dn tñ de huiꝰ distinctionis veritate, crediderim
cõtra eos facile teneri posse, & plurimũ me mo-
uet, quòd nõ ẽ dare casũ (meo iudicio) ĩ quo Ec
clesia in themate p Bal. pposito, vel alter supre-
mus Princeps inuestiẽs aliquẽ de Regno, seu Du
catu, nõ sit dñs directus particulariũ feudorum
Regni, uel Ducatus, si sint feuda iurisdõnis, aut
35 dignitatis† nã necesse est, quod ĩfeudata sint, vel
ab ipsomet Prĩcipe ĩuestiẽte Regẽ, vel Ducẽ, vel
ab antecessoribꝰ suis Claud. Seys. in spec. feu. ti. q
36 feud. dar. poss. par. 3. ampl. 1. † àqbꝰ oĩs iurisdictio
fluit, & refluit, sicuti flumĩa à mari, & ad mare l. 1.
ff. ad l. iul. de ambi. Bal. in c. 1. §. ad hęc. de pa. iur.
fir. Capic. dcis. 9. n. 15. Affl. decis. 39. n. 8. Ias. ĩ l. q
Romę. §. Seia n. 15. de ver. ob. Anch. cõs. 310. n. 5.
Sic ẽt oĩs dignitas ab eisdẽ puenit c. 1. vbi Scri
bẽ. oẽs in tit q dica. Dux, Com. Mar. Si igit ipse
de nouo feuda cõcessit, nulli dubiũ, qn directus
37 dñs eorũ in particulari remãserit c. 1. §. 1. de in-
38 uesti. de re alie. fac. cũ sim. † Si verò ab antecesso
ribus suis concessa reperiunt, nihil impedimẽto
est, quominus ipse quoq; in hoc directo dñio il-
lis successerit, cũ in oĩbus, & p oĩa eorũ iura ob-
tineat, & dignitatẽ, personamq́; repręsentet, vt
in prioribus scriptis latè explicaui, quibus c ĩno
addendus est Ias. cons. 1. in 2. dub. li. 1 ac Mari.
Frec. ĩ trac. de subfeu. lib. 2. in mria assẽsus. q. 27.
39 & Nat. cõs. 122. p tot. vol. 1. † Quapp cũ feuda
ferè oĩa habeãt iurisdõnẽ, & dignitatẽ annexã,
sequeret, quòd vti infeudata à Principe, nunq̃
trãsirẽt cũ vniuersitate Ducatꝰ, ꝙ esset maximè
absurdũ, & contra cõem practicã, & gñalẽ cõsue
tudinẽ, in quo totũ oppositũ seruari videmꝰ, tã
in Ducatu Mři, ꝙ est feudũ Imperatoris, quã in
Ducatu Ferrarię, quod ẽ feudũ Ecclę. ĩ Ducatu
Vrbini, ꝙ est eiusdẽ Ecclæ, & in hoc ẽt Parmẽsi,

& Placētino, q̃ ab eadē recognoſcitur Ecclesia, paſſim.n.vaſſallos,& feudatarios aīaduertim° ꝑ q̃buſcunq; feudis iuriſdictionis, & dignitatis,iā modernis,q̃ antiqs,& à quocūq; erectis;& cōceſſis,recognoſcere Sereniſs. Modernos Duces in dños directos;dico abſolutè,& quoad oēs feudorū effectus; nec in his oībus Ducatib. quēq̃ arbitror exiſteř,q cōtrariū obſeruatū viderit.Propterea nō ſunt mutāda, q̃ certam interp̄tationē diu habuerunt l.minimè de legi. & hæc ſit prima reſponſio diſtinctionem memoratam eneruans.

Secundò reſponderi pōt, quòd diſtinctio Alexandri,& ſequacium eſt cōtra cōem, * quandoquidem oēs alij ſuperiùs relati indiſtinctè tenēt directū dominium tranſire in Regem.ſiue Ducē vniuerſaliter infeudatum, vt videri poteſt; Et omnes ferè de directo quoque dominio particularium feudorum in ſpē loquuntur, tum quia de infeudatis ab ipſometPapa,qui poſt modum Regnum,vel Ducatum concedit,tractant, inter quos eſt Bal.poſt Odofre.§.hoc qui nos,& apertiùs in d. prohem. ff. loco præcitato, Rom.in d. ſing.617.Iacob.à S.Georg.vbi ſupra relatus, tū etiā quia ponunt caſum in quolibet directo domino vnius feudi; in quo non pōt conſiderari vniuerſale illud dñium pluriū feudorū, prout in concedēte Regnū,& Ducatū conſiderāt; & nihilominus volunt,quòd directū talis feudi dñium titulo vniuerſali transferatur; & in his terminis loquuntur oēs alij ſuperiùs citati,quorum opin.

40 cōis* eſt,vt vidim°. † & probat apertè in d.§. ex eadē lege io fi.dū diſponit directū dñm aliàs alienare ꝓhibitū,poſſe tñ alienare ſinè vaſſalli volūtate ſuū directū dominiū, ſi cū curia alienet,&c.

Nec obſtat ratio prædicta in oppoſitum allegata,quòd directum dominium particulare feudorum non poſſit eſſe pęnes duos. Nam fateor regulam eſſe veram. Sed nego tale dominium remanere penes Principem concedentem, & alienantem feuda titulo vniuerſali; transfert enim omne ius,quòd habet,excepto vniuerſali dominio, quod retinet erga vniuerſalem feudatariū nouiter inueſtitū, vt ex ſupradictis clarè liquet.

Nō eſt ergo dubitandū,quin directum dñium particularium feudorū iſti° Ducat° in Sereniſs. D.Ducē nřm tranſlatū fuerit mediāte vniuerſali titulo ſuæ Inueſtiturę à Sūmo Pōtifice habitę.

Sed & tertia ineuitabilis reſponſio ex verbis ipſis eiuſdem Inueſtituræ reſultat; illis ſcilicet (nullo iure, nullaq; actione, præterquam directi dominij, & cenſus infra dicendi,Sedi, & Cameræ prædictis reſeruatis) dum enim cedit omne ius,quod habet Camera Apoſtolica,& reſeruat ſibi tantùm directum dominium cum cenſu, nō poteſt niſi de vno directo intelligi,quod certè eſt vniuerſale totius ſtatus infeudati, non au-

41 tem particulare cuiuſq; rei.† Nec pōt de vtroq; intelligi;tum quia io ſingulari concepta eſt omnino,& ad plura referri nō poteſt l. ſi. ff. ad treb.

42 cap. gaudemus, de diuer. † tum etiam quia vnica determinatio difformiter determinaret, contra reg. l. nam hoc iure de vulg. & pup. & l. quamuis C. de imp. & alijs ſub. ſi intelligeretur de directo voiuerſali prædicto, ac etiam de directo cuiuſq; feudi, quæ differunt vtſupra.

Accedat quarta reſponſio omni prorſus difficultate carens, ex tenore eiuſdem inueſtiturę ſū pta,ibi (Merumq;, & mixtum imperium,& gladij poteſtatem in Ciues,Comitatinos,Barones, Comites,Marchiones, & alios quoſcunq; feudatarios) cum his quæ ſequuntur, vſq; ad verſic. (habeant quoq; ipſi &c.) Hic.n.non ſolum feudatarios omnes,& iura quæcunq; feudalia in Sereniſs.D.Ducem transfert,ſed expreſſim prohibet ſanctam Sedem, & Cameram Apoſtolicā vlterius ab ipſis feudatarijs in dominam recognoſci,mandatq; iuramentū fidelitatis illi præſtari, & feuda propter deficiētiā linearū, vel culpam, aut delictū,ſeu quomodocunq; deuoluēda, & aperiēda,eidē deuoluere,& aperiri, nō verò ꝑdictę Sāctæ Sedi,& Cameræ Apoſtolicę,& ſic directū dominiū vniuſcuiuſq; feudi in particulari à ſe penitus abdicat;nedum ꝑ verba generalia, &

43 vniuerſalia affirmatiua. † Sed ēt negatiua, q̃ potentiorem habent ſignificatū Glo. & Doct. in c. cum dilectus de conſuet. Dec. conſ.3.nu.4.5.†

44 & pręcipuè excludunt omnia,etiam minima,ad glo.in c.ſtatutum in ver.nullum,de reſcrip. io 6. Crau.conſ.294.num.6.cum concor.

Sumus igiť in claris,quòd Illuſtris. D. Comes in totum nunc ſubeſt Sereniſs. D. Duci Parmē. pro feudo Baſilicæ nouæ, quòd à Romana Sede ante Inueſtiturā ꝑdictā in agro Parmenſi tenebat, vnā cū pluribus alijs, & illū ſolūmodo in di-

45 rectū dominū recognoſcit. † Hincſequiť, quòd cauſæ motæ ſup tali feudo ſit faciēda intimatio, nō Cameræ Apoſtolicę,ſed ipſi Sereniſs.D.Duci,quodq; ipſe D.Dux, vel eius Excelſum Conſiliū Paiñ Conſtitutionis Ducalis virtute,ſit cognitor,& deciſor c.1.§.ꝑterea,vbi oēs not.de ꝓhib.feu.alie.ꝑ Fed.& eſt cōi opi.*vt ꝑ Clar. latè

46 d.§.feudū q.90.†& quòd alterius Iudicis iuriſdictio etiam de partium conſeſſu, prorogari non poſſit; ſecundū aliā cōem ſententiā, de qua ibi quoq; meminit Clar.in verſ.ſed quæro nunq̃d. poſt Bart.& alios,quos citat.LausDeo oīpotēti.

S V M M A R I V M.

1 *Editio ſecundo loco data, ſi plus non contimet, quàm prima, reijcitur.*

2 *Relatum eſt in referente.*

3 *Genus continet in ſe omnes ſpecies.*

4 *Genus à quo remouetur, & quælibet eius ſpecies.*

5 *Genere deſtructo, q̃libet ēt eius ſpecies deſtruitur.*

6 *Poſitioni generali, ſi fuerit reſpōſū, non tenetur ſpecialibus poſitionibus exindè datis idē reſpondere.*

7 Poſi-

7 *Poſitioni multiplici , & quæ diuerſa facta cõtinet, quorum vnum poteſt eſſe verum , & aliud falsũ, non tenetur quis reſpondere.*

8 *Poſitio, quæ reſpondẽtem poteſt facere cadere in pœnam, non admittenda eſt.*

9 *Poſitioni reſpondere non tenetur , qui per teſtes publicatos, vel inſtrumenta publica fundatã habet intentionem contra id quòd ponitur.*

10 *Poſitioni factum antiquum continenti , de quo reſpondere debẽs certam informationem veroſimiliter habere non poteſt , non cogitur reſpondere .*

11 *Poſitio quæ tangit ius rei conuenti, & quæ ei inducere poteſt neceßitatem exhibendi titulum ſuæ poſſeßionis, non admittitur.*

Pro Illuſtriſs. D. Marchione Camillo Malaſpina de Baſtia affini Cariſſimo.

EPITOME.

Poſitioni ſpeciali , an reſpondere quis teneatur? ſi reſpondit generali? Concludent negatiuè.

RESPONSVM IX.

IN cauſa vertente inter Illuſtriſs. Dom. Marchionem Fabritium Malaſpinam actorem ex vna , & Illuſtriſs. Dom. Marchionem Camillum eius fratrem reum conuentum ex altera, produxit aliàs Do. Actor poſitionem coram Illuſtriſs. Dominis arbitris tenoris infraſcripti, Decima ſeptima poſitio. Quòd dictum Caſtrum Baſtiæ, cum dictis eius villis Molendinis , & edificijs, & pertinentijs deſcriptum in libello ipſius Domini Comparentis, qui in hac parte exibetur legendus, fuit., & eſt idemmet Caſtrum, & idem corpus Caſtri, & feudi Imperialis, & antiqui, quod tenuerunt, & poſſiderunt reſpectiuè, & ſucceſſiuè ſupra nominati Illuſtr. Marchiones, Ioannes Spinetta , & poſt eius mortẽ dictus D. Marchio Floramons, & eo mortuo ſupranominati eius filij, & nunc dictus Marchio Camillus , & pariter idemmet corpus antiquum comprçhenſum cũ dicto communi Panicalis, tanquam de eius territorio , quia territorium Panicalis , & territorium Baſtiæ fuit , & erat antiquis temporibus, de quibus ſupra, vnũ, & idẽ cõe, licèt ſolũ noĩaretur cõe, & territoriũ Panicalis. Cui quidẽ poſitioni, reſponſum fuit, vt in actis; nunc aũt aliam facit poſitionem per verba infraſcripta.

Et primò ponit , quòd Caſtrũ Baſtiæ cum eius villis, de quo habetur mentio in eius libello, & in dictis priuilegijs, & inueſtituris, quę hic exhibenť legenda in hac parte, anteqũã rñdeat, fuit, & eſt idẽ Caſtrũ, & ſeudũ antiquũ, & idẽmet corpus Caſtri, quod aliàs, tenuerunt, & poſſederunt Illuſtr. DD. Marchiones Ioan. Spineta Malaſpina, & poſt eius mortẽ Floramons eius filius, & hęres, & eo mortuo, primò in proceſſu noĩati eius filij, & hæredes, & nũc ſolus, & inſolidũ tenet, & poſſidet prædictus Illuſtr. D. Marchio Camillus.

Huic igitur vltimo loco productæ recuſauit D. Marchio Camillus reſpondere, præſupponens ad id iure non teneri ; contrarium verò affirmãte D. Marchione Fabricio, pronunciatum extitit de voto Domini Conſultoris, poſitionẽ non eſſe admittendam , & Dom. Marchionem Camillum reſpõdere non teneri; à cuius pronuntia reclamat D. Actor q̃ritur vtrũ iuſtè, vel iniuſtè?

Videtur prima facie dicendum, quòd iuſtè , cũ poſitiones huiuſmodi diuerſę appareant , & in duobus differentes , Vna enim differentia eſt, quòd cum in prima poſitione cõpræhenſa fuerint Molẽdina, & ędeficia cum pertinentijs Caſtri Baſtiæ , in hac vltima minimè comprçhendantur; altera eſt differẽtia, quòd prima poſitio, feudũ Imperiale ſimpliciter vocat , & relationẽ habet ad libellum, hæc aũt ad priuilegia, & inueſtituras Imperatorum exhibitas reſectur. Vndè vř diuerſa poſitio , & p conſequens admittẽda.

1 Contrarium tamen indubitanter tenendũ eſt, quandoquidem nil re ipſa continet vltima poſitio, quod in prima comprçhenſum nõ ſit ; conſequenterq́; vti ſuperflua rectè fuit reiecta per doctr. glo. in l. 2. §. quod obſeruari in verbo exiſtant C. de iur. cal. vbi Bart. num. 27. & Bald. nu. 19. & 20. qui ẽt cauilloſos aduocatos nominat, qui ſępiùs idem ponunt, & eſt cõis * glo. opinio, atq; ab oĩbus recepta, vt atteſtatur ibidem Cur. ſub num. 47. eandem doctrinã tradit. Vber. de Bob. in tract. poſit. num. 39. & 40. & Lanfran. ab Ariad. in ſimili tractatu reg. 6. num. 7.

Nec obſtant differentiæ ſuperiùs relatę; nam prima nullius eſt momenti, quia licèt plus ſit in prima poſitione, quã in ſecunda , ſatis tamẽ eſt, quòd quicquid eſt in ſecunda reperiatur ẽt in prima , ad hoc vt idem nunc poſitum dicatur, quod aliàs poſitum fuerat , & per conſequẽs ſuperflua dicatur poſitio , quia in eo , quod plus eſt, continetur, & minus l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verb. oblig. l. in eo quod plus de reg. iur.

Secunda quoq ; differentia nulla eſt , eò quia idem eſt in caſu noſtro relationem habere ad priuilegia, inueſtiturasq́; Imperiales, & feudum Imperiale generaliter dicere; nec non idem eſt, ad libellum relationem facere, cum libellus ipſe relationem quoq; habeat ad conceſſiones , ſeu inueſtituras Imperiales in genere, in illius verbis in principio poſitis tenuit , & poſſedit Caſtrum, & Terram Baſtię, cum oibus ſuis villis, & pertinentijs , Molendinis , ędeficijs, iuribus, & actionibus, tanquã ea oĩa bona feudalia auita, & antiqua aliàs à. Sac. Rom. Imperio conceſſa.
2 Enimuero relatum eſt of in referente l. aſſe toto, ff. de hęr. inſti. & licèt nõ fiat ſpãlis mentio in libello, à quib. Imperatorib. cõceſſiones, & inueſtiturę emanauerint, in gñe tñ mentionẽ habitã

negare non possumus; nam quisquis fuerit Imperator, vel quotcunq; fuerint Imperatores, q tale feudū cōcesserint, semper verū erit dicere,
3 feudū fuisse Imperiale,& concessū à Sac.Rom. Imperio; qa genus continet in se oēs species, & ꝓpriè quidem l.si quid earū §. interemptum, de leg. 2. l. in toto l. in generalibus ff. de reg. Bald.in l.2.C.de iur.au.an. cum vulg.

Pariterq; si feudū dixerimus à sacro.Rom.Imperio non fuisse concessum,& non esse feudum Imperiale, verū erit dicere, quòd nullus Impe-
4 perator concesserit† nam à quo remouetur genus,& quęlibet eius species l.si causa.C.de trā-
5 sac.cū not.† & destructo genere, destruitur quęlibet eius species l. 1. in fi.ff.ad Trebell.
6 Quibus rōnibus infert Bal. ad decisionē casus nostri in terminis terminātibus, in l.iurisgentiū §.sed si fraudādi sub nu.3. ver.& per hoc determinatur qđ ff.de pact.inquiens,quòd si quis fecerit,gňalem positionē,cui respōsum fuit negatiuè, si postea facit spales, non est eis rñdendū; quia satis fuit in genere rñsum,& sibi imputare debere ponentem, qui gňaliter posuit,si spales non habuit rñsiones. sequitur Cur.in d.§.quod obseruari nu. 49. Idem tradit Iacob.ab Aren.in tract. posi. nu.22. Et ex his satis superq; iustificata apparet interlocutoria lata, vt supra.
7 Vlterius tñ cōsiderare possumus positionē pręd ictā multiplicē esse,pluraq; ac diuersa facta cōtinere, quorū aliud verum, & aliud falsum esse possibile est; vt ad sensum patet, & cū sit hmōi, rectè fuit reiecta;quia talibus positionib. nemo cogitur rñdere,glo.in c.2.& ibi scribent. de cōfess. lib.6 Bal.in l. pcibus in prin. C. de impub. & alijs substi.Bal.in d. §. quod obseruari nu. 22. & Aret.nu.11.Sal,nota.26.& alij,pſertim Curt. sub nu.40.& 42. Odofr.d.tract. nu.16.versi.11. attendendū.Lanfranc.d.trac.reg.9.nu.6.& Iac. ab Aren.in suo tract.posit. nu 38. & 39. Alciat. in d.l.1.§.si stipulanti nu.53.ff.de ver.obl.
8 Insuper animaduertēdum est,quòd dñs Marchio Camillus, qui positioni primo loco relatæ rñdit,posset in rñsione huius positionis contrarium rñdere,eius,q in priori rñsione cōtinetur; & hoc modo ad periuriū induci.Qua ēt ratione respondere non tenetur, glo. ptaallegata in d. §. quod obseruari in ver. item nec ad eam,quā sequuntur ibi Bald. num. 15.& scrib. omnes, * teste Curt.sub num.45.& nu. 49. in fi.& Lanfran.præcitato tract.reg.3.num.5.
9 Quin ēt attendendū est, quòd D.Marchio Camillus fundatā habet intentionē suam, tam per testes, quā per instrumenta contra contenta in positione D.Actoris;pręsertimq; super eo,quòd Bastię Castrū edificatū fuit ab eius antecessorib. post allegatā concessionē,& inuestiturā Caroli Quarti,Nec non super eo,quòd ipmsū etCastrū cum villis non sit feudale, vel saltem quòd habeat naturā allodialium,& alienari possit; maximè inter consorces vocatos; vt ex prędictis liquet. Contrarium. n. in vtraq; pręsupponit D. ponens,asserendo idemmet corpus Castri concessum fuisse à Carolo Quarto,atq;in feudū antiquum, quod suaptè natura inalienabile est c. Imperialē de prohibit.feu.alien.p Feder. Clar. in §.feudum q.31.Cęterū qui fundatā habet intentionem suā per testes publicatos, vel instrumenta producta,non tenetur ampliùs positioni rñdere contrarium cōplectenti Ang. in l. sed,& si restituantur §. 1. per illū tex.ff.de iud. Lanfr.
* d.tract.reg.6. nu.7. & ab oībus receptū est,* teste Curt.d.§.quòd obseruari nu.49.qui concludentes etiam rationes adducit;igitur &c.
10 Ommitto,quòd cū positio prædicta contineat facta aliena antiquissima, & de quibus certa informatio, & infallibilis, verosimiliter hřī non pōt, non cogitur D. Marchio Camillus rñdere Bald. d.§. qđ obseruari nu.16.post Io.And.in d. c.2.Lanfr.d.tract.reg.4 sub nu.5.Curt. vbi sup. nu.38.ver.quod intelligit Bald.. Silentio quoq; ptereo, quòd tangit ius rei conuerti, cum dicat Illustr.D.Camillū nunc possidere Castrū prædictū cum villis; & super eo extare priuilegia, & inuestituras,etc.cui propterea nō tenetur rñdere,qa non cogit̃ titulū suæ possessionis ostēdere Bal.in l.cogi.in prin. C.de peti. hrdi. post Spec. quē refert, & post eum Curt. loco sępiùs citato nu.39.His igitur fundamētis clarissimè patet recte fuisse ex voto Dñi cōsultoris ꝓnuntiatū, & in ordinatis esse persistendū. Lis per concordiā sopita inter fratres fuit & D.Marchio Camillus remansit dominus Castri prædicti cum sua iurisdictione,& pertinentijs.

SVMMARIVM.

1 *Princeps concedens licentiam vassallo testandi de feudo antiquo,non praiudicat agnatis in prioribus, inuestituris vocatis.*

2 *Et licèt nōnulli teneant, quòd volens possit, conneniunt tamen, quòd nunqnam velle prasumatur, nisi specificè exprimat.*

3 *Quod ampliatur etiam si licentia huiusmodi haberet clausulam (non obstan.) & clausulam (motu proprio) & de modieo tertij praiudicio ageretur.*

4 *In feudo autem nouo, ex pacto tamen, & prouidentia quid dicendum?*

5 *Emphiteota non potest,etiam cum domini consensu praiudicare vocatis in inuestitura.*

6 *Argumentum de emphiteosi ad feudum valet, vbi diuersum non reperitur decisum.*

7 *Et prasertim in hoc articulo, an liceat disponere de re feudali, vel emphiteotica cum consensu domini directi in praiudicium vocatorum?*

EPI-

EPITOME.

Vassallus de feudo antiquo testari non potest etiam si Princeps concesserit.

Nec etiam de nouo, secundū vnam Communem.

RESPONSVM X.

REquisitus à Dño meo præcipuo, atque colendissimo in causa maximi ponderis, vtrum licentia vassallo cōcessa per Principem supremum, quod de feudis antiquis testari queat, intelligi debeat cum præiudicio quoque agnatorum, vel nè?

1 Respondeo, quòd Princeps similē concedens
licentiā, non præiudicat agnatis in prioribus inuestituris vocatis, si sint, (vt p̄supponitur) feuda antiqua, per tex. in c. 1. in princ. & in §. hoc quoq; de success. feud. & in c. 1. de alien. feu. pater. quę iura iu id citant. Alex. consi. 106. nu. 2. 3. & 6. ver. nec prædictis lib 4. & consi. 15. nu. 8. in fi. & nu. 9. lib. 2. Ias. consi. 64. col. 3. ver. benè verū est, vol. 3. & consi. 168. nu. 10. ver. & istud procedit lib. 4. Pau. de Castr. in consi. 164. in cā quæ vocatur col. 8. lib. 2. Rub. Alex. consi. 130. nu. 7. vbi dicit valdè notabilem esse tex. in d. §. hoc quoq; ad hoc propositū; sequitur Crau. cōsil. 135. nu. 7. ver. ad idem quòd scribit Soc. iun. Dñs meus consi. 72. nu. 42. lib. 1. & consi. 160. num. 45. cum plurib. seq. lib. 2. Natt. consi. 393. lib. 2. Bero. consi. 73. nu. 18. lib. 1. & est cōis* opi. teste Iacob. à S. Georg. in sua inuestitura feud. versi. & cum pacto nu. 2. vbi concord. allegat, & Curt. iun. in tract. feud. par. 4. q. pen. versi. quid ergo concludemus? Aluar. in c. 1. post nu. 4. ver. oppo. ab ex̄. quemad. feud. ad fœmi. perti. Collegiū Bono. inter. cons. Curt. sen. cons. 50. nu. 21. Paris. consi. 17. nu. 16. lib. 1. Curt. iu. consi. 171. nu. 5. Clar. in §. feudum q. 41. atq; Cęphal. cōsil.
2 161. lib. 2. † Et licèt non nulli ex p̄citatis Doct. sentiāt, quòd Princeps volēs possit agnatis hoc casu præiudicare, in hoc tñ conueniunr, quòd in dubio nunquam velle pręsumatur, nisi specicè exprimat per reg. l. 1. §. meritò ff. nequid in loc. pub. vt per Alex. d. consi. 15. loco p̄citato, & Soc. iun. latè, & pulchrè d. consi. 160. nu. 49. cū alijs seq. lib. 2. & fusiùs Ias. in consi. 213. num. 5.
3 vsq; ad fi. lib. 2. † vbi ampliat conclusionē, ēt si Princeps rescriberet cū clausula (non obstañ.) vel si motu proprio talē licentiā concederet, ac etiam si, de modico tertij præiudicio ageretur; quia nullo casu præsumitur velle præiudicium inferre sufficiat ad eum remissio.
4 Quinimo, & in feudo nouo, ex pacto tñ, & prouidentia, permulti idē tenuerunt, de cōi * quoq; sñia fidē faciētes, quos refert Cęph. d. cōs. 161.
5 nu. 14. licèt ipse postmodū discentiat, † Sed & in emphiteusi idē videmus; quòd. s. non potest emphiteuta, ēt cum consēsu dñi, p̄iudicare vocatis in inuestitura, & est cōis* opi. vt refert Alc. d. consi. 106. & 107. in 4. & Ias. d. consi. 213. nu. 4. vbi magis eōem * dicit, & multis authoritatibus, ac rōnib. confirmat. lib. 2. & latiùs insistit in l. 2. in vlt. q. C. de iu. emphi. Rui. consi. 48. nu. 8. li. 1. Cor. consi. 37. & seq. & consi. 282. li. 3. Dec. consi. 224. nu. 6. Cępha. d. consi. 152. nu. 15. cum concor. ab his citatis, quos breuitatis cā non refero. † De emphiteusi aūt ad feudū valet argm̄. in oībus casib. quib. cōtrariū specificè decisū in iure non reperitur; vt tradūt oēs * in l. si mihi, & titio. ff. de verb. obli. & in c. potuit, ext. de loca. Spec. in tit. de feu. §. qm̄. ver. 40. & est cōis* conclu. teste Soc. consi. 167. nu. 24. lib. 2 & Soc. iun.
6 72. nu. 57. lib. 1. † & quòd p̄cedat æquiparatio emphiteusis, & feudi in hoc nostro p̄posito alienandi cum consensu Dñi directi in p̄iudicium agnatorū, scribit Alex. d. consi. 106. nu. 6. versi. nec p̄dictis obstat lib. 4. Vndè cum licentia alienandi bona emphitheutica minimè præiudicet agnatis, aut alijs vocatis in inuestituris, præsertim antiquis, sequitur, quòd nec concessa vassallo disponendi de bonis feudalibus præiudicare poterit; & ita iuris esse cènseo, saluo semper, &c.

SVMMARIVM.

1 *COnfessio in precibus emanata præiudicat confitenti.*

2 *Precarium habet speciem cuiusdam donationis, liberalitatis, & beneficij.*

3 *Precarium potest semper ad concedentis beneplacitum reuocari.*

4 *Nisi contrarium in indiuiduò pactum reperiatur.*

5 *Confessio precarij, seu constituti transfert possessionem in eum, ad cuius beneficium emanat; si apud eum priùs non fuisset.*

6 *Possessio vel quasi immemorabilis, habet vim tituli & priuilegij, ex communi.*

7 *Ex qua immemorabili resultat iuris fictio; ita quòd nec titulum allegare, nec probare opus est.*

8 *Liber estimi dominium præsumptiuè probat.*

9 *Liber æstimi possessionem præsentaneā pro descripto probat, alio in contrarium non apparente.*

10 *Maximè in antiquis.*

11 *Fiscus regulariter non dèbet aliquē spoliare vel possessione sua deijcere, sed via ordinaria agere.*

12 *Ordo iuris, etiam in fiscalibus causis seruandus, quoad terminos substantiales, quamuis summaria sint.*

13 *Idem in causis, in quibus de plano proceditur, sinè strepitu, & figura iuditij, de facto, ac nulla iuris solemnitate seruata.*

14 *Idem in causis Principis.*

15 *Idem si contra iniustum possessorem agatur.*

16 *Officiales vniuersitatũ non possunt absq; speciali mandato, iurib. vniuersitatũ suarũ praiudicare.*
17 *Et mandatum debet pcedere, cõmunicato consilio, & matura pracedente deliberatione, seruatisq; debitis solemnitatibus.*
18 *Mandatum non prasumitur, etiam per longissimũ tempus, quãuis alia solemnitates prasumantur.*
19 *Res inter alios acta alijs non praiudicat.*
20 *Referens nihil probat vltra id quod est in relato.*
21 *Relatum si est nullum, et solemnitatis tantùm defectu, operatur, vt referẽs nihil probet; adeo quòd confessio relata ad instrumentum nullũ, confitenti nihil praiudicabit.*
22 *Beneficium decet esse perpetuum.*
23 *Concessio ppetua, & realis potiùs cẽsenda, quã tpalis, & psonalis, nisi cũ ipsius, vel nã rei repugnet.*
24 *Vniuersitates restituuntur in integrum propter pupillos, & minores, qui in eis sunt.*
25 *Restitutio in integrum aduersus confessionem datur his, quibus competit restitutio.*

Pro Cõitate Castri S. Pauli Ducatus Regij.

EPITOME.

Possessioni immemorabili Communitatis, & hominũ illius, An noceat supplicatio porrecta ab Administratoribus Cõmunitatis ipsius Domino, vt liceat eis possidere? Cõcluditur negatiuè.

RESPONSVM XI.

IN themate narratur, quòd antiquitus, & à tãto tpe, cuius initij memoria nõ extar, habitatores Castri S. Pauli Ducatus Regij soliti sunt in glareis fluminis Hentię ligna incidere, animalia pascere, & alia omnia pro sui libitu agere, absq; vlla D.D. pro tempore existentiũ, contradictione, sed illis potius scientibus, videntibus, & patientibus. Quin etiam literas apparere Illustr. q. Co. Herculis contrarij tunc dictæ terræ Dñi, mandantes ipsos homines in dicta sua quasi possessione conseruari; Amplius q; glareas ipsas in generali æstimo Ducatus Regij, vniuersitati dicti Castri descriptas, & allibratas ab antiquo; ac etiã modernis temporibus, reperiri. Verùm finita linea Illustr. Contrariorum, & reuerso feudo ad Serenist. Dñm Ferrarię Ducem, inuestitum fuisse Illustr. D. Iulium Ricium, cui Priores, seu Consules dictæ terræ, nullo consilio publico, nullaq; deliberatione vniuersitatis præcedente, præces quasdam porrexisse, inter quas adest capitulũ, quo petierunt dictę vniuersitati concedi, vt dictis glareis in futurum vti possent, prout, & tpe Dominorum de Contrarijs vsi fuerunt, ut ex illorum etiam literis constare dixerunt in Archiuio dictæ Communitatis existentibus.

Huic autem capitulo rescripsit D. Iulius, (concedimus ad beneplacitum nostrum) Perseuerantibus igitur hominibus antedictis in eorum quieta, & pacifica quasi possessione, edictũ promulgauit idem dñs incisionem quamcunque, et minimã, oĩbus prohibens sub formidabili pęna.

Dubitatur vtrùm promulgari potuerit? & an promulgatum seruandum, sit nec?

Videtur prima fronte vnica ratione in oppositum adducta, pro affirmatiua respondendum, ex quo scilicet fassi videntur Priores antedicti præcario nomine, & ex mera liberalitate dominorum præteritis temporibus incidisse ligna in dictis glareis, & pro simili concessione in futurum supplicarunt, quam ad beneplacitũ
1 tantũ impetrarunt, vt supra † confessio enim in præcibus emanata pręiudicat l. cum pręcum vbi omnes not. C. de libera. cã. Dec. consi. 534. nu.
2 4. Gabr. de confess. conclu. 4. in princ. † & præcarium habet speciem cuiusdam donationis, liberalitatis, & beneficij l. j. in 2. responso l. 2. §. 1. & l. interdictum ff. de præca. Tiraq. de iure con-
3 stit. limi. 24. nu. 1 † potestq; semper ad concedẽtis beneplacitum reuocari d. l. 2. §. 1. de præca.
4 † nisi contrarium in indiuiduo pactum reperiatur. Tiraq. proximè citatus num. 2. sed nulla pactio in hac specie præsupponitur, ob quã natura præcarij immutari debeat. igitur, &c. Nec dicatur istud non esse præcarium, sed confessionẽ
5 præcarij, † nam talis confessio pręcarij, seu constituti, possessionem in alium transfert, ad cuius beneficium emanat, si apud eum priùs non fuisset vt per Tiraq. d. tract. amplia. 2. cum concor. Vndè siue priùs possederit vniuersitas nomine Dñi Iulij Moderni successoris in feudo, siue nõ, satis videtur hodiè de illius possessione constare; proptereaq; licitum ei fuisse edictum pro ea conseruanda promulgare.

Hoc tñ non obstan. contrariũ de iure verius cẽseo; & pro fundamento solidissimo confidero
6 † quòd quasi possessio immemorabilis pnarrata vniuersitatis, vel particulariũ hoĩum dicti castri vim hẽt tituli, & priuilegij l. 1. §. ductus aquæ ff. de aq. quo. & æsti. qua subsistente, titulus potest allegari, & allegatus præsumitur l. cum de in rẽ verso vbi glo. Bart. & alij, signanterq; Sali. qui
* hanc esse veritatẽ * asseuerat ff. de vsu. c. 1. in fi. vbi glo. & scrib. de præscrip. in 6. Dyn. in reg. possessor. de reg. iu. in 6. Alex. consi. 6. nu. 8. lib. j. & cõsi. 24. nu. 14. in 5. Afflic. decis. 239. in fi. Soc. consi. 127. col. pen. in fi. lib. 1. Dec. consi. 85. sub nu. 2. Dñs meus Soc. iun. cõsi. 181. nu. 61. & seq. vol. 2. atq; consi. 6. nu. 10. cũ pluribus seq. vol. 3.
* Rol. cõs. 3. nu. 95. lib. 1. & hãc opin. * cõem, & in praxi. sẽper seruari vidisse testat Cępol. de ser-
7 uit. vrba. pdio. tit. 19. nu. 6. 7. 8. † Quin et ex tali possessione resultat iurisdictio, ita q nec allegatione tit. opus est, nec eius probatione, secundũ glo. in c. super quibusdam §. pręterea de verbo. sign.

signi quod refert, & pluribus fulcir authoritatibus, veramq; & communem * affirmat Crau. de antiqui.temp. parte quarta num. 148. & seq. quibus addi potest Gemi. in d. cap. 1. colum. 3. versic. quæro quare Alex. d. consil. 6. num. 7. & Rolan. loco præcitato, cum alijs concord. per eum citatis. Quemadmodum igitur molestari non possent homines Sancti Pauli in sua quasi possessione, si iustum titulum, & priuilegium haberent, ita nec in hac immemorabili possessione.
8 nc. † Quod corroboratur ex dicto libro estimi, q præsumptiuè saltem probat dominium l. fi. vbi Barto. C. de præd. naui. lib. 11. l. censualis C. de donat. l. rura. & ibi Angel. & Ioan. de Pla. C. de om. agr. de ser. libr. 11. Ias. latè in l. decem. nu. 35. 36. de verb. oblig. Alciat. in tract. præsump. reg. 3. præsump. 17. nu. 2. 3. Et sic in petitorio etiam tuti videntur homines isti. ¶ Fortiùs in possessorio tuti esse debent, quamuis de immemorabili possessione non constaret; imò nec de
9 cennali, † sed solùm de præsentanea, de qua satis constare potest ex dicta descriptione in lib. estimi. alio in contrarium non docto, secundùm Castr. in l. si pater. num. 2. C. de act. empr.
10 Soc. consi. 89. lib. 1. & alios relatos per Menoch. de retin. possessione. rem. 3. nu. 570. † & pśertim in antiquo æstimo, quod plenè possessionē probat vt per Soc. consil. 250. colu. 3. versi. ex qui-
11 bus lib. 2. & Menoch. vbi supra. † Possessores igitur deijciendi non sunt, nec spoliandi à Domino Iulio, vel eius Procuratore Fiscali (si Fiscum habet) sed via ordinaria coueniendi, & iustitia mediante condemnandi, vel absoluendi l. defensionis facultas vbi Bart. & Angel. in summario, & Bald. in 1. not. C. de iu. fi. libr. 10. ¶ Et quòd in Fiscalibus quoq; causis ordo iuris omnino seruandus sit, probat textus apertus in l. 1 C. de conduct. & procura. prædio. fisca. lib. 11. & ibidem Bart. not. atq; in l. si deserta in fin. vbi Bald. Sal. & alij sequuntur C. si propter pu-
12 bli. pensi. † Quamuis enim summariæ sint, debent tamen præuia citatione, & seruatis substantialibus terminis, expediri, & non aliter vt ex pdictis liquet, & generaliter pbat tex. in cle. sæpè §. non sic. vbi Anchar. & Natt. de verbor. signi. latè Soci. consil. 12. in 1. q. lib. 1. Gabr. in
13 tit. de cita. conclu. 1. nu. 36. † Quinimo in causis, in quibus de plano procedi potest, sinè strepitu, & figura iudicij, de facto, ac nulla iuris solemnitate seruata, idem iuris est, vt per Soci & Gabr. locis nunc citatis, & Menoc. de arbi. iud.
14 lib. 1. q. 17. † Ampliantur prędicta, etiā in Principe pcedente, q absq; citatione, & debita causæ cognitione, neminē potest possessione sua regulariter priuare, clem. pastoralis §. cæterum de re iud. glo. in l. fi. vbi Bald. & Castr. C. de leg. latè Curt. Sen. consi. 20. per tot. Dec. consi. 410. num. 24. Vant. de nulli. ex defect. cita. in princ. Consi. Lud. Sacc.

vsq ad num. 11. Gabr. vbi supra nu. 9. cum con-
15 cord. † Ampliantur deniq;, etiam si contra iniustum possessorem procedatur, qui de facto priuari, & spoliari non potest d. l. si deserta. vbi Bart. & scrib. cap. licèt. de præben. in 6. cap. inter quatuor vbi Inno. Abb. & cæteri de maior. & obedi. Rom. sing. 766. possessio, & in consi. 69. viso. nu. 12. consi. 158. circa in prin. & cōsi. 310. hæc istorum in 2. dubio Socin. d. consi. 12. post num. 6. Feli. in c. si. num. 24. de præsump. Dec. in l. vlt. num. 4 versi. & hoc procedit C. de edic. di. Adria. tol. in l. pacto num. 4. C. de pact. in consi. 191. nu. 9. & consi. 500. num. 6. Marf. sing. 195. nemo priuandus Gabr. d. concl. 1. num. 69. cum multis simi. quæ breuitatis causa ommittuntur. In nostra ergo specie multò magis procedere dēt conclusio ista, in qua iustissimi sunt possessores, nec Princeps procedit, sed inferior à Principe, minusque causa commissa reperitur cum clausulis prægnantibus memoratis. Et ex his fundata satis superq; remanet possidentium intentio, & roborata.

Superest igitur vt obiectū, quod primo aspectu vrgere videbatur resoluamus, quod re ipsa nul-
16 lum facit negocium. Nam primò respondetur, Priores dictæ vniuersitatis facultatem non habuisse supplicandi, & præiudicium tale, possessoribus generandi; etiam si vniuersitatis nomine possederint (quod pro nunc non affirmo, quia ex facti narratione, non satis liquet;) Enim uerò nequeunt similes officiales vniuersitatum suarum iuribus absque speciali mandato quicquam detrahere, ad not. per glo. in l. item magistri. ff. de pact. quam sequitur, & communiter * receptam affirmat Alexand. veritatis pater in consi. 135. in princ. lib. 7. & post eum Crau. con-
17 sil. 317. colum. 1. in versi. & in terminis † necessarium namq; esset, quòd communicato consilio, & matura precedente deliberatione mandatum huiusmodi fieret, vt damnum exinde vniuersitati resultare posset, ad latè congesta per Menoch. de recuper. poss. rem. 1. q. 11.
18 Mandatum autem numquam præsumitur, & per longissimum temporis spatium, quamuis aliæ solēnitates regulariter præsumantur. Alex. in l. qui in aliena. in princ. ff. de acquir. hæredi. Dec. consi. 215. num. 1. Crau. latè d. consi. 317. in princip. Sinautem particulares homines nomine proprio possedisse, ac possidere præsupponerentur, multò minùs præiudicium eis fieri potuisset per officialium vniuersitatis confessio-
19 ne † cum res inter alios acta, alijs non pręindicet Rub. & eo. tit. C. res inter alios ac. Tiraq. latè in tract. suo super hac regula edito.

Secundò principaliter respondetur, quòd confessio prędicta simplex, & absoluta non fuit, sed relatiua ad Illustriss. contrarij literam, siue eius exemplum in archiuio existens; quo casu quali-

ficata censetur, & restricta ad tenorem relatæ
20 † vltra quam nihil disponit authen. si quis in aliquo cum sua materia C. de eden. confitens enim aliquid pro vt in instro, nihil fateri dicitur, nisi in instrumento id ipsum probetur ad Bal. in l. j. C. de erro. aduoca. quem sequitur Rom. in consil. 294. incip. hęc confessio num. 2. versi. & hoc modo intelligo, & ibi Mandos. in addi.
21 plures refert concord. Quinimo si instrumentũ ad quod relatio fit, te vera illud contineat, sed inualidum solemnitatis defectu tãtùm existat, idem adhuc determinat principaliter Rom. in eo. consi. 31. quod nuncupatim sequitur Maran. in suo Spec. part. 6. in tit. de confessio. nu. 25. Cæterùm tantùm abest in hoc nostro casu, vt literę prædictę probent Dños Castri, S. Pauli precario concessisse ius lignandi subditis suis in glareis Hentiæ, vt totum potiùs oppositũ concludant; nempe istos esse legitimos possessores, & in possessione sua conseruados, vt earum exemplo legi potest; ergo super huiusmodi confessione nullum potest pro parte D. Iulij fundamentum astrui.

Octauò pondero adhuc diligentiùs capituli su prascripti tenorem (*è stato sempre à loro concesso dall' Illustriss. Signori Contrary di godere à suo beneplacito, & commando le giarre, & accrescimẽto del fiume di Lenza*) quę verba non precariam possessionem, sed gratiam potiùs, & beneficium ac donationem important, si modo ius in dictis glareis potuissent ipsi Domini prætendere
22 † quandoquidem Domini beneficiũ erga subditos decet esse perpetuum. l. 1. cum ibi latè nor. ff. de consti. princ. & in l. decet. de reg. iur.
23 † Quod confirmatur ex eo, quòd vsi sunt verbo illo (concesso) nam concessionis natura est, vt realis, & perpetua in dubio sit, non personalis, & temporanea, nisi causa vel natura rei repugnet Spec. in tit. de instru. edi. §. nunc autẽ vet. ttem quòd fuit concessum Bart. in l. pater filiæ de serui. lega. Bald. in l. apud Iulianam §. si quid alicui de lega. 1. Anchar. consil. 327. discurrit materia nume. 3. Alba. consilio 64. num. 72.

Quartò, & vltimò si vllum ex memorata confessione prę iudicium vniuersitati genitum con-
24 tendere quisquam pertinaciùs voluerit (quod ego nunquam crediderim) nihilominus in pristinum statum reponenda foret per restitutionẽ in integrum, quæ vniuersitatibus competit propter pupillos, & minores qui ea sunt l. respub. & ibi doctr. C. ex quibus cau. maio. l. rempub. cum not. C. de iu. reipub. tradeunt scrib. in c. auditis de resti. in integr. Specu. in tit. de resti. in integr. §. 1. versi. ad doctrinam autem sub num. 38. Rui. consi. 67. num. 13. lib. 5. Riminal. iu. in consil. 81. colu. si. vbi latè insistit. & communes
25 citat sententias lib. 1. † Aduersùs confessionẽ autem restitutionem concedi nemo ambigit l. certum §. pen. ff. de confess. Gabr. latè in tit. de restit. in integr. conclu. 3. Ex quibus oĩb. cõcluditur proclama, seu edictum de quo supra fieri non potuisse, factumque non esse seruandum, nec exequendum, vniuersitate reclamante, & in sua quasi possessione perseuerare volente, & hæc dicta sunt saluo semper rectiùs sentientis iudicio.

S V M M A R I V M.

1 *Via puplica est de regalibus, & ad Principem pertinet.*
2 *Alluuio eius beneficio cedit, qui fundum habet flumini proximum.*
3 *Vicinum, & proximum non dicitur prædium, quod via publica intercedente separatur. Sed vide infra num. 10.*
4 *Alluuio cedit beneficio prædij proximi flumini, licèt via publica sit media.*
5 *L. Martius de acqui. re. dom. declaratur.*
6 *Via publica alluuionis argumentum non recipit, sed restitui tantùm potest.*
7 *Imò si via publica inter fundum, & ripam fluminis existat. idem indicatur, quia ripa ipsa dicitur esse domini fundi, & per consequens id quod ripa additur.*
8 *Via publica si deuastata fuerit, debet in fundo vicino restitui, & reparari.*
9 *Commoda eum sequi debent, quem sequuntur incommoda, & è contra.*
10 *Vicina esse prædia, & confinia differunt quia vicinum dicitur, quod mediante via, uel aliquo alio separatur, non autem confine, & contingens.*

Pro vniuersitate castri S. Pauli Ducatus Regij.

E P I T O M E.

Via publica quæ principis sit, vel de eius regalibus an alluuionẽ impediat? & concluditur, negatiuè.

R E S P O N S V M XII.

DVo motiua ingeniosè proponi video cõtra vniuersitatem Castri Sancti Pauli in differentia, quam habet cum Illustriss. Do. Com. suo super alluuione fluminis Hentiæ antiquis glareis addita. Primum quòd cum via publica sit de regalibus, & ad Principẽ pertineat, vt per Cępol. in tract. de serui. rusti. prędio. cap. 3. cum seq. & Bossi. in tit. de via publica. Illud etiam quod ab ipso flumine per alluuionem additum fuit, ad Principem pertineat; &
2 per consequens ad ipsum Dominum Castri, qui à Principe de regalibus est inuestitus † Certam enim

enim iuris regulam habemus, augmentum alluuionis ad beneficium eius cedere, qui fundum habet flumini proximũ §. Preterea insti. de re. diui. cum fim. Scdm est ex l. 4. §. fi. cũ l. seq. ff. fi.
3 reg. † vbi vicina nõ esse dñr pdia, quæ via publica, vel flumine separantur. quòd etiam consulẽdo tenere videtur Io. de Amic. consi. 1. nu. 17. Vndè arguitur, quòd vniuersitas, quæ fundum suum flumini vicinum non habebat, per alluuionem acquirere non potuerit.
4 Sed his fundamentis non obstantibus, indubitatum est ius vniuersitatis habentis fundũ suum prope flumen, licèt via publica intermedia sit; per tex. apertum licèt vulgatum l. Martius ff. de
5 acqui. re. dom. † Cui non obstat responsio data quòd ibi via esset fundi, vt in fi. dicit, quasi propter hoc non esset Principis, sed priuati, & dñi fundi. Quandoquidem de via publica expressim, ac pluries loquitur ibi Iurisconsultus, & per consequens ad ipsum Principem pertinente, vt supra. Verba autem fi. illius l. declarat ibi gloss. vlt. nempe viam publicam quoad commoditatem, & emolumentum vicini esse, licèt quoad proprietatem sit Principis, & glo. sequitur Cępol. d. c. 3. nu. 35. ex aduersò citatus; & hoc apertè facit pro intentione; nam si quoad commoditates, & emolumẽta via publica deseruit dño fundi cohęrentis, quoad emolumentũ etiam alluuionis prædictæ deseruire debet; vt generalis dispositio generaliter procedat l. 1. §. genera-
6 liter de leg. prętã. † Hinc rectè tradit Moder. Aym. Conciuis meus in sua eleganti trac. de alluuio. lib. 2. cap. 1. num. 4. & cap. 6. nu. 33. viam publicam augmentũ alluuionis non recipere, sed quodammodo portionem esse fundi cui adhæret, & restitui tantùm posse, non augeri ex ipsa alluuione; quod pluribus comprobat rationibus, quæ breuitatis studio ommittuntur.
7 Secundò stingit indissolubiliter pro Communitate glo. in §. riparum Insti. de re. diui. extendens decisionem illius tex. ad casum, quo via publica sit media inter fundum meum, & ripam fluminis, & volens ripam ipsam nihilominus esse meam, perinde ac si nulla via intercederet quam glo. sequuntur ibi doct. & Bat. in d. l. Martius, & in l. quominus nu. 8. 9. de flum. & ibidẽ Ias. nu. 69. atq; Cępol. vbi supra nu. 34. Nam si ripa hoc casu est mea, cui dubiũ, quin id, quod ripæ per alluuionem accrescit meum fiat? stante regula in motiuo firmata ex d. §. pręterea & l. a deo. §. præterea ff. de acq. re. dom.
His ergo stantibus, contraria facilè corruunt, siquidem ptimum tollitur ex doctr. glo. in d. l. Martius, quia negatur viam publicã esse Principis quoad commoditates, & emolumenta, cum sit vicini, vt dictum est † ad quem etiam in
8 commoda eiusdem spectanti; quia si deuastata fuerit, de eius fundo repatatur l. si locus §. fi. ff.
9 quemad. ser. ammit. † & qui habet incommoda, debet quoq; habere commoda. l. secundùm naturam de reg. iu. & hoc in specie considerat glo. prædicta cum sequentibus, & Aym. d. c. 6. num. 33. versi. addas præterea.
¶ Secundo modo tollitur, quia si via in totum esset Principis, etiam quoad commoditates, ripa tamen est vicini iuxta glo. in d. §. riparum, & per consequens quod p alluuionem additũ fuerit, eiusdem esse debet, per supradicta.
10 Secundùm etiam obiectum soluitur, quandoquidem d. l. 4. cum seq. non negat prædia esse vicina, quando via publica disiunguntur, minusq; id asserit Io. de amic. loco præcito, sed tantùm negat esse confinia, & contingentia. Quinimo vicina esse probat ibi Iureconsultus in ver. nec enim confinia hæc sunt, sed magis vicina dicũtur; & quòd vicina sint, quæ aliquo intermedio separantur, probat quoque tex. in l. non solum in princ. vbi Alberi. Ias. & alij ff. de operis nou. nuncia. & in l. si tertius vbi Bart. & scrib. ff. de aq. plu. arcen. Tiraq. in tract. de retrac. ligna. §. j. glo. 9. nu. 21. 26. Ad alluuionem autem acquirendam non requiritur de necessitate confiniũ, & contingentia, sed vicinitas quandoque sufficit, d. l. Martius. cum concord. Et si secus diceremss, haberet tamen vniuersitas prædicta intentum respectu ripæ alluuionem immediatè contingentis, vt supra. Meritò concludendum est glareas fluminis Hentiæ, de quibus controuertitur, ad eam ipsam vniuersitatem indubiè pertinere, non verò ad Illustr. D. Iulium Riciũ dicti Castri Comitem.

SVMMARIVM.

1 *Barones Regni Neapol. inuestiti cũ aquis, et fluminibus prohibere possunt aquã deriuari de flumine publico nauigabile, vel intrante in aliud nauigabili, sicut põt Rex ipse prohibere, sed vide infra num. 10. 30. 31. 32. 33. 46. 55.*
2 *Aquam ex flumine publico non nauigabili, & non intrante in nauigabile, de iure gentium licet vnicuiq; aquam ducere, & super ea molendinum edificare, & num. 35.*
3 *Princeps nunquam præsumitur vti velle plenitudine potestatis quãdo actus valore põt ordinaria.*
4 *Præsertim vbi tractatur de praiudicio tertij.*
5 *Princeps nunquam censetur concessisse id quod sibi competit, ex quadam prerogatiua, & priuilegio.*
6 *Flumina publica sunt in dispositione Principis, ex causa tamen, & non aliter.*
7 *Mens tamen ipsius Principis apparere debet.*
8 *Priuilegia interpretari debent vt minus ledant, ius commune quàm sit possibile.*
9 *Et in dubio contra producentem interpretantur.*
10 *Barones non possunt impedire vsum aqua fluminum*

num publicorum non nauigabilium, & non intrãtiũ flumina publica nauigabilia, nisi ex iusta causa, quia de iure gentium permissus est, & supra nu. 2. 3. & infra nu. 35. 46.

11 *Princeps sibi reseruata concedens inferioribus, intelligitur concedere, ut faciant cum causa cognitione, non ex potestatis plenitudine.*

12 *Princeps non potest tollere ea quæ sunt iuris gentiũ, ut contractus, & nu. 17. 51.*

13 *Princeps non potest præiudicare descendẽtibus vocatis in inuestitura nascituris, licèt tractetur de iure quærendo, quia illud ius deducitur à principijs iuris gentium, videlicet ex contractu.*

14 *Nec potest impedire vsum aquæ fluminum publicorum, quorum vsus de iure gentium communis est, & nu. 30. & 46.*

15 *Aquæ concessio denegari non potest petenti, quando illi maximè vtilis est, & nemini nocet.*

16 *Præparationes factæ pro aqua ducenda, operantur iuris acquisitionem, respectu ꝑuẽtionis. & nu. 44.*

17 *Princeps, & lex ciuilis non possunt auferre Ecclesiæ facultatem ei attributam de iure gentium.*

18 *Neq; id quod lex ipsa ciuilis in fauorem ecclesiæ concessit.*

19 *Restitutio bonorum alicui facta pro bono pacis, licèt trahatur etiam ad alienata, non tamen ad alienata in Ecclesiam.*

20 *Ius aquæ ducendæ ex flumine publico non præscribitur, sed iure gentium acquiritur.*

21 *Quod qualiter, & in quibus fluminibus procedat, declaratur.*

22 *Vsus immemorabilis aquæ ex flumine publico deriuatæ quod ius tribuat?*

23 *Aqua postquam ingressa est fundum meũ, mea est, & de ea possum ad libitum disponere, nec cogor de ea alteri gratiam facere.*

24 *Aquam, quam duxi per certam partem fundi mei, possum per aliam ducere.*

25 *Molendinũ in solo proprio construere cuilibet licet.*

26 *Aqueductum, seu riuum, aut formulam variare potest, qui ius aquæ ducendæ habet, si vtilitatem ipse consequitur, & nemini nocet, & nu. 58.*

27 *Aquæ modus non est variandus, sed vide infra nu. 58. cum seqq.*

28 *Aquæ publici fluminis vtens iure gentium, ius acquirit, non limitatè, sed prout meliùs, & vtiliùs erit, & vtenti magis proficuum.*

29 *Molendinum habens, ad quod per formulam aquã ducit, si super eadem aqua vult aliud construere, nullo iure prohibetur.*

30 *Princeps, seu feudatarius, ad quem spectat licentiã concedere extrahendi aquam de flumine publico, non potest eam negare petenti, cuius magna futura est vtilitas sinè alterius iniuria. Minusq; illam potest vendere secundùm veriorem opin.*

31 *Aquam ex flumine publico non nauigabili, & non intrante in nauigabile ducere non licet, Principe vetante, vel Barone cum regalibus inuestito, & supra nu. 1. sed vide infra nu. 31. 46. 51.*

32 *Neq; si dãnũ inferat tertio habẽti priùs molẽdinũ.*

33 *Aqua diuerti non debet à solito cursu, sed vide infra nu. 58. cum seqq.*

34 *Aquæ ducẽdæ modus ab initio sũptus attẽdi debet.*

36 *Ecclesia multa habet priuilegia fauore religionis inducta, & infra nu. 45.*

37 *Consuetudo antiqua, & immemorabilis aquæ deriuandæ, vim habet tituli, & priuilegij.*

38 *Et tantùm potest, quantùm Imperator cũ causa.*

39 *Vtilitas maior præponderare debet minori in aqua deriuanda.*

40 *Et si magna vtilitas priuati cum modica vtilitate publica concurrat.*

41 *Publicè interest plura adesse molendina in loco.*

42 *Episcopus quomodo teneatur reditus ecclesiæ suæ dispensare?*

43 *Ius quæsitũ super deriuatione aquæ ex flumine publico, si impediatur, damnum inferri dicitur, non lucrum tantùm tolli.*

44 *Præparatio materiæ pro edificãdo molẽdino super aqua ex flumine deriuanda, ius tribuit ꝑuẽtionis.*

45 *Ecclesiæ, & piæ causæ in dubijs quæstionibus fauendum est, & supra nu. 36.*

46 *Princeps, & causam ab eo habens, non potest prohibere vsum aquæ fluminum publicorum non nauigabilium, & non intrantium in nauigabilia, sinè iusta causa publicam vtilitatem concernente, & supra nu. 2. & 35.*

47 *Priuilegium pro aqua deriuanda intelligitur sinè præiudicio iuris alij quæsiti concessum.*

48 *Etiamsi motu proprio processerit.*

49 *Priuilegium secundum non derogat primo.*

50 *Maximè si secũdum sit generale, & primũ speciale.*

51 *Princeps non tollit ea quæ sunt de iure naturali, vel gentium acquisita, et supra nu. 12. 13. 17. 46.*

52 *Princeps nullam habet potestatem super ecclesijs, & rebus ecclesiasticis.*

53 *Damnum modicum non est curandum.*

54 *Molẽdini dominus non dicitur damnum pati, si ex constructione noui molendini, pauciores triticum ad illud afferant, sed tantùm lucrum amittere.*

55 *Interesse pendentis ab animo, & voluntate tertij, nulla ratio haberi debet.*

56 *Multa facta tenent, quæ fieri non permitterentur.*

57 *Hospitium habens in loco, ad quod multi confluũt, non potest alium impedire, quominus aliud nouum prope construat.*

59 *Aquæ ducendæ qualitas non est attendenda, sed modus, quo vir bonus vteretur alium nõ lædendo, & sibi prospiciendo.*

60 *Mutato loco aqueductus, nouus riuus idem cum primo esse intelligitur.*

61 *Solitũ dicitur, ꝙ semel factũ fuit, cõsuetũ aũt ꝙ bis.*

62 *Vsuario turbato in quasi possessione vsus, competit interdictum vti possidetis.*

63 *Impediens aliquem construere ædificium in suo solo, turbare dicitur.*

Pro

Pro Reuerendiss. D. Io. Antonio Fachinetto Episcopo Neocastrensi, qui postea fuit Summus Pontifex Innocentius VIIII.

EPITOME.

Aquam ex flumine publico, hoc est perenni, non nauigabili, & non intrante in aliud nauigabile, licitum esse cuilibet iure gentium ducere, & extrahere pro vsu, & vtilitate sua, & propterea Principem, aut Baronem ab eo causam habẽtem prohibere non posse, nisi ex causa publicæ vtilitatis. Posseq; super huiusmodi aqua molendinũ nouum construi, & multò magis vetus refici, atq; ad tutiorem, & commodiorem locum transferri, nouam quoq; formulam fodendo: quamuis lucrum auferat alterius molendini Domino, eò quòd pauciores ad hoc sua frumenta molenda sint allaturi.

RESPONSVM XIII.

Ecclesia Neocastreñ. prope quoddam flumen ipsius Ciuitatis Neocastreñ. quod est perenne, & non nauigabile neq; intrat in flumen nauigabile, habet agrum quendam, & in eo à tempore cuius non extat memoria in contrarium, habuit Molendinum, & Trapetum, quod molit per aquam quæ deriuata est ex dicto flumine, & in qua deriuanda nõ est habita vniformis ratio, neque obseruatus locus certus vndè deriuaretur à flumine, sed ipsam aquam modo per vnum locum à superiori, modo per alium ab inferiori parte fluminis, Ecclesia, prout ipsi expediens visum fuit, traxit. Modò dictũ Molendinũ, & Trapetũ propter impetum fluminis in eum statum reducta sunt, vt hodie quasi in medio alueo fluminis posita conspiciantur, adeò, vt omnes ferè iudicent primo fluminis impetu futuro, funditus euersura. Illud quidem certum est, quòd etiam infructuosa sunt, quia replentur singulis annis arena fluminis, & tantum erogatur in illis expurgandis, & reducendis ad statum, vt molere possint, quantus est annuus redditus ipsius Molendini, & Trapeti. Quod videns modernus Episcopus animum intendit, pro vinculo, quo tenetur ecclesiæ suę, quo modo huic tantę iacturę Ecclesię consulere possit. Et adhibitis peritis, inuenit quòd in eodem agro suo, poterat in parte satis tuta, & secura construere Molendinum, & Trapetum; & non parcendo sumptibus, in loco aliquanto superiori, quàm vnquam fuit (sinè tamen alicuius iniuria) riuum pro ducenda aqua fodiendum, & domum ad Molendinum, & Trapetum idoneam construendum, curauit.

Illustris. Comes Neocastrẽ. cuius antecessores ab annis septuaginta, & citra de hoc comitatu fuerunt inuestiti, dicit aquas similiũ fluminum ad barones huius Regni ex forma priuilegiorum pertinere, & licèt nec ipse in ea regione fluminis, nec alius habeât fundum, in quo possint construere Molendina, nititur tamen impedire ipsum Episcopum, nè aquã ducat ex flumine, & dictum Molendinum faciat, nullam aliã damni causam adducens, nisi quòd in eodẽ territorio habet vnum Molendinum, quod minùs molet, vbi permittat in dicta Ciuitate plura fieri Molendina. Dominus Episcopus, rationibus quæ transmittuntur, putat Ecclesiam non posse impediri. Contrarium prætendit Illustris. Dominus ex rõnibus quę colligũtur ex informatio ne transmissa pro Ecclesia; Quæritur quid iuris?

1 Pro Ecclesia tria adducuntur. Primũ est, quia licèt Barones Regni dicãtur inuestiti de Castris cum fluminibus, & aquis vt voluit Afflic. in c. r. ver. flumina, quæ sint reg. tamẽ intelligendũ est, vt habeant flumina, & aquas eo modo, quo ipse Rex habet, adeò, vt quemadmodum ex flumine nauigabili, vel quod intrat in nauigabile non potest deriuari aqua sinè licentia principis, ita nec poterit sinè licentia Baronis.

2 Ex flumine autem non nauigabili sicut potest deriuari aqua authoritate iuris gentium, si Princeps nõ vetet, ita poterit in Terra Baronis, si ipse Baro nõ prohibuerit, & in specie hoc voluit Iacobini de S. Georg. in sua Inuesti. in ver. cum fluminibus num. 3. vbi loquitur de fluminibus à Principe alijs concessis, & vult distinctionem suprascriptã seruari. At flumen istud ex quo aqua deriuatur, est priuatũ, & nõ nauigabile, ergo Ecclesia authoritate iuris gentium, potest aquam ex illo ducere.

Non obstat quòd Comes põt prohibere, quia intelligitur, vt id faciat legitima ex causa, vt infra dicã. Nec obstat flumina esse cõcessa maiori cũ prorogatiua Baronibus, quã sint apud Regẽ, & stãte priuilegio Baronũ, nõ posse duci aquã sinè ipsorum licentia, etiam si flumen non sit nauigabile; quia hęc opinio non probatur, nec iure, nec authoritate, neq; ratione, minùs ex verbis priuilegij, & est contra doctrinam Iacobini de S. Georg. vbi supra, quæ videtur verissima.

3 Pro qua facit, quia quotiens actus valere potest iure ordinario, nunquam Princeps censetur vsus plenitudine potestatis; Sed velle actum iure ordinario valere, Afflic. de pace iur. fir. in ver. in glo. 4. nu. 34. Egid. in c. cum non liceat 12. q. 2. sub num. 61. Curt. Sen. consi. 20. colu. 3. & seq. per totũ, & ibi in specie, concludo ego; Aym. de antiq. temp. 1. par. nu. 40. ver. Sed dicet aliquis. Alciat. in tract. pręsump. in 3. reg. pręsump. 36. num.

4 num. 8. ver. quartò limitatur. † & maximè procedit quando præiudicatur alij, prout contingeret in casu nostro, in quo omnes iure suo, authoritate iurisgentium, aquam ex flumine ducere possunt. vt habetur per Curt. Egid. Aym. &
5 Alciat. vbi supra nu. 10. † & quod cōpetit principi ex quadam prærogatiua, & priuilegio, non censetur concessum. Afflic. quæ sunt regal. §. angariæ. num. 15. & res secundùm sui naturā semper intelligitur concessa Afflic. in l. Imperialē. §. prȩterea ducatus in prin. de prohi. feu. alien. per
6 Fed. nu. 48. ver. Sed iuxta prædicta quæro. † Itē & quia licèt princeps ex causa posset flumina publica efficere omnino priuata, vt per Isern. quæ sint regal. in ver. flumina. cap. 1. attamen id intelligitur quando expressim apparet de men-
7 te, † Nam etiam si in eodem priuilegio aliqua decernit de potestatis plenitudine, id tamen nō intelligitur quo ad omnia, sed quo ad ea tantū quæ sunt expressa. Ro. in no. de præben. Decis. 20. col. 1. ver. secundum motiuū est, Alex. consi. 60. visa legitimatione, colu. pen. versi. secunda
8 ratio, volu. 2. †. & priuilegiū, quod potest interpretari, vt flumina censeantur ad priuatū vsum tantùm Comitibus concessa, vel eo modo quo Rex habet, debent interpretari, vt eo iure flumina sint apud Comitē, quo erāt apud Regem; qa sic minus lȩditur ius cōe. Fel. post alios in c. 1.
9 col. 6. vers. 2. declaratio de rescrip. † & interpretatio facienda est contra Comitē nitentē priuilegio l. veteribus, vbi Ias. & alij. ff. de pac. prȩsertim vbi priuilegiū est contra publicā vtilitatem, prout in casu nr̃o, in quo agitur de tollendo facultatē iuregētiū introductā, quo casu tunc nec Principi asserenti causam creditur ad not. per Iser. de cap. qui cur. vend. §. similiter pōt col. 5.
10 Nō obst. quod Baro in proposito casu vetet, qa intelligendū est, quòd possit vetare ex aliqua iusta causa, veluti si vsui publico pareretur aliquod p̄iudicium, vel forsan ipse posset ibi construere molēdinū; qa quicquid sit in supremo Principe, certū est inferiores non posse sinè causa tollere istā facultatē, nobis à iure gentiū tributā, vt exēplificando in Senatu, in specie tradit Ripa in l.
11 quominus. col. 3. in 3. not. ff. de flum. † pro quo facit, quia certissima cōclusio est, quòd vbi Princeps, quæ sibi reseruata sunt, concedit inferioribus, non recipiunt ipsi inferiores illā potestatis plenitudinē, quæ in ipso Principe consideraē, & censetur velle tribuere, vt illā cum causæ cognitione exerceant, post alios Fel. in c. quę in Ecclesiarū col. 11. nu. 32. ver. quarta declaratio est; ibi hinc est, quòd concedendo Princeps, & Dec. colum. 10. num. 30. vers. & notandum est, quòd casu isto, de constitut.
12 Non obstat hic agi de iure quæsi. & non quæsito, qa Princeps sicut nō pōt tollere dñium, ita neq; pōt tollere contractus iure gentiū introductos, & rō quia iuris gentiū sunt, vt volunt oēs in d. c. q in ecclesiarū, vbi post alios Bero. num. 136. Bal. in l. causis in fin. C. de trans. Vndè si nō tollit contractus, qa iuris gentiū sunt, minùs poterit ipse inferior sinè causa tollere facultatē ip-
13 sam iure gētiū introductā † hinc est, q̄ licèt in descendētibus nascituris vocatis in inuestitura tractetur de iure quęrendi. ipsis tñ sūt cōes * cōclusiones præiudicare non pōt, quia illud ius quærendū deducit ex principijs iuris gentiū; nempe ex contractu, vt magistraliter declarat Brun. cons.
14 a. nu. 37. vers. nec obst. allegata in contrarium. † Itaq; idem dicendum est in casu nr̃o, & hoc est, quod in specie, & prudenter considerabat Ripa
15 contra Ias. in d. l. quominus vbi supra. † Probaē hoc ēt, quia quotiens aqua sinè concessione haberi non pōt, si aqua maximè est vtilis petenti, & nulli præiudicat, nō pōt is ad quem pertinet, concessiones aquæ denegare, quia id faceret sinè causa, contra Regulā, quod tibi non nocet, & mihi prodest; & præsertim vbi agitur de vtilitate publica, prout est, quòd plura in Ciuitate sint molendina, vt infra videbimus, ergo vbi impetrare aquam non est necessariūm, sed Comes tñ prohibere pōt, multò magis concludendum est,
16 Comitē sinè causa vetare non posse. † Hocq; confirmatur ex duobus, quia hic non modo tractatur de iure quęren. nascente ex principijs, & facultate iuris gentium, sed de iure iam quęsito, quia Ecclesia iam fecit omnia p̄paramēta necessaria pro ducenda ipsa aqua, propter quæ dubium non est ipsum ius aquæ acquiri, vt voluit Bar. in l. quominus in 2. quæst. quem ibi sequuntur Ias. & Ripa. & alij. ff. de flum.
17 Secundò, quia agiē de Ecclesia, vndè neq; Princeps, neq; lex ciuilis pōt facultatem, nō à iure ciuili, sed gentiū ipsi non subiectę, tributā sinè cau
18 sa tollere, vel impedire. † quinimò si quid à lege ciuili in fauorē Ecclesię esset concessum, non esset liberū Principi illud reuocare. Inn. quem oēs ibi sequuntur in c. nouit. in ver. Theodosius de
19 Iud. † sic ēt dicimus, quòd licèt plena restitutio ex bono pacis facta trahatur ad bona in aliū alienata, tamen id non obtinet, si in Ecclesiam alienata sint, quia Principi subiecta non est. Affl. de cap. qui cur. vend. §. similiter potest nu. 13. vers. tertiò fallit nisi Princeps.

Non obstat, quòd Comes vetet ex causa, eo quòd pauciores irent ad Molendum in suo molēdino, quia Principes, & Comites dati sunt populis, vt vtilitati publicæ, non autem priuatæ, cōsulant; ideo etiam si, quo ad hoc, in aliquo Comes lȩderetur, tamen cum redundet in populorum vtilitatem, in consideratione non est habenda, vt tradunt omnes in d. l. quominus.

Præterea in Ciuitate Neocastren. sunt duodecim molendina, & ampliùs, vndè ex eo quod aliud addaē, nihil interesse pōt Comitis, p̄sertim quòd

quòd non lõgè ab ea parte fluminis, in qua Eps
vult nouum molendinum construere, erant su-
perioribus annis alia molendina, quæ exinde
impetu fluminis diruta sunt, & nihilominus mo
lendinum Illustriss. Comitis non propterea tũc
minoris locabatur, quàm hodie locetur.

Non obstat, quod Rex videatur plus iuris trã-
stulisse in Barones, quàm ipse habeat in flumini
bus, arguendo ex doctrin. Luc. de penn. in l. vsũ,
C. de aqueduct. lib. 10. vbi vult cõtra Baronẽ p̃-
scriptionem non currere etiã immemorabilem,
inferẽtib⁹ ex hoc Aduocatis pro Illustriss. Comi
te; si non potest induci præscriptio contra Baro-
nem, ergo cõsiderari non potest, quòd quis pos-
sit authoritate iuris gentiũ aquã ex flumine du-
20 cere; quia respondetur hæc non concludere, †
nam & de iure cõi ducere aquam ex flumine pu
blico, nullo tempore præscribitur. Ripa. in d. l.
quominus nu. 40. & 41. vers. item aduerte quia.
& nu. 99. vers. tertia conclusio, Affl. quæ sint re-
gal. §. flumina nu. 4. vers. item quærit Andreas,
tñ hoc ius in flumine non nauigabili auctorita-
te iuris gentium acquiritur sñ Bar. & oẽs in d. l.
21 quominus † ideo doctr. Lucæ de Pẽn. intelligen
da est sm̃ terminos iuris cõis, & in terminis in
quibus ꝓcedere potest: Nam quod dicũt doct.
flumina, & aquas esse Regis, & Baronũ ea rõne
dicunt; quia nullus potest ducere aquã ex flumi-
ne nauigabili sinè eorũ licentia, & ex alijs nõ na
uigabilib. si ipsi vetent; intelligendo vt supra;
Ideo si quis aduersùs illos velit præscribere, qđ
non esset petenda licentia, & non possint ꝓhibe
re, procederet doctr. Lucæ de Penn. pro qua ta-
men aduertendum est, quia intelligenda est tm̃
de flumine, ex quo sinè licentia principis non
possit aqua duci, vt nominatim intelligit Afflic.
in d. §. flumina, & sic de flumine nauigabili, vel
quod intrat in nauigabile, quia quo ad reliqua
flumina non requiritur ista licentia d. l. quomi-
nus, & ibi omn. & sic Luc. loquĩ extra casũ nrm.

Accedit, quòd præscriptio ita cessat, vel admit-
titur contra Regẽ, sicut contra Baronẽ, nã aque-
ductus, ex flumine publico spatio longissimi tẽ-
poris cõrra Principẽ non præscribitur vt supra,
22 ita similiter contra baronem non præscribitur: †
si quis tamen nitatur possessione immemorabi-
li obtinebit, nõ quidem iure præscriptionis; sed
quia pręsumitur priuilegium, & sicut hoc locum
habet contra principem, ita æquè procedit con-
tra Baronem: vt declarat Affl. reprehendendo in
hoc Luc. de Penn. in d. §. flumina, quę sint regal.
& hæc sit prima ratio pro Ecclesia.

Secunda ratio, quia antequam antecessores Il
lustriss. Comitis fuissent inuestiti, Ecclesia aquã
deriuauerat ex flumine, & sic facultatẽ illam du
cendi aquam, iure gentiũ Ecclesia sibi acquisi-
uerat d. l. quominus, vnde ẽt si postea Comites
fuerint inuestiti, non potuit fieri aliquod præiu-
23 dicium iuri Ecclesiæ iam quæsito, † & Ecclesia
potest vbi primũ aqua intrat fundum suũ, illa vti
ꝑ suo arbitrio, & facere in parte superiore vnũ
aliud Molendinũ, & Trapetũ dummodo non ac
cipiat, nisi aquam limitatã, q̃ antea accipere con
sueuit l. 1. §. illud labeo. ff. de aqu. plu. arc. glo. in
l. cum esset in fin. ff. de seru. rust. præd. Cepol. in
tract. de ser. vrb. præd. cap 4. de aqueduct nu. 41.
Dec. post alios quos citat cons. 244. col. 2. vers.
secundò principaliter ista conclusio Ias. in l. quo
minus num. 88.
24 Non obstat hæc ꝓcedere qñ aqua iã peruenis-
set ad Molendinũ antiquũ, & Ecclesia vellet nõ
supra, sed infra antiquum Molendinum aliud
construere, quia hoc procederet quãdo Ecclesia
p̃occupasset hoc ius aquæ, ducendo specificè ꝓ
illa certa parte fundi, in qua Molendinum anti-
quũ constructũ est, at in dubio p̃sumitur seruit⁹,
vel ius q̃sitũ singulis partibus fundi, neq; ex eo
quòd qs vs⁹ sit aqua tm̃ in vna certa parte fundi
excludi debet ab vsu aq̃ in reliquis partib⁹ fun-
di, l. si partẽ, ff. de seru. rust p̃d. vbi Castro, & alij.
25 Nõ obstat, quòd Ecclesia nunq̃ aquã duxerit ꝑ
locũ, ex quo nunc aquã vult deriuare, & ingre-
diens suũ fundum possit codẽ cursu deriuari ad
nouũ, & antiquũ Molendinũ, quia quantùm ad
Molendinũ, cuilibet licitum est construere noua
Molendina in suo post alios Iacob. de S. Georg.
in sua Inuest. §. & cũ molẽdinis. col. 2. in fi. vers.
sed quæro dominus loci. Quo ad aqueductum
aquę duo ad propositum considerari possunt, a-
quam ducere de flumine publico. Secundò, per
talem locũ ducere, Bar. in d. l. quominus colum.
pen. q. 15. Quo ad ius ducendi aquã non est du-
biũ, quia non est mutatus alueus, & remanet idẽ
26 flumen. † Quo ad riuũ, & aqueductum aquę Ec
clesia fuit semper, & est in quasi possessione va-
riandi, & ducendi aquã, modo per vnũ, modo
pe alium locũ, ẽt alienũ, sinè tamen alicuius iniu
ria, neq; hæc ratio variandi prohibita est, quan-
do fit cũ magna cõmoditate variantis, & sinè ali
cuius iniuria, prout in casu nostro contingit. Ve
ron. in suo tract. de seru. rust. præd. in cap. de ser
uit. aqueduct. sub num. 49. vers. item duci debet
per locum solitum. Dec. cons. 244. ver. non ob-
stat, quod tradit Bar. Veron. colum. pen.
27 Nõ obstat, quòd modus aquę nõ sit immutãdus.
l. non modus. ff. de seru. rust. præd. & habens ser-
uitutem ducendi aquã ad vsum vnius Molendi-
ni non possit propter aquarum abundantiã duo
molendina construere, neq; aliam aquam misce
re, vt Molendinum meliùs molat, vt voluit Bar.
in d. l. quo minus, quia tripliciter respondetur.
Primò id procedere quando fieret cũ alterius
præiudicio, ita fuit de mente ipsius Bar. in l. per
agrum. C. de serui. & hoc voluit Ang. in d. l. non
modus, & Dec. cons. 244. col. pen. vers. secundò
responderi potest, quòd etiam datò.

28 † Se-

28 † Secundò, quando quis auctoritate iuris gentiũ pro suo arbitrio ius ducẽdæ aquæ acquisiuit, nõ põt considerari aliqua limitatio concessionis, ita Dec. d. cons. 244. col. pen. vers. quartò nõ obstat, quòd Cõitas, rõ q̃a occupando quis aquã illam simpliciter occupat, & ad oẽm vsum sibi vtilem, quia præsumitur semper quis conditionem suã velle facere vtiliorẽ d. l. 3. ff. de test. milit, & l. cũ de indebito cum sua mat. ff. de prob. ideo vbi acquisitio est simplex, & non limitata, cessant contraria, ita & post alios Veronen. in d. tract. de seruit. sub rub. de aqueduct. num. 61. vers. sed circa prædicta potest dubitari, & num. 63. & 64. ibi præsertim, aut seruitus non fuit imposita limitatim, sed simpliciter.

29 Tertiò. Contraria procedunt quando ex aqua super abundanti quis vellet duo molendina cõstruere, secus autem vbi cum aqua limitata fieri possunt duo molendina, prout in casu nostro, ita Dec. d. cons. 244. colum. penult. vers. secundò responderi potest.

Tertia ratio, quia conducere aquam ex hoc loco maximè vtile sit Ecclesiæ, & nulli prorsus fiat iniuria, etiam si ius concedendi hanc aquam ad Illustriss. Comitem pertineret, hoc Ecclesiæ concedere teneretur, vt voluit Ias. in l. quominus, nam & dicimus consensum Regis, qui prætatur in alienatione feudi esse gratiam, si tamen sinè causa negetur, iniuriam esse, Afflict. de prohibit. feu. alien. per Fed. col. 2. num. 8. not. 16. Concessioq; in casu nostro gratis dari debet, cum non sinè turpitudine hoc ius ducendi aquam ex flumine publico dicat vendi, glo. in rubr. de aqueduct. Bar. in l. ad reparationem, C. eod. tit. Veronen. in d. tract. sub cap. de acqueduct. num. 89. in fin. Præpos. in c. 1. §. si quis de manso. de contro. inuest. Et licèt Ripa in l. quominus dicat hoc casu quidem dominum aquæ cogendũ ad concedendum aquã, sed non gratis; quia tamen solus est, & alia opin. authoritate Bar. & aliorũ munita est, ab ea discedendum non est.

Non obstat. l. ad reparationem, non loqui specificè in isto casu, quia Doct. iudicarunt identitatem rationis militare, nam sicut Ciuitas vsum aquæ, quę sua sit, ciuibus volentibus vti aqua ad vsum suarum domorum vendere non potest, quia aqua iure gentium omnibus communis esse debet, ergo, & in casu nostro ius ducendi aquam, non debet posse vendi, quia hæc facultas non à lege ciuili, vel Principis, sed ab ipso iure gentium competit.

Ita pro sua Ecclesia respondit Io. Ant. Fachinettus Iurisconsultus Bonon. Episcopus Neocastren.

Reuerendiss. D. Episcopus Neocastrensis, cui multis deuinctus sũ noĩbus, p̃scriptũ in causa Ecclesiæ suæ responsum edidit, & ad me nũc Neapolis cõmorãtẽ, transmittit; vt si iuri consonũ mihi visũ fuisset, ei subscriberẽ. Quod cum adamussim examinauerim, iuri, & æquitati conuenire censui. Nam tria tñ videnť prima fronte pro Illustriss. D. Comite adduci posse, quæ mero iure nõ subsistunt. 31

† Primò, quòd cũ ipse sit de feudo inuestitus cũ aquis, & fluminibus à Rege Catholico, q̃ fluminum publicorũ dñs est, eò quia de regalib⁹ sunt c. 1. in ver. flumina, vbi oẽs not. in tit. q̃ sint rega. non põt quisquam ex hoc flumine publico aquam, eo prohibente, deriuare, l. quominus: vbi Scrib. omnes tit. de flumi.

32 Secundò, ex flumine publico nemini licet aq̃ ducere in alterius damnũ, qui molendinũ prius constructum habeat. Rip. in d. l. quominus num. 30. & 43. Curt. cons. 33. num. 4. damnũ aũt sensurus est D. Comes ex constructione noui molẽdini Ecclesiæ, per tex. in l. 1. §. meritò. vers. damnum. ff. ne. quid in loco pub. vbi damnũ pati dr̃ qui commodum ammittit, quod ex publico percipiebat. Etenim constructo Ecclesiæ molendino, pauciores ad illius molendinum triticum molẽdum afferrent, quàm antea consueuerint, prout cuique ad sensum patet.

33 Tertiò, aqua non debet à solito cursu diuerti l. si manifestè, C. de serui. & aq. nec per alium locũ duci l. 1. §. fi. tit. de riuis. Bald. in l. 2. in fi. C. ad l. Aquili. ingens priuatũ habẽtẽ ius in aqua, minimè posse illam à solito cursu deuiare, per. l. si seruus seruum. §. si quis aqueductus eo. tit. & in l. 1. C. de serui. & aq. & dicit idem Bald. in c. 1. §. si quis de manso. col. 3. in fi. de cõtro. inuest. quòd in isto aquarũ ductu, non solùm inspiciamus initium, sed & loca per quæ decurrit, eiusq; alueos, & meatus, & sm̃ eorum qualitatẽ de vsu aquæ iudicari debemus. † Ait quoq; Bart. in l. per agrũ, C. de seruit. & aq. quòd modus ab initio sũptus pro ducenda aqua ad molendinum, attendi debet. Ex quibus videtur, quòd locum formulæ suæ antiquæ mutare nequeat Reuerendiss. D. Episcopus, nec molendinum aliò construere.

34 (at "dicari debemus" line)

His ñ minimè refragãtibus, cõtrariũ rectè, sanctéq; p̃ Eccľa sua tñdit sua Dñatio Reuerẽdiss.

35 Et in primis, eò quia cũ flumen, de quo agitur, sit publicum non nauigabile, nec intrãs in aliud nauigabile, certum est, cuilibet, & priuato, licere iure gentium aquam auihoritate propria extrahere. & de ea ad libitũ p̃ sui cõmodo disponere, & molendinum super ea edificare, quãdoquidẽ talium fluminum vsus publicus est §. flumina. Insti. de re. diui. vbi oẽs not. Isern. loco p̃citato, nu. 5. & Afflict. nu. 3. ad fi. Cępol. de seru. rusti. prædio. cap. de aqueduct. quòd est quartũ nu. 39. 40. Ias. d. l. quominus. per illum tex. nu. 1. cum

cum seqq.& nu.45.Rip.ibidē nu. 25. cum seqq. & nu.42.Signo.de homod.conf.91.nu.9. in fin. Dec.consf.244.nu.4. & 9.Multò magis ergo licere debet Ecclesiæ, cui religionis fauore,plura cōcedūtur,quę alijs denegantur l. sunt personæ.de religio.& sump.fu.& innumeris ferè gaudēt priuilegijs;vt apud Tiraq.legere est in suo tract. de pia causa,& alibi sæpè.

Secundò facit pro Ecclesia,antiqua, & immemorabilis consuetudo extrahendi aquā ex isto flumine,& loca variandi, prout cōmodiùs fuit, q̄ consuetudo vim habet concessionis, tituli, & priuilegij,l.1.§.fi.& l.fi.de aq.plu.arcen.l.hoc iure.§.ductus aquæ de aqu.quotid.& æsti.Bar.d.l. quominus in 2.q.nu.5.Ias.nu. 40. cū seqq.Rip. nu.39.& seqq.Iser.in d.ver. flumina nu.8. vers. Item ducere aquā,qui signanter loquitur in flu-

38 mine Baronis,Cępol.d.c.4. num.52. † & inquit Ias.nu.28.& d.nu. 42. hāc temporis vetustatem tantùm posse quantùm Imperator cum causa.

39 Tertiò considerandum est in hoc negotio versari magnum interesse Reuerēdiss. D. Episcopi, & eius Ecclesiæ, cuius Molendinum inutile fore supponitur,& breui ēt periturum,si in tutiorem locum non transferat. E contra verò Illustriss. D.Com.parum interesse,si eius Molendinū paulò minoris fiat redditus; quo stāte præponderare debet maior illa vtilitas,seu interesse huic minori,vt in terminis considerat Signo.d.consf.91 nu.15.& post eum Dec. d. consf 244.nu.6. vers.

40 tertiò principaliter,& nu.7.8. † vbi hoc ēt ꝓcedere asserit,si magna vtilitas priuati, cum modica vtilitate publica contendat,& in vers. vlt.nu. 66. vsq; ad fi.materiā prosequitur,& bona inra allegat; maximè tex.in l. 2. in fi. & l.3. de riuis. & benè facit, quod scribit Cępol. vbi supra nu. 61.vers.tu verò pro concordia. Sed quia in nr̄a facti specie publica vtilitas totius Ciuitatis cum Ecclesiæ vtilitate concordat,tantò magis priuatæ vtilitati D.Comitis, & minori præualere de-

41 bet. † Etenim publicè interest plura extare molendina,quæ Ciuitati,& vniuerso populo inseruire possint,vt optimè considerat Signo.d.consf.

42 91.nu.10.11.12.† Sed aliundè quoq; insurgit publica vtilitas; ex maiori scilicet redditu Ecclesiæ,cum quo Reuerendiss.D.Ep̄us maiores eleemosinas,& vberiores pauperibus Christi largiri,& maiora ædificia pro Ecclesia sua, decentioraq; ornamēta pro diuino cultu portare poterit; prout renetur c.Ep̄s 10.q.2.c.concesso. cū seqq. c.de redditibus,& c.gloria epi 12.q.2.& c.fi.16. quæst.1.cum not.

43 Confirmatur intentū ex eo, quòd nedū de vtilitate notabili Ecclesiæ,& publica agitur, sed ēt de damno vitando,hoc est de totali interitu molendini sui antiqui,quod maximè considerandū est ꝓpter ius iam radicatum, Ias. d. l.quominus nu.48.vers.sed salua; cui aliud ēt accedit dānū, impensæ scilicet factæ pro nouo construendo, q̄

44 non est modica;† Huiusmodi namq; pręparatio deseruire potest pro iure quoq; quærendo, Ias. ibidem post Bart.& alios nu.115. multò magis, ergò pro iure q̄sito cōseruando ꝓdesse debet.

45 Quartò,& vltimò attendi debet, quòd hic versatur Ecclesię fauor,ꝓ qua in omni casu,quo dubium ius dici posset,iudicare debemus. l. 1. vbi Scrib.omnes,C.de sacrosf.eccl.c.in præsētia,vbi cano.de probat.Tiraq.latè d.tract. piæ causę.priuil.146.& 148. vndè si ambiguitatis aliqd in p̄senti causa caderet(quòd à veritate lōgè abesse credit)ꝓ ipsa tamen Ecclesia sentiendum foret.

46 Ad contraria aūt facili negotio respondet. Nā ad primum, quòd Principe vetante, nequeat quispiam ex flumine publico qualitatis antedictæ aquā ducere, dicimus primò,nō posse tamē Principē ipsum,nec causam à Principe habētē, vt D.Comes,sinè iusta causa prohibere, cum illius aqua sit in vsu publico de iure gētiū. Isern. in d.ver.flumina nu.6.7.& ibidem Afflict.nu.8. Iusta aūt causa intelligi debet, q̄ publicā tm̄ vtilitatē concernit.Ias.d.l.quominus num.3.4.6.7. cum concord At in casu isto ꝓhibere molēdini huius trāslationē, vtilitati publicæ potiùs repugnat,quā conueniat,vt s̄ dictum est, Igitur,&c.

47 Secundò Respondetur Ecclesiā Neocastrensē ante priuilegium D. Comitis aquam deriuasse, & sic licitè de iure gentiū ius quęsitum habuisse; cui per subsequens priuilegium nequaquā derogarum fuit d.l.1.§.meritò. ff. ne quid.in lo.pub. Bal.in terminis in titu.de pac. constan.in ver.in detrimentum,Affli.vbi supra nu. 3.qui plura iura ad propositum adducit.Ias.d.l.quominus nu.

48 10. † & Rip.num.12.alios citans, & inter cæteros Felinum ampliantem,etiam si motu proprio priuileginm processisset.

49 † Confirmatur intētum ex antiquitate memorata iuris Ecclesiæ,quæ prioris priuilegij,& concessionis vim obtinet,vt in secundo fundamēto dictum fuit, & per consequens posteriori priuilegio præferri debet, quod primo non derogat l.2.§ suis tamen, & ibi Doct.C.de const. pecu.l. 1.& ibi Bal.in 3.nota.C.de legi.c. veniēs de pręscrip.Abb.& alij in c.1.de rescrip. † Cum pręser-

50 tim priuilegium Ecclesiæ fuerit speciale,Comitis aūt generale;quod tantò minùs illi derogare pōt d.c.1.in fi.vbi cano.oēs, & præsertim Dec. nu.45.vers.secunda conclusio ꝑ d.c. veniens,& tex.cum glo.in l.3.C.de silen. li.12. & glo.in c. generi, de reg.iur.in 6.cum sim.

51 † Et confirmatur adhuc, ex quo nec potuisset Rex ipsi iuri Ecclesiæ præiudicare, tū quia iure gentium q̄sirum erat,cui ēt inter priuatos nō derogat, Clem.pestoralis.de re iudi. nisi fortè ex causa publicæ vtilitatis,Inno.& alij in c. quæ in Ecclesiarum,de constir. vbi Abb.num.11.

52 Tum quia de p̄iudicio ecclesiæ agebar, inquā, & eius

& eius res,& bona nullam habet Princeps pote-
ſtatem d.c.quę in Eccleſiarum cum materia ſua.
Afflict.in c. 1.§.ſimiliter poteſt num. 12.de capit.
qui cur.vendi.

53 Ad ſecundum fundamentum de dãno,& ꝑiudi
cio D.Comitis,Reſpondeř modicum eſſe poſſe,
eum vltra molendinũ Eccleſiæ q̃plura alia in to
to territorio extent, ad quæ molentes accedere
poſſent,ſi hoc non extaret,& de modico damno
curandum non eſt.l. ſcio.de in integ.reſtit. Ant.
Corſet.latè in tract.de minimis ꝑ to. & in pun-
cto tradit Bart.d.l. quominus q. 11. & poſt eum
Iaſ.num.79.80.cum ſeq.

54 Secundò,& fortius reſpondeř,imo non tracta-
ri de damno aliquo D.Comitis,ſed tm̃ de lucro
ceſſante, quòd ſcilicet pauciores ad eius molen
dinum molendi cauſa ituri ſint,refecto nouo Ec
cleſiæ molendino, ꝙ quidẽ lucrum nullius con-
ſiderationis eſſe debet,l.1.§.ſicut aũt,de aq.plu.
arcẽ. & in terminis terminantibus docet Bar.d.
l.quominus in 2.q.nu.5.& num.25.in fi.Bald.in
d.l.ſi manifeſtè,& in l.vni.in 13.oppo.C.de ſen-
ten.quæ ꝓ eo ꝙ inter. ꝓfer.Iſer.in d. ver. flumi-
na,num.4.Alex.conſ. 194.nu.5.ver.quinimo,&
nu.7.verſ.& licet li.2.Iaſ.in d.l.quominꝰ nu.84.
cum ſeqq.Rip.nu.25.cum ſeqq. & num.82.Cę-
pol.d.c.4.nu.40.verſ.ſecundo fallit.Signo. d.cõ

55 ſil.91.nu.11.12.† Inquiens nunq̃ rationẽ habe-
ri illius intereſſe, quod ab alieno pendet aĩo, &
aliena voluntate, prout ire, vel non ire ad hoc,
vel illud molendinũ. Curt.ſen.d. conſ.33. nu. 2.
verſ. nec in hoc attenditur.Corn.conſ.99. in fi.
* li.2.* & hanc concluſionẽ verã, & planã nuncu
pat Iaſ.vbi ꝓximè,à qua ꝑ pea recedẽdũ nõ eſt.

Et aduertendum, quod loquuntur Scrib.iſti in
caſu noui molẽdini ſuper fluminis publici aqua
nouiter conſtruendi,ſupra, vel infra molendinũ
alterius iam conſtructum,quod multò magis lo
cum habere debet in eo, qui ſuum antiquũ vult
in aptiorẽ locum transferre, & habet ius q̃ſitum
pro extrahẽda aqua ex flumine ad vſum vnius
56 molendini, quia multa facta tenent, &c.l.patre
furioſo,ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iu.

57 Et pro confirmatione concluſionis antedictæ
de nouo molendino ædificando cum diminutio
ne lucri alterius molendini,adducunt optimum
ſimile de habente hoſpitium,ad quod multi cõ-
fluunt, iuxta quod poteſt alius nouũ hoſpitium
erigere,licet primi hoſpitij lucrum valde minuat
Bald.conſ. 483. num. 5.verſ.& notandum lib.4.
Iaſon.in d.l.quominus num.85.

58 Ad tertium de ſolito aquæ curſu non immutã-
do,reſpondetur, id procedere qñ non eſt alicui
quæſitus illius vſus, & ius q̃ſitum pro certo vſu,
prout eſt in caſu nr̃o; quia modus vtẽdi põt tũc
variari.l.vſus.de vſu,& habi. Signo. d. conſ. 91.
per to. & ſignanter num.6.7.& 14. verſ.nec ob.
59 † vbi concludit qualitatẽ vtendi aqua non eſſe
attendendã, ſed modũ, quo vir bonus vteretur
alium non lędendo, & ſibi proſpiciendo, prout
60 nunc facit Reuerẽdiſs.D.Ep̃s.† Inquit ẽt Signo.
quòd mutato loco extractionis aquæ, noua for-
mula cenſeř eadẽ cũ prima, in cuius locum ſub-
rogatur per l.ſeruitutes,§.ſi ſublatam, vbi glo.in
ver.intelligitur. de ſerui.vrba.prædio.& alia iu-
ra quæ adducit.Concordat Cępol.loco præcita-
to nu.49.ad fi.aſſerens, quòd etſi regulariter à
ſolito curſu aqua diuerti non debeat; ſecus ta-
men ſi magna vtilitas diuertentis interueniat,
& nullum vel modicum incommodum tertij.

Sed & ſecundo reſpondetur Eccleſiam eſſe in
quaſi poſſeſſione variandi locum aquæ deriuan
dæ,& ꝑpea dici poſſe ſolitum curſum,quem illa
elegerit,poſteaq̃ hoc modo ea vtì ſolita eſt.
61 † Solita aut dici põt,licet vnica tm̃ vice mutaue
rit.l.Mela,§.1.vbi Bart.& Alexan. in addi. ff. de
ali.& ciba.leg.Bald.ĩ l.binos ad fi.C.de aduo.di.
iud.Bero.cõſ. 100.nu.5.li.1.vbi de Eccleſia ſpe-
ciatim loquitur,& conſ.121.num.6.eo.li.& rur-
ſus conſ.156.nu.5.li.3.conſueta autẽ diceretur,
ſi bis variaſſe probaretur, vt apud eoſdem Au-
rhores legitur.

Hinc ẽt ſequitur, ꝙ contra impedientẽ compe
teret interdictum Vtì poſſidetis. pro retinenda
quaſi poſſeſſione vſus antedicti.Vſuario.n.cõpe
tit.Glo.in l.vlt.tit.vti poſſid.& in l.vnica in glo.
vlt.C.eo.Bart.in l.1.in prin.nu.3.ff.eo. & in d.l.
vnic.§.1.nu.9.vbi ẽt Bal.nu.4. Lanfran. Oria.in
rub.de cauſa poſſe.& proprie.in ver.4.cõcluſio,
Dec.in c.licet cãm nu. 29.poſt Abb. & alios de
proba.Bolog.in l.naturaliter, §. nihil cõe par. 1.
nu.43.de acquir.poſſ. & ab hac ſententia nemo
62 diſſentit.*† Et D.Comes impediens turbare di-
* cereř l.ſicuti,§.Ariſto.in fi. ff. ſi ſerui.vendi. glo.
63 in d.l.vni.† & pariter turbaret ſi ædificiũ molen-
dini conſtruendi in ſolo ipſius Eccleſię quoquo
modo impediret. l. 2. §. hoc interdictum eo.tit.
Rebuff.in comm.ad reg.conſtit.lib.3.tit.de ma-
ter.poſſeſſo.arti. 1.nu.21.cum concord. Debet
ergo D. Comes ab omni impedimento deſiſte-
re,& Eccleſiã potius, Paſtorẽq; ſuum religioſiſſi
mum iuuare,& protegere,prout ſperandum eſt.
Conſequenter igitur rectè, ſanctèq; reſpõdit Re
uerendiſs. D. Epiſcopus, vt ab exordio dicebã,
& ita iuris apertiſſimi eſſe ſentio. Ego Ludoui-
cus Sacca Sereniſs. D. Duciſſæ Margaritę ab Au
ſtria generalis Auditor,& gñalis Cõmiſſarius.

SVMMARIVM.

1 *EMphiteota tenetur ad caſus fortuitos.*
2 *Et ad onera pro tempore imponẽda, ſed vide infra nu.14.18.*
3 *Caſus fortuitos ex conuentione in ſe recipiens emphiteota multò magis ad eos tenetur.*

4 Et

4 *Et eò maximè si renūtiauerit cuicunq; exceptioni, & omni legum auxilio.*

5 *Mens contrahentium verbis præualet.*

6 *Verborum causam potius quam verba debemus inspicere.*

7 *Sermones nostri secūdū sēsū sēsatū debēt intelligi.*

8 *Sermonum verorum experimentum est, vt concordent rebus sensatis intellectu fruentibus.*

9 *Emens fructus prædij pro annua præstatione cōductionis contractum gerit, & remissione propter sterilitatem conductorum more gaudet.*

10 *Recipiens fundum in feudum pro annua quantitate frumenti, non feudū, sed emphiteosim accipit.*

11 *Emphiteosim stipulans alium contractum quādoq; facere potest, puta innominatum, vel locationem perpetuam.*

12 *Locās in perpetuum tenetur ad collectas, & onera.*

13 *Fallit, si pensio in pecunia cōsistat, & onus fuerit merè reale, vt tributum, quod ex corpore fructuum soluitur.*

14 *Emphiteota, qui magnum canonem soluit, & fructibus corrispondentem non soluit onera, sed directus dominus, & est cōmunis, & æquior opin. atq; in Senatu Mediolani obseruata, & in Ciuitate Parmæ vim legis obtinet, pro qua iudicatū fuit à iudice peritissimo aduersus responsum Stat. 312. vt infra num. 18. & 97.*

15 *Opin. quæ æquitati fauet sequenda est, etiam si contraria communis esset.*

16 *Opin. quæ consuetudine recepta est sequenda, etiā si communis in contrario staret.*

17 *Doctori insigni de consuetudine attestāti creditur.*

19 *Collectam soluere tenetur fructus res percipiēs ad ratam ipsorum, & nu. 97.*

20 *Pensionem annuam percipiens fructus dicitur percipere ex communi.*

21 *Pensio dicitur fructus, & in materia statutaria.*

22 *Beneficium redditus florenorum centum dicitur illud, quod est tercentum, habens tamen pensionem ducentum super impositam.*

23 *Beneficium possidens, pro quo pensionē legitimè constitutam alteri persoluit nō tenetur caritatiuum subsidium, decimas Papales, aliuduè onus fructibus impositum soluere, nisi pro rata sibi remanente, Pensionarius verò residuum soluit.*

24 *Vsufructuarius regulariter tenetur ad collectas.*

25 *Fallit quando onus excedit fructus, vel æquat, quia tunc tenetur proprietarius, & nu. 91.*

26 *De vsufructuario ad emphiteotam arguitur.*

27 *Et statutum loquens de vno ad alium extenditur,*

28 *Emphiteotam non teneri ad onera fructus superantia, vel æquantia, sed directū dominū, & nu. 91.*

29 *Lucri quærendi, & damni vitādi dispar est ratio.*

30 *Casus fortuitos in se recipiens etiā cum iuramēto, non tamen tenetur ad valdè insolitos, & qui à cōtrahentibus verosimiliter præuideri nō potuerūt, ex cōi; & nu. 71. & 73. cum seq. & nu. 76.*

31 *Renunciatio facta omni legum auxilio, & cum iuramento intelligitur tamen secundum naturam contractus, cui adhæret.*

32 *Nec comprahendit casus valde insolitos, & contrahentibus verosimiliter incognitos, & impræmeditatos, & nu. 37.*

33 *Neq; illos, qui enormem renuntiantis læsionem continerent.*

34 *Idemq; de omnibus alijs clausulis recipitur, & est vera, & communis.*

35 *Emphiteota, cui nihil vel parum superest solutis oneribus enormissimè læditur, si pensionē grauē soluere directo domino cogatur.*

36 *Clausulæ in instrumentis etiam prægnantes apponi solent ex consuetudine notariorum potius, quā ex contrahentium deliberata voluntate, & sub verborum inuolucro, ideò nullum effectum extraordinarium debent operari.*

38 *Emphiteota collectas soluens, ad quas directus dominus tenetur, potest tantundem de pensionibus debitis impunè, & absq; caducitatis piculo retinere.*

39 *Diuisio faciliorem intelligentiā dicendorū præbet.*

40 *Directus dominus pensionem post caducitatem sinè protestatione recipiens illam remittit.*

41 *Etiam si non integram, vel aliquid aliud ad implementum contractus.*

42 *Dictio (aliquid) verificatur in minimo.*

43 *Debitor ex pluribus causis potest in dubio in quam voluerit compensare.*

44 *Et ī dubio quoq; solutū intelligitur in duriorē cām.*

45 *Et nō apparente, quæ sit durior, in antiquiorem.*

46 *Agens ad contractus adimplementum, ad eius dissolutionem reuerti non potest ex communi.*

47 *Directus dominus expellēs emphiteotā ob caducitatē incursā ex non solutione pensionum, non facta protestatione illas consequendi, non potest eas vlterius consequi ex communi.*

48 *Procurator quoq; recipiens pensiones post caducitatem præiudicat domino.*

49 *Causa iusta cessandi in solutione canonis emphiteoticæ excusat à caducitate.*

50 *Quinimo, & iniusta quandoq; excusat.*

51 *Pœnæ l. si quis maior, C. de transact. non habent locum sine dolo.*

52 *Causa qualibet, etiā leuis, & iniusta, ac temeraria excusat à dolo.*

53 *Non tantùm ad euitandam infamiam, sed etiam aliàs pœnas d. l. si quis maior, ex communi.*

54 *Magna difficultas soluendi debitum excusat à caducitate.*

55 *Ius de nouo, & ex noua causa superueniens nō pōt in iudicio post litem contestatam deduci.*

56 *Aut saltem noua instantia opus est.*

57 *Delegatus nō potest fines excedere delegationis suæ.*

58 *Soluens per errorem, & maximè fœmina, cū de dāno tractet, repetere potest.*

59 *Compensatio ē solutio.*

60 *Emphiteota offerens compensationem pro solutione canonis, non cadit.*

61 *Quinimo ad pœnam euitandam ipso iure facta cẽsetur compensatio.*

62 *L. si quis maior, C. de transac. talem continet rigorem, vt multi æquißimi iudices eius dispositionem abhorreãt, contra quam pluriès fuit iudicatum.*

63 *L. prædicta remedio agẽs tenetur ad vnguem obseruasse promissa probare.*

64 *Etiam in minimis; aliàs obtinere non potest.*

65 *Declaratio caducitatis præcedere debet iudicium, aliàs succumbit agens.*

66 *Priùs, & posteriùs non datur in his, quæ incontinẽti fiunt.*

67 *Declaratio caducitatis fieri non potest per procuratorem non habentem ad id mandatum.*

68 *Emphiteota, uel alius debitor non tenetur pecunias ad domũ creditoris deferre, quãdo sunt diuersi fori, & bona pro quibus soluitur, nõ sunt in foro creditoris. Et per consequẽs non incidit in moram.*

69 *Idem quoq; si expressa fuissent diuersa loca solutionum, alternatiuè, vel subalternatiuè, nam non secuta electione, & declaratione creditoris, non est creditor in mora.*

70 *Agens ad pœnas conuentionales, non potest ad contractus dissolutionem redire.*

72 *Casus fortuitos omnes in se recipiens, ad eos tenetur, qui saltem in genere præuideri potuerunt.*

73 *Casus in superlatiuo gradu insoliti, præuideri, etiã in genere non possunt, & supra nu. 30.*

74 *Vtputà si à centum annis citra, vel nunquam antea contigerunt.*

75 *Vel ex alijs qualitatibus, & circunstantijs iudex ita arbitrari poßit.*

76 *Casuum fortuitorum pactum debet semper intelligi, rebus sic stantibus, & sup. num. 30. 71. & 73. cum sequen.*

77 *Fructuum quantitas debet à testibus super illis deponentibus exprimi.*

78 *Fructus de præterito ex coniecturis ẽt probantur.*

79 *Testes duo plenè probant.*

80 *Testi vnico de facto proprio deponenti creditur.*

81 *Iactare suum nemo præsumitur.*

82 *Iactans suum stultus præsumitur.*

83 *Sanus mente quilibet præsumitur.*

84 *Testis deponens per verbum (credo) non concludit.*

85 *Fallit, si rationem alleget importantem veritatem.*

86 *Notorium probatione non indiget, sed illud sufficit allegare.*

87 *Iudexq; potest de illo vsq; ad sententiam se informare ex officio.*

88 *Imò debet se informare pro auxilio veritatis.*

89 *Nec opus est partium citatione.*

90 *Negans aliquid extare, fundatam regulariter habet intentionem.*

92 *Emphiteotam non teneri ad collectas, sed directum dominum aliqui tenent contra communem.*

93 *Opin. contra communem si melioribus rationibus nitatur, est sequenda.*

94 *Collecta, et onera diuersimodè imponũtur, et quomõ.*

95 *Hospitationes militũ per as, & librã distribui dẽnt. Item stipendia eorum, atq; tallea Principis, & onus pro vtilitate, vel necessitate publica impositum, vel alia causa, etiam non expressa, & ignorata.*

96 *Collecta regulatur secundùm naturam oneris, pro quo imponitur.*

97 *Emphiteota in æstimo describi debet solum pro vtili dominio, directus autẽ dominus pro directo, & est communis opinio, & ita Parmæ seruatur.*

98 *Onus alterius portare nemo tenetur.*

99 *Alteri per alterũ non debet iniqua cõditio inferri.*

100 *Paria sunt aliquid esse, & esse debere.*

101 *Onus quod per as, & libram distribuẽdum est, non respicit fructus, nec cum illis mẽsuratur, sed sola descriptio in æstimo attenditur.*

102 *Descriptus in æstimo tenetur soluere onus per as, & libram, licèt res descriptas alienauerit.*

103 *Etiam si sit forensis.*

104 *Licet forẽsis regulariter collectari nequeat.*

105 *Opi. contrariæ circa collectas ab emphiteota soluẽdas quomodo concilientur.*

106 *Dictum Doctoris debet intelligi secundùm ab eo allegata.*

107 *Emphiteota, qui soluit onera directo spectantia potest repetere, uel ex causa cum debitis pensionibus compensare.*

108 *Etiam si de facto, & non de iure coactus fuisset soluere.*

109 *Inuito quoq;, & protestante locatore, nè solueret.*

Pro Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinali de Gambara, & Illustriss. D. Comite Raynutio eius fratre.

EPITOME.

Contractus an sit emphiteuticus, vel alterius speciei nõ attenditur, quomodo partes uocauerint, sed quid agere voluerint.

Collectarum onus pertinet ad Emphiteutam verum, non ad Conductorem, neq; ad Emphiteutam soluentem pensionem correspondentem fructibus.

Casus fortuitos qui in se suscipit, intelligitur suscepisse eos, qui sunt soliti cõtingere, non autem omnino raros, & insolitos.

Renunciationes auxilij legum, de stilo notariorũ apponi solitæ, parum operantur, & quid?

Dominus directus recipiens pensionem cum protestatione, quando uideatur remittere caducitatẽ.

Caducitas multis ex causis, multisque modis euitatur.

RE-

RESPONSVM XIV.

ET si pro resolutione motiuorum clarissimi D.Ducalis Consiliarij, Auditorisq; Ciuilium causarum Parmæ satis multa, (vt audio) Mag.D. Iacobus Carpesanus collega meus scripserit, doctissimeq; ac diligentissimè(vt vidi)Doctissimus Agazius Illustriss.D. Cardinalis Gambaræ Auditor allegauerit, pluraq; demum cõsumatissimus Dñs Iudex perquam facilè supplere queat, Ita vt vlteriùs hac in re elaborare superfluum videri possit. Nihilominus vt muneri per Illustriss. DD. Fratres de Gambara mihi iniuncto aliqua saltem ex parte satisfaciam, nonnulla pro tenui facultate ad earundem dubitationum dissolutionem in medium adducam. Et quoniam circà necessaria tantùm insistẽdum duxi, eaptopter ommissis his, quę pro fundandis Illustriss. DD. Principalium exceptionibus fusiùs referre possem, quæq; tùm ex processu valde serioso, tùm ex notissimis iurium conclusionibus eliciuntur, obiecta solummodò diluere conabor.

Primùm itaque obiectum tria continet capita, quorum primum est contractum dę quo agimus verè fuisse emphiteoticum, ex quò fuit eo nomine nuncupatus, tùm in laudo Sanctiss. Pauli III. tũm etiam in Instrumento superindè inter
1 partes confecto, †consequenterq; Ill. q. D. Virginiam ex natura contractus ipsius ad casus fortuitos obligatam fuisse l. 1. cum not. C. de iur.
2 emphi. † nec non ad collectas, & onera pro tem
3 pore imponenda l. 2. C. eo. tit. cum simil. † Secundum verò caput est, eandem Ill. D. Virginiã casus fortuitos expresśim in se suscepisse, propterea ipsis subiacere debere d. l. 1. vbi scrib. C. de
4 iur. emphi. † Tettium est, quòd omni legum auxilio, & cuicunque exceptioni in forma amplissima renuntiauit. Vnde non potest aliquo pacto casus fortuitos effugere per doctrin. Alber. in l. item quæritur, §. exercitu. ff. loca. & in l. licet, C. eo. ti. cum concord. in motiuo citatis.
5 Ad primum igitur tutissimè respondetur, nominationes, & verba contrahentium tunc temporis spectanda fore, cum de eorundem mente in contrarium non appareat, aliàs verò mens ipsa verbis debet ꝓualere l. in conuentione de verb. sign. glo. not. in l. blanditus C. de fideiusso. l. non
6 aliter cũ not. de leg. 1. † Enimuerò cãm verborũ, potiusq̃ verba debem⁹ inspicere, sĩn glo. l. in vẽditione ad fi. ff. com. ꝓdi. Bal. in l. q̃uis ꝑ illũ tex. C. plus val. quod agitur. Alex. Ias. & Soc. in l. si tibi in 3. not. ff. si cer. pet. Deci. cons. 48. nu. 4. latè
7 Neuiz. in sua Sylua nupt. lib. 6. nu. 2. † & sermones nostri sũ sensum sensatum debent intelligi ad Bal. l. 1. col. 2. C. de seru. fugit. Roch. de curt.
8 c. fi. num. 177. de consuetud. † experimentumq; sermonum verorum est, vt concordent rebus sensatis, & intellectu fructib⁹, teste Aueroe, quẽ refert Barba. & post eum Rocchus vbi proximè sub nu. 177. nil mirùm igitur si contractus, quẽ partes in nostra specie emphiteoticum nominarunt, alteriùs speciei ex contrahentium mente,
9 censendus erit, † sic videmus quòd emens fructus prædij sub annua præstatione, conductionis contractum gerit, & remissione propter sterilitatem, conductorum more, gaudet, licet emptio videatur secundùm verborum corticem celebrata, Bar. l. 1. colum. 1. C. de iur. emphit. & l. cotem. §. qui maximos. de publica, Bal. d. l. licet q. 5. C. loca. & l. si in lege C. de vsu. atque in addi. Specu. titu. de loca. in princ. Aretin. cons.
10 55. colum. 2. sub nu. 4. † non secùs de accipiente rem in feudum pro annua quantitate frumenti iudicamus, qui non feudum, sed emphiteosim accipit ad Bal. l. liberti, liberteque C. de opem libert. & in titu. de pace constan. in verbo libellatiè circa fi. Alexand. cons. 9. sub nu. 7. vol.
11 5. & ibidèm Apostill. † pariterq; emphiteosim stipulans alium potest contractum sæpissimè facere Afflict. decis. 80. num. 8. Ias. post Bal. l. 1. nume. 45. C. de iur. emphit. Dec. cons. 164. num. 3. Ruin. cons. 161. num. 2. & 27. & cons. 107. in fi. volum. 4. Curt. iun. cons. 82. in princ. Rol. à Valle cõs. 96. nu. 38. vsq; ad nu. 45. uol. 1. vbi latè, & in terminis articulum nostrum prosequirur, Et huius rei plura refert exempla Mag. Agazius in suis elegantissimis scriptis, quæ quidem exempla certa ratione comprobari possunt, siquidem contractus ex eorum propria natura, & vero effectu metimur, non ex verbis quæ sæpiùs à contrahentibus impropriè proferuntur l. insulam de præscrip. ver. l. si olei, C. loca. c. constitutus, vbi Abb. colum. pen. & alij not. de religio. domibus, Afflict. loco præcitato, Aret. cons. 10. columm. 2. vers. item præmitto, & cons. 160. Lunga colum. 8. circa med. Cotta in suis memorial. in vers. emphiteuræ regulariter,

In proposito igitur licet in contractum emphiteuticum verba Instrumenti sonarent (quæ tamen locationem multotiès quoquę præseferũt) cum tamen pensio fructibus correspondens fuerit constituta, & pleraq; alia veræ, & propriæ emphiteusi repugnantia interuenerint, prout ab oculatissimo Agazio fuit latiùs animaduersum, non dubium, quin vel contractus innominati, vel locationis perpetuæ nomen mereatur, in
12 quibus obiectum cessar, † quia collectarum onus directo Domino iniungitur, ad tradita per Scriben. omnes l. 1. C. de iur. emphit. & Rui. latè cons. 77. per totum, signanterq́; num. 7. volum. 1.
13 † Et si obijciatur, licet sit locatio, ex quo tamen pensio in pecunia consistit numerata, ad ipsum possidentem, & fructus percipientem onera pertinere, iux. glos. in l. 1. in verb. fructus quam

ibi mirabilem Barto. nuncupat C.de anno, &
trib. libro 10. statim replicabo vnà cum Barto.
& Bald. ibidem,& Ioan.de Plat. l.1. C. de agri,
& censi. lib. 11. gloss. opinionem in oneribus
merè realibus tantummodo verificari, putà
tributo, quod ex corpore fructuum etiam sol-
uitur, in personalibus autē non procedere, seu
mixtis, vt est collecta, quæ personis pro rebus
imponitur l. rescripto §. vlt. vbi Bart. & alij si-
gnant ff.de munet.& hono.ità soluit obiectum
Alex.consi.4.num.5.lib.5.Ias. consi.109.sub fi.
lib.1.Rui.d.consi.77.nu.6.& Soci.in oppositum
citatus consi.119.num.2.lib.1.atque consi.217.
num.2. in 2.Bosius ti.de prin.& priui.eius ante
14 nu. 121.† Cęterùm si emphiteuticum contra-
ctum celebratum fuisse concederemus, quia ta-
men magnus in eo canon, fuit cōstitutus, vt re-
ctè deponunt sex primi testes Illustr. Do. Vir-
giniæ in lib.C. registrati vtsupra d.Io.Franc.de
rubeis.D.Io. Andreas de Bardellis.D.Bartolo-
meus de Bonellis,D.Io.de Picijs.D.Iacobus de
Bichignis,D.Alex.de Antella,certè collèctis ad
huc directā dominam obnoxiam mansisse con-
cludendum foret, nè duplici onere grauaretur
emphiteuta,vt optimè à prestantissimo D.Iudi-
ce preuisum fuit; in hac etenim fuit sententia
Bar.l.priuatæ in fi.C.de excusa.mu.li.10.Lu.de
penna l. fi. colum. pen. versi.5. quæritur. C. de
fund.limit.eod.lib.& in l.litibus in fi.C.de agri.
& cēsi.li.11. And.de Iser.c.1.in verbo,& plau-
strorum sub num.56.quem sequitur ibid. Afflic.
num.36 & Aluaro. colum.3. circa medi, atque
Pręposi.sub num.6.versi. non tamen intelligas.
in tit.quæ sint regalia.Franc.Luca Parmē.tract.
de fisc. & eius priui.par.3.princ.num. 17. & 18.
Brun.in tract. de statu.exclud. fœm.8. art.prin-
cipali.q.22.per tot. pręcipuè num. 11. Paris de
re integra.feu.pag.13.Iaco.a S. Georg.in sua in
uestitura feud.sub rub. de homag.col. ante pen.
Arius pinel. l.1.par.2.sub nu.72. C.de bo.mat.
Nat.cons.460.nu.16.candē tenuit Ias.in vsibus
feudorum num.23. & Silua.consi.9. num. 5.li-
cèt simpliciter conclusionem hanc referant;ex
quo enim eā non impugnant recipere credun-
tur ad Tiraq. in tract. constit. parte 2. decla. 5.
ante num. 18. Idem voluit Egidius Thom. in
tract. collectarum §. pauperes sub nu.29.vbi in
quolibet emphiteuta, quod plus est, indistinctè
loquitur,suprascriptam conclusionem virtuali-
ter quoq; tenent Soci.in consilijs præallegatis
119.& 217.Curt.Sen.consi.36.Rui.d.consi.77.
num.7. Crau.consi.111. nu.8.& expressim am-
plectitur Rolandus a Valle consi. 66. num. 33.
34.ac Iuli.Clar. in §.emphiteutis quęst.46.quo
in loco, licèt breuibus agat, duo tamen sum-
mopere notāda in proposito protulit, alterum,
quòd opinio ista maxima nititur æquitate,
alterum verò, quòd excelsus Mediolani Sena-
15 tus in praxi eam seruat.† Enimuerò opinio quę
magis æquitati fauet in dubio semper sequen-
da est l. quòd si ephesi de eo quod cert. loc.
etiam si contraria (quod minimè hic contigit)
communis existeret Barba. Feli. & Dec. cap. 3.
de constit. Cassiod. decis. vnica num. 6. in tit.
de emptione, & venditione Neuiz. vbi supra
16 lib. 5. num.73.cum concord.† paritérq; illa in-
dubio præualer sententia, quæ consuetudine
iuuatur l. minimè l.si de interprætatione, & l.
de quibus cum materia de legi. quod locum si-
bi vendicat, etiam si communis in oppositum
staret vt per Neui. latè loco pręcitato sed num.
64. Neque dubitandum, quin Iulius Clarus
vtrobiq; vera loquatur, quandoquidem æquo
ęquius est directum dominum, pensione fructi-
bus pari imposita, teneri l.secundum naturam
17 cum notissimis de reg.Iur.† & quoad consue-
dinem, soli huic insigni Iureconsulto viro sena-
torio de ea testificanti plenè credendum. est ad
Bar.Bal.& alios d.l.de quib⁹,ad fin.de legi.Dec.
latè consi.472.num.14. & consi. 693.nu. 3. vbi
in materia collectarum præcisè loquitur.

¶ Sed accedat publica fides superinde habita
à Mediolani Vicario, & 12. deputatis in libr.
B.pag. 23. Nedum autem Mediolani viget ista
consuetudo, sed etiam Papiæ Laudæ, Cremo-
næq; prout in actis doctum fuit per publica do-
cumenta registrata in eo lib. pag. 25. 28. & 29.
Imò verò in vniuerso statu Mediolani obser-
uatur, sed signanter in loco & in tempore so-
lutionis onerum de quibus agimus, fuit obser-
uata, vnà cum alijs legibus, constitutionibus,
& consuetudinibus ipsius status, vt deponunt
testes, quorum omnium dicta breuitatis causa
non refero, sed facilè possunt in eo. lib. legi.in
margine notata,atque in lib.E. vbi D. Ludoui-
cus de Cauitellis pag. 2.3.4.5.10.11.12.14.16.
18. 19. 20. & dominus Paulus Emilius pag.23.
24. atq; dominus Alexan. de Crassis inter Me-
diolanenses testes pag.10. 11. 14. 18. 19. 20.&
Dom. Cæsar Bexucius vnus ex Cancellarijs Se-
natus antedicti pag.26. 27. 28. 31. 32. Illud
insuper silentio non inuoluam,quòd in indiui-
duò huic consuetudini amplissimum consilium
Serenis. Dom. Nostri Ducis in huiusmodi quæ
stione decidenda adhæsit, dum multa dubia in
reformatione extimi generalis fidissimæ nostræ
Ciuitatis occurrētia post multas disceptationes
terminata fuerunt.Hoc enim in specie statuit,
emphiteutam soluentem magnam pęnsionem
ad onera non teneri,nisi pro rata fructuum,quę
deducto canone sibi remaner, quæ res optimo
Iudici notissima esse debet, ex quo determina-
tioni interfuit, quæ fuit postmodum seruata,
in diesq. seruatur in describendis, & exstiman-
dis Parmensium facultatibus. ¶ Non disputan-
do igitur cuius loci consuetudo in decisione
præsen-

præsentis causæ attendi debeat, stante quòd onera de quibus agitur, soluta fuere Ministris Imperialibus tunc partem illam agri Parmensis occupantibus, in qua bona de quibus tractatur sita sunt, concludere debemus, quòd siue Mediolanensis, siue Parmensis respicienda sit,
18 Illustriss. Do. de Gambera ius sequent.† opinionemq; Isern. Brun. & aliorum constituentium differentiam inter emphiteutam soluentē magnam pensionem, & minimam in recognitionē dñij crebriori Scribē. calculo receptā, ęquiorem, & consuetudine roboratā fore, sin quā vidit ēt Natta iudicari à Iudice peritissimo contra consiliū suū 312. vt ipsemet ibid. in fi. testatur.

Hæc igitur satis superq; sufficere videntur ad propositę dubitationis veram decisionem habendam; Sed ex abundanti vrgētem placet ra-
19 tionem adducere.† Etenim fructus rei percipiens collectam soluere tenetur, quæ re ipsa onus fructuum est, vt omnes fatentur per l. fructus C. de actio. empt. l. vltimam C. finè censu vel reliq. l. omne C. de censi. l. 1. C. de anno. &
20 tribut. lib. 10. cum vulg.† At pensionem annuam recipiens fructus percipere rectè dicitur igitur &c. Minor probatur quia pensio ipsa fructuum nomine continetur per tex. l. vsuræ vicem ff. de vsu. l. his verbis. ff. de leg. 2. cum not. doctr. Barto. communiter recepta l. ex diuerso
21 col. 1. de rei vend. ac Bald. l. fi. in fi. ff. eo. tit.† & adeo vera, & propria est hæc nominis significatio, vt in materia quoq; statutaria fructuū nomine pensiones comprehendantur, prout consuluit Alex. consi. 181. ad fin. lib. 2. & Dec. consi. 157. per totum, de quo specialem inferiùs men-
22 tionem habebimus.† Hinc dixit Bald. l. 1. colu. 2. in versi. pone impetraui à Papa C. de fructib. & lit. expen. quòd si quis beneficium redditus florenorum centum impetrauerit, poterit beneficium valoris florenorum tercentum assequi, si tamen tot sint onera superimposita, quæ ad summā florenorū ducentum ascendant, sic enim centum tantummodo effectualiter consequetur. Idem voluerunt Bald. l. Sed si de hoc §. quidam in fin. de condit. & demonstr. Castr. Imola, & Alex. l. non ampliùs per illum tex. de leg. 1. asserentes tantū æstimari redditus, & fructus Ecclesiæ, quantùm superest deductis pensionibus superimpositis.
23 Resultat hinc optimum simile pro confirmatione conclusionis principalis superiùs firmatę, imò potiùs expressa decisio. Nam possidens beneficium pro quo pensionem legitimè cōstituiam alteri persoluit, non tenetur charitatiuum, decimasuè papales, aut aliud grauamen fructibus indictum, in totum soluere, sed pro rata dēt pensionarius oneri subiacere, secundùm Inno. c. dilecto in fi. de verb. sign. & c. cum non sit ab homine propè fi. de dec. atq; in c. nobis eo. tit. Consi. Lud. Sacc.

quem sequitur Butr. c. cum sint homines eo. tit. & hos referens Barto. Beline. tract. de charitatiuo sub. q. 37. quorum opinionem consulendo firmauit Dec. præallegato consi. 157. per tot.

Procedunt autem quæ hactenus adduximus in quibuscunq; collectis, nulla habita distinctione, nùm leues sint, vel grauiores? Verùm in terminis nostris, in quibus onera fructib. æqualia Illustr. q. D. Virginia pertulit, vt ex processu clarè liquet, noua suboritur iudicio meo, incōcussaq; defensio, quæ sola videtur ad victoriā sufficere. Nempè quòd qui Dñs directus non est, sed vtilis tantùm, & ad collectas ob fructuum perceptionem regulariter teneri solet, ab illa tamen collecta immunis redditur, quę fructuū quantitatem excedit, aut parificat:† hoc in fru-
24 ctuario expressim cautum reperimus, qui licèt memoratum onus regulariter subire compellatur l. si pendentes §. si quid de vsufruct. leg. cum not. per Bar. & Scrib.† in casu tamen pręscripto
25 à tali onere liberatur, quod proprietario tunc iustissimè imponitur glo. est nota l. qui concubinā §. qui hortos in verb. pręstaturum de leg. 3. pulchrè Dy. & Bart. l. his verbis la 2. §. inde te statur eo. tit. Cyn. Alex. & Ias. l. apud Iulianum §. heres de leg. 1. Roma sing. suo 156. incipien. Tu scis quòd vsufructuarius, & consi. 230. præsupponitur primò, quorū sniam fusiùs cōsulendo psequitur Marcus Ant. Natta consi. 415. per
26 tot. li. 2.† Quod aūt in fructuario decisum est, in emphiteuta itidem recipiēdum vr, tum quia in vicē parificantur, & de vno ad alium argui solet ad glo. & Doct. in l. 1. c. de iure emphiteutico Bar. Castr. & alios l. j. in princ. ff. ad treb. Ias. l. 2. nu. 18. vbi Spec. Bald. & Albe. citat. c. de iu. emphi. Soc. Sen. in consi. in oppositum citato versi.
27 quartò probatur† vndè est, quòd statutū loquēs de vsufructuario, in emphiteuta quoq; pōt sibi locum vendicare teste Ripa post Castr. quē re-
28 fert d. l. 1. nu. 7. ad trebel.† tum ēt quia diuersitatis ratio neqnit inter ipsos assignari. Ideoq; nec diuesū Ius reddi pōt l. à Titio in fi. de verb.
29 obl. cum vulg.† Quinimo maior ratio in emphiteuta nostro considerari pōt, qui causam habet onerosam, & de dāno vitando tractat. Cum pēsionē fructib. parē paulouè minorē soluat; vsufructuarius verò cām hēe possit lucratiuā, p vt ille habuit de quo loquuntur glo. Bar. & alij s. citati & maximè Natta, qui in hñte vsumfructum tit. legati, consiliū suum reddidit, constat etenim parē non esse cām lucri quęrendi, & dāni fugiendi l. si spōsus §. si maritus de don. inter ver. & vxo. l. non dēt actori §. j. de reg. iu. cum notiss. Qm̄ verò illud p constanti in hoc argumēto supposuimus, onera p Illustr. D. Virginiā supportata fructꝰ bonorū emphiteuticorū parificasse, nè vel falsū psupponere, vel labori parcere videamur, testes oēs hoc loco libet enumerare, q sup hmōi

prositione concludenter deponere &; quorum dicta in li. D. sunt reposita, sunt autem hi. D. Pet. Iacob. Suartius fol. 6. quest. 16. 17. D. Baptista de Moris fol. 27. D. Alber. de Antellis fol. 35. 40. D. Petrus Iuli olus fol. 50. 51. D. Thom. de Assalis fol. 56. D. Galeatius de Picijs fol. 62. D. Galeatius de Rugerijs fol. 80. 85. D. Iacobus de Pomellis fol. 94. D. Bernar. de Gabbis fol. 107. 115. 118. Chrophorus Aimus fol. 128. 130. 132. D. Nicolaus Fontana fol. 135. 138. 139. 144. D. Anibal de Santo Rossiano fol. 153. 157. D. Federicus de Rugerijs. fol. 163. 167. 168. D. Io. Fulci. fol. 174. Dom. Bart. della Turre fol. 180. 185. 187.

Expedito primo capite primi motiui, ad secundùm deuenio, de casibus fortuitis, quæ conuentione expressa suscepit in se Illustr. Dom. Virginia, in quo quidem vnica respósione tol-
30 li mihi videtur omnis difficultas. Enimuero in casibus fortuitis, quæ haud rarò euenire solent, & a contrahentibus præuideri verosimiliter potuerunt, contrariū procedunt, non verò inualdè insolitis, & nusquam præcogitatis; in his enim pactum in amplissima etiam forma, & cum iuramento initum, minimè solet ei prçiudicium generare, qui casus in se suscepit fortuitos per tex. quem omnes norunt l. fistulas §. frumenta de contrahen. emptio. & l. feio. §. medico vbi Bart. & alij not. de annu. lega. tradit idem Bart. quem cæteri communiter sequuntur latissimè materam prosequendo l. sed & si quis §. quæsitum ff. si quis cautio. Bald. l. falsus. colum. pen. C. de fur. & consi. 145. casus talis lib. 3. But. cap. 1. de commo. Ang. consi. 176. præmittendum est ad euidentiam, Alex. consi. 28. in 2. dubio lib. 1. & consi. 188. num. 18. vsque ad num. 21. volu. 30. Petrus de Vbal. tract. societ. quest. 33. 8. quest. ptincipali num. 34. Feli. in c. sedes. colum. 3. de rescrip. Corn. consi. 12. colum. 3. lib. 4. Dec. consi. 7. num. 2. Natta consi. 21. num. 2. lib. 1. & consi. 256. num. 5. in 2. Craue. consi. 95. per totum Rip. tract. pestis parte prima nu. 97. cum pluribus seqq. Bero. c. potuit ad fi. extra de loca. Bossi. tit. de remiss. merced. num. 58. cum multis subseq. & pulcherimè Alba. consi. 1. nu. 4. vsque ad nume. 9. vbi infinitos propemodùm citat, & dubitandum non esse inquit, quin ista sit communis * opin. de qua etiā quamplures ex præcitatis testimonium prohibent, vt videri potest. Cæterùm onera collectarum, & alia per Illustr. D. Virginiam supportata casum pęnitus insolitum, hominibusq; in auditum, & contrahentibus incogitatum, comprehendunt, vt satis superq; patere potest ex dictis Alexand. Corn. Crau. Rip. Albe. & aliorum locis proximè relatis, iunctis his quæ fusiùs tum in facto tum in iure deduxit doctissimus Agazius in suis allegationibus, quæ non repeto, Meritò, &c.

31 Tertium subsequitur caput de renunciatione facta omni legum auxilio & cuicũq; exceptioni, &c. cui primò respondemus, huiusmodi renuntiationes, quantumuis iuratas, secundùm naturam contractus, cui cohęrent, nihilominus intelligi debere ad tradita per Barto. Paul. de Castr. Saly. & scrib. omnes l. quæro §. inter locatorem ff. loca. Bart. l. cum quis ff. de condit. cau. dat. Claud. Seisel. post Alexan. quem refert l. quę dotis num. 10. solu. matri. & eundem Seisel. l. interdum §. quod ex naufragio. num. 5. vbi pulchrè de acqui. possess. Bero. quest. 125. nu. 1. At natura contractus nostri asserto effectui harum clausularũ repugnat, vt vidimus, igitur &c.

32 Secundò respondetur, earumdem virtutem ad casus valdè insolitos, & contrahentibus vero similiter incognitos non trahi. perd. l. fistulas §. frumenta. cum concord. adductis tradit Silna. consi. 49. nu. 37. & seq. & meliùs Seisel. d. §. qđ * ex naufragio. sub nu. 6. vbi de cõi * post Alex. fidem facit, & decisionē summopere cõmendat.

33 Tertia sit responsio, renunciationem quantumuis amplissimam, nunquam damnum renuntiantis enorme cõprehendere, etiam si verba ad id apta videantur, ita in terminis respon-
34 der Bero. vbi supra num. 2. cum concord. † idem de iuramento; & alijs quibusuis clausulis scribit Cassiod. decis. vnica in titulo de emprio. & vendit. sub num. 5. Dec. latè consi. 39. nu. 6. vbi nullam verborum formulam ex cogitari posse refert, quæ tali casu renuncianti pręiudicet, & hęc * est vera, ac * communis conclusio secundùm
35 Silua. consi. 23. sub. fi. † At necdum enorme, sed enormissimum damnum sensisset Illustr. D. Virginia, si collectas grauissimas soluere debuisset, cum parùm, aut nihil sibi reliqui ex fructibus soluto canone superesset, vt in specie tradit Alex. consi. 112. sub num. 7. lib. 1. & de se notissimum est. Nimirum.

36 Vltimò respondemus, quòd cum istæ clausulæ tam pręgnantes, ex stilo potiùs, & consuetudine Notariorum, quàm partium deliberata voluntate procedant, nullum debent extraordinariū effectum operari, teste Bero. d. decis. 125. num. 3. cum suis concord. enimuero sub verborum inuolucro solent Notarij ipsi plerunque, & iuramẽta à partib. extorquere, & per multas clausulas contractibus inserere, nedum vltra, sed ẽt contra partium intentionem, vt per Ias. consil. 133. ante num. 9. lib. 3. propterea non obstantibus clausulis instrumento adhibitis, tenendū est Illustr. D. Laurā directam Dñam collectarũ one
37 ribus obnoxiam remansisse † Verumtñ si contrariũ pertinatiùs quisq; tueri contendat, prędictamq; D. Locatricē ab oneribus liberatam, & penitùs exẽptam psupponat, quinimo si expressim quoq; & informa ampliori (qđ minimè factũ fuit) liberatam vellit, adhuc tñ dicendũ est collectas

ctas,& onera valde insolita, de quibus agimus, ac præter omnium expectationem imposita,sub tali dispositione nequaquam contineri, per ea, quæ tradit Dy.Bal.Raph.Alb.de Rof.Sal.Alex. Iaf. Soc.& omnes in l.fi ex toto.de leg. 1.Bald. & Alexand. l. vnica C. vt nemi. li. ab empt. se ex. Iaf. l. quo minus questio. 22. ff. de flumi. Natta. d. confi. 21. ante nume. 3. parte prima Cagno. pulchrè l. 2. quest.71.versi.& quia vincto.versi. quinimo occurrentibus oneribus.C. de pact.inter empt. & vend. Abb. confi.34.nu. 15. & seq.

38 Qua propter cum Illustr. Dom.Virginia onera collectasq; soluerit,quæ ad Illustr. Do. Lauram spectabant, vt ex multis patuit,licitè potuit illa tantundem de pensione retinere, atque cōpensare,absque caducitatis periculo per tex.l. ędil. ff.de via publi. per quem in terminis hoc decidit Bal.d.l.j.in sexta differentia C.de iur.emph. & l. cum duobus §.si in cohęunda ff. pro soc. atque in l. si negotium. vbi etiam Aret. C. de neg. gest. Brun. d. tract. de statu. exclud.fœmi. artic. 8. princ. quest. 22. in fin.conferunt dicta Castr.l.eaque C. de rescin. vend. & l.2. colum. fi. vbi etiā Sal.C.fine cen. vel reliq.tradit Alex. confi. 35.sub.num.12.lib.4.Iaf.l.1. num. 30. C. de iur.emphi. Franc.Luca.Parmen. in tract. de fis.& eius priui. parte 3. princ.sub rub.de collectis num.18.Parpa.l.placet num. 72. 77. & 94. C.de sacrosan. Card. Alba. d.confi.1. num.13. Rolan.à Valle confi.32. num.15. lib.1.

Secundum principale dubium fuit, quòd cum Illustr. Domi. Virginia contenta in sententia arbitramentali, & instrumento iurato superinde sequuto, non adimpleuerit, in pœnas l. si quis minor pręsertimque caducitatem à commodo contractus videtur incidisse; vt inibi tradunt scrib. omnes, & præsertim Curt. iun. princ. & Cagno.num. 195. cum concord.in motiuo relatis.

39 Pro clara huius difficultatis resolutione, tria distinguam tempora post diem sententiæ, & instrumenti memorati decursa,quia diuisio facilio rem intelligentiam dicendorum præbet secundùm glo.§.igitur in prohem.instit.in l.1. de do. excep.Iaf.in rub.insti.de ac.sub fin.primum igitur erit a die contractus, vsque ad initium onerum solutorū,videlicet principium anni 1549. quod tempus ante onera nuncupabo;secundum ab initio onerum, vsque ad restitutionem Placentiæ, quæ oneribus finem imposuit, & istud onerum tempus appellabo; Vltimum autem à restitutione usque ad præsentem diem, tempus post onera nominabo, quibus in singulis nulli prorsus caducitati locum fuisse clarissimè ostendam. Circa primum itaque nulla caducitas est timenda, quandoquidem per totum illud tempus, multotiesque in secundo tempore Illustr. Domin. Laura pensiones recepit pro canone liuellario, absque aliqua protestatione, vt in chirographis productis, & recognitis patet in lib. B.pag. 125. vsque ad pag. 175.hinc enim sequitur omnem fuisse remissam caducitatem, si qua adfuisset secundùm veram, & indubitatam conclusionem fundatam in l.de lege commissoria §. vltimo ff. de l. comiss. per quam ita tenent gloss. & omnes legistæ l. 2. C. de iur. emphi.gloss.& omnes cano.c.potuit extra de loca.Alex.confi.14. col. vlt.lib.2.& confil.113. ante num.2. lib.4. Aret. pulchrè consil. 149.num.11.12. Curt. consil.82. per totū.Dec. confi.138.ante num.8. & confi.185. col.pen.& fi. Parif.confi.108.nu.43.lib.5.Rui.confi. 110. num.4. lib.1.* cōem dicens Crau.confi.106.sub nu.2.Parpa.l.si quis maior.q.14.& ibid.Cagno. num.198.Gigas.in tract.pęnsio. q.73.nu.3. vbi de cōmuni.Rolan. à Valle confi. 87. in fi.Iulius clarus in §.emphiteu. q.10.ver.aut verò fumus, cum sexcentis similibus, quæ laboriosum, non subtile foret adducere.

41 Et si opponatur integralitèr non fuisse pro pensionibus huius primi temporis satisfactum, ideo remissam non videri caducitatem, quod videntur quidam ex nostratibus sensisse,Audacter replicabo longè illos à veritate aberrasse qui textui expresso contradicunt in d.l.de lege commissoria in fi.vbi venditor partē prętij recipiens legi commissoriæ censetur renunciare, non verò requiritur,quòd integrum consequatur. Hinc dicunt Docto. supra citati, signanterq; Aret. d. confi.149.nu.11. & Cagno. d.l. si quis maior. num. 198. quòd recipiens aliquid

42 ad implementum ipsam pęnitùs remittit,† & ista particula(aliquid)qua ipsi vtūtur,in quouis etiam minimo verificatur ad Crau. consil. 149. num.4.cum concord.

Sed accedat,quòd si quid integrę solutioni primi temporis defuit, id omne per solutiones factas in 2. tempore suppletum fuit; si quidem ad bonum computum canonis liuellarij, vel pretij palatij,aut indistinctè receptę fuerunt pęcuniæ,

43 vt ex prædictis chirographis constat † pōt autē debitor in quā voluerit causam soluēdo in dubio compensare l. 1. cum materia ff.de solut.l.si quid a fideiussore.de compensa.l.1.C. de solut.

44 cum simili † in dubioq; in duriorem causam solutum intelligitur l.in his in princ.ff.eod. tit.de

45 sol.† vel si non appareat,quæ sit grauior, in antiquiorem, vt eadem l. & l. creditor §.Valerius eo.tit. Cęterū electio fit in nostra specie, quòd ad perficiendum solutionē primi temporis cedat pecunia creditrici numerata in 2. tempore, & si electio cessaret, grauior est causa primarum pęnsionū,propter quas caducitati locus esse poterat, quā aliarū,quæ cum onerib. supportatis ueniebant cōpensandę, Itē antiquiùs fuit

debitum pensionū primi temporis, quā secun-
46 di, vt notum est, ergo conclusio vera.† Vlteriùs ad oēm pęnitùs hęsitationē tollēdā animaduerto Illustr. Dom. Lauram de anno 1555. 4. Nouembris ministerio D. Aloysij della Cruce procuratoris sui pensionem totius pręteriti temporis absq; alia protestatione caducitatis, corā Senatore Bignano pętijsse, vt patet in lib. A. pag. 16. Quo fit, vt ad caducitatem, eo vsq; incursam amplius redire nequeat; cum enim implementū contractus hac via elegerit, ad eiusdem dissolutionem reuerti non pôt tex. est in l. si fundus §. eleganter. & l. post diem de l. cōmiss. & l. commissorię C. de pact. inter empt. & vendi. gl. & Doct. in l. Emilius ff. de mino. gl. & scrib. l. 2. in ver. repellere C. de iur. emph. Aret. latè d. consi. 149.
47 nu. 1112. & vbi de cōi fidē facit.† Electione nanque tolluntur ista duo remedia pętendi pensiones, & expellendi emphiteutam non soluentē, vt in proximè citatis patet. Vnde videmus quod versa et vice Dominus expellens emphiteutā non facta protestatione pro consequendis pensionibus decursis, illas non potest vlterius petere secundum communem de qua per Iul. Clar. post Gigan. quem refert d. §. emphiteusis q. 10. vers. Quęro nunc quid econuerso.

Vltimo loco attendendum est, quòd alius procurator Illustr. Do. Lauræ Dominus Sebastianus Bergontius die 2 Iannuarij. 21. Februarij, & 23. Iulij anni. 1556. pęcunias recepit pariter absque aliqua protestatione, aut reseruatione, vt videri potest in eius chirographo. inserto in lib. B. pag. 192. ex quarum receptione resultat effectus memoratus remittendæ caducitatis eo
48 vsque commissę. † Nec dubitandum quin factū huiusmodi procuratoris pręiudicium Dominæ inferat per tex. l. 3. §. si procurator ff. quod quisq; iur. c. sub orta. de re iud. cum vtrobiq; not. glo. & Doct. c. j. de postu. prelat. Bart. & alij in l. certū §. sed an ipsos. de confess. Dec. consi. 146. num. 11. monere nanque debuit Illustr. Dom. Laura procuratorem suum, ne pęnsiones simpliciter reciperet postquam caducitatē declarauerat, quod cum facere neglexerit, sibi imputet. si ab eo factum sibi fuit pręiudicium ad Bar. d. §. sed an ipsos cum concord. & ex his expeditum sit primum tempus.

Ad secundum igitur deuenio, quod ab initio anni. 1549. vsq; ad mensē Octobris 1556. durauit, & tempus onerum dicimus, in quo quidem minùs videtur aliqua caducitas timenda. stante solutione onerum ipsorum per Illustr. D. Virginiam facta, & stantibus his quæ latiùs ad resolutionem primi motiui disseruimus, ex quibus patuit clarè (vt opinor) eandem Illustr. D. solutā pecuniam potuisse repetere, vel cum pensionibus subsequentibus compensare, consequēterq; a commodo contractus nusquam cecidisse.

Ad eandem tamen caducitatem euitandam prosunt petitio, & receptio pensionum à procuratoribus Illustr. D. Lauræ factæ, quas in præcedenti tempore ponderauimus; iuuat ordinatio Senatus Mediolanēsis, qđ pro toto anno 1555. Illustr. D. Verginia pēsiones pęnes se retineret, quam refert procuratormet Illustr. D. Lauræ in lib. A. pag. 40. opitularentur (si opus esset) infirmitates Illustr. D. Verginiæ, necnō expensę per eam factæ ad obuiandum, nè bona pro quibus canon soluitur oneribus subijcerētur ac damnis bestiaminum, quę super possessionibus ipsis iuxta solitum ali nō potuerunt, aliaq; legitima impedimenta plenissimè in processu probata; quæ dubio procul eam ipsam à periculo caducitatis præseruarunt, cum re vera iustā prębuerint causam recusandę solutionis, vt multis possem iuribus, rationibus, & authoritatibus ostendere, quas breuitatis causa dimitto, eò quia corā virò
49 consumatissimo res agitur † Iusta autem cā cessationis subsistente, certum est, emphiteutā non cadere Dec. consi. 183. ad fi. Grāmat. decis. 52.
50 ad fi. cum concord.† Imò verò, si cā, & impedimentum allegatū iniustum sit, idem nihilominus solet iudicari ad Alex. consi. 92. nu. 14. lib. 1. Paris. consi. 108. num. 41. lib. 1. tradunt omnes
51 Doc. in l. si q̄s maior C. de trāsac.† cuius decisionis ea ratio est, quòd nō infliguntur pęnæ illius legis, nisi dolosis, vt ex tex. ipso colligunt scrib.
52 omnes, † & à dolo quælibet causa etiam lęuis, iniusta, & temeraria liberat. l. igitur de liber. cā glo. in l. plagij la 2. C. ad l. Iuliam de plag. cum
53 notiss. igitur &c. † & non officit quòd dolus requiratur ad pęnam infamię tantùm irrogandā, non verò ad alias pęnas eiusdem l. inducendas,
* quoniā in contrarium est * cōmunis, teste ibidē
54 Cagno. num. 187. cum concord.† insuper negari non potest, quin causæ & impedimenta memorata maximam saltem solutioni iniecerint difficultatem, quæ sola ad caducitatem euitandā sufficit, sm̄ Alex. d. consi 92. nu. 14. Fulg. consi. 7. incip. iam plurib. annis col. 4. Ias. l. 2. col. 37. ver. sed septimo q̄ro C. de iur. emph. Rip. post Alex. & alios l. quod te nu. 41. ff. si cert. pet. Cagno. d. l. si quis maior ante nu. 98. Meritò ergò quo ad secundùm tempus in tuto pluribus ex causis versamur.

Vndè superest tantùmmodo tertium, & vltimum tempus post onera, discutiendum, quod quidem in duo adhuc placet subdiuidere, ut iē ipsam intus, & in cute dispiciamus, primum erit à restitutione Placentiæ, & cessatione onerum hoc est à mense Octobris anni 1556. vsq; ad diē caducitatis intentatę; fuit verò huiusmodi iudicium motum 30. Martij anni 1557. vt patet in lib. A. fol. 46. secundum autem tēpus à die cępti Iudicij vsq; in pręsens constituo; sed de hoc vltimo nullum faciam verbum, eò quia in iudi-

cio prædicto huc vsq; continuato nullum factū fuit, nec fieri potuit fundū super solutionibus
55 eo pendente ommissis, † tum quia ius denuò & de nouo cā superueniens non potest in iudicium post litem contestatam deduci l. non po-
56 test C.com.de iud.† & si deduci posset, noua instantia opus esset. Bart. post glo. l. ædita eolum. ante pen.vers.quæro an quando noua actio. C.
57 de eden. † tum etiā quia causæ huius commissio, & delegatio à Principe facta respicit tantū processus iam factos, & deducta eo vsq; in iudicio,& ideò iurisditionis mandatæ fines non sunt excedendi c. dilecta. eum not.de rescrip.c. cum in iure,vbi etiā cano. de offi. deleg. c.cum in plures eo.tit.in 6. Alex. consil.200.sub nu.6. lib.6.& ad satiritatē Moderni in tract. de nullit. processi.sub rub. de nulli. ex defec. iurisd. de
58 leg.num.91.† Videamus igitur an super primo tempore aliqua cadat hesitatio, in quo reperio vnicum cucurrisse terminum pensionis soluendę,videlicet infesto Natiuitatis Dominicæ anni 1556.quo termino soluendæ erant libræ 2152. sold. 13. din. 1. & ducati 33.cum tertia parte alterius ducati. Ducati autē expendebantur tunc temporis in ratione libr.6.sol. 12. Vndè in totū si rectè computetur solui debuisse vsīr lib.2372. sol. 13.din. 1. quę solutæ eo tempore non reperiuntur, & ideò dubium inferunt. Verū rectius intuenti luce clariùs apparere potest omnem semoueri difficultatem, quandoquidem à die restitutionis prædictæ vsq; ad festum Natiuitatis soli duo menses vel circa efluxerunt, quibus nulli fructus ex prædijs emphiteuticis percepti sunt; propterea nec canon fuit soluendus, qui pro fructibus ipsis datur, vt notum est; pro perceptis enim eo anno persoluta fuerant onera more solito per decem menses, Idcirco defensiones ex oneribus solutis resultātes hic quoq; rectè militant, & intra tempora onerum possumus optimè terminum istum computare. Quod si annum istum 1556. in singulis mensibus minimè considerandum dixerimus, sed in vniuerso perquirēdum fore, vtrum pro eo fuerint cōuentæ pensiones & solutę subiungā illico dupplicatas potiùs hoc anno fuisse persolutas,si qdem die 20. Iannuarij numeratæ fuerunt libræ 4665.& die 21. Februarij. libr. 1500.sol.17. & die 9.Aprilis.libr.4225.sol.x.& die 23.Iulij lib. 1495. sol.1. din.6. vt patet in lib B.pag. 192.& 193. quæ constituunt in totum summam libr. 11836.sol.8.din. 6. vnde cū multo maior summa soluta sit quā deberetur, quo nam pacto cōmissum & caducitas induci potuit? Nec dicatur quod huiusmodi solutiones ante terminū factæ respiciant præteritos terminos, qm̄ pro illis nihil debebatur, stante solutione onerum fructus ęquantium vt supra; merito ad extinctionē sequentium terminorum compensari debuerunt;
vltra quòd in quam,voluerit causam,& in hanc
59 ipsam quę durior est,† potuit Illustr.D.Virginia pecunias solutas cōpensare per superadicta,& in omnem casum si intentionē Illustr.Do. Virginiæ fuisse concederemus solutiones istas pręteritis terminis applicare,non nè indebitum solutum repetere poterat? cum de danno vitando tractaretur, & alia coniectura quā donationis facilè sumi posset,ac soluens fœmina esset? maximè sanè,vt colligi potest ex l. error. & l.regula de iu.& fac.igno.& latè traditis per scrib.l. 1. ff.de cond. indeb.l.cuius per errorē.de reg. iur. l.cum quis.C. de iur. & fac. igno. l. indebitum C.de condi.indeb. cum simi.sed si repetitio dabitur, ergò & compensatio vt ex supradictis, & infra proximè dicendis patere potest, consequēterq; de primo ad vltimum cessat periculum caducitatis.

Et pro satisfatione vniti huius termini post onera, opponi quoq; potest de compensatione onerum solutorum quæ Illustr. D.Laurę spectabant, pro his enim dabatur pariter repetitio, vt vidimus, merito opposita compensatione per procuratorē Illustr.D.Virginiæ vt in lib.A pag. 34.36.41.44.& 56. nulla ampliùs imminet caducitas per tex.in l.si debitor ad fi.ff. qui pot.in pigno.habe. vbi nihil interesse ait iuriscōsultus
60 soluatur ne,an compensetur † propterea in terminis articulum decidit Alber. l. cum aliter de compensa.& l. 2. quem ibi Ias.sequitur q. 19. C. de iur. emphi. & hoc refert Rolan. à Valle con-
61 sil.87.nu.26.lib.1. † Quin ēt nulla opposita cōpensatione extra periculū caducitatis essemus, nam ad pœnam euitandam ipso iure, & sine hominis ministerio fit compensatio l. si constat vbi gloss. Bald. & cęteri C. de compensa. quem tex.in id ponderat Io. ab Imo. post Spec. quem refert in c. bona fides extra de deposi. hunc sequitur ibidem Andr. Sicul. col.fi. Bald. Abb. & alij c. ad nostram il 1.de iureiur.Ang.consi.209. Quidam nomine Alex.consi.12.colu.pen. lib.2. Rui. consi.108.col.ante pen. lib. 1. Curt. consil. 71. in tertio dubio,vbi in palatijs ità seruari attestatur nouissimè Rolan. d.consi.87.nu.27. 28. & ex his necessario infertur tam in hoc vltimo quam in 1.& 2. tempore, caducitatem ex aduerso prætensam cessare.

Verùm tamen, vt ad abundantem cautelā aliqua subicijamus, circumscriptis omnibus, quę hactenùs adductā sunt; consideremus quæsò, quam durum,rigorosum,odiosumq; remedium pro parte Illustr.Dom.Lauræ fuerit intentatum;
62 † Equidem dispositionem l.si quis maior, multi ęquissimi Iudices abbhorrere solent, teste Cor. consi.246.colu.č. in fi. vol.3.qui bis contra eam vidisse iudicari asseuerat;referunt Moder.oēs in eadēmet l.si quis maior.& Rol. consi.57.nu.46. lib.j.ego quoq; dum scolaris essem, doctrinā virum

rum Dñ m Federicum de Giunchis tunc Seren. nostri Ducis Auditorē cōtra rigorosam dispositionem huiusce legis sententiam protulisse vidi, in eadem fuit naui insignis quondam iureconsultus D. Camillus Villa dum eodem fungeretur magistratu, qui in cuiusdam affinis magnifici Patroni huius causę pręiudicium ita iudicauit; quod, & a plerisq; alijs, prout sua quęq; tulit conscientia, factum fuisse certo scio. Vndè non in merito posset quoque in pręsentiarum æquissimus D. Iudex noster Illustr. D. Virginiā, seu Illustriss. eius hæredes à pętitis absoluere, & liberare, quantumuis oīs alia cessaret exceptio.

63 Secundò insuper loco animaduerto Illustr. D. Lauram incumbentia in præsenti iudicio nō probasse; enimuerò quicunq; remedio l. si quis maior. vti vult, necesse habet probare omnia in contractu, de quo agitur, a se promissa, perfectè, & ad vnguem ad impleuisse; alioquin obtinere nō pōt. argumēto est l. Iulianus §. offerri. de acti. empt. l. quæro §. inter locutorem vbi Bart. ff. loca. Alex. consi. 66. col. pen. vol. 6. Cor. consi. 246. col. 2. vol. 3. & probat tex. mer d. l. si quis maior. ibi (intemerata pacti iura seruauerit) vbi scrib. omnes not. & præcipuè Cagno. multa congerēs num. 192. vsq; ad num. 198. quod bellè quoque cōprobauit Rol. d. consi. 87. nu. 17. cum plurib. seq. ad eos sufficiat remissio. At nihil tale probauit Illustr. Do. Laura, licèt plura in instrumenro emphiteutico promisisset, & maximè fęnū intra certū tempus asportare, vt videri potest. igitur.

64 Et animaduertendum est, quòd & si de minimis regulariter curandum non sit. l. scio de inte. rest. attamen vsq; ad minimum probari debet contractus obseruantia ab agente remedio d. l. si quis maior, vt inibi perscrib. omnes, & Cagn. segnanter sub num. 195.

65 Tertiò allegare possemus necessariam fuisse declarationem caducitatis antequam iudicium in coharetur per l. 2. vbi Bart. num. 2. & Ias. nu. 10. C. de iur. empti. & Cępol. cons. ciuili 25. nu. 2. • quorum opin. * cōem dicit Curt. iun. consi. 109. num. 11. & consi. 110. num. 23. atq; consi. 149. post nu. 3. versi. cum igitur, & Paris. consi. 108. nu. 33. lib. 1. Iulius Clarus §. emphiteusis q. 9. cū concord. quæ cum facta nusquā reperiatur non potest Illustr. D. Laura in præsentiarū obtinere. Nec dicatur in libello ipso declaratam fuisse caducitatem, quia replicabimus declarationē hoc

66 modo non procedere, prout Doc. requiruntǂ in his enim, quæ incontinenti fiunt, non est dare priùs, nec posterius l. lecta versic. dicebam. vbi

67 oēs not. ff. si cert. pet.ǂ vltra ꝙ illa fuit declaratoria procuratoris non habentis ad id mandatū idoneū, & propterea excedentis limites sui mādati, consequenterq; nulla dicitur præcessisse declaratio l. diligenter cum nor. ff. mandar.

68 Quartò considerandum est Illustr. D. Virginiam debitricē, & Illustr. D. Lauram creditricē diuersi fori rempore solutionis post onera fiendę, extitisse, vt notorium est, bonaq; pro quibus canon soluitur in creditricis foro non fuisse; quibus in facto stantibus, certa resultat iuris conclusio, debitorem non teneri pecunias ad domum creditoris deferre; nimirum. mora cessante, & pęnę l. si quis maior. cessare debent per Doct. glo. & Bar. in emphiteuta specificè loquētes, quā Doc. ibi cōiter sequuntur l. item illa ff. de consti. pec. Bald. in l. cum filius §. vltimo. ff. de verb. oblig. Alex. consi. 92. col. 4. vol. 1. Aret. consi. 162. col. 3. Anna. consi. 5. ante num. 7. Ias. l. ad diem. de verb. oblig. Dec. consi. 566. in fi. Goza. consi. 57. num. 5. Rui. consi. 149. in fi. volu. 1. & consi. 130. per tot. eodem vol. Parpa. l. si quis maior. in octauo notabili. Rolan. latè d. consi. 87. num. 16.

69 cum pluribus seq.ǂ Cui argumēto si oppositum fuerit, expressum fuisse locū solutionū in laudo summi Pontificis, & instrumento emphiteutico, replicabimus expressum quidem fuisse, imò verius expressa fuisse loca solutionum, sed sub alternatiua, vt legi potest, quo casu cum electio creditricis non sit subsequuta, quę nusquam declarauit quo in loco pensiones solui malet, perinde est, ac si nullus fuisset locus expressus. colligi potest hoc ex Doct. Bart. d. l. cum filius §. vlt. de uerb. oblig. quam refert, & sequitur Afflict. d. decis. 316. ante num. 5. Cor d. consi. 246. in fi. lib. 3. Paris. consi. 5. nu. 47. & Rolan. d. consi. 57. num. 39. 40. cum concord. facit tex. benè ponderatus in l. 3. §. 1. ff. de eo quod cer. lo.

70 Quintò pętijt pęnas conuentionales procurator Illustr. D. Lauræ in pręsenti iudicio vt in lib. A. pag. 49. meritò ad contractus dissolutionem aspirare non potest, licèt perfectè solutum non fuisset ad glo. quam Doct. sequuntur l. 2. in ver. repellere circa med. C. de iur. emph. allegat tex. not. in l. apud celsum §. labeo. de do. excep. in l. itā stipulatus in fi. de verb. obl. in l. cum proponas C. de transac. vbi casus.

Hęc igitur qualiacunq; sint ad propositas dubitationes submouendas libentissimè scripsi; ex quibus satis re ipsa factum illis omnibus censeo, quod & clarissimum D. Iusdicentem atbitraturum spero.

Pro eisdem Illustris. D. D. Fratribus de Gambara.

EPITOME.

De eadem materia; & quæ in præcedenti consilio conclusa fuerunt in hoc confirmantur; & obiecta euacuantur.

DOminus labia mea aperiat. Doctissimè, atq; acutissimè dubitat Illustr. & Excell. Pręses contra Illustriss. de Gambara ad ostendendum

dum quòd contractus, quem præmanibus habemus verè fuerit emphiteuticus, tum verò ad demostrandum, quòd siue eiusmodi fuerit, siue nō collectarum onus re ipsa veniat ab Illustr. Do. Virginia cōductrice perferendum, non verò ab Illustr. D. Laura locatrice.

Ego verò pro resolutione harum difficultatū breuiter, quoad eius fieri possit, insistendū censeo, tum quia multa iam in scriptis, oretenusq; in hanc rem deducta sunt, tùm èt quia intelligentiss. D. Iudici pauca sufficiunt.

Quoad primum igitur, verba non sunt (meo iudicio) effundenda quādoquidem luce clariùs ex hactenus adductis patere potest, non veram emphiteusim, sed perpetuam locationem fuisse celebratam. Cęterùm omnis difficultas consistit (vt arbitror) in ipso pacto locationi, & conductioni adiecto, quo Illustr. conductrix omnes casus fortuitos in se suscepit, ad quos tenetur verus, & proprius emphiteuta; pactiones enim cōductioni adiectæ, custodiendę sunt, licèt contractus substantiā non mutēt l. si merces §. cōductor ff. loca. l. legem C. eo. meritò videtur quòd quēadmodum verus emphiteuta tenetur ad collectas l. 2. C. de iur. emphi. Soci. & Clar. in locis ex aduerso citatis, Ita quoq; Illustr. conductrix nostra teneatur; consequenterq; solutum nullo pacto repetere queat. Huic difficultati multifariam occurrere possumus.

71 Primòq; si pactum valuisse, absq; veri præiudicio, supponatur, quod in dubiū vocari posset, illud proximè considerandum venit, quòd nulla conuentione, quibusuis etiam verbis expressa, fieri potest, vt conductor, aliusuè contrahens, casibus illis subiaceat, qui omnino partibus incogniti, & in opinati, atq; contractus tempore prsus in soliti fuerūt, per tex. optimū licèt vulg. l. fistulas §. frumenta de contrah. emp. & Doct. Bar. l. Seio. § medico. de an. leg. l. sed & si quis §. quæsitum ff. si quis caut. cum infinitis sim. tam à me quā ab alijs aduocatis iam dudum relatis; & est attendēdum, quòd grauissimum onus collectarum, quod Illustriss. Domus Pallauicina vnà cū rusticis ipsis subditis suis, spretis amplissimis eius priuilegijs, inuiolabiliter antea custoditis, sustinere coacta fuit, nunquam potuit in contrahentium mentem cadere; quia re vera incognitum, in opinatum insolitum, atq; à seculo inauditum fuit, prout latiùs iam expositū est. Idcirco sub pacti antedicti generalitate comprehendi non potuit.

72 Nec dicatur, quòd in genere saltē de tali onere contrahentes cogitauerunt, & Illustr. conductrix eapropter illius casum ferre debuerit, ex distinctione Corn. consi. 12. licèt diffusè col. 2.

73 lib. 4. † quoniam negamus omnino casum huiusmodi, etiam in genere, potuisse præuideri; cum fuerit in superlatiuo gradu insolitus Rip.

74 in tract. de pest par. 1. nu. 99. † & nedum annis centum, sed nunquam ante contigerit, vt per

75 eundem Rip. ibi, sed nu. 101. & seq. † cumq; ex multis alijs qualitatibus, & circumstātijs possit, ac debeat Iudex casum omni respectu insolitū arbitrari, secundùm Rip. vbi supra num. 104. vsque ad num. 108. ad quod videri quoq; possunt per multi alij, quos in prioribus scriptis super 2. cap. 1. motiui citauimus. quibus addi potest Natta consi. 21. num. 2. ex quorum omnium dictis apertissimè colligitur, quòd partes nulla ratione casum istum contractus tempore considerare potuerunt.

76 Secundò principaliter respondemus, pactum casuum fortuitorum semper intelligi debere, rebus sic stantibus, hoc tradit Anchar. consi. 402. pluribus rationibus, vbi notabiliter decidit de eo qui gabellam à Communitatę Pistorij emerat, seu conduxerat per plures annos cum omnibus cōmodis, & incōmodis, ita quòd remissionem aliquam ratione alicuius damni, aut casus emergentis, petere nō posset, & vult quòd eueniente insperato discessu Pontificis, peti possit remissio Anch. sequitur & bellè cōprobat Aym. Crau. consi. 95. num. 34. & ferè per tot. quo in loco pro quibusdā mercatoribus consiliū reddidit, quibus assignatū fuerat in solutum Graphariatus offm Lugunen. pro annis IX. suis periculo, & fortuna, quodq; promiserant nō petere remissionē ex causa belli, pestis, sterelitatis, aut alterius inconuenientis, etiam quod tale esset, qui præuideri non posset. Enimuero sequutis qbusdā nouis ordinibus, quibus commoda Graphariatus admodum imminuta fuerant, remissionē fieri debere, pacto non obstan. decidit. Sed accedat not. deci. Dec. consi. 335. vbi in terminis nostris parūuè dissimilib. voluit pactū inter ciues, & rurales statuto, iuramentoq; firmatum, & diutissimè obseruatum, super collectarum oneribus certa diuisione distribuendis, ampliùs non obseruari, si notabilis contingat rerum mutatio, ita vt pactum quod ab initio æquum fuit, ex causa de nouo superueniente, iniquum appareat, & in terminis eisdem consuluit Alb. consi. 34. nu. 15. vsq; ad fi. ex quorum rationibus, & authoritate possumus in nr̄a specie pariter decidere, quòd pactum, quo de agimus, nullatenus seruandum sit, cum maximæ, in credibilesq; contigerint rerum mutationes; quibus sanè effectum est, ut quod primò æquitatē continere fortassis visum fuerit, maximam tandem iniquitatem, euidentissimamq; contineret.

Ex abbundanti tamen ad primum obiectum iam dissolutum, non nulla libet subiungere, Nā si contractum fuisse Emphiteuticū, (circumscripta veritate) concederemus, consuetudinem status Mediolani probatam optimè in processu Parmensiq; clarissimo Do. Iudici notissimam, allega-

allegare possumus, quibus emphiteutę pro parte tantū, directi verò Domini pro reliquo collectantur, in tali enim consuetudine solidissimū fieri potest fundamentum, vt in prioribus scriptis ostensum fuit.

Secundò inconcussa manet, ĕt illa ratio, quam in alijs quoq; allegationibus retulimus. Nempè cum indictę fuerint collectæ ad summam fructuum ascendentes, directam Dñam ipsis obnoxiam fuisse; iura rationes, auctoritatesq; in id ponderatas non repeto, nè cantilenam eandem sępiùs canam. Verùm quia non satis constare quòd collectę fructus ęquauerint, oretenùs fuit ab Illustr. Pręside quandoque replicatum, non nihil ad eam hęsitationē tollendam proponendum est; & antè omnia quorundam testium dicta pręceteris sunt animaduertenda; qui tantū ab Illustr. D. Virginia pro collectis errogatum fuisse, clarè deponunt, quantùm illa percepit; hi sunt in lib. D. primus pag. 6. 9. 16. & 17. secundus pag. 27. Tertius pag. 41. à ter. & 42. Nonus pag. 107. 115. & 118. decimus pag. 130. 138. & 139. vndecimus pag. 185. & 187. Quippè qui, licèt pręcisam fructuū pręceptorum quātitatem
77 non deponant † prout requirere videntur Bal. & Sal. l. j. ad fi. C. de fruct. & li. ex pen. optimè tā
78 intentionē nostram probare censendi sunt † qñ quidē fructus deprætérito ex coniecturis quoque probari veriùs est, vt Idem met Bald. pulchrè consuluit consi. 323. proponitur nu. 5. lib. 5. & Ias. consil. 54. num. 4. volu. 2. quod, & tradidit Corn. d. l. 1. num. 5. & Io. Cop. in tract. fruct. lib. 4. tit. 2. cap. vni. atq; Gabr. Cat. Brix. in tract. de eo quod inter. cap. 13. cum concord. ab his allegatis Neq; verò dissentiunt Bald. & Saly. d. l. j. si recta oculi acie dispiciantur, quinimo pro nobis in specie decidunt, dum fructus præteriti quoque temporis probari volunt per proximas coniecturas, & exemplificant in redditibus vicinorum prædiorum. Etenim super huiusmodi coniectura fundant in indiuiduo depositionem suā testes nostri, primus pag. 16. 17. & nonus pag. 107. quippè qui habentes prędia vicina prædijs istis emphiteuticis, pro quibus omnibus eadem onera fuerunt persoluta, & de redditibus suorum prædiorum optimè informati sunt, cum re ipsa, cum dāno suo didicissent collectas à Cesarianis Impositas, an nuos fructus prædiorum suorum ęquauisse, de vicinis idem testificatur, quorum redditus ve-
79 risimiliter haud dissimiles fuere. † Horum igitur dicto plena fides est adhibenda l. vbi nume-
80 rus de test. † eò pręsertim, quòd rationem de facto proprio allegant, quo casu singulis quoque credendum foret per nota. Theoricam Castr. l. quicunq; in fi. C. de ser. fug. & Saly. l. si quis decurio in 4. opp. C. de fals. Alex. consi. 197. nu. 3. in 7. Soci. consi. 28. nu. 4. in 3. Dec. cōs. 56. nu. 4.

Crau. consi. 99. num. 6. & consi. 220. nu. 18. cum cōco. Sed accedat alia vrgens & ꝓxima cōiectura ad proban. quantitatem fructuum perceptiorum per Illustr. conductricē onera non excessisse. Deponūt namq; nonus testis pag. 118. & de cimus pag. 130. multos habentes prædia in locis occupatis ab Imperialibus, signanterq; Illustrisimum D. Sfortiam Pallauicinum ea obtulisse possidenda Senatui Mediolani, & cuiuis, ĕt priuato, volenti quotannis onera ipsis indicta soluere, & neminem inuenisse qui oblationem acceptaret. Vndè possumus facilè coniectari, quòd supra proximè diximus, verissimum esse.
81 † Enimuero si secus fuisset, talis oblatio nunquā à Dñis prædiorum facta fuisset, cum nemo suū iactare pſumatur l. cū de indebito de ꝓbat. §. 1.
82 insti. de obl. ex qua. contr. cūq; q suū iactat stultitię meritò argui possit l. vlti. §. 1. C. arbi. tut.
83 † quę proculdubio in homine non pręsumitur sed potiꝰ mētis sanitas l. nec codicillos vbi Bal. C. de eod. Dec. consi. 448. nu. 9. & 10. cum sim. Aliorū testiū dicta diuersis in locis ad idē perpendi poslent, sed oculatissimi D. Iudicis iudicio ea relinquo diiudicanda, qui magis scire
84 potest. l. 3. ff. de testi. † Id vnum non ommitto, quòd, & si per verbum credo aliquid de ponant, & ob id concludere non videantur, vt per Dec. latè consi. 524. nu. 6. & Curt. iun. consi.
85 144. num. 5. † quia tamen rationes allegant ve ritatem inferentes, vt videri potest, contrarium prorsus tenendum est, vt pulchrè tradit Alex. consi. 119. num. 6. lib. 7. & Ias. consi. 61. nu. 4. lib. 1. cum concord. Sed si veritatem amamus, quid testium dictis hac in re opus est plusquam notoria? Equidem illud mihi persuadeo, neminem latere, Dominos prædiorum vltra flumen Taronis in agro Parmeñ. existentium, tantùm pro collectis errogasse tempore occupationis memoratæ, quantum fructuum ex fundis ipsis perceperunt, & quandoq; plus, & cum id noto-
86 rium sit, probatione non eget. † sed Illustrissimos principales meos ab onere probandi releuat glo. 1. in c. 2. extra vt li. non. const. & glo. in clem. appellāti. in ver. causas de appella. & vtro biq; Scribē. sufficit enim notorium allegare, ꝓut fuit in causa nostra sępiùs allegatum, vt ijsdemmet locis traditum est, & per glo. l. ciues in uer. iusta C. de app. & Bart. l. emptorem de ac.
87 emp. Natta consi. 415. in fi. & alibi sępè. † Nam potest iudex postmodum ex officio vsq; ad sen tentiam se informare glo. & Doct. l. 1. C. qui. & aduer. quos Bar. l. 3. §. hoc autem de dam. infec.
88 Bald. l. vni. C. vt quę desi. aduo. † Imò verò dēt pro auxilio veritatis se informare, Aret. consil. 127. in cā Dominę Antonię colum. 2. ver. ad
89 secundum Soci. in consi. 65. num. 40. vol. 1. † & non est opus aliqua partium citatione Alex. consi. 14. in princ. vol. 5. Dec. consi. 447. nu. 11.
per-

Perquirat igitur Illustr. Do. Gubernator huius
notorij veritatem, quam indubiè inueniet;quo
niam re vera, Notior in Coelo fabula nulla fuit.
Cęterum si in quolibet possidente prædia in lo-
cis ipsis occupatis illud verum, notoriumq́; ap-
paruerit, quid demum in nostra specie conclu-
dimus, cum Illustr. D. Conductrix vltra commu-
nes cum alijs solutiones onerum, maximas im-
pensas fecerit, pluraq́; damna grauissima ob eã
causam passa fuerit; plurimùm quippe in litigã-
do, & se defendendo ab huiusmodi collecta-
rum onere expendidit. Quandoquidem diu-
tiùs, acriusq́; cum Communi Zibelli sola litiga-
uit, quàm cęteri omnes onera detractantes, vt
asserit septimus testis pag. 52. à ter. litigauit au-
tem non tantùm in loco ipso Zibelli, & Burgi
S. Donini, vbi maior Magistratus status Par-
mensis occupati residebat, sed ẽt Mediolani co-
ram amplissimo Senatu; missit grauissimos nun-
tios, nedùm ad Illustrissimum Imperatoris ui-
cesgerẽtem, sed etiam ad ipsummet Sacratiss.
Imperatorem, infinitas pertulit pignorationes,
in quibus tam merces exequutorum, & expen-
sa bestiarum in hospitijs positarum, quàm agro-
rum cultura ommissa venit consideranda; Mi-
rum in modũ damnificata fuit in frequẽtissimis
militum hospitationibus, quæ licèt solutionum
loco pro certa summa cederent, longè maius
tamen damnum inferebant; vndè est, quòd sa-
tagebant omnes hospitantibus potiùs confer-
re, quã hospitari; & hęc omnia probantur ple-
nissimè per testes nostros, quorum depositiones
ostiatim referre longum, ac superfluum foret,
in margine tamen signatæ sunt, & facilè possunt
inueniri, Sed accedat, quòd eodẽ tempore quo
memorata damna passa fuit Illustr. D. Virginia,
consuetos etiam redditus prædiorum emphi-
teoticorum percipere nequiuit, siquidem be-
stiamina super ipsis iux. solitum, ali non potue-
runt, quod certè detrimẽti haud parum intulit,
ex quo pratis illa prædia abundant, vt testes
quamplures asserunt, & in specie tertius pag.
39. & quartus pag. 52. a ter. Ex his igitur omni-
nibus dubio procul colligere possumus, non mi
nùs ab ea collectarũ cã solutum, & expensum
fuisse, quàm ex fructibus perceptum, sed plùs
90 potiùs. † At ex abundanti subijciamus, satis esse
fundatam intentionẽ nostrã in sola negatione,
nobisq́; sufficere fructus excessisse onera inficia
ri. Nam si contrarium pars aduersa asserit, pro-
bandi onus assumit per doctr. glo. l. cum de lege
vbi Bart. Saly. & alij ff. de probat. Bart. l. si con-
stante 1. q. primæ partis princ. ff. soluto matri.
& l. conficiuntur. §. codicilli in fi. de iur. codi.
Bald. Ang. & Saly. l. vlt. §. licentia C. de iur. deli.
Ang. & Imo. l. cum ex causa de re iud. Castr. l.
maritus sol. matr. Alex. consi. 41. num. 5. in 3. &
consi. 55. num. 6. in 1. Ias. consi. 34. sub num. 5.
lib. 1. quorũ opin. * communẽ videri dicit Rip.
d. l. si constante sub num. 18. pro qua alios ad-
ducit concord. & in terminis omnino similibus
communem asserit Rui. consi. 77. num. 7. vo-
91 lum. 1. † Verùmtamen si fructuum aliquid su-
perfuisse aliqua vnquam ratione dici posset, di
rectam tamen Dñam collectis obstrictã fuisse
dicendum foret per gloss. d. l. qui concubinam
§. qui ortos in ver. pręstaturũ ff. de leg. 3. quam
sequuntur inibi scrib. & alijs in locis iampridẽ
à nobis relatis, & signanter Natta citato consi.
415. vbi latè illã exornat vol. 2. meritò non po-
terunt aduersarij fundamentum istud quoquo
pacto euitare.
Tertiò pro responsione deduci possunt ingenio
sè tradita per Egid. Tho. in tract. collect. §. pau-
92 peres sub num. 29. † quo loci optimis tuetur ra
tionibus verùm emphiteutam ad collectarum
præstationem non teneri, sed directum, & re-
spondet tex. l. 2. C. de iu. emph. in quo potissimũ
contrariæ sententiæ stat fundamentum, aliaque
remouet cõtraria, vt videri potest. eiusdem opi.
fuisse videtur Franc. Luc. noster Parmẽ. in trac.
de fis. & eius priui. 3. par. princ. num. 17. & seq.
licèt ita diffusè non insistat; à quibus non vide-
tur dissentiendum, quicquid crebior nostratum
scola senserit, ea enim opi. quę melioribus, & vr
gentioribus rationib. nititur amplectenda est l.
1. §. sed neque C. de vet. iur. enucle. c. cappella-
nus de fer. tradunt Cano. in c. 1. de consti. Ma-
thesi. tract. de elect. opi. num. 2. Curt. iu. cons.
57. colum. 4. Dec. consi. 576. num. 11. Neuiz. in
sil. nup. li. 5. num. 67. quod multò magis obtine-
re debet, cũ argumenta contra sententium ab
ipso Egid. confutata sint Barb. Feli. & Dec. d. c. 1.
de consti. Neuiz. vbi supra, sed num. 73. cum
concord.
Quartam, & vltimam addo solutionem, mea
quidem sñia inconuincibilẽ, ad cuius dilucida-
94 tionẽ, vnum in iure, & duo in facto sunt pręsup-
ponẽda, in iure † quòd collectæ, & onera vnifor
mẽ nonhabent pstationẽ, sed modo rei, mõ per-
sonę modo mixtim indicuntur; Rursusq́; primo
& vltimo casu quandoq; ex corpore fructuum,
quandoq; habito respectu ad perceptionem,
quandoq; respiciendo rei valorem, hoc est per
æs, & librã imponũtur. Colliguntur ista ex tra-
ditis per Scrib. l. rescripto §. vlt. de mun. & hon.
l. 1. C. de mul. & in quo lo. lib. x. l. 1. C. de anno.
& trib. eo. li. l. placet C. de sacrosan. Eccle. l. 4. §.
auctor vbi Bart. signanter de re iud. l. 1. §. quod
si nemo vbi in specie Bald. ff. quod cuiusq; vni-
uer. & per eundem Bal. consi. 408. lib. 5. in non.
& alibi sępè in locis notiss.
In facto aũt primò suppono, quòd bona, de qui
bus agimus, descripta fuerunt Illustr. D. Virgi-
nię in æstimo Zibelli tẽpore occupationis con-
fecto; deponunt hoc testes nostri. Quintus pag.
63. sex-

63. Sextus pag. 73. Septimus pag. 80. à ter. & 90. Octauus pag. 94 & 100. Nonus pag. 109. Duodecimus 153. Decimus tertius 163. & 164.
Secundò verò p̃mitto, collectas, & onera per dictã Illust. D. supportata, inspecto rerũ valore, & sic per æs, & libram à Zibellensibus exacta fuisse; istud deponunt, secundus testis pag. 25. à ter. pag. 95. à ter. & 97. à ter. Nonus pag. 100. 12. 155. & 157. Decimus tertius 195. à ter. & probatur vtrumq; ex libris æstimi productis. Quibus stãtibus animaduerto, quod horũ alterũ perperã, & iniustè fuit à Zibellensibus gestum, alterũ verò rectè factũ existimandum est, & vt de rectè factis prius loquar, onera pro quantitate patrimonij, seu per æs, & librã legitimè distribuerunt, consistebãt. n. in militũ hospitationibus, vel pro eorundem stipendijs exigebantur, aut pro tallea Principi soluenda, vel pro publica vtilitate aliàs
95 indicebant, † quibus casibus pro modo facultatũ certum est collectã imponi debere. De hospitationibus est tex. l. 1. §. munus hospitis de mun. & hon. & tradit Bart. d. l. 1. col. vlt. C. de mul. & in quo lo. Io. de plat. in rub. C. de an. & trib. & l. indictiones eo. ti. atq; l. 3. C. de mun. patri. li. 10. Parpa. d. l. placet nu. 183. Egidius d. tract. §. retenta sub nu. 3. Rolan. d. cons. 66. num. 3. apud quos habetur, quod munus hospitationis indicitur rei propter ipsam rem.
96 † Ideò collecta eius occasione imposita s̃m naturam oneris in cuius locũ subrogatur, debet regulari, & consequẽter inspecto rei ualore distribui Bart. d. §. auctor circa principiũ, Bald. d. §. quod si nemo in 1. q. & cons. 47. nu. 5. li. 3. atque consi. 408. in fi. li. 5. de stipendijs militarib. idem est iudicium, ut in specie decidit Bald. d. §. quòd si nemo, col. 2. uers. si uerò causa, & l. etiam sub num. 15. C. de exec. rei iud. Petr. de Vbal. tract. collect. sub nu. 6. Franc. Luca. d. tract. de fis. & eius priu. par. 3. nu. 7. 8. Corn. cons. 217. col. 2. uol. 2. Natt. cons. 183. nu. 1. li. 1. Rolan. d. cons. nu. 16. de collecta imposita pro tallea Principis, aut aliàs ob publicam utilitatẽ, uel necessitatẽ haud secus iudicandũ est, ut oẽs proximè citati asseuerant, & generaliter pro quocunque onere reali, uel mixto redimendo, collecta per æs, & lib. soluitur secundũ Bart. & Doctor. d. §. actor, ubi Rip. nu. 30. & 32. & post oẽs Rolã. ubi s̃. nu. 15. sed & si nulla rõne cõstet pro quo exigatur onere collecta, adhuc eodẽ modo in dubio fiet diuisio, ut Bart. ibidẽ, & pulchrè Rip. nu. 31. sed fuit dictũ Inno. c. graue, de sentẽ. excom. quod etiã refert Bald. d. §. quod si nemo in 1. q. Io. de Plat. & Bart. l. 1. nu. in 5. not. C. de apo. pub. li. 10. Dec. consil. 335. in princ. Egid. d. tract. §. exactio nu. 18. Bello. cons. 12. nu. 10. Rui. cons. 116. nu. 5. volu. 4. & cons. 125. nu. 2. eo. vol. Rolan. d. cõs. nu. 16. Quapropter nõ est dubitandũ quin legitimè fuerint onera ĩ territorio Zibelli per æs, & lib. distributa.

At verò minùs rectè egerunt Zibellenses in describendis bonis emphiteuticis, de quibus agimus, cum ꝑ ipsis perinde Ill. Conductricem æstimauerint, ac si pleno iure ad eam pertinuissent.
Sed ex abundanti consideretur, quòd testes
Ciuium rectè possunt concordari cum testibus
D. Actoris in eo, quod de imbuccatione, & pur-
gatione canalis deponunt, si quidem verissimũ
est mezadros, & fictabiles ipsorum Ciuium in-
teruenisse deriuationi, & expurgationi ante-
dictis, sed iussos, vel rogatos ab agentibus Illu-
strifs. D. Alex. & authorũ eius, & cibum, ac po-
tum ab eiusdem recipientes, vnà cum cæteris
hominibus subditis iurisdictioni Medesani, pro
ut plenè deponunt eiusdem Illustriss. D. testes
super secundo & tertio capitulo; & re vera hnc
non negant Ciuium testes, si benè legantur, &
14 inspiciantur † Quo circa reducendo eos ad cõ-
cordiam modo prædicto, prout regulariter re-
duci debent testes omnes prima facie discordes
c.cum tu. vbi cano. extra de testi. Curt. in tract.
testi. conclu.59. cum vulg. tantò magis fundata
remanet intentio Illustriss. Do. Actoris absq;
dubitationis scrupulo.
15 At verò non tantùm possessionem, sed domi-
nium canalis plenè probauit, nam primò alle-
gauit, & produxit statutum nostrum positũ sub
rub. Quòd nullus audeat &c. libro quinto, quo
prohibitum reperitur omnibus extrahere aquã
ex ipso canali sub formidabili pęna, pręterquã
eius Domino, & Dominũ declarat eum, qui eli-
git camparium ad illud custodiendum; quo cir-
ca, cum ex processu liquidissimè constet Illustr.
Dom. Alexan. singulo anno camparium pro cu-
stodia pr(e)dicta eligere, & deputare, & ita etiam
eius authores egisse, in necessariam consequen-
16 tiam probatum est dominium. † Et nedùm vi-
gorę statuti prædicti. Sed etiam iuris cõis, nàm
probans consuetam locorũ custodiam, dicitur
dominium probare, per tex. egregium in l. in no

mine Domini §. in Sardinia, ibi, & vbi custodes,
& inferiùs in versi. quoniam ita conuenit, vt
semper custodes fines Prouinciæ seruent C. de
17 offic. † Pręfec. Prætor. Aphr. quẽ ad hoc ponde-
rat Guid. pa. decis. 193. nu. 1. versi. 4. probatur,
& versi. sed iuxta, & ibidem appost. Itidẽ pro-
bauit, consuetum se esse reficere canale proprijs
sumptibus, & constituere super eo pontes, & na
ues lapideas, & ligneas, & emere agros pro eo
cõstruẽdo, vbicunq; opus est, vndè dñium certè
ꝓbatur, ẽt ex sola emptione dicti soli. vt in pro
18 prijs terminis firmat Bero. q.65.nu.4.& 5. † vbi
fortiùs voluit sufficere hoc casu emptionẽ pro-
bare ex libris maiorum suorum in antiquis, &
tamen probauit Illustriss. Dom. Alexan. per in-
strumenta, & testes; propterea tantò magis ob-
19 tinere debet. † Nec videtur hęsitandum, quin
Dominus formulę sit etiam Dominus aquę per
eam decurrentis, ad Bart. in l. quominùs 12. q.
de flumi. Bald. in c. cum omnes extra de consti.
Alex. cõsi. 108. col. 1. lib. 2 quod oĩno videat. &
consi. 203. nu. 6. 7. vol. 6. atq; Ias. d. l. quominùs
20 num. 88. † Et tantò magis cum super ea habeat
Illustriss. D. Alex. Molendinum constructum ab
antiquo, vt in processu probatũ fuit; ex hoc eñ
ius babet probibendi, nè aqua deriuetur, & ex-
trahatur ex ipsa formula, tam infra, quàm supra
Molendinum suum, vt in specie docent Barto.
Alex. & Ias. locis nunc citatis. Dec. pulchrè cõsi.
144. per tot. & consi. 373. nu. 12. & Bal. in l. aquã
21 in prin. C. de serui. & aq. † inquiens, quòd Do-
minus Molendini non tenetur facere gratiam
alicui de aqua, etiam inferiùs.
Allegauit insuper, & ꝓduxit priuilegia Illustr.
DD. Sanuitalium eius authorũ, quæ iam dudũ
obtinuerunt a Reuerẽdissimis Epis Parmeñ. ex
qb⁹ manifestè liquet de eius titulo, & dominio.
22 Nec officit, quòd Illustr. D. Iudex hic † dubitat,
non sufficere titulum ostendisse, ex quo de do-
minio concedentis non vr̃ probatum ad l. cum
res. vbi gl. & Doct. c. de proba. Dyn. Bar. Castr.
Alberi. Alex. & alios in l. si sic §. 1. & in l. legatum
de liber. leg. Boer. decis. 42. nu. 25. & tradita per
Nat. consi. 396. nu. 5. 6. lib. 2. Nam primò rñde-
tur, imò productum fuisse priuilegiũ Reuer. Epi
23 Parmeñ † quod ab Henrico Sexto, nec non a Si
gismondo Imperatoribus habet, quo flumina,
aluei fluminũ, & decursus aquarũ ei concedun-
24 tur, † & de Imperatorũ dñio nõ est ambigendũ.
per l. depręcatio. ff. ad l. Rhod. de iac. l. benè a Ze
nnne §. j. C. de quadri. p̃scrip. † p̃sertim in flumi
nib. quæ sunt de regalijs Principis c. 1. in ti. quæ
sint rega. ubi oẽs not. Fran. Mar. decis. 500. nu. 1.
2. lib. 2. Et licèt in termino probatorio ꝓductũ
25 non fuerit † attñ qa de nouo repertũ est, potuit
usq; ad sñiã produci vt ꝑ Doct. oẽs in l. admonẽ
di. ff. de iur. iur. & in c. cũ dilectus, de fide instru.
Secũdò rñdet, quòd & si de dñio Epi cõcedẽtis

in specie nõ constaret, quia tñ in antiquis sum*,
imò in antiquissimis, & Episcopus ipse semper
habitus, & tentus fuit pro dño aquarum p̃dicta-
rum, & innumeras cõcessiones fecit, & in dies fa
cit palàm, & publicè, & habentes ab eo causam
pro veris dominis, & possessorib. reputantur, &
pacificè vtuntur aquis ad vsum sibi concessum,
26 vt oĩbus obuium, & notoriũ est † & consequen-
ter probatione non indiget. clem. appellanti de
appell. Bal. Salyc. & alij in l. cum fratrẽ, C. de his
qui, vt indig. & in terminis Riminal. cons. 410.
27 nu. 12. lib. 3. † satis superq; probatũ dicit̃ illius
dominium, vt docet Bal. in l. conuenticulã nu. 6.
28 C. de Episc. & cler. † exemplificãs in Eccl. Rom.
q̃ licèt instrumenta non habeat de Ciuitatibus
suis, sufficit tñ gñalis opi. & fama, quòd sit Dña,
& pro tali se ab antiquo gesserit, & post cũ Dec.
cõs. 146. nu. 14. & cõs. 428. prædicto, vbi de cõi.*
Aret. cons. 36. nu. 5. Alba. cons 64. nu. 21. cũ plu-
rib. sequen. Thob. Non. cons. 63. nu. 6. Marc. de-
cis. Delphi. 610. nu. 10. & permultos referens, ac
de cõi etiã attestans. Burs. cons. 27. nu. 7. 8. cum
29 sequen. quib. sufficiat remissio. † Tertiò respon-
detur, quòd non est passim vera cõclusio in mo-
tiuo relata, videlicet, necesse fore ꝓbare dñium
authoris, sed limitatur sm̃ Paris. cons. 104. num.
94. vsq; ad nu. 101. & rursus nu. 117. li. 1. Et Me-
noch. de arbitr. iud. li. 2. cent. 2. ca. 42. num. 6. vt
in casu dubio tantùm procedat, & quando alia
non concurrunt ad probãdum dominium, putà,
titulus, ac diutina possessio, quæ in nostra specie
30 optimè verificata fuere, &c. † Probatio quoque
possessionis, de qua s̃, præualens probationi ad-
uersantiũ, & excedens metam annorum trigin-
ta infert ad dominiũ, ita vt Actoris intentio fun
data plenè dicatur. Bero. d. q. 65. in fi. post Bald.
quẽ referr in l. inditia nu. 5. C. de rei vẽdi. Paris.
latè d. cons. 104. nu. 117. Cepha. cons. 9. nu. 18.
Burs. d. cons. 27. nu. 4. Vel fateri oportet inuitis
dentibus, quòd præsumptiuè saltem ex tali pos-
sessione dominium probatum sit, vt in proposi-
to per hæc formalia verba concludit Roman. d.
cons. 127. ante num. 1. & Burs. loco præcitato.
Thob. d. cons. 74. num. 6.

Concludamus igitur multiformiter probatum
remanere dominiũ Illustriss. D. Alexandri. † &
31 si pars aduersa singulis probationum speciebus
opponere cauillando tentauerit, nunquã tamen
effugiet, quin simul iunctæ plenissimam consti-
tuant probationem, vt in specie concludit Cas-
sen. cons. 18. nu. 19. Thob. d. cons. 74. nu. 7. Quod
si pertinaciùs contẽdere voluerit, dominium ex
omnibus & simul iũctis nequaquã plenè proba-
tum remanere, negare certè non poterit, quin
magna sint indicia, & coniecturæ dominij ex p̃-
32 missis resultantes. † Vndè hanc quoq; coniectu-
ralem probationẽ ad victoriã sufficere non dubi
tabimus, quoniam, cũ dominiũ sit difficilis ꝓba-
tionis, vt concludunt omnes in dicta l. cum res,
& præfat. Menoc. loco præcitato in princ. sufficit
illud probare indicijs, & coniecturis, vt est tex.
in l. indicia, C. de rei vend. & in l. proprietatis.
C. de probat. & vtrinq; not. per Scrib. Dec. cons.
146. nu. 14. & cons. 428. in fi. Paris. latè d. cons.
104. num. 101. & 102. Menoch. d. casu 42. nu. 2.
33 † Quod tantò magis locum sibi vendicat in an-
tiquis, vt apud eosdẽ Doct. legere est, & Rimin.
d. cons. 410. nu. 12. Marc. decis. Delph. 610. nu. 3.
vsq; ad fi. Alba. d. cons. 64. nu. 27. 28. inquiẽs tũc
probari dominiũ per quæcunq; adminicula, &
per quascunq; probationes, quæ Iudicem in ve-
hementem opin. trahunt. Bursat. vbi supra, ante
34 num. 8. † Et regulare est, quòd vbicunq; diffici-
lis est probatio veritatis, coniecturæ habentur
loco plenè probationis, vt magistraliter tradit,
& pluribus exemplis confirmat Ias. in l. Prætor
ait, §. prætor num. 20. vsq; ad num. 29. ff. de edẽ.
Sed hæc dicta sunt ex abundanti, ex quo conclu
dentes reuera subsunt probationes tam domi-
nij, quàm possessionis ex parte Ill. D. Agẽris, &
quælibet de per se sufficit, vt probauimus.

Has vrgentissimas difficultates sentientes Do-
mini Aduersarij, conari sunt probare duo adesse
canalia extracta à flumine Taronis decurrentia
per terram Medesani, & eius territorium ad ri-
uum sanguinarium, quod licèt somnium esse cõ
cludant testes Illust. D. Alexandri super vltimis
capitulis examinati, & ocularis loci inspectio
clariùs & apertiùs demonstrare possit; Attamen
nihil releuat ista pluralitas canalium ad euitan-
dum iudicium contra eos ferendum super ca-
nali in petitione expresso, & clarè demonstrato,
super quo probationes antedictæ factæ fuerunt.
Si enim aliud extat canale, prout ipsi prętendũt,
illud sibi habeant, & possideant, quãdoquidem
Illustriss. D. Alexander nullum ius in eo habere
intendit, sed suo proprio canali contentus est.
Et ita iudicatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *DEbitor speciei casu fortuito ante moram liberatur.*
2 *Debitor quantitatis casu fortuito ante moram non liberatur, & nu. 53.*
3 *Debitor post moram fortuito casu non liberatur.*
4 *Fallit, si cõtingat casus intra tempus, quo mora purgari potest, vel quo ex consuetudine potest debitor pecunias penes se retinere.*
5 *Debitor regulariter constituitur in mora mediante denunciatione, & interpellatione.*

6 *Debitor quando in iniuriam creditoris exactus dicatur? et nu. 50. cum seqq.*
7 *Bart. doctr. in l. creditor de sol. declaratur.*
8 *Factum in debitoris iniuriam, creditori non praiudicat.*
9 *Bar. distinct. in l. creditor de sol. approbata communiter.*
10 *Debitor in iniuriā creditoris exactus, nō liberatur indistinctè, sed tenetur facere quicquid potest sal ua salute sua, ac etiam aliquid pati, ut passio sit fidei suæ testimonium.*
11 *Clericus conuentus coram Iudice seculari, potest allegare priuilegium clericatus, & iurisdictionem eius declinare.*
12 *Excommunicationis pœna imminet Iudici trahenti Clericum ad forum seculare.*
13 *Salutis suæ immemor nemo præsumitur.*
14 *Debitor soluens alteri quàm creditori suo, si id facit ad mandatum eius, qui iurisdictionem in eum non habet, minimè liberatur, & vide infra num. 46. & 49.*
15 *Dispositio Authen. ut omnes obed. iud. prouin. nullius tollit priuilegium in corpore iuris insertū, & multò minus Clericorum.*
16 *Imperator nunquam vult trahere Clericos ad seculare forum.*
17 *Iurisdictio Ecclesiastica à Deo distincta fuit à seculari.*
18 *Imperatores si aliquādo in Clericos quicquā disponere ausi sunt, in errorem inciderunt.*
19 *Clerici ratione bonorum temporalium, quæ posidēt in territorio Principis secularis, non dicuntur eius subditi.*
20 *Iussus Regis in his, quæ sunt extra suā Iurisdictionem non excusat.*
21 *Clericorū, & Sacerdotū genus audax esse debet, cū defendatur lege Deī, quæ dicit. Nolite tāgere Christos meos.*
22 *Metus in Sacerdote nunquam præsumitur.*
23 *Confessio partis aliam probationem non expectat.*
24 *Confessio de recepto, non probat solutionem in veri creditoris præiudicium, vel liberationem parit.*
25 *Debitor exactus à Tyranno, vel ab alio, à quo facilè repetere potest, non liberatur, & num. 26. & 44.*
26 *Impeditus à priuato, nè veniat ad ius, non excusatur, sed actionem habet contra impedientem ad interesse.*
27 *Debitor exactus, ut supra, si contra tertium actionem habet non liberatur.*
28 *Bonus quilibet præsumitur.*
29 *Fidem fallere graue est.*
30 *Graui autem homini grauißimum est.*
31 *Collusiuum præceptum, debitorem soluentem alteri, quàm creditori suo, non excusat, nec liberationem parit.*

Consi. Lud. Sacc.

Pro Illustris. D. Alexan. de Corrigio

EPITOME.

Debitorem speciei, casu fortuito ante moram liberari, secus verò in debitore quantitatis.

Debitor exactus in iniuriam creditoris quando dicatur? & quid præstare debeat, ut à debito liberetur?

Exactus autem in iniuriam ut supra, si aliunde ei succursum est, putà contra exigentem, vel tertium, non liberatur.

RESPONSUM XXII.

Reuer. Pater, & Integerrime Iudex.

PRofitetur Mag. Aduocatus R. D. Simonis Giacarelli rei conuenti dubia per D. V. R. contra eū excitata, clarissimè enodasse, id quod à veritate tm̄ abest, quā quod maximè. De his. n. existimo vulgatū illud pronuntiatū rectè dici posse (soluat Apollo) quod etsi satis de se constet, ex infrascriptis tamen res plicationib. pro parte Illustris. D. Alexādri de Corrigio actoris, apertiùs fiet.

1 Duas præmittit conclusiones D. Aduocatus prædictus ex cons. Bal. 228. in 2. quæ si generaliter, & indistinctè intelligantur, falsæ sunt, & contra Iura notissima. Prima conclusio est, quòd debitor propter casum fortuitum antè moram liberatur, quæ si de debitore speciei intelligatur, iuri quidem consona est, sumitur namq; ex l. si ex legali causa, ff. de verb. obl. & l. quod te. si cer. * pet. & vtrobiq; no. per Scrib. omnes*, quamquā aliquas etiam patiatur limitationes, quas nō recenseo, quia ad rem nostram non pertinent.

2 Si verò in debitore quantitatis intelligatur, legibus repugnat, videlicet, l. in ratione, §. in certę, ff. ad l. falc. & l. incēdium C. si cer. pet. vbi sunt casus expresse, & Doct. oēs signant. Enimuero nō aliter liberaē debitor q̄titatis casu fortuito, q̄ si mora creditoris ī accipiēdo debitū oblatū prçcedat l. si debitor la. 1. l. si solutur°, & l. q decē ff. de * solut. & liber. & ibidē interptes cōiter* obseruāt. Et hinc est, quòd Bar. à quo nullus discessit, in allegata l. creditor col. 2. vers. si verò accepit simpliciter de sol. in pprijs terminis distinguit inter debitorē speciei, & q̄titatis, & illū vult coacta solutione liberari, hūc verò minimè, & hęc est cōis opi. teste Dec. cons. 25. col. 2. vers. ex ista.

3 Secūda cōclusio cōtinet, debitorē post morā, for tuito casu nō liberari pro qua sūt ēt tex. ī d. l. q te.
4 si cer. pet. & in d. l. si ex legali cā† & hęc quoq; absolutè vera nō ē, nā si ītra tp̄s, quo mora purgari

potest, vel quo ex cõsuetudine aliqua potest pecunias penès se retinere, contingat casus. Consequitur n̄ debitor ipse liberationē, mora cōmissa non obstante, vt per Afflict. decis. 150. in oppositū citata nu. 32. 33. 34. Sed quia ad rem nostrā ista non faciunt missa facio.
5 † Et ad primæ conclusionis materiam rediens dico, quòd licèt D. Simon non fuerit in mora constitutus mediāte denuntiatione, & interpellatione, de qua per Bar. in d. l. quòd te col. 3. vers. venio ad vltimum si cer. pet. ex aduersò citatum, cum tamen non fuerit debitor speciei, sed quantitatis, remanet nihilominus post casum fortuitum obligatus.

Videât igitur R. D. V. quam rutè, & facilè demolitum sit fundamentum istud, super quo vnico totam machinam defensionis D. Simonis cōstruxerat D. Riccius Merlus eius aduocatus; sed accedat, quòd negari iure potest, casum aliquem contigisse D. Simoni debitori, vt ex infra dicendis apparebit.

6 † Minùs verò subsistunt respōsiones motiuis datæ; etenim quoad primum de doctri. Bart. in d. l. creditor, dum primò dicitur prætendi posse præceptū D. Simoni factum fuisse in iniuriam Illustriss. D. Alexandri, nō opus est replicatione, ex quo pars ipsa talem responsionem spōtè ommittit, prout certè omittere debet, cum eodem præcepto contrarium liqueat, in quo nō fuerunt pecuniæ peritę tamq̄ D. Alexandri, de quo nullum in eo verbum, sed tāquam hęreditariæ Illustriss. D. Cardinalis, cui succedere prætendebant Illustriss. DD. Gibertus, & Camillus: Videat ad hoc in terminis terminantibus, Calc. cons. 113. nu. 4.

7 † Dum verò ponderantur verba Bart. in vers. 3. quæro. tanquam decidentia casum separatum à præcedentibus, ita quòd mens Bart. sit, quòd qn̄ præceptum, seu ordinamentum Ciuitatis pœnale, & graue factū sit debitori, semper, & indistinctè liberetur soluens, animaduertendū est, quòd imò à præcedentibus pendet, & ad illorū declarationem subiungitur; nam cùm superiùs determinauerit plures casus, in quib. debitor coactus soluere Ciuitati creditum exititij liberatur, vt declaret, qualis esse debeat ista coactio debitorem excusans, & liberans, subdit q. de qua in d. vers. Tertiò quæro, & determinat sufficere prçceptum pœnale absq; vlteriori violētia, & si aliter intelligeretur contra ius indubitatum loqueretur,
8 † quia si in casu, quo apparet præceptum pęnale prædictum, non caderet distinctio vtrum in creditoris, an debitoris iniuriā emanasset, sequeretur, quòd factum in iniuriam debitoris prçiudicaret creditori, contra tex. in terminis in l. si merces §. culpę ff. loca. & in l. pen. in princ. solut. matr. ab ipsomet Bart. ibidē allegatos, & contra alium tex. in l. si per imprudentiam, ff. de euict.

9 † Verissima est igitur, & passim procedit memorata distinctio; Cui non aduersatur Afflic. decis. 150. num. 16. in oppositum adductus, quia licèt ibi referat aliquos tenentes præceptum pœnale prædictum, seu prçconium emanatum, excusare debitorem soluentē, declarat tamen seipsū paulò inferiùs, vbi distinctionem Bar. & seq. refert num. 18. & 19. quàm superius etiam ponderauerat num. 12. & 13. & rursus in conclusione decis. nu. 30. vers. pro solutione. Ita quòd cum Bar. trāsit ibi Afflict. quemadmodum transeunt & Ang. Imol. Castr. & cæteri Scrib. in d. l. creditor, Iaco. de Bellapert. in l. falsus num. 26. & ibidem And. Gam. in fi. Castren. in l. si te bonis, C. de iur. delib. Calc. cons. 113. prællegato num. 3. vers. sed Bar. Rui. cons. 147. colum. 1. lib. 1. & d. cons. 171. in princip. Ias. cons. 26. in princ. post multos relatos volum. 3. atq; alij permulti, quos breuitatis causa non refero.

10 † Ex abundanti autem placet adhuc in proposito animaduertere, quòd si aliqua rōne dici posset debitorem quātitatis iussu, & mandato superiorū, non tamen in creditoris iniuriā exactum, liberari, nō propterea D. Simon talis esset in nostra specie censendus, ex quatuor fundamentis; Primò quia non fecit quicquid potuit, salua salute sua, pro solutione vitanda, nec pro creditore quicquam passus est, prout tenebatur, vt passio esset fidei suæ testimonium iuxta not. doctr. Bal. in l. falsus num. 31. C. de furt. relatam per Afflict. vbi supra num. 23. & 32. quam sequitur in simili casu Ias. d. cons. 26. col. pen. vers. accedat
11 ad præmissorum confirmationem vol. 3. † poterat namq; allegare priuilegium clericatus, & iurisdictionem pdictorū Illustriss. DD. declinare c. 1. & c. si diligenti de fo. comper. cum vulg. quod si fecisset, verosimiliter coactus non fuisset sol-
12 uere † nè cogentes ipsum, in excommunicationē inciderent comminatam à Summo Pontif. in c.
13 2. eo. tit. † non. n. præsumendi sunt salutis immemores Proceres illi perillust. l. fi. C. ad l. iul. repet. c. sancimus 1. q. 7. neq; Ecclesiasticæ libertatis violatores l. meritò ff. pro so.

14 † Secundò. Quia ad mandatum eorum, qui iurisdictionem in eum non habebant soluit, liberationem consequi non valuit, prout vltra Luc. de penn. in secundo motiuo citatum, tradit Bart. in tract. de Tyrann. q. 7. & vtrumque referens Afflict. d. decis. 150. num. 14. 15. & 26. vbi allegat bonum tex. in l. 2. in fi. ff. si quis caut. quem etiam in id ponderat Bart. d. l. creditor colum. 2. vers. item quæro, Ruin. d. cons. 171. nu me. 6. conferunt optimè tradita per Innocen. in c. nihil est num. 4. de elect. & Castren. in l. non interest, & in l. pen. vbi etiā Alexā. C. quod met. causa. Nec obest responsio data per D. Aduocatum prędictum de dispositione Authē. vt omnes obe. Iud. prouin. per totū, quia impertinens oīno vr eā allegare ad propositū istud, nullū. n. verbum de Clericis, quinimo dixit ibi glo. in §.

siue

sue igitur in ver. priuilegio. quòd Imperator nullum tollit priuilegiũ in illa constitutione de insertis in corpore iuris, multò ergò min⁹ Clerico
15 rũ † quos nunquàm vult ad seculare forũ trahere, vt in Auten. Clericus quoq; & Authen. statui
16 mus, C. de Epis & Cler. † & si vellet non posset, quia à Deo distinctę ab initio fuerũt iurisdictio
17 nes c. cũ aduersùm 96. distinct. † & si quando Imperatores in Clericos quicquàm disponere ausi sunt, in errorem inciderunt; & hæc est ipsa veritas teste Bal. in d. Authen. statuimus in princ.
18 † Neq; verò rõne bonorum temporaliũ, q̃ possident in territorio Principis secularis subditi ei⁹ quoquomodo pñt nũcupari l. de his vbi Bal. C. de Epis, & Cler. pulchrè Castr. in d. Authẽ. statuimus nu. 2. Bart. in l. hęres absens in princ. de iud. & i n d. Authẽ. Clericus & per Cano. latè in d. c. 1. & d. c. si diligenti de for. compet. quibus suffi-
19 ciat remissio. Cũ ergo paruerit D. Simon nõ habentibus iurisdictionem contra se, sibi imputet, quia nec iussus Regis, in his q̃ sunt extra suã iurisdictionẽ, eum excusare posset c. vlt. & ibi glo. in ver. metu regio. ex̃. qui cle. vel vouen. Et con firmaẽ, eo quia, cum Sacerdos esset D. Simon, tã
20 tò minùs timere debebat† quia Clericorũ, & Sacerdotũ genus audax esse debet cũ defendaẽ lege Dei, q̃ dicit nolite tangere Christos meos, gl. nor. in §. vult. n. in ver. de genere ĩ Authẽ. de nõ
21 alien. † p quã dicit Firma. in suo rept. in ver. metũ, vers. 1. quòd met⁹ in Sacerdote nunq̃ psumiẽ.
22 † Et dum opponitur non constare de Clericatu D. Dimonis, dicimus quòd si Mag. eius Aduocatus processũ vidisset, hãc rñsionẽ ommisisset, nã ipsemet D. Simon se ipsũ fateẽ, nedum Clericũ, sed ẽt Archipsbiterum plebis S. Faustini Regiẽ. Dioec. Ideo nulla vlteriori pbatione opus fuit l. post rem. de re iud. l. 1. C. de cõfess. cum vulg. Er ista tuẽ, & cõpbãt optimè sm̃ motiuũ R. D. V.
23 † Tertiò non põt D. Simon se liberatũ dicere, quia de solutione legitimè nõ docet per solam confessionem prædictorũ Dñorũ Giberti, & Camilli, vt per Castr. in 3. motiuo citatũ, cuius dictũ absolutè sequiẽ Afflic. d. decis. 150. nu. 35. & 36. post gl. Bart. Alex. Aret. & alios, quos refert. Nec est verũ, vt ex aduersò respõdetur, quòd Afflic. ibi dicat multos Doct. contrariũ tenere, & quòd glo. in l. si ex pcio, C. si cer. pet. non sit cõiter approbata, qm̃ qui rectè inspexerit Afflic. facilè animaduertet eũ loqui de alia glo. in l. à duobus §. à fideiussore, de iureiur. q̃ in terminis lõgè diuersis loquitur, vt ibidẽ expressim declarat Afflict. nu. 36. & rõnem diuersitatis assignat Rui. d. cõsi. 147. nu. 13. vers. Nec obstat. post Castren. & Alexã. quos allegat. Adeo quòd dubitandũ nõ est, quin conclusio huius 3. motiui sit vera, & com-
* munis, *vt ex multis ẽt alijs adductis per Ruin. ibidẽ, & nu. præced. constat, qui videantur.
4 Quartò nõ est secuta liberatio debitoris in nr̃a

specie, quia promissionẽ habuit indemnitatis, & contra promissores habet actionẽ, si nõ vero creditori soluere coactus fuerit, vt in 4. motiuo doctè deducitur, q D. Aduocatus prædictus nõ intelligere pfitetur, sed eũ potiùs dissimulare credendum est. Quid in motiuo allegatũ fuerit nescio, sed conclusionẽ in eo firmatã vtiq; iuri consonã scio, sumitur. n. ex traditis per Bart. in d. q. 7. in tract. de Tyran. quem refert, & põderat Affl. vbi s̃. nu. 15. Inquiens, quòd debitor exactus à Tyranno non liberatur, quando ab eo facilè põt repetere, & ad hoc fac. l. lectos cũ l. seq. de peri. & cõm. rei vend. vbi pleĉis vẽditis concisis ab ædili, non datur actio emptori, cõtra venditorẽ, quando non iure concisi sunt, sed contra ipsum ędilẽ, sic igitur dicamus, quòd vbi cautũ est indẽnitati debitoris cõtra eũ, qui indebitè pecunias
25 exegit, nõ est quòd à vero creditore liberetur † & optimè quoq; facit l. 2. in fi. cum seq. ff. si quis caut. vbi impeditus facto priuati, nè ad ius veniat, non excusatur, eò quia cõtra impedientem actionẽ haber ad interesse. Vndè pariter suadetur, quòd ex quo D. Simon actionem habet contra Dños prædictos, etiã ex conuentione, pro cõseruatione indemnitatis, non sit liberatus.
26 Imò nec liberatur talis debitor, vbicunq; contra tertium fuerit ei succursum, vt in terminis latè tradit Rui. d. consi. 171. nu. 6. 7. 8. li. 4. cui sufficiat remissio. Et ex his quartum motiuum fundatur. Cui non obstat responsio D. Ritij minantis rot dispendia, difficultates, & pericula D. Simoni, si ab Ill. Dominis prædictis de Corrigia indẽnitatem promissam petere, & cõsequi voluerit,
27 † quoniam rotum oppositum lex præsumit, nempè, quòd fidem datã spontè potiùs seruaturi sint l. meritò ff. pro soc. e. dudum de præsumpt. cum vulg. & quia magnates, & potentes sunt, vt ex aduersò consideratur, tantò magis militat ista
28 præsumptio† nam cum omnibus graue sit fidem fallere l. 1. de consti. pec. l. 1. de pac. l. 1. §. meritò
29 ff. depos. † homini graui grauissimum est secundùm glo. in d. l. 1. de const. pec. Ideò mirum videtur, quòd iste D. Doctor Corrigiẽsis talia verba de Dñis suis proferat, q̃ vix ſęuioribus Tyrãnis conuenirẽt. Absit igitur, vt eos credam⁹ fidẽ fracturos, & D. Simonẽ cum damno relicturos.
30 † Vnum vltimo loco non ommittã, quòd pręceptum pœnale factum D. Simoni non prçcessit solutionem, sed fuit subsecutum, emanauit enim die 16. Octob. 72. solutio autem facta apparet die 7. eiusdem mensis. Idcirco simulatum fuit, & collusiuum, & per consequens soluenti nihil pdest ad Ias. d. cõs. 26. vbi plenè li. 3. & l. 1. & tot. tit. C. pl⁹ val. quod agitur, quàm quod simul. cõcip. & hoc solum fundamentũ sufficeret ad iudicium contra ipsum legitimè ferendum. L. D.

SVMMARIVM.

1 Ablatiui absoluti important conditionē.
2 Conditio importat formam.
3 Ablatiui absoluti quando formā non importans, operantur in vim suppositorum terminorum.
4 Exceptiones declinatoria, & dilatoria, ante litem contestatam regulariter opponi debēt, & post primum actum.
5 Declinatoria tamen potest etiā opponi quādoq; post tres conformes.
6 Item omissa per errorem potest in quacunque parte iudicij opponi.
7 Exceptio concernens personas litigantium, magis priuilegiata est, quàm respiciens personā Iudicis.
8 Dilatoria exceptio si habet tractum successiuū, opponi potest quandocunq; ad actus futuros.
9 Item si annullet processum ipso iure, quandocunq; opponi poterit.
10 Vel si superueniat post litis contestationem ex facto aduersarij.
11 Aut si non potuit ante causam opponi Iudicis impedimento.
12 Fallit quoq; in pluribus alijs casibus regula de qua supra remissiuè.
13 Intellectus Statuti Parmen. reseruantis exceptiones dilatorias, & declinatorias in fine litis.
14 Statutum prædictum locum non habet in causis sūmarijs, sed tantùm in ordinarijs.
15 Causa contra absentem est summaria.
16 Item causa executiuè capta.
17 Nec non causa possessoria.
18 Statutū Parmen. reseruans exceptiones prædictas, locum obtinet in his, quæ altiorem indaginem requirunt, non in his, quæ incontinenti probari possunt, & offeruntur.
19 Exceptiones, quæ de iure communi reseruari solent ad merita, si incontinenti probari possunt, non reseruantur.
20 Statuta interpretationem recipiunt à iure cōi.
21 Notoria probatione non egent.
22 In lex si de notorijs dubitas, potest se informare à quibus voluerit, etiam partibus non citatis, & testibus non iuratis.
23 Reus negans se fuisse citatum, vel legitimè citatū, fundatam habet intentionem, si ex actis contrarium non apparet.
24 Citatio vt sit legitima, requiritur, quòd constet citatum habuisse domicilium in loco, vel præsentaneam habitationem.
25 Nec sufficit, quòd aliquando habitauerit, etiā cum vxore, & familia.
26 Exceptio, quæ in iure consistit, & probatione non eget, reseruari non debet, sed decidi.
27 Amplia, etiam si sit intricati iuris.
28 Ratione statuti cessante, cessat eius dispositio.
29 Exceptio, quæ incontinenti probari offertur, & in breui termino à Iudice statuendo, impedit processum ad vlteriora, nec reseruari potest.
30 Notorium, nedum probatione, sed nec allegatione eget, quando ex actis apparet.
31 Nullitas proueniens ex vno statuto, non tollitur per generalem dispositionem alterius statuti, nè cōtrarietas, aut correctio inducatur.
32 Exceptio nunquam reseruatur, quoties ordo causæ ad causam, vel causa ad se ipsam peruertitur.
33 Statutum recipit interpretationem à iure cōi.
34 Exceptio proueniens ex facto aduersarij non comprœhenditur sub generalitate statuti omnes exceptiones reseruantis.
35 Exceptio, quæ reseruari poterat, si super ea probationes receptæ fuerint, non debet amplius reseruari, sed decidi, aliàs fit grauamen, à quo appellari potest.
36 Statutum reseruans exceptiones, de quibus non sit cognitum, & decisum, ponit in arbitrio iudicis, quas voluerit cognoscere, & terminare.
37 Absens quando citatur, curare debet Iudex per cōmodum decernere, & exequi facere citationem, quo faciliùs specificam, & indubitatam notitiam possit eius habere is, qui abest.

Pro Illustrifs. D. Sfortia Sfortia Comite S.Floræ.

EPITOME.

Statutum Parmen. reseruans omnes exceptiones in fine litis, dilatorias, peremptorias, & declinatorias, non comprœhendere exceptionem citationis illegitimæ cōtra absentem, neq; plures aliàs, de quibus abundè tractatur, tam in terminis cōmunis, quàm municipalis iuris.

RESPONSVM XXIII.

POstquàm Illust. D. meus ad partes ponit dubia proposita pro validitate intimationis libelli factæ ad domū, cuius dominus est Illustrifs. D. Com. Sanctæ Floræ, ac reseruationē exceptionis deductæ per specialem huius procuratorem in terminis iuris communis, & tantùm hæsitare videtur, de reseruatione eiusdem exceptionis, quam virtute statuti nostri facere posse inquit (eò quia generaliter disponit reseruandas esse omnes, & singulas exceptiones dilatorias, peremptorias, ac etiam declinatorias in fine litis, de quibus non sit cognitum, & decisum inter partes, nè processus causæ differatur) multipliciter hanc quoque difficultatem submouere libet

libet, vt æquiori animo, in totumq; sedato nul-
lam,& inualidam intimationem ipsam pronun-
tiare valeat.
In primis igitur attendēdū est, quòd statutum
nrm pdicta disponit post intimationē libelli le-
gitimè factā, vt constat ex illis ver. præcedētib⁹
(statutū, & ordinatū est, quòd statim petitione
porrecta, & in actis dimissa in causa principali,
& parti legitimè notificata, statut⁹ sit, & esse in-
telligat ipso iure terminus &c.) Enimuerò abla-
tiui isti absoluti importāt cōditionē iuxta cōem
eorū īterptationē l. à testatore de cōd. & demō.
Bart. in l. quibus dieb. §. fi. eo. ti. Doc. in rub. sol.
1 ma. cōditio aūt formā importat l. Meuius, & l. q
hrdi. eo. ti. de cond. & demonst. Vndè reseruatio
memorata nō poterit à statuto dici ordinata, nisi
forma adimpleta,& sic pcedente porrectione li-
belli, dimissione in actis, & legitima notificatio-
3 ne parti facta. Et si conditionaliter verba pdicta
interpretanda non essent, aliter certè interptari
non possent in nra specie, q̄ in vim suppositorū
terminorū, vt colligit ex not. theorica Bal. cōi-
ter approbata in l. 1. in 1. opi. C. qn̄ no. peté. par.
nā psupponunt statuētes dationē, dimissionē, &
notificationē pdictas, & his terminis suppositis,
pcedunt ad reseruationē exceptionū, & alia de
quib. ibi. Quapp cum notificatus, & intimatus
legitimè nō fuerit libellus, de quo agit, Illustriss.
D. Com. prædicto, vt hæc disputando psupponi
mus, certo certius est, statutum in casu nostro ni
hil operari,& per consequens articulum in ter-
minis iuris communis esse decidendum.
Nec obstat consideratio illa, quòd statutū spe-
cificè nominet declinatorias,& dilatorias exce-
ptiones, quæ ante litē contestatā opponunt, pp
quòd non vr respectū habere ad intimationem
libelli, sed oēs oīno exceptiones cōprehendere,
4 qm̄ ratio ista nihil concludit, cum inter intima-
tionem libelli, qui regulariter est primus actus,
5 & litis contestationē opponi soleant,& debeant
prædictæ exceptiones, vt est tex. vbi oēs nor. in
in Authen. offeratur, C. de li. contest. Vltra quòd
non desunt casus quamplures, in quibus post li-
tē quoq; contestatā opponi pñt. Declinatoria n.
opponi qñq; potest ēt post tres conformes, ne-
dùm post contestationem litis, vt in moriuis fa-
tetur Illust. D. meus ex sing. Marsil. 10 & cons.
6 Natt. 271. num. 4. † & ommissa per errorem
potest in quacūq; parte iudicij opponi, Alexan.
in l. si per errorem nu. 6. ff. de iurisdictō. omn. iud.
Et quòd de priuilegio declinatoriæ ponderaba-
tur cōparatiuè ad exceptionem nostram defe-
7 ctus citationis, aduertatur † quòd imò magis est
priuilegiata exceptio concernens personas liti-
gantium, quam iudicis, vt patet apud Menoch.
8 de arbitr. iud. lib. 1. q. 51. num. 5. † Dilatoria ve-
rò si habet tractum successiuum quandoq; oppo
ni similiter poterit respectu actuum futurorum.
Consi. Lud. Sacc.

Glo. Bal. & Ang. in l. 1. §. fi. ff. de fer. Butr. & Imol.
9 in c. fi. extra eo. tit. † Item si annuller processum
ipso iure rectè opponetur omni tempore, Salyc.
in l. quod quis, C. de pecur. Doct. in l. licèt, C. eo.
10 † Idem si superueniat post litis contestationem
ex facto aduersarij, Bar. in l. 2. §. numerū. de ex-
11 cusa. tu. & in l. 1. de except. † Idem in ea, q̄ non
potuit ante litem cōtestatam opponi iudicis im
pedimento, glo. in c. ex conquæstione de restit.
12 spol. † & nè singulos casus enumerem, videatur
13 Alex. in l. ità demum, C. de procur. † & Felyn. in
c. exceptionem, qui tredecim recensent per mo-
dum fallentiarum. Huiusmodi ergò dilatorias,
& declinatorias comprehendere poterit statutū
nrm, absq; eo quòd de necessitate disponat sup
illis, quæ ante li. contestatam opponi solēt, vt mi
nus corrigat i⁹ cōe, quàm sit possibile. l. fi. §. in cō
putatione vbi scrib. C. de iu. deli. Nec ommit-
tèndum, quòd de facto etiam possunt opponi
declinatoriæ, & dilatoriæ exceptiones tempore
incongruo,& in his ēt statutū verificabitur, quia
Iudex nō renebitur super illis cognoscere, easq;
reijcere, antequam procedat in causa, sed reser-
uare poterit, & ex his omnibus clarè deprehen-
ditur (iudicio meo) considerationem memoratā
nihil cōcludere contra veram interpretationem
statuti nostri superius relatam.
Secundò verò si concederemus, disputationis
grā, statutum loqui indistinctè, & generaliter de
oībus exceptionibus, nihil tñ intentioni nostræ
officeret, quia in causis summarijs locum nō ha-
14 bet, † sed tm̄ in ordinarijs, vt in terminis tradit
Calc. cons. 115. quem refert, & sequitur Menoc.
de arbi. in li. 2. cent. 2. casu 163. nu. 21. cōstat au-
tē cām cōtra Illustriss. D. Com. S. Flore motam,
15 summariam esse; teò quia cōtra absentē. Maran.
in suo spec. par. 4. distin. 9. nu. 61. post Fely. in c.
16 causam quæ il 1. de testi. & alios, quos citat † &
quia executiuè cepta est, cum in prima citatio-
ne transmissa dicatur nuntius petitus, qui asso-
17 ciet ingredi volentes propria authoritate, vt
per Maran. ibidem num. 59. & 60. † Ac etiam
quia possessoria est principaliter, licèt in defe-
ctum, & conditionaliter etiam propositum sit
petitorium, si possessorio locus non fuerit; posses
soriæ enim causæ summariæ dicūtur. Maran. vbi
supra num. 43. cum plurib. seqq. Crau. cons. 258.
num. 2. & 4. Menoch. de recuper. remed. 3. num.
10. cum sim.
18 Tertiò non obstat statutum prædictum, quia lo
cum tantùm habet in exceptionib. quæ altiorē
indaginem requirunt, non verò in his, quæ in-
continenti probari offeruntur, ita docet Meno-
ch. d. casu 167. num. 22. loquens in terminis sta-
tuti habentis verba formalia statuti nostri, &
19 hæc interpretatio conformis est iuri communi,
quo inspecto exceptiones, quæ alias reseruan-
dæ erant ad merita, si incontinenti probari

possunt, non reseruari, sed decidi debent. Mars. sing.365. exceptio Abb. in c. cũ contingat. n.13. de offi. deleg. Fely. in c. exceptionẽ nu.18. 34. & 36. de excep. Io. de Amic. cons.48. per to. & cõs. 63. Capic. decis.10. in fi. ita iudicatũ in sac. cons. refert, & est tex. i terminis in c. exhibita. de iud.
20 vbi Abb. nu.4. & cęteri Scrib. not. † Statuta. n. interpretationẽ à iure cõi recipere debent d.l.2. cum no. C. de noxa. Alex. in l.4. §. ait prætor col. 4. de dam. infec. Cur. iun. cons.105. col.1. Ceph. cons.257. nu.38. li.2. cum. vulg.

In casu autẽ nostro oblatæ fuerunt ꝓbationes incontinenti, si quibus opus est, vt ex actis constat, ergo reseruari non põt exceptio. Imò verò factæ sunt probationes, vz. super absentia Illustriss. D. Com. in longinquis partibus, cum tota familia, & rebus suis; & si quid aliud desiderari põt, putà quòd sit forensis, & natione Romanus, notorium est, & pro notorio allegatum. Sed & alia q̃ ad breuẽ habitationem præteritã eiusdem Illustriss. Dñi in hac ciuitate, & maiorẽ partem fortunarum suarum alibi sitarum pertinent, sunt
21 similiter notoria, † ideò probatione non egent clem. appellãti cũ mã de appell. Et si de his reb. notorijs dubitat Ill. D. Auditor, põt se informa-
22 re à quib. voluerit, partib. ẽt non citatis, † & testibus non iuratis c. bonæ de elect. Butr. in tract. de noto. arti.4. nu.40.41. Gram. decis.41. cum con-
23 cord. † Sed aduertatur, quòd nihil penitꝰ ex parte procuratoris præd. Illustriss. D. Com. probare opus fuit, q̃nquidem sola negatio citationis factæ, vel legitimè factæ, vel actuũ inspectio sola sufficit, ad tradita per Van. latè in tract. de nulli.
24 in ti. de defec. cita. nu.12. vsq; ad nu.16. † Aduersarijs. n. incumbit onus probandi, quòd domicilium, vel præsentaneã habitationẽ citatus habe-
25 ret. Aret. cons.135. † nec satis est constare, quòd aliq̃n, hic habitauerit cum vxore, & familia. Rui. cons.58. nu.10. in 3. Imò verò præsentanea habitatio in specie probanda erat, Bart. & alij in l.4. §. ait prætor de dam. infec. Corn. cons.57. in 4. cum concord.

Quartò. Cum ex prædictis pateat q̃uo factum se habet, vel saltem notorietas ipsius ꝓbatione non indigeat, per supradicta, remanet sola quæstio iuris decidenda, vz an valida sit intimatio,
26 vel nulla? † Vndè sequitur, quòd reseruationi locus non sit, sed in præsentiarum sit exceptio pęnitus decidenda, vt latè probat Menoc. de arbi.
27 iud. li.1. q.53. ẽt q̃n esset ius intricatum; & authoritates, rationesq; concludentes allegat, & contrarijs respondet; sufficiat ad ipsum remissio.
28 Quintò in statuto p̃dicto expressa est ratio, quare reseruandæ sint exceptiones, nè scilicèt ꝓcessus causæ differatur, ideo hac ratione cessãte cessare debet eius dispositio l. adigere, §. quamuis de iu. patro. latissimè Tiraq. in tract. cessan. causa
29 par.1. in ver. legis, & in ver. constitutionis. Sed in casu nostro cessat ratio ista, ex quo incontinẽti oblata fuit in actis probatio exceptionis oppositæ, & petitus terminus arbitrio Iudicis ad probandum, quo casu perinde est, ac si liquida, & notoria esset, vt in terminis concludit Io. de amic. d. cons.48. & cons.63. Sed tantò magis cessat, ex quo notoriè constat de oĩbus, quæ ad nullitatem intimationis conuincendam reqri pñt, vt prædiximus, fueruntq; pro notorijs allegata. Imò verò probata sunt per testes, quæ necessariò probanda erant, ac ẽt ꝑ primam nuntij relationem, videlicet absentia cum tota familia, & rebus in partibus lõginquis, adeo quòd notoria
30 ex actis apparentia dicuntur † quæ nec allegatione egent, Vant. de nullit. tit. quis possit dicere de nullitate num.52.
31 Sextò. Sub generalitate statuti antedicti non põt dici compręhensa exceptio nullitatis prouenientis ex alio statuto, nè statuentes se ipsos correxisse videantur Alex. cons.77. sub nu.13. vol.3. Van. de nulli. ti. quis pos. de nulli. num.50. cum concord. Cæterum in alio statuto nostro sub Rub. De citationibus forẽsium, tradita reperitur forma, qua citandus præcisè erat Illustriss. D. Com. vt forensis, & absens à Ciuitate hac, in qua aliàs habitationẽ habuit, & ea non seruata annullat quicquid factum fuerit, & inane pronũtiat, & sic quantùm in se est, processum ad vlteriora impedit, ergo credendum non est, quòd tali exceptione opposita, mãdet ad vlteriora ꝓcedi, ipsa reseruata, quia contrarietatẽ implicaret.
32 Septimò quoties peruerti potest ordo causę ad causam, vel causæ ad se, nunq̃ admittitur reseruatio exceptionis propositæ; sed in casu nr̃o perverteretur ordo causæ ad eandem, si primò procederetur super meritis, & postmodum tractaretur de validitate primę citationis, & legitimatione personæ rei conuenti, prout vtranq; propositionem firmat Abb. in d. c. cum contingat nu.18 & cons.14. nu.2. in fi. li.2. Fely. in d. c. exceptionem nu.14. Gram. decis.65. nu.81. in fi. Rimin. cons.101. nu.9. in 1. Io. Bap. Ferre. cons.101. nu.
33 7. in 1. † Quib. si obijciatur, quòd in terminis iuris cõis loquuntur, fatebor; sed dicam statutum nr̃m recipere interpretationem à iure cõi, & ita interpretandum esse, vt minùs corrigat ius cõe, quàm sit possibile, per ea quæ superius allegata sunt. Vndè sat erit, si aliæ exceptiones virtute statuti reseruentur, quæ iure cõi inspecto statim decidendæ forent, absq; eo quòd hmõi ẽt reseruenẽ, q̃ & statim decidendæ erãt, & quarũ reseruatione ordo iuris causæ ad eãdẽ cãm peruertit.
34 † Octauò. Non obstat generalitas statuti, eò qa non comprehendit exceptiones prouenientes ex facto aduersarij l. qui officij, §. fi. de contrahen. empt. & l. pen. de nau. fœn. Dec. cons.77. nu.4. cum concord. Afin. in sua prac. §.31. c.56. nu.1. At exceptio defectꝰ citationis, seu intimationis legi-

legitimæ, prouenit ex facto, & culpa aduersariorũ Illustriss. D. Com.q formã à statuto Parmen. traditã obseruare noluerunt, vt in terminis tradit Van. de nulli. tit. quis pos. dice. de null. in fin.

35 Nonò. Si nulla alia rõne difficultas statuti euitari posset, quæ tot vrgentissimis rõionib. sublata est, aduertẽdũ eẽt, quòd super exceptione nr̃a iam fuerunt receptæ probationes, & latè in facto, & in iure discussus articulus, p.p quod reseruari ampliùs non põt, & si aliàs reseruabilis fuisset, Abb. in terminis d.c. cum contingat nu. 8.9. de offi. deleg. vbi signanter inquit, partẽ quę probationes fecit, aliàs grauari, & appellare posse; ad quod fac. optimè l. de qua re, cũ materia sua ff. de iud. & quod in proposito tradit Rober. Aurel. li. 1. senten. in cap. 12.

Decimò, & vltimò si probabilem dubitationẽ omnia supradicta fundamenta reciperent, quod impossibile mihi videt̃, negari certè non posset
36 † quin statutũ relinquat in arbitrio iudicis reseruare, vel non. exceptiones per illa verba (de quibus non sit cognitũ, & decisũ inter partes) vt in terminis declarant Menoch. d. casu 167. cen. 1. li. 2. & Asin. in sua prax. §. 18. cap. 3. nu. 3. Verũ inclinare debet Illust. D. meus ad hanc exceptionem potiùs decidendam, quàm reseruandam,
37 † quia cum contra absentem causa agat̃, facere debet iudex quicquid põt, vt in notitiam illius infallibiliter deducatur citatio, vt p̲pulchrè docet Vant. d. trac. de defec. cita. num. 81. cuiꝰ hæc formalia verba lr̃is certè aureis p̲ Rostris iudicum scribenda. (Idcircò ad officium rectè iudicantis spectabit citationem contra absentẽ per eum modum decernere, & exequi facere, quo faciliùs is qui abest. notitiam specificam, & indubitatam habere possit,) & ita eum facturum esse pro iustitia confidimus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius non habet iurisdictionem contra habentem causam à fisco nisi pracedente Principis iussione ex dispositione l. Benè à Zenone. C. de quadr. præscript.*

2 *Paria sunt quòd Iudex iurisdictione careat, & quòd lis coram eo contestari non possit.*

3 *Generalis dispositio, ac etiã vniuersalis non includit casus, qui sunt specialiter Principi reseruati.*

4 *Clausula decreti irritantis habet annexam inhibitionem omnibus iudicibus.*

5 *Clausula (nulli ergo hominum) idem operatur.*

6 *Clausula (districtiùs inhibentes) adimit speciatim iurisdictionem cunctis iudicib. ita vt nullus possit se intromittere.*

7 *Inhibitio Summi Pontificis cæteris omnibus formidabilior est.*

8 *Inhibitio generalis ad totum causam adimit in totam iurisdictionem, & Iudices à iudicandi munere penitus excludit.*

9 *Generalis, atq; vniuersalis dispositio non operatur contra specialem prouisionem, nisi specialis interueniat derogatio.*

10 *Maximè si specialis illa prouisio sit prohibitoria.*

11 *Ampliatur etiã si generalis dispositio cõtineat clausulam, (non obstan.)*

12 *Noua constitutio ita interpratari debet, vt minùs corrigat ius commune, quàm sit possibile.*

13 *Priuilegium decet esse mansurum.*

14 *Vniuersalis dispositio non comprahendit casus in quib. non militat eadem ratio cum expressis.*

15 *Amplia, & si militaret eadem ratio, sed non tanta.*

16 *Plura vincula magis stringunt, quàm vnum.*

17 *Concesso vno de prohibitis, & reseruatis, nõ fit extensio ad alia prohibita, & reseruata, licèt sint eiusdem natura, & militet eadem ratio.*

18 *Dispositio loquens in casu simplici, non extenditur ad mixtum, ex communi.*

19 *Priuilegium derogans omnibus statutis, decretis, & constitutionibus contrarijs, intelligitur tam de futuris, quàm de vigentibus tempore priuilegij.*

Pro eodem Illustriss. D. Com. S. Floræ.

EPITOME.

Iudex ordinarius non est competens in causa mota contra habentem causam à fisco per l. benè à Zenone, C. de quadr. præscrip. nisi ipsius Principis accedat delegatio.

An autem per constitutionem Ducalem Parm. tribuentem Auditori Ciuilium cognitionem, omnium causarum, etiam feudalium, sit derogatũ d. l. benè à Zenone? negatiuè respondetur.

RESPONSVM XXIV.

Adeò doctè, & eleganter responsũ fuit motiuis Ill. D. mei per Excell. & multum Mag. compatronos meos, vt solem facib. illustrare velle videri possit, qui pro veritate enucleanda vlteriùs elaboret. Verùm n̄ vt propensionem animi mei Illustriss. D. Cliẽti, quoad eius fieri possit, ego quoq; indicem, singulas difficultates succinctè percurram, & quid super eis de iure sentiam, breuiusculè explicabo.

1 Quod igitur primo loco opponitur doctrinæ Afflict. iam citatæ in const. excep. filiationis nu. 6. lib. 2. clarissimè tollitur, si eius verba ponderẽtur, in vers. (item scias, quòd si reus teplicaret contra replicata per agẽtem, quòd Iudex ordinarius

narius nõ habet iurisdictionẽ, nisi pcedente Regia iussione contra habentẽ cãm à fisco, tunc Iudex ordinarius non posset procedere:) quo loci manifestè patet, quòd loquitur in casu, quo contra babentẽ cãm à fisco agebatur, non contra ipsum fiscũ; sed, & clariùs exprimit ipsemet Afflic. in c.1. in prin. nu. 5. ità declarans Iser. ibi deleg. Cora. in vsi. feud. Dicẽs, quòd nec fiscus, nec habens cãm ab eo pôt corã Iudice ordinario conueniri, non pcedẽte Principis iussione. Vndè nõ est de mente Afflic. dubitandum, cui neminẽ video in terminis nr̃is contradicentẽ; & ppterea ab eius sñia minimè recedendum existimo. Tãtò magis cum fundata sit authoritate Isern. & vrgentib. rõnibus ab Iser. relatis, quas breuitatis causa non refero. Vltra quòd in tex. l. bene à Zenone, C. de quadri. præscrip. inconuincibiliter probatur in §. & nemo audeat, dum vult omnẽ viã, & oẽm aditũ pclusum esse molestare volentib. donatarios Principis; sic. n. viam, & aditum, ẽt tribunalium ordinariorum eis claudit virtute vniuersalitatis dispositionis per reg. l. si pluribus de leg. 1. & l. Iulius de leg. 3. & si verba illa intelligenda quispiam ità diceret, vt non arcerent actores à limine iudicij, sed quòd non paterenẽ litem contestari contra habentes causam ab Im-

2 peratore, dico eundem esse effectũ, quia si non pôt lis corã eis contestari, satis dicuntur ab officio iudicandi remoti, vt pulchrè docet Mandos. in tract. inhibi. q. 19.

Quod autẽ secundo loco obijcitur ex Ducali constit. de off. Auditorum ciuilium loquẽte, pôt ẽt rectè dissolui. Nã licèt tribuat eis cognitionẽ oĩum, & quarumcunq; cãrum ciuilium, ẽt feuda

3 liũ, non tñ casum nr̃m includit † nempè quia in generali dispositione, ac ẽt vniuersali ea non cõtinenẽ, q̃ specialiter Principi sunt reseruata, tex. est melior de iure in c. ꝗ translationẽ de offi. lega. cum quo concordat c. hinc 17. dist. & bene faciunt c. 1. & vlt. de offi. Vic. in 6. atq; c. 1. §. in generali, si de feu. fue. contr. vbi not. oẽs, & tradũt Luc. de pen. & alij in c. 1. quæ sint reg. Alber. in l. quotiẽs C. de pcib. Imper. offer. Calca. cõs. 102. nu. 1. 2. 3. Signo. de Homo. cons. 218. & alibi passim per Doct. Bero. cons. 20. nu. 13. lib. 3. At cognitio causæ motæ contra Illustriss. D. Com. S. Floræ habentem cãm à Principe, est de reseruatis ipsi Principi per supradicta, necnon & p plu

4 res clausulas priuilegiorum exhibitorũ † vz per clausulam Decreti irritantis, q̃ annexam habet inhibitionem oĩbus iudicibus, Cassad. decis. 2. de restit. spol. Gabr. de clau. conclus. 3. num. 53.

5 & 73. † per clausulam Nulli ergò hoium, quę idẽ operatur ad Bar. in tract. quæ sint rebel. ad fin. & apertiùs p clausulã Districtiùs inhibẽtes, in qua oĩbus iudicib. speciatim adempta est iurisdictio quo casu certum est non posse quemquã se intromittere contra tàm expressam Principis pro

hibitionem, à quo oĩs fluit iurisdictio, vt in ter-

7 minis tradit Capic. decis. 9. nu. 15. † & tantò magis cũ à Sũm. Pôt. pcesserit talis inbibitio, q̃ cæteris oĩb. formidabilior esse debet, vt ĩ terminis quoq; tradit Mãdos. ĩ tract. de inhibi. q. 2. nu. 7.

8 in fi. & seq. † & ꝗ stante hmõi inhibitione generali ad totã cãm, sit pęnitùs adempta iurisdictio, & remoti Iudices à iudicãdi munere tradit idẽ Mand. eo. trac. q. 19. in fi. qui videatur.

9 † Secundò. Principaliter respondetur non obstare generalitatẽ, atq; vniuersalitatem cõstitutionis in casu nr̃o, quia specialẽ habemus prouisionẽ tàm ex l. bene à Zenone, quam ex tenore Priuilegij, cui derogatũ non censetur, nisi p contrariã quoq; specialẽ l. q̃ q̃ ff. de ri. nup. c. à nobis de sen. excom. Dec. cons. 444. num. 15. 16. Crau.

10 cons. 86. nu. 4. & cons. 176. nu. 6. † & tãtò magis cum prouisio specialis fuerit prohibitoria prout in casu nr̃o per eundẽ Crau. cons. 106. nu. 6. post

11 multos concord. & cons. 200. nu. 6. † Quod sibi locum vendicat ẽt si dicta vniuersalis dispositio contineret clausulã Non obstan. Bar. in extra. ad reprim. in ver. non obstan. Crau. cons. 70. nu. 16. cum concord. relatis, q̃ tamen clausula in constitutione prædicta non adest, vndè multò minus speciali derogare potest, prout argumẽtatur idẽ Crau. cons. 14. nu. 14. Bero. cons. 20. nu. 14. in 3. latiss. & pulcherrimè Cacher. decis. 167. col. 1. vbi in verbis ẽt vniuersalib. geminatis loquitur.

12 † Tertiò. Respondetur, ità interpretandam esse nouã constitutionẽ pdictã, vt minùs corrigat ius cõe, quã sit possibile l. vt gradatim §. & si lege. de mu. & hono. c. cum dilectus, de consue. Crau. cõsil. 3. nu. 12. vers. 5. facit plenè Cacher. omninò videndus d. decis. nu. 4. vsq; ad num. 8. cum innumeris cõcord. Cæterùm minus corriget ius cõe, si dispositionẽ l. benè à Zenone non tollat, & tot

13 clausulas non annullet priuilegij, † ꝗ iure cõi decet esse mansurum c. decet de regu. iu. in 6. & in Auten. constit. quę de digni. §. cum vulg.

Quartò. Respondetur vniuersalem dispositionem constitutionis memoratæ non comprebendere casus, in quibus non militat eadẽ ratio cũ expressis, bonus tex. in l. creditore. §. datur in fi. ff. de bo. autho. iud. possi. quẽ ad id citat Calca. cons. 1. sub nu. 14. vers. & propterea, vbi reperiẽ ratio diuersa. Dec. cons. 241. nu. 9. Crau. cons. 3. nu. 26. cons. 70. nu. 27. cons. 144. in 6. Pedemon.

15 decis. præalleg. nu. 2. vers. item ad casus. † Et idẽ quoque iuris esse, q̃uis eadem militet ratio, sed non tanta, vt per eundem Crau. latè in consil. 1. reddito pro genere nu. 82. & pro bis sunt meliores tex. de iure can. in c. sedes de rescri. & in clemen. non potest de procur. in 6. & de iure ciu. in l. fi. §. cui dulcia ff. de vi. tri. oleoq; leg. & vtrobique no. quos omnes ad hæc allegauit Bart. in l. sed, & si q̃s, §. quæsitum ĩ glo. 1. ff. si q̃s caut. Cęterũ in causa nr̃a triplici ratione dr̃ de iure reseruata

uata Principi, primò, quia feudalis, secūdò ex l.
benè à Zenone, tertiò per speciales priuilegij
clausulas; Feudales autē causæ, & causæ maioris
magratus, de quibus in cōstitutione mētio habe
tur, vnica tñ rōne reseruatæ dici possunt, ergo
26 maior rō in illa, q̃ in istis militat † cum plura vin
cula magis stringant, q̃ vnū. Authen. itaque C.
com. de success. Ias. in terminis in l. 2. in prin. an
te num. 5. de ver. oblig. Et per consequens virtu
te vniuersaliū verborum ipsius cōstitutionis, nō
17 pôt dici attributa cognitio causę nostrę. †Quod
optimè quoq; confirmari potest, ex quo sumus
in reseruatis Principi, & prohibitis alijs omnib⁹
inferioribus, vndè suffragatur doctr. Abb. in c. ꝑ
translationē, in vlt. not. de offi. lega. per illū tex.
& alios, quos refert, quæ habet, quòd concesso
vno de prohibitis, & reseruatis, nullo pacto fieri
possit extensio ad alia prohibita, & reseruata, li-
cèt sint eiusdem naturæ.

Quinta etiam resultat ex antedictis responsio,
nam præsupposito, quòd nedū in genere, sed in
specie ẽt data fuisset cognitio singularū causarū
Principi reseruatarum, eis adamussim enumera
tis, adhuc dicerē cām nr̃am minimè comprehen
18 di, quæ mixta est, & plurium simul qualitates ha
bet vt s̃ diximus. Enimuerò lex, constitutio, vel
statutum loquens in casib. simplicib. non exten
ditur ad mixtos, tex. est optimus, in l. vim passā,
§. pręscriptione, ff. ad l. iul de adul. & ibi glo. Bar.
& Scrib. & idem Bart. & Doct. in l. 2. in princ. de
ver. oblig signanterq; Ias. sub nu. 4. vers. contra-
riā opin. vbi de cōi⁹ fidē facit, & egregiè materiā
tractat Crau. cons. 176. nu. 7. Bero. cons. 150. nu.
14. li. 1. & cons. 141. in fi cum concord.
19 Sextò. Respondeo, quòd ex quo memoratum
priuilegium derogat omnibus statutis, decretis,
& constitutionibus contrarijs, intelligitur, nedū
de vigentibus tempore ipsius priuilegij, sed etiā
de futuris. Doctr. est Dyn. & Bart. in l. si mihi, &
tibi, §. si q̃ sequitur post innumeros relatos ibi.
Alex. nu. 6. 7. & cōem dicit de leg. 1. idem Alex.
in l. si stipulatus, § cum stipulemur nu. 5. de ver.
obl. Meritò quicquid disponat constitutio in op
positum citata, certum est casui nostro adaptari
non posse, & per consequens declinatoriam ex
ceptionem propositam rectè fuisse, & proces-
sum impedire.

S V M M A R I V M.

1 STatutum prohibens appellationem ab interlocutoria, non tollit, quin appelletur à pronuntia super validitate citationis lata.

2 Citationis defectus opponi potest, etiam in causis, in quibus appellatio denegatur.

3 Appellatione prohibita, si tamen pnuntia contineat praiudicium irreparabile per diffinitiuam, appellari nihilominus poterit.

4 Quod siguanter procedit in statuto prohibente appellationem ab interlocutoria.

5 Interlocutoria includens processum, qui de iure excludi debet, aut excludens, qui debet includi, grauat, & appellandi materiam prabet.

6 Interlocutoria, per quā exceptio reseruatur ad merita qua ante omnia decidi debebat, parit irreparabile praiudicium, ex quo cogit ad litigandum.

7 Interlocutoria mandans quem citari posse per edictum, parat irreparabile praiudicium.

8 Interlocutoria declarans citatum contumacem, parit irreparabile praiudicium respectu expensarū reficiendarum absq; spe recuperandi, si in iudicio audiri velit.

9 Interlocutoria mandans reum citari posse per edictum vsq; ad sententiam, & eius executionem, parit irreparabile praiudicium in diffinitiua.

10 Maximè stante statuto Parmen. sub Rub. De modo, et ord. procedē. in ciuili § vlt. & alio stat. De cita. haben. domicil. in Ciuit. vel districtu.

11 Statutum tollens appellationem, non porrigit effectum suum ad casum notorij grauaminis, & seu euidentis iniustitia.

12 Notorium grauamen, & euidens iniustitia dicitur, qua ex actis apparet.

13 Constitutio noua dans formam citandi per edictum absentem seruanda est.

14 Vsu receptam non fuisse legem nouam probare quis teneatur, & quomodo probetur?

15 Probationes super affirmatiua potentiores sunt pbationib. super negatiua.

16 Legis noua publicatio non est de substantia, sed sufficit, quòd in archiuio publico reperiatur, & communiter possit haberi eius copia ab omnibus.

17 Statutum tollens appellationem, nō tollit nullitatē.

18 Nullitas procedens ex defectu citationis, non censetur sublata per statutum prohibens appellari, ac etiam de nullitate dici.

19 Maximè si de prima citationis defectu agatur, super qua tot⁹ pcessus, & causa defensio fundatur.

20 Exceptio defectus citationis pradicta, nō potest ad merita per statutum reseruari.

21 Nec à Principe tolli.

22 Paria sunt quem non fuisse citatum, & nulliter, ac inualidè citatum.

23 Iudex ex officio tenetur citationem nullam declarare, & agentem repellere.

24 Recursus ad Principem per viam supplicationis, nūquam sublatus intelligitur.

Pro eodem Illustriss. D. Com. S. Floræ.

EPITOME.

Interlocutoria mandans reum vtì contumacem citari per edictum vsq; ad sententiam, & eius

excu-

executionem appellationem admittit, non obstāte statuto prohibente ab interlocutoria appellari.
Quod statutum multò minùs tollit nullitatem, vel recursum, aut supplicationis remedium.
Lex noua non publicata quando liget; & quando vsu non recepta dici possit?

RESPONSVM XXV.

Excelsi Patres.

SVaderi pōt ex pluribus, quòd non obstante statuto Parmensi prohibēte appellationē ab interlocutoria, licitum fuerit in casu ꝓposito appellare, & sucessiuè cū appellatio reiecta fuerit, & à reiectiōe appellatū, ad Serenifs. D. N. recurrere ꝓ cōmissione appellationis, ac ēt nullitatis, q̄ prętenditur, & pro alijs remedijs, de quibus in supplici libello.

1 † Primò quia interlocutoria, de qua agitur, lata fuit super defectu citationis pro parte Illustrifs. D. Com. S. Floræ oppofito, quo stante, non tollit statutū memoratū, quin appellari possit, & appellationi sit deferendū, vt in terminis docet Franc. in c. dilecto. De appell. quem refert, & sequitur Bofs. in tit. de remed. iust. contra senten. nu. 11. Et simile est, quod iure cōi inspecto disponitur.

2 Nam in causis, quibus appellatio non datur, de defectu tñ citationis opponi potest, vt per Dec. in l. vlt. nu. 50. C. de ędict. diu. Adr. toll. cū cōcor.

3 † Secundò per vulgatā doctr. Bart. in l. 2. nu. 17. ff. de appell. recip. quòd scilicèt appellationi locus sit in causis ēt, in quibus generaliter prohibita est, quotiescunq; præiudiciū irreparabile per diffinitiuā sñiam resultat, q̄ doctrinam sequitur ibi Ang. num. 7. & alij scribentes Bal. in l. 2. C. de episc. audien. & in l. post sñiā nu. 8. C. de senten. & interlocu. omn. iud. pro qua est tex. cum nota.

4 in l. si quis ꝓuocatione, de appell. † & in terminis statuti nři pręcitati tradit Barbat. conf. 86. nu. 11 lib. 3. Pedem. decif. 25. nu. 14. verf. contrariū tñ.

Non desunt verò irreparabilia præiudicia Illu-

5 strifs. D. Comitis in interlocutoria prædicta. Nā primò cogit ipsum ad factum, hoc est ad litigandū, & continuandū processum, nō obstanre exceptione declinatoria ei⁹ noīe opposita, ex qua oppositione, & exceptione, si pro ea iudicatum fuisset, talis processus impediebatur, siue. n. per interlocutoriā includatur processus, qui excludi debet, siue excludaī, q debet includi, semper admittitur ab ea appellatio, Bal. d. l. 2. in 8. q. & seq. Abb. conf. 14. nu. 3. lib. 1. Fel. in c. suborta col. 3. ad fin. de iud. & in terminis prædicti statuti nostri, Barbat. d. conf. 86. num. 12.

6 † Quinimò, nedum qñ talis exceptio reijcitur, vt in casu nřo reiecta fuit, sed ēt quando ad merita tm̄ differtur, & reseruatur, dicitur irreparabile præiudiciū generari ob litem, quā reus ob id cogitur, & eius labores, ac dispendia subire, vt est casus in c. exhibita, vbi Abb. in prin. & Felin. nu. 6. post gloff. Hostien. Butri. & alios de re iud. & idem Abb. in c. 1. num. 7. de ord. cognit. Bart. d. l. 2. in 4. q. princip. de appell. recip. Felin. in c. exceptionē nu. 17. de excep. & in c. cū contingat nu. 18. verf. secunda conclusio de off. de leg. Ioan. de Amic. conf. 48. per tot. Capic. decif. 10. in fi. & nouissimè Afin. in sua pract. §. 13. c. 1. nu. 19. & fusiùs §. 18. c. 2. per tot. & signanter in fi. & cap. sequenti per tot.

7 Secundum irreparabile præiudicium consistit in declaratione contumaciæ, & ordinatione superinde facta, vt ad scalas citari possit ad oēs, & singulos actus vsq; ad sñiam inclusiuè. Quo stante, per diffinitiuā non potest ampliùs declarari, quòd Illustrifs. D. Comes non fuerit cōtumax, & sic articulus iste, An contumax fuerit, nec ne? nullā aliā sententiam post se expectat, & consequenter irreparabile præiudicium parit interlocutoria ipsa ꝑ Bar. d. l. 2. & Bal. & alios ṡ citatos.

8 † Tertiū irreparabile ꝓiudicium infertur ex eadē declaratione contumaciæ, ex quo Illustrifs. D. Comes cogeretur in primis, & ante oīa reficere expēsas, si audiri vellet in iudicio, & quidem absq; spe recuperationis per reg. l. sancim⁹ cum materia sua C. de iud. c. 2. in glo. in ver. rationabili de procur. & ibi Abb. & alij declarantes hoc procedere ēt in prima citatione. Et quòd istud præiudiciū reficiendi, vel non reficiendi expensas, antequā reus audiatur sit irreparabile, & ob id à tali ꝓnuntia appellari possit, docet in terminis Bar. d. l. 2. in 6. q. verf. item si reus, & Bald. ꝑ citata l. 2. in 5. q. sub nu. 15. C. de episc. aud.

9 † Quintum irreparabile præiudiciū causatur ex eo, quòd decretum fuit citari posse ad scalas eūdem Illustrifs D. nedūm vsq; ad sententiam; sed ēt ad eius executionē inclusiuè. Si. n. vires suas porrigere debet huiusmodi interlocutoria post definitiuam, impossibile est, quòd præiudiciū, & grauamen ipsius reparari possit in definitiua.

10 † Sextum pręiudicium irreparabile ex eodē fonte emanat. Nam præsupposito, quòd modus citādi ad scalas continuari possit, ēt in iudicio executionis, prout interlocutoria dictat, necessariò sequitur, quòd licèt Illustrifs. D. Comes eo tempore habiturus sit habitationē in Ciuitate, vel districtu Parmæ, vt iam nunc habet, nihilominus vti forensis, citari possit, & sub forma forensium, quod iuri cōi notoriè repugnat, Item & statuto nřo, quo expressim cautū est, sub rub. De mod. & ord. proceden. in ciuil. §. vlt. sñiam laram contra absentem, & contumacem, anteq̄ executioni demandetur intimandā ei esse personaliter, si fieri poterit, vel saltem ad domū habitationis, si habitationē in Ciuitate, vel districtu Parmæ habue-

habuerit. Quod in quacunq; citatione,& actu generaliter etiam dispositum reperitur eodē nostro statuto sub rubr. De citat. haben. domicil. in Ciuitate, vel districtu.

11 † Tertiò principaliter dicitur, quòd statutū tollens appellationē non porrigit effectum suū ad casum notorij grauaminis,& seu euidentis iniustitiæ, per rex. iunct. glo. in c. ex conquęstione de restitut. spoliat.& tradita ab Alex. in conf. 77. nu me. 12. col. 3. Marsil. in l. 1. num. 158. C. de rapt. virg. Franc. in c. pastoralis in fi. principij. de appel. Rui. cōs. 101. in fi. Rolā. cōs. 29. nu. 37. in 1.& Barb. in casu statuti nři loquente d. cōs. 86. n. 10.

12 † Euidēs verò,& notoria iniustitia dignoscitur ex supradictis oībus præiudicijs apparentibꝰ ex actis ipsis, q̃ notoriū faciunt Felin. in c. significauerunt sub nu. 4. de testib. Rol. à Vall. vbi proximè nu. 43.& 44. cum vulg.& præsertim dignosci tur ex decreto, de citādo Illustris. D. Comitem sub forma prædicta eriā in iudicio executionis, quod iuri communi,& municipali apertissimè repugnat, vt prædiximus.

13 † Insuper stante ordine,& cōstitutione Serenifs. D. Nostri in actis exhibita, q̃ dat nouā formā citandi absentes ad scalas, q̃ forma non fuit obseruata, vt ex actis liquet, liquidò,& notoriè cōstat de iniustitia memoratæ ꝓnunciæ, q̃ psupponit Illustris. D. Com. legitimè citatū, cōtumacē ipsū reputando, cum tamen contumax dici non possit, qui non fuit legitimè citatus.

14 † Nec dicatur huiusmodi constitutionem Principis non fuisse vsu receptā, prout aduersarij dicere solent, quia hæc negatiua ab eis probanda erat in processu. Nēpè quòd casus euenerint, in quibus dispositio constitutionis nunquā fuerit obseruata c. Ioannes cum ibi not. ex de Cler. cōiuga. Dec. cōs. 649. nu. 9. Rol. à Vall. tract. de lu cr. do. q. 99. nu. 13.& necesse erat probare, quòd decenniū effluxisset, quo non fuisset obseruata constitutio, vt per eundem Rol. vbi s̃. nu. 11. cū mulris concord. Quod tēpus in casu nřo nedum probatū non fuit, sed ēr probari non potuit, cū ab annis octo citrā edita fuerit. Et tantum abest, quòd pars aduersa in hoc probauerit incumbentia, vt totum potiùs oppositū ꝓ parte Illustris.

15 D. Com. probatū fuerit, vt ex actis constat,† cuiꝰ probationes eò sunt efficaciores probationibus adnersantium, quò super affirmatiua sunt, Illæ verò super negatiua per glo. in l. diem proferre, §. si plures in verb. Inde quæritur, ff. de arbitr. Bal.& alios in l. solam, C. de testibus,& in terminis, Dec. d. cōs. 649. nu. 10. cum sequen.

16 † Neq; etiam obijciatur constitutionem ipsā nō fuisse publicatam, quādoquidem satis est, quòd in archiuio publico reperiatur,& cōiter haberi possit copia ab oībus, vt post Bal.& alios firmat Cagnol. in l. 2. per illum tex. nu. 78. de orig. iur. Alciat. respons. 52.& pulchrè Corn. cons. 156. col. 1. li. 3. Quæ conclusio tantò magis in nostra specie procedere debet, in qua nedum in archiuio publico reperitur,& omnibus copia patet, vt supra, sed etiam typis ędita,& publicè omnibus emere volentibus exposita fuit.

17 † Quartò principaliter submouetur obstaculum statuti antedicti, qm̃ licèt prohibeat appellationē, nō tñ tollit nullitatē. Vndè non dubitādum, quin de nullitate memoratæ interlocutorię dici potuerit,& de ea nunc cognoscēdum sit; sunt. n. remedia diuersa,& pœnitus separata l. si expressim in fi. vbi Bart. colū. penulr. de appell. Dec. in c. cum sit romana nu. 62. de appell.& in d. l. vlt. nu. 50. C. de edict. diui Adr. toll. Boss. post Curt. Hypp.& alios relatos in tit. de null. aduers. sent. nu. 9.& in tit. de querel. contra sent. num. 2. vbi hoc esse remedium ordinariū asserit,& nō opus esse ad querelā, vel supplicationē cōfugere, rāq̃ remedia extraordinaria, vbicunq; de nullitate dici pōt. Igitur ex hoc solo capite denegari non

18 potest reuisio dictæ interlocutoriæ† eò maximè quòd nullitas, q̃ prętēdit Illustris. D. Comes ꝓcedit inter cętera ex defectu citationis, quæ cū sit de iure naturali,& defensionē respiciat, nunq̃ intelligitur per statutū sublata, vt in terminis statuti prohibentis de nullitate dici, decidit Anch. cons. 211. incip. de iure cōi nu. 4. qui videaī. Fely. in c. ex parte, il 2. in 8. limit. de offic. deleg.& ibidem Dec. nu. 50. alios quamplures referēs,& idem Dec. in c. dilecti nu. 23.& seq. de iud. atq; in c. Ecclesia S. Mariæ nu. 4. de constit.& pulcher

19 rimè Rol. d. cons. 29. nu. 39. cum seq.† Pręsertim, cum de prima citatione agatur, super qua totus processus,& vniuersa defensio fundari debet Fely. d. c. ex parte in 8.& 10. limir.& ibidē Dec.

20 nu. 161.† decidentes exceptionem defectꝰ talis citationis nullo pacto ad merita reseruari posse per statutum. Quod si reseruari non potest, multò minùs tolli: prout in casu nostro tolleretur, si

21 pronuntia facta reuideri non posset. † Et est animaduertendū, quòd est tantæ efficaciæ defectus iste citationis, vt nec à Principe tolli possit, vt est tex. in d. clem. pastoralis, §. cæterū de re iud. Aret. cons. 163. nu. 14.& 15. Anch. d. cons. 211. Dec. cons. 410. nu. 17. cum seq.& cons. 528. nu. 8 latiss. Curt. sen. cons. 70. Vant. in tract. de nullit. tit. de defect. citat. in prin. vsq; ad num. 11. Vbi post multa concludit, quòd cum talis nullitas sit tantæ importantię, debent ab ea partes summo-

22 perè cauere † subdens paria esse, quod reus non fuerit citatus,& nulliter, ac inualidè citatus fuerit, d. nu. 11.& nu. 22. cū plurib. seq. latiss. Gabr. in suis cōcl. tit. de citar. concl. 1. nu. 9. cū plurib.

23 seq. Vbi de cōi *opi. attestatur. Et Iudex tenetur ex officio ēt,& nemine instante agēiē repellere,& citationē nullā declarare, vt ꝑ Anch. ibi in fi. Vāt. in locis præcitatis cum concord.

24 † Sextò,& vltimò si fundamenta omnia supius dedu-

deducta deficerent, nunquam sublatus est recursus, vel saltem supplicatio ad Principẽ, vt docet Batba.d.conf.86.sub nu.9.& Bosf. post multos, quos refert in pręcita.tit. de quærelis cõtra sent. num.7.vsq; ad fi.vbi omnino videatur, Rolan.à Vall.d.conf.29.nu.47.cum seqq. Vndè cum pro parte Illustrifs. D. Comitis nedum appellatum, & de nullitate dictum fuerit, sed etiam per viam recursus, & supplicationis à Principe Serenifs. perita fuerit reuisio supradictæ pronuntiæ, concedendam pluribus de causis oĩno arbitramur.

SVMMARIVM.

1 *Rimum Decretum passus, si comparens contumaciam neget, reponendus est, absq; impensarum refectione, sed post repositionẽ disputatur sup contumacia.*

2 *Restitutio in integrum petita impedit executionẽ sententia.*

3 *Imò & trium conformium.*

4 *Pupillus primum decretum passus, si per viam restitutionis immissionem reuocari petat, absq; refectione impensarum audiendus est.*

5 *Lex noua generaliter loquens, non comprahẽdit casus, nec personas specialiter priuilegiatas in propria materia, ex communi.*

6 *Statuta recipiunt interpratationẽ passiuã à iure cõi, vt minùs illud corrigant, quam sit possibile.*

7 *Amplia, etiam si debeant ad litteram, prout iacent, intelligi.*

8 *Restitutio est in integrum, & pristinum statum repositio quoad omnès effectus.*

9 *Restitutio tantum restituit, quantum id abstulit, aduersùs quod restitutio datur.*

10 *Restitutus quis non dicitur, nisi plenariam restitutionem consequatur.*

11 *Restitutio in integrum nunquam sublata intelligitur per quacunq; verba generalia, & generalissima, ac pragnantia.*

12 *Maior passus primum decretum, si reuocationem petat, tenetur cauere de iudicio sisti.*

13 *Pupillus, autẽ nec pradictam cautionem, neq; aliã vllam praestare cogitur.*

14 *Glo. referens plures opi. censetur in dubio vltima adharere.*

15 *Intellectus verus l. hac autem §. fi. ff. de bo. autho. iud. possi.*

16 *Citatus, qui facto alieno, vel casu fortuito impeditus non potuit comparere, excusatur penitus tã à cautione de iudicio sisti, quàm à refectione impensarum.*

Pro Illustrifs. D. Marchione Francisco Sfortia filio Illustrifs. D. Com. S. Floræ tunc pupillo, nunc S. Rom. Ecclesiæ Cardinale amplissimo.

EPITOME.

Primum decretum passus, si comparens contumaciã neget, venit absq; impensarum refectione reponendus, post quam repositionem disputatur super contumacia.

Pupillus quoq; restituitur aduersùs primum decretum absolutè, absq; impensarum refectione, tam de iure cõmuni, quàm municipali Parmæ.

An autem à cautione de iudicio sisti liberetur etiã pupillus in casu supradicto? concluditur affirmatiuè, licèt in maiore secus sit dispositum.

RESPONSVM XXVI.

IN dubitatum videtur, quòd Illustrifs. D. Marchio Franciscus Sfortia pupillus, qui cum authoritate Illustrifs. D. Catharinæ matris, & tutricis suæ generalis comparet ad impediendũ executionem primi decreti lati contra bona hæreditaria Illustrifs. q. genitoris sui nuper defuncti, & petendũ eiusdem decreti reuocationem, allegando se vti hæredem, minimè contumacem fuisse, & vbi cõtumax quoquomodo dici posset, petendo restitutionẽ in integrũ, audiendus est, absq; refectione impensarum, siue ius commune, siue statuti nostri Parmen. dispositionem inspiciamus.

1 † Iure cõi etenim clarè cautũ est, eũ, qui primũ decretũ passus est, si post comparendo, cõtumaciã neget, reponendum eẽ absq; solutione impẽsarũ, sed post repositionem ipsam, & decreti memorati reuocationẽ, disputandũ esse super contumacia, tex. est rotundus in c. pen. vbi Doct. cõiter* not. ex͂ de eo. q. mit. in poss. cã rei ser. Et posito, quòd in nr͂a specie negatio contumaciæ non subesset, sed simpliciter instaretur pro impedienda executione, & reuocatione decreti p restitutionẽ in integrũ, idem affirmãdum est. † Nã quoad impediendã executionẽ, absolutum est, quòd iudicium restitutionis impedit cuiuscũq; decreti, & sñiæ executionẽ, q̃uis alias executionẽ mereretur l. vnic. vbi Scrib. oẽs C. in integr. resti. post. nil. inno. c. suscitata, vbi Cano. oẽs de resti. in integr. Quinimò trium conformium Di-
3 dac. pract. quæst. cap. 25. num. 7. cum concord. Menoch. de arbi. li. 2. cen. 1. ca. 9.

Nec quisq̃ est, qui de refectione impensarũ in his terminis mentionem faciat, quicquid dicãt vbi

vbi de reuocãda immissione facta virtute primi decreti agitur, & sic post executionem ipsam cõmissam; sunt.n.casus valdè dispares, q̃a turpiùs eijcitur, quàm non admittitur hospes, &c.

4 † Sed, & vbicunq; reuocationem primi decreti pupillus petit, sinè expensarũ refectione obtinere debet, pſertim si per viã restitutionis veniat, fuit not. Decis. Inno. in c. vlt. sub nu. 5. versi. nec videtur, quẽ sequitur ibi Imo. nu. 12. Abb. nu. 8. & cæteri Scriben. de eo q̃ mitti. in poss. ca. rei seruan. latè Io. And. in add. Spec. in ti. de 1. & 2. decreto, §. restat. in vers. sed pone quòd pupilli, vbi refert V'ber. de Bob. & Iac. de Are. idẽ tenentes. Bar. in l. si finita, §. sed si fortè. in vers. itẽ aduersùs, ff. de damn. infec. Bal. in l. in minorũ in fi. C. in quib. cau. in integr. resti. nõ est necess. & in l. de die, §. tutor. in fi. ff. q̃ satisd. cogã. Ang. in l. neq;, C. de in ius vocan. Rom. in l. si finita, §. Iulianus nu. 26. ff. de dam. infec. & ibidem Alex. nu. 84. & in d. §. tutor nu. 4. post Imol. quem citat Micha. Vrcur. in rep. d. §. Iul. nu. 179. & Lud. Bologn. nu. 142. & 143. & nouiss. Leonar. à leg. in add. ad Innoc. in d. c. vlt. in ver. nec videtur post Socin. & alios relatos.

Istis autem Pſibus, qui singulari authoritate, & grandi numero adeo conspicui sunt, vix reperi* tur, qui dissentire audeat, pptereà cõem * eatũ sñiam proculdubio, & sequendã affirmabimus, eò maximè, cum habeamus pro ea not. tex. l. si minor vigintiquinq; an. quasi contumax, cũ sua materia, ff. de mi. vbi aduersùs contumaciam, & oẽs eius effectus minores restitui dispositũ est.

Ex quib. certo certiùs vr̃ Illustriss. D. Marchio nẽ hac in re de iure cõi satis superq; tutum esse.

An verò municipali idem fit? & sanè idem etiã tenendum est; ex plurib. Primò, quia cũ statutũ memoratũ nihil super hac specie disponat cõtra ius cõe, Imò nec casũ nr̃m attingat, quoad impediendã executionem primi decreti iam lati, vel de eiusdem reuocatione, sumus in casu pænitus ommisso, q̃ iuris cõis dispositioni relinquitur, l. si cũ dotem, ff. sol. matr. l. cõmodissimè de lib. & posth. cum vtrobiq; traditis abundè per Doct. & in terminis statuti fraternizãtis cum hoc nr̃o scribit (ad aliud tñ ppositũ) Alex. cõs. 107. aliàs in hac causa allegato, dum de defectu citationis opponebamus. sub nu. 2. vol. 5.

5 Secundò, si statutũ in specie casum etiã decideret, disponendo, prout nõ disponit, quòd volẽs impedire executionẽ pdictã, vel decretũ reuocare, teneretur expensas reficere, pupillum tñ, q̃ in oppositum specificè priuilegiatus est, nequaq̃ comprehenderet ad glo. in l. 3. in ver. Decurioni* bus, C. de silen. li. 12. cuius opin. cõis * est, vt per Gabr. latè in suis conclu. ti. de legi. & cõst. concl. 1. ex cuius dictis, & aliorũ per eum relatorũ plenè liquet, verissimã esse hanc sñiam; q̃nquidem dubitant tm̃ Doct. an statutũ, vel lex noua generaliter loquens comprehendat personas, & causas priuilegiatas, qñ specialiter non reperiuntur priuilegiatæ in materia, de qua tractatur, sed qñ specialiter reperiunrur priuilegiatę in lege antiqua in propria materia, vt in casu nostro, tũc cõueniunt omnes, & pro absoluto habent, vt sub generalitate legis nouæ non comprehendantur. sufficiat ad ipsum Gabr. remissio.

6 Tertiò, suadetur eadem interpretatio, ex vulgata regula, quòd statuta in dubio sm̃ ius cõe intelligi debent, & ab eo interpretationẽ passiuã recipere, vt minus illud corrigant, quàm sit possibile l. 2. C. de noxa. c. dilectus, §. q̃a verò de cõsuet. & vtrobiq; Scriben. & in Auten. offerar, C. de lit. conte. glo. & Doct. in l. sciendum in princ. ff. qui satisd. cogan. pulchrè Alexã. d. cons. 107.

7 nu. 6. † Et hęc procedunt ẽt si statuta debent ad sñam intelligi, vt hęc nr̃a Parmensia. Alex. cons. * 8. & 9. vbi de cõi * fidem fac. & cõs. 50. col. pen. versi. nec obst. li. 1. Dec. in c. translato col. penul. & si. de constit. Soc. iun. consi. 1. nu. 141. vol. 1. latè Rol. à Vall. in tract. de luc. do. q. 35. Cũ igitur de iure communi expensæ in casu reuocationis primi decreti refici tm̃ debeant à maiore, nõ verò à minore, & multò min' à pupillo, necessariò sequit̃ ita quoq; interpretandum fore statutum.

8 Confirmatur aũt hæc sñia ex generalitate d. l. si maior vigintiquinq;, nam si aduersùs contumaciã datur restitutio, & aduersùs oẽs eius effectus dari intelligitur, q̃nquidem restitutio est in pristinũ statũ repositio, l. quòd si minor, §. restitutio, vbi Bar. & Doct. ff. de mi. glo. in §. sed ex indulgentia in verb. statum insti. quo. mo. ius patr. pot. sol. Specu. in ti. de resti. in integ. §. 1. in prin. 2. parte, inquiens in specie, quòd est repositio in pristinum statum, ius, & audientiam, ita quòd eodem modo audiendus est pupillus, quo ante contumaciam (si modò cõtumaciæ nomen mereretur) auditus fuisset, & sic absque refectione impensarum ad idem. Bar. in l. ab Hostib. §. sed q̃ simpliciter in fi. ff. ex qui. cau. maio. Aret. in l. si filius q̃ patri. col. 4. de vulg. & pup. Ceph. con-

9 sil. 180. nu. 27. lib. 2. cum concord. † & dicit Bar. in l. si. col. 3. C. de sen. pas. quòd restitutio sempr tantum restituit, quantũ id abstulit, aduersùs q̃

10 restitutio petitur, † & Abb. in c. venerabili in princ. de offi. deleg. dixit, quòd non dr̃ quis restitutus, nisi plenariam restitutionẽ cõsequatur, & est bonus tex. in l. videamus la. 2. §. in fauiana in vers. nam prætor. ff. de vsu. tradunt latè Dec. & Cagno. in l. cum in condemnatione §. cum verbum restituas. ff. de reg. iur.

11 Quartò, & vltimò si sub statuti generalitate comprehẽdi quoque pupillum diceremus, vtique intelligendum esset, si restitutio in integrũ eius nomine non peteretur; quandoquidẽ per quęcunque verba generalia, ac etiam generalissima, & prægnantia, nunq̃ intelligitur sublata

restitutio

restitutio in integrum l. postq̄ liti. cum glo. vlt.
C.de pac. quod plenè prosequitur ibi Dec. post
alios col.vlt. Rom.cons.90. colum.1.& 2. Aret.
cõs.160.n.4.ver. & quòd ipsa restitutio, Abũdè
Soci. cons.299.in 3.dub. vol.2. Boss.in tit.si aduers.rem.iud.n.24. cum concord. latissimè Rol.
in cons.68.n.28.vsque ad fin. vol.3.

Subsequitur aliud dubiũ, An idem Illustriss.
D.Marchio volens impedire executionem memoratam, vel decreti reuocationem impetrare,
teneatur cauere de iudicio sisti, & de iudicato
soluendo? & in hoc similiter distinguo ius cõe,
12 & statutarium, † nam iure cõi, cũ maior teneatᷓ
primam cautionem tantùm præstare, hoc est, de
iudicio sisti; si se ipsũ defendat, l.si pupillus, §.1.
vbi glo. & Doct.ff.de priui. credi. & tradũt oẽs
13 in d.§.Iulian. & alibi sæpè in locis vulg. † pupillus tamen specialirer priuilegiatus reperitur, vt
nullam dictarũ cautionum præstare debeat, tex.
in terminis in l.hæc autẽ. §.fi.ff.de bo. auth.iud.
possi. qui re vera cauillari non potest, licèt glo.
ibi in ver. satisdationem, videatur primo loco
dicere, quòd à cautione iudicatum solui sit tantũ immunis; ipsammet.n.glo. aliam postea opi.
14 subdit contrariam, & cum ea transit, † & per cõsequens illi censetur adhærere ad gloss. in l. qui
filium. §. Sabinus. ff.ad trebell. Barr. in l. bona
fides.ff.deposi. Bal. in l.si idem, de iurisdictione
omn.iud.cum simil. Nec potest ille tex. intelligi
etiam de maiorib. natu, vt quidam intelligunt,
vt sic opus sit eum restringere, nè contradicat
15 d.§.fi. † Quoniam re ipsa de pupillis tantùm loquitur, prout in tota illa lege Iurisconsultus loquutus fuit; & hoc maximã habet æquitatis rationem, vt pupillus, qui verè contumax esse nequit, non teneatur eodẽ modo cauere, quo major verè contumax, & nè pœna afficiatur, qui
nullam culpam commisit, & ita in proposito argumentatur Abb. post Card. in d.c.vlt. num.9.
& Imol.n.12. tenentes, quòd nec de iudicio sisti
cauere debeat, & oẽm in casum, quòd tenereᷓ,
restituẽdũ esse in integrũ, vt ab eo onere libereᷓ.
16 † Et quòd ille, qui fecit ꝙ potuit, vt ad iudiciũ
veniret, sed facto alieno, vel casu fortuito impeditus fuit, penitus excusetur, tam à cautione,
q̄ à refectione expẽsarum, probat in indiuiduo
tex. in c.venerabilibus. §.similiter, in fi.de sent.
* excommun.in 6. quẽ ibi cano. omnes* pro nota.
signant; vndè non dubitandum, quin pupillus
ætate impeditus, cum quicquid videat ignoret,
ab vtroque liberetur.

Ex his satis liquere existimo, Illustriss. Dñm
Marchionem, attenta iuris communis dispositione, nullam omnino cautionem præstare debere; ꝙ ẽt suadetur per ea, quæ scribunt supracitati Doct. in materia expensarum, quorũ argumenta, si rectè perpendantur, ita concludunt
de cautione non præstanda, quemadmodum de
expensis non reficiendis. Iure autẽ municipali
nullibi contrariũ reperitur dispositum, ergo, &c.
Cætera suppleat Illust. DD. meorum de Consilio, prudentia, & doctrina. Fuerunt demum reuocata omnia in præiudicium Illustriss. Patris,
& Filij gesta, imò nulla, & inualida declarata.

SVMMARIVM.

1 *Geminatio rescripti, vel priuilegij habet vim motus proprij.*
2 *Et tollit vitium subreptionis.*
3 *Bal. contra sentit.*
4 *Rescriptum impetratum tacita veritate eorũ, quæ Principem monere possunt ad non conceden. petita, subreptitium, & nullum est.*
5 *Eadem causa vt dicatur, quæ requirantur?*
6 *Rescriptum delegatorium contra certas personas impetrandum est, expresso nomine, & cognomine.*
7 *Nec iurisdictionem tribuit contra maiores, & digniores expressis.*
8 *Clausula Motus proprij, non tollit subreptionem in præiudiciũ iuris tertij, sed rescribentis tãtùm.*
9 *Neque tollit subreptionem resultantem ex taciturnitate litis pendentia.*
10 *Minusq; operatur aduersùs verisimilem, & coniecturatam mentem, & intentionem rescribentis, quòd expressis exprimendis, secùs rescripsisset.*

Pro Magnifica Communitate Brixilij.

EPITOME.

Geminatio rescripti, vel priuilegij an habeat vim Motus proprij?
Causæ identitas quæ requirat?
Clausula Motus proprij, non tollit ius quæsitum tertio; Neque vitium subreptionis, nisi in præiudicium rescribentis.

RESPONSVM XXVII.

Sanctissima Trinitatis nomine repetito.

PRæsupposito, quòd causa Mag. Communitatis Brixilij cum D. Ferdinando Nizolio Phisico non penderet
ampliùs coram Mag. D. Prętore Brixilij, stante recusatione proposita, & iuxta formam statuti loci lib.2.cap.21. admissa, atq; noui Iudicis partiũ confidentis electione, certi iuris esse existimo, quòd ex duobus rescriptis Serenifs. D. Ducis Ferrariæ mihi oñsis, non potest
causa ipsa de nouo dici cõmissa eidem D. Prætori.
1 tori. † Nam licèt geminatio rescripti, vel priuilegij vim Motus proprij habere dicatur, iuxta
doctr. Bal. in l. nec damnosa n.2. C.de preci. imper.

per.offer.& ob id vitiũ subreptionis tollere ꝑ c.
3 si motu ꝓprio.de pben.in 6. † quod tñ in dubiũ
vocari posset, ex tex.ĩ c.cõstitut⁹,de rescip. quẽ
ibidẽ aduersùs conclusionẽ prædictã perpendit
Bald.in princ. colligens,quòd secunda iussio nõ
dat robur lr̃is nullis,& subreptitijs, Attamen nõ
operatur in pnarrata spe effectũ istum ex plurib.
4 † Et primò quia geminatio delegationis nõ fuit
facta post recusationẽ,& noui Iudicis electionẽ,
sed vnũ tm̃ rescriptũ postea emanauit, quod cũ
sit impetratũ tacita veritate eorum, quæ expri-
mi debuerant, vt in pfatione motiuorum rectè
fateri vr̃ D. Prętor, subreptitium, & nullũ est,c.
super literis.de rescrip.& passim hr̃ in locis vulg.
Primo etenim rescripto istud vitium non op-
ponitur, ideo nõ possumus dicere,quòd per sm̃
purgatum fuerit. Ideo cum secundo tm̃ laborã-
ti morbo prædicto nullũ aliud superuenerit, ad
illud sanandũ,remanet eius morbus insanabilis,
quicquid D. Phisicus prædictus dicat.
5 Secundò negari põt eandem cãm ambobus re
scriptis memoratis cõmissam fuisse, si quidẽ ad
identitatem cãrum requiruntur tria, vt eadem
sit res,eadem cã petẽdi, & inter easdẽ personas.
l.cum quæritur;cum duabus seq.ff.de excep. rei
iud. & ibi Castr. & alij. In casu aũt nostro nullũ
horũ concurrit, quia in prædictis precibus peti-
tum fuit salarium tpis decursi per modum pro-
uisionis tm̃,& in summarijssimo possessorio, in
alijs aũt principalis negotij decisio,cum ꝑpetui
silentij impositione petita fuit,& sic super petito
rio,vndè duo prima requisita deficiunt. Quin ẽt
tertium clarè deficit,nã primum rescriptum con
tra ꝑsonas incognitas, & innominatas sub noĩe
aliquorũ ĩuidorũ,& persecutorũ impetratũ fuit,
Secundum verò contra Io.Zerellum, & Marinũ
Cataneũ ptensos sindicos cõitatis,propterea sa-
tis constat non apparere de identitate ꝑsonarũ,
nedum rõne incertitudinis anteriorum precũ,
in quibus non specificantur personę per noĩa,&
cognomina, contra quas procedere intenditur,
6 prout fieri debebat, † vt in terminis concludit
Dom.in c.cum in multis,col.4.vers.ego puto.de
rescri.nu.6.Scd ẽt ex eo,quòd primũ rescriptum
non põt dici impetratum, nisi cõtra particulares
personas, vt colligitur optimè ex traditis ꝑ Bal.
in l.sed & si hac,§.q manumittit, in vtraq; lect.
ff. de in ius voc. quẽ ad hoc ponderat Bero.cõs.
18.nu.11.12.li.1.& fac.tex.cum mr̃ia sua in d.c.
cũ in multis. † Certum est aũt, quòd rescriptum
7 delegatoriũ non tribuit iurisdictionẽ cõtra vni-
uersitatẽ tanq̃ maiorẽ,& digniorẽ c. sedes Apo-
stolica cũ not.de rescri.& in specie tradit Archi.
post Hostiẽ.quẽ allegat in d.c.cum in multis col.
2.& ibidem Dom.col.3. super glo.ĩ ver.quidã,
vbi alios citat concordantes, & Bal. remissiuè in
d. §. qui manumittitur.cõsequẽter ergo cũ inter
diuersas quoq; ꝑsonas rescripta emanauerint,
Consi. Lud. Sacc.

8 cessat ẽt ex hoc capite delegationis geminatio †
Sed si geminatio ipsa motiuata subesset,& effe-
ctum motus proprij haberet,adhuc tñ non præ-
iudicaret Vniuersitati Brixilij,nec tolleret ei ius
quęsitũ ex dictis recusatione,admissione recusa-
tionis,& arbitri electione;qñquidẽ cl'a(motu ꝓ
prio)non tollit subreptionẽ in piudicium tertij,
sed immõ in piudicium rescribẽtis.Abb.post Bu
tr. & alios in c.cãm q̃.el 2.nu.3. de testi. & ibidẽ
Aret.& Fel.col.2.& idẽ Abb.in c.ad aures,nu.5.
de rescri,Soc.cons.1.n.7.& cons.215.col.1.vol.
3.Curt. sen. cons.35.nu.36. Dec.cons.407.col.
fi. cons. 468.nu.20.& in l.si quis iniquum,nu.9.
ff.quod quisq; iu.& innumeros adducẽs, Gabr.
9 ti.de clau.conclu.2.nu.8.cui sufficiat remissio. †
Et in indiuiduo, quòd non tollat vitium subre-
ptionis resultãtis ex taciturnitate litis pẽdentiæ
tradit Abb.post glo.d.c.causam.loco pcitato,Ias.
latè in l. si quis quemq̃, nu.5.vsq; ad fi.ff. si quis
caut.& in l.2.nu. 2. C.vt li.pend.Paris cons.74.
num. 17.vol.4.Rui.cons.80.in fi.vol.5. & Gabr.
post alios relatos d.concl.2. nu.16.
10 Insuper stante,quòd in vltimis pcibus non fue
rũt expressa supradicta,q̃ Principẽ verisimiliter
retraxissent à rescribẽdo,vt rescripsit, (quod nõ
diffitetur Mag.D.Prætor) illa succedit certa con
clusio.Nẽpe clausulã(motu proprio)nihil aduer
sùs talẽ verisimilitudinẽ, & coniecturatã inten-
tionẽ operari.Card.in clem. si Romanus in 2.q.
de pben. in 6. Abbas. post Butr.in c. in nostris
num.19.de concess.pręben.Barba.in c.ad aures
nu.28.de rescri.Cassad.decis.3.nu.4. in ti.de pẽ
sio.Bella.decis.392.Rui.cons.98.n.25.li.4. Soc.
iu.cons.77.nu.104.li.1.Gabr.d.concl.2. nu.19.
cum multis per eum adductis. Possent aliæ quo
que responsiones dari fundamento prædicto
(motus proprij) quę ex præcitatis authorib.ma
teriã hmõi clausulæ pertractantib. colligi pñt,
sed breuitati studens missas facio, & doctissimi
D.Prætoris delectui relinquo.

Circa alia motiua non insisto,qa non expedit.
Nã cum D.Prętor iudex non sit, frustrà disputa
tur coram ipso, vtrum actor probauerit qualita
tes requisitas? & personam suam legitimauerit?
& an tẽpore debito produxerit iura sua,vel ne?
Hæc.n. suis loco, & tempore coram Iudice,de
partium consensu, & iuxta formam iuris muni-
cipalis antedicti electo.discutienda erunt Laus.
Deo optimo.

SVMMARIVM.

1 *IVdicium factum cum minore curatore*
carente nullum est, si per se ipm litigat.
2 *Minor cõpellitur curatorẽ accipere ad*
instãtiã eius,qui cũ eo litigare intẽdit.

3 *Minor litigans per procuratorem constitutum formiter, cum iuramento, vt fieri solet, obligatur, qa tenet iudicium.*
4 *Sententia nulla executionem non meretur.*
5 *Nullitas proposita incidenter, executionē rei iudicata impedit.*
6 *Si tamen incontinenti de nullitate doceri potest, nō si altiorem requirat indaginem.*
7 *Principaliter autem, vel incidenter, quando propo ni dicatur, remißiuè.*
8 *Restitutio in integrum petita, etiam aduersùs conformes, executionem suspendit.*
9 *Quod indubiè procedit quando incontinenti offer tur probatio super læsione.*
10 *Si verò altiorem requirat indaginem, secùs iudicādum ex sententia Bart.*
11 *Sed in contrarium stat communis opi.*
12 *Nullitas incidenter proposita, si pendente iudicio fiat executio, dissentiunt doct. an attentata sint reuocanda? sed affirmatiua prævalet, quam limi ta, vt infra nu. 14. remißiuè.*
13 *Principaliter aũt proposita nullitate, distinguitur, aut inhibitum fuit per iudicem appellationis, & reuocanda sunt, aut non fuit inhibitum, & secùs iudicandum.*
14 *Regula prædicta, quòd incidenter proposita causet attentata limitatur pluribus modis. remißiuè.*
15 *Restitutio in integrum petita, & commißione subsecuta, debet executio suspēdi, ēt sinè inhibitione.*
16 *Idem si coram eodemmet iudice petita fuerit.*
17 *Limitatur tamen pluribus modis. remißiuè.*

In gratiam vnius ex Consiliarijs Serenifs. D. Ducis Octauij Farnesij Par. & Placē. Ducis.

EPITOME.

Materia huius responsi ex eius initio colligitur, quæ triplicem habet quæstionem, & in qualibet sūt distinctiones.

RESPONSVM XXVIII.

DE tribus in præsenti negotio quæri, ac dubitari video. Primò an Iudicium cum minore curatore carente valet, & teneat?

Secundò. Vtrum exceptio nullitatis per hunc minorem opposita, aut restitutio in integrũ aduersùs rem iudicatm petita, executionem impediat?

Tertiò. An executionem factam non obstantibus istis exceptionibus reuocari faciat?

1 Ad primum dubium distinguendo respondeo; aut minor p se ipsũ litigauit, & nullũ eē iudiciũ certum est, qa pp lubricũ ætatis, & fragilitatem consilij non pōt absq; illius interuentu, & authoritate litigare l. 1. & per to. C. qui legi perso. non
hab. stan. in iud. l. 1. §. necessitate, & ibi Doct. C.
de bo. q lib. l. 1. qui pet. tut. Vā. in tract. de null.
tit. de nulli. sen. ex defect. inha. sen. māda. num.
2 28. cum seq. † Vñ cōpellit minor curatorē accipere, instāte eo, q cũ ipso litē hr̃e intendit, nè iudiciũ fiat elusoriũ, Insti. de cura. in princ. vbi Io.
3 Fab. & Aret. not. † Aut verò p pcuratorē litigauit formiter constitutũ, hoc est cũ iuramento, vt
constitui pcuratores solent, & contrariũ tñdeē.
p tex. in Auth. sacra puberũ, C. si aduer. vendi. q
licèt in cōtractibus loquatur, locũ tñ in iudicijs
quoq; obtinet, vt docet ibi Bart. col. fi. vers. quid
in iudicijs, Guid. Pap. q. 35. & 494. cũ multis cō
cord. adductis per Vant. loco pcitato nu. 35. 36.
& ità iudicatum fuit per Reg. parlam. vt refert
Boer. decis. 92. qui omnino videatur.
4 Ad secundũ verò, vtrum nullitas ista opposita,
aut restitutio in integrũ petita executionē sñīę,
q in iudicatũ aliter trāsiuit, impedire potuerit?
qa bimēbris est q̃stio, singulatim vtriq; rñdēdũ
est. Et primò circa nullitatē, regula est, quòd exe
cutionē impedit, ex quo sñia tātũ valida debet
executioni mandari l. 4. §. condemnatum, vbi
Doct. omnes de re iud. Mara. in suo spec. par. 6.
5 in vlt. actu q. 1. num 3. & quæst. 4. num. 57. † Sed
tamen indistinctè non procedit, nec perpetua
est, nam principaliter proposita nō impedit, sed
incidenter tantùm, secundùm communes sentē
tias relatas à Vant. d. tract. in tit. quot, & quib.
mo. nullitas num. 29. vsq; ad num. 36. & Hercula. in tract de attenta. c. 23. nu. 8. & nouissimè fusiùs cæteris oībus, Lancell. in suo tract. de atten.
par. 2. c. 17. vsq; ad nu. 39. & nu. 6. cũ duob. seqq.
6 Sed neq; incidenter proposita semper impedit
executionē, nā si altiorem requirat indaginem,
sñia nihilominus executioni demādatur; sin autē incontinenti probari pōt, contrarium verius
est, & hæc est cōis distinctio, vt per eundē Vant.
loco præcitato sub nu. 32. Rip. d. §. condemnatũ
nu. 10. & fusiùs Didac. pract. q̃st. c. 25. ī prin. atq;
7 ad saturitatē, Lācell. vbi s̄. n. 93. 94. † qñ aũt prin
cipaliter, & qñ incidenter pponi dicatur, scribit
abũdè Vant. palleg. tit. à princ. vsq; ad nu. 39. &
Didac. vbi s̄. num. 7. Burs. cons. 37. in princ.
8 Quod attinet ad restitutionē in integrũ, dico in
primis huic nō eē locũ stāte nullitate pdicta per
tex. in l. cũ & minores vbi glo. Cy. Bart. & alij C.
si aduer. rē iud. ī l. apud acta, §. cōtra, vbi ēt Scrib.
de re iud. Bertrā. cōs. 94. li. 3. Meno. de arbi. iud.
q. 97. n. 4. & nouiss. docuit d. Odd ī tract. de rest.
in integ. q. 72. arti. 6. nu. 80. Sed si Iudiciũ aliqua
fortè de cā valuisset. tũc restitutioni qdē loc9 foret, vt p Dec. cōs. 411. in fi. d. Odd. vbi s̄. & num.
seq. An verò cā mora suspendēda sit? formāda
quoq; est reg. affirmatiua, vt ea pendente executio suspendatur c. suscitata de restit. in integ.
l. si causa cognita, C. de transact. & vtrinq; Scriben. omnes rub. & l. vnic. C. in integ. resti. postu.

ne quid

nẽ quid no.fi.cũ materia.l.si prætor la 2.§.Mar-
cellus cũ glo.ff.de iud.& est cõiter*recepta, vt at
testantur Ias.& Rip.in d.§.condemnatũ, ille nu.
26.hic aũt nu.30.Mara.in d.actu.vlt.nu. 55.Di-
dac.p̃alleg.cap.25.nu.7.& D.Odd.d.tract.q.43.
art. primo nu.2.vbi de communi* attestatur.

9 Et ꝓcedit ista cõclusio de plano, qñ hoc quoq;
iudiciũ restitutionis non requirit altiorẽ indagi
nẽ, sed offeruntur probationes incontinẽti sup
læsione, vt præcitati authores concludũt,& Rui.
cons.11.nu.15.li.4.Lancel.d.tract. cap.18.n.25.
10 cũ seq. † sed si altiorẽ requirat indaginem, non
retardari scribit executionem, Bar.in d.§. Mar-
cellus in fi.& in d. §. condemnatũ; cuius tñ sñiæ
q̃ plures repugnãt,volentes executionẽ indistin
11 ctè suspendi ꝑ iura allegata † & licèt articulus
sit controuersus,ac disputabilis, vt patet ex rela
tis per Rip.d.nu.30.& Capic. decis.53. Lancell.
vbi s̃.cap. 18. nu.2. nihilominus cõis * opin.est
contra Bart.vt legere est apud Ias.d.§.cõdẽnatũ
n.26.post Cum.quẽ refert,& Alex.n.26.ac Rip.
præcitato nu.30.Beninten.decis.85.nu.16.17.&
Ceph.cons.116.p̃dicto,& signanter nu.4.Lãcel.
d.c.18.à nu.10.vsq;ad n.21.d. Odd.d.trac.q.43
arti.4.sub nu.63.vers. sed contrariã sententiam.

Circa tertiũ verò, vtrum sc3 executio facta nõ
obstantibus exceptionib. nullitatis,& restitutio
nis in integrũ, reuocari debeat? bimẽbris ẽt red
12 dit consultatio. †Nã quoad nullitatẽ incidenter
propositã,cũ dissentiãt inter se Doct.reuocanda
nè sint attẽtata ea pendẽte, an nõ? vt videre est
apud Didac.d.c.24.nu.6.& Lãcel.d.c.17.à n.39
vsq; ad nu.45. formanda est regula affirmatiua,
13 vt firmat ibidẽ Lancel.nu45.† In causa aũt prin-
cipaliter proposita distinguẽdũ censeo, quia aut
fuit inhibitũ ꝑ Iudicẽ nullitatis,& reuocãtur at-
tentata,aut nõ fuit inhibitũ,& contrariũ verius,
Dida.vbi s̃,& Lancel.d.c.17.nu.63.vsq; ad n.68
14 Ad dictã aũt reg.affirmatiuã plures danr̃ amplia
tiones,& limitationes,de qb.ꝑ Lancel.à d.n.45
vsq; ad fi.quas recẽsere lõgũ, & superfluũ forer.

15 Quò verò ad restitutionẽ, sufficit sola litis pen-
dẽtia,ẽt quòd nõ fuerit facta inhibitio,imò suffi
cit sola causę cõmissio.Rot.decis.51.si cõmittar̃,
de appell.in no.& ita practicar̃,teste Cassad.de-
cis.1.vt li.pen.num.5.

16 Idem dicendũ, si corã eodemmet iudice petita
fuisset restitutio citataparte, vel excipiẽdo cõtra
petitã executionẽ;quomodocunq;.n.lis pẽdeat,
vel pars verosimiliter p̃sumere possit restitutio-
nẽ eẽ concedendã,deber ipsa abstinere,& supse
dere in executione petẽda,aliàs est in mala fide,
& iure merito cõtra eũ fit reuocatio, vt colligir̃
ex decis.Rom. Rot. p̃allegata in vers. p̃terea, &
Cassad.vbi s̃,& ꝓbar̃ expressìm inClem.2.vt li.
pẽd. Fortiùs tenet Ant.can.in tract.de exec.in-
stru.q.21. satis esse,quòd restitutio petita sit añ
executionẽ,quẽ sequir̃ Benint.d.decis.85.n.12.

Consi. Lud. Sacc.

&hoc vr̃ conuenire cũ gñalitate rub.& nig. C.in
integ.resti.postu.nil no.fi.& ita ẽt tenet Lancell.
d.c.18.nu.127.cũ duob.seqq. & nouiss.d. Odd.
p̃citato tract.q.43.art.6.nu.92. vers. sed contra-
17 riũ,vbi egregiè loq̃tur more solito. † Nõ nullas
tñ patitur limitationes hmõi regula, quas ponit
idẽ Lancel.eo.c.18.à nu. 55. vsq; ad fi.sed nullã
ex eis ad casũ nr̃m adaptari video. Vndè cõclu-
do executionẽ,de qua in themate fit mentio, re
uocandã fore, Nisi fortè Iudex legitimas habeat
suspitiones calumniæ aduersùs minorẽ hunc pẽ
tentẽ se restitui,& de nullitate dicẽtẽ; neutrũ n.
remediũ illi ꝓdesse posset hoc casu,ad latè cõge
sta ꝑ Lãcel.d.c.17.à n.121.vsq; ad 128.& d.c.18
à n.55.vsq; ad 71.& latiꝰ ꝑ d.Odd.d.tract.q.43.
art.5.ꝑ to. Sed re vera nè minima quidẽ vmbra
suspitionis calumniæ potest in eo considerari,at
tenta personæ qualitate,natura causæ,& conten
tis in actis. Merito,&c.

S V M M A R I V M.

1 PRæsentãs ad aliquod beneficiũ, in cuius quasi possessione præsentandi erat, cũ bona fide, dicitur fructꝰ suæ possessionis pcipere, et ppea dẽt eiꝰ p̃sẽtatio effectũ hr̃e.

2 Paria sunt quẽ esse patronum, & esse in quasi possessione præsentandi.

3 Præsẽtatio quasi possessoris bona fidei p̃fertur præsentationi veri domini, sed limita, vt inf. nu. 35.

4 Etiam si antecessores veri domini aliàs p̃sentassẽt, quia vltimus status attenditur.

5 Præsentãs non dicitur esse in quasi possessione præsentandi, si eius præsentatio effectũ non habuit. Quod declara, vt infra nu.30. cum seqq.

6 Quasi possessio patris iuris præsentandi, transit in filium hæredem ipso iure, cũ bonorũ vniuersitate.

7 Maximè stãte Decreto, vel Statuto, de cõtinu.&c.

8 Petitorium absorbet possessorium.

9 Iuspatronatꝰ hæreditariũ in dubio præsumitur.

10 Iuspatronatus concessum alicui, & eius hæredibus, non competit filijs, nisi sint hæredes.

11 Nec sufficit hæreditatem esse delatam, sed quòd sit adita, & acceptata, requiritur.

12 Argumentum à feudo ad ius patronatus valet.

13 Verba enunciatiua propter aliud emissa non probant, etiam in publicis instrumentis.

14 Fallit ĩ antiqs ex cõi, & duo plenè ꝓbãt, vt ĩf.n.41.

15 Si tamen instrumenta plura sint, inter diuersas p̃sonas celebrata, & à diuersis notarijs.

16 Nec tũc plenè ꝓbãt cõtra tertiũ, p̃sertim si de graui p̃iudicio agatur. Sed limita, vt infra nu.24. Sed nec vera est propositio, vt infra nu. 43.

17 Iuspatronatꝰ ĩ stirpes nõ ĩ capita defertur, et n.38

18 Beneficia nõ debẽt eẽ hæreditaria, ideò p̃sẽtatio facta ã extraneo, p̃ferẽda videt̃ p̃ntationi facta vni de familia patronorũ, qñ idẽ beneficiũ sæpius obtinuerũt alij de eadẽ familia, & genere. Sed contrarium vide infra nu.44. vbi de veriori, ex cõi.

19 Senior ex præsentatis instituendus est, data paritate in cæteris.

20 Ditior quoq; præferendus dicitur quando de sustinenda dignitate Ecclesia agitur, maximè si alias etiam qualitates habet præponderantes. contrarium vide infra nu. 52.

21 Solertior quoq;, & industriosior præferendus dicitur.

22 Minor annis 22. non est capax dignitatis Ecclesiasticæ, etiam sinè cura.

23 Prioratus est dignitas, sed limita, vt infra num. 53 & seq.

24 Filiatio probatur per instrumenta antiqua cū verbis ennunciatiuis propter aliud emissis.

25 Hæredum masculorum appellatione veniunt tantùm descendentes.

26 Hæreditatis aditio probatur præsumptinè ex eo quòd bona quæ fuerunt defuncti apud eius descēdentes reperiuntur.

27 Hæreditatis ascendentium aditio facilè præsumitur, præsertim lucrosa.

28 Filius hæres patris ipso iure præsumitur in fauorabilibus.

29 Scriptura fundationis iuris patronatus hæreditarij reperta pœnès eum autentica, confert ad probandum eum hæredem.

30 Quasi possessio præsentandi non amittitur, ex eo quòd in concursu præsentantium, aliorum præsentatio præualeat.

31 Sed requiritur iudicis sententia priuans ipsum, & ius tribuens alij, & quod transitum fecerit in iudicatum.

32 Duobus his præsentantibus, quorum præsentatio nō habuit effectum alia de causa, quàm defectu possessionis, si denuo alter præsentat, & alter non, & habet effectum præsentatio, conseruatur amborū ius, et quasi possessio, quæ nō amittitur per nō vsū.

33 Quasi possessio præsentandi non acquiritur, nisi institutio sequatur, sed benè conseruatur, licèt non sequatur ipsa institutio.

34 Domini, & quasi possessoris præsentatio, præualet præsentationi solius compossessoris.

35 Quasi possessoris præsentatio, præsentationi veri domini non præfertur, nisi quando secuta fuit institutio, antequam lis, & controuersia per verum dominum mota fuerit, quæ mota, differtur institutio, & probato dominio, præualet veri domini præsentatio, etsi lis fuerit mota in solo possessorio, vt infra num. 40.

11 bus, conſ.78.in fi.vol.3. † Ideò non dubitandũ, q̃n rectè p̃ceperit D. Iudex, nè molestaret̃, aut inquietaret̃, qm̃ cũ curaquietis populi ad ipsũ spectet, tenetur ad instantiã cuiuscũq; timentis vim sibi inferri, aut in sua possessione turbari; talia p̃cepta ad scãdala euitãda statim emittere. l. 1.§ quies.vbi Bal.n.2.not. ff.de offi.p̃fect.vrb. l.si seruus in fi.vbi ẽt Bald.n.1.C. q cũ eo. l.si de possessione.vbi Doct.oẽs, & signãter Iaſ. n.7.8. C.de transac.l.fi.in princ.vbi Bart.in 3.not.ff. q met. ca.& q contra ea factũ, & innouatũ fuerit, ante omnia reuocare, vt per eos, & Neuiz. consil.80.num.5. cum alijs concord.

12 Cæterũ si D.Vincẽtius ꝓprio noĩe nõ possedisset, ꝓut re ipsa possidebat, certè noĩe filij pupilli possedisset, vti hr̃dis D. Camillæ mr̃is, in quẽ cõtinuata fuit oĩs possessio defunctę, virtute decreti nr̃i de continuãda; q effectũ suum operat̃ absq; vlla apprehensione, nedũ ad beneficium pupilli. Tiraq. Le mort saissit le vi.par.2. declar. 16.verùm ẽt cuiuslibet alterius ignorãtis hr̃di-
13 tatẽ sibi delatam, vt in seq.declarat. † Itidemq. circũscripto decreto, adeptus est possessionem D. Vincentius hæreditario noĩe filij, mediante actuali apprehensione singulorũ bonorũ hæreditariorũ, quã facere potuit propria authoritate, & absq. Iudicis ministerio, cũ à nullo repta fuerit occupata.l.cũ heredes, cũ not. ff.de acq̃r. possess.Cano.in c.cũ in officijs.de testam. Tiraq. latè d.tract.Le mort.saissit le viu. ĩ p̃ſat.decla.8.

14 Verùm q̃a filius antedictus D. Camillæ, nedũ est eius hr̃s directus, sed ẽt fideicõmissarius ex testamento auito, quo eidẽ D. Camillæ in oĩb⁹ bonis, & tota hæreditate substitutus reperitur, licuit ẽt D.Vincentio noĩe eiusdem filij, hac de causa possessionẽ bonorũ fideicommisso subiectorũ ingredi propria authoritate, cũ nemo ali⁹ heres D. Camillæ existeret, de cuius manu capi deberent, & à quo restitutio aliqua re, vel verbo expectanda foret; quod aptè ꝓbatur in l. 1. §.si q̃s mortis. verſ.q verò. ff. quo lega.vbi oẽs
15 not.† quòd cohæres; qui ẽt est legatarius, aut fideicõmissarius licitè ingreditur ꝓpria authoritate possessionẽ rerũ legatarũ ꝓ ea parte, ꝓ qua hr̃s est, & ideo non põt eius cohæres vti aduersùs eũ eo interdicto, nisi ꝓ portione sua hr̃ditaria, vndè heres insolidũ rectè oĩum bonorum possessionẽ capiet. Tiraq.de cõri. possess. par.2. decla.10.n.3.ad fi. Plot.de in li.iu.§.3. num.22. post Dec. Corr. & alios relatos.

16 Sed, & sola voluntas hæredis consentientis licitum facit ingressum cuiuscumq; legatarij, vel fideicõmissarij d.l.1.in princ. à contrario sensu,
17 & in §.si aliter † ẽt si tacita sit, vt p Rip. ibi n.7. ex doctrina Bal.in auten.ex testamento.num.3. C.de secun.nup. & Menoc. de adipisc.poss.remed.2. nu. 33. multò magis ergo q̃n ipsemet fideicõmissarius est ẽt hæres grauati, licitus esse
18 dr̃ ingressus.† Et quòd generaliter ĩ oĩ casu, quo non põt de manu hæredis capi legatũ, vel fideicõmissum, licitũ sit ꝓpria authoritate accipere, & occupare, ꝓbatur ex doctr.Bal.in l.extraneũ, n.5.ac Saly.& Iaſ.n.5. C.de hæred. insti. Rom.
19 conſ.71.nu.1.in fi. † & alijs relatis per Menoch. vbi s̃.n.67.Quinetiã pluribus casibus ad ꝓposi-
20 tũ nostrũ facientibus † p missum est fideicõmissario vniuersali ꝓpria authoritate ingredi, & aduersùs heredẽ grauati se immitti petentẽ possessionẽ suã tueri, & defendere, in quibus illũ hẽt lex ꝓ legitimo cõtradictore, q casus videri possunt apud Scriben.in l.fi.C.de edic.di.Adri.tol. in l.pen.C.ad treb.Pariſ.conſ.12.lib.2. Bald. & alios in l.fi.c.de codicil. Gabr.in suis concluſ.tit. de fideic.concl.5. & latiùs Menoc. de adip. possess.rem.4 q.20.& d.rem.2.nu.25. in fi. Gozad. conſ.93.Ceph.conſ.49.Ioſ.Lud.decis.71. Si ergò vna, & eadẽ p̃sona erit fideicõmissari⁹, & grauati hæres vniuersalis, vt in casu nostro, multò magis, & absq; oĩ hæsitatione poterit, lege permittẽte, possessionẽ ꝓpria authoritate accipere, prout accepta fuit statim post mortẽ D. Camillæ, antequam aliquis alius ingrederetur.

His ergo stantibus, facilè est ad obiecta r̃ndere. Nam ad primum, à quo cætera oĩa pendent, de instrumento donationis factæ p D.Camillã, D.Io.Paulo, cũ reseruatione vsusfructus, & cõstituto, r̃ndetur, ius istud esse posterius, nedum vero cõstituto facto ad beneficiũ D. Vincentij, verumetiã iuri fideicõmissi p̃dicti facti ad beneficiũ filij D.Camillæ ĩ testamẽto D.Christophori Bazani aui materni; quorũ virtute licuit vtriq; possessionẽ capere vt s̃. ideo retorquentur potiùs cõtra D.Io.Paulum oĩa deducta, cũ ius anterius præualere debeat, vt iam diximus, & eius donatio sit posterior & instrumento dotali, & fideicommisso memoratis.

Verumtñ ad magis ẽt impugnandũ, & cõfundendũ ius constituti D.Io.Pauli, plura libet adducere, q̃ ius D.Alexandri pupilli, ẽt vti hæredis directi tantùm D. Camillæ mr̃is, iuri antedicto
21 aduersarij p̃ferunt, & anteponunt. † Et in primis p̃supponitur ipsum Alexandrũ ortum fuisse post donationẽ, q̃ nedũ portionẽ bonorum, sed vniuersa bona, & iura donatricis continebat,

vndè

vndè vulgatæ decisioni.l.si vnq̃.C.de reuo. do-
22 na. locus fit. † Cum p̄sertim de filijs suscipiẽdis ex D.Vincentio nihil appareat fuisse cogitatum ꝑ donatricẽ,quæ de alijs tm̃ suscipiendis ex alio marito,post mortẽ D.Vincentij cogitauit,& disposuit, reuocãdo donationẽ ꝑꝑ eorũ superuenientiã , si.n.liberos ex D. Vincentio suscipere cogitasset,idem verisimiliter de eis disposuisset,
23 † qñquidẽ ea vbiq; debet sumi interpretatio,vt inequalitas inter liberos euitet l.vt liberis.C.de colla.l.cum pater. §.euictis, de leg.2.l.fi.C.com. vtriusq; iud.Bal.in Authen.ex testamento,col. 1. C.de colla. Crau.conf.143.n.16.cum concord. Re vera aũt non cogitauit tunc tp̃is se suscepturam ex D.Vincentio liberos,nedum quia ab eo diuerterat aĩo nõ reuertendi, vt notoriũ est,sed ẽt quia per quãplures annos ipse in longinquis partib⁹ vixerat,& rei bellicæ vacans in cõtinuo vitæ discrimine versabatur,ideoq; de eius morte tm̃ mentionẽ facit in dictę donationis Instru-
24 mento non de vita,& liberis.† Hæc tñ, q̃ de cogitatione liberorũ dicta sunt, ommitti potuissent,ex quo præsumptio ꝑ filijs semper militat, quòd de ipsis donans non cogitauerit,& q̃ contrariũ dicit ꝓbare tenetur Bart.d. §. Imperator, col. pen. vers. quæro, quid si in dubio.
25 Insuper eò magis reuocata dr̃ donatio ꝑ filij superuenientiã,ex dispositione.l.si vnq̃,quia specificè non fuit illi renuntiatum in dicto instrumento, prout necesse fuisset ad eius effectũ submouendum, ꝑ ea q̃ tradit Rui.conf.173. nu.14. lib.1. Rip.d.l.si vnq̃.q.52.Caguo.l.1.n.40.C.de pac.& plenè Clar.in §.donatio.q.22.vers.tertiò
26 infertur. † Quam ẽt renunciationẽ nullo modo fieri posse , cum l.illa disponat in fauorẽ filiorũ, pleriq; tenent, de cõi attestantes , quos refert ibidem Clar.& Rui.inter quos videndus est oĩo Soci.iun.conf.137.num.1.2.3.lib.2.& nouissimè Cepha.conf.94.n.22.vbi innumeros citat,& de communiori, veriori, & æquiori attestatur.
27 Nec dubitandum quòd iuramentũ donationi adiectum reuocationem impedire queat,per tradita à Tiraq.in ea.l. si vnq̃ in p̄fat.nu.174. & Rip.in 3.q.Rui.d.conf.173.n. 14. vers. deuenio ad secundũ, & Clar.d.q 22.vers.stat ergo firma conclusio, qui de cõi fidem faciunt. Sed & si de liberis ex d. Vincentio suscipiendis cogitatum p̄supponeremus, & dispositioni. l.si vnquam in specie rñciatum, renũciationemq; fieri potuisse, & sic D. Camillam voluisse omnino donare D.Io.Paulo in p̄iudiciũ filiorum illius matrimo
28 nij , q̃ omnia falsa oñdimus, † certè alia ratione donatio adhuc reuocata, imò nulla ipso iure, & inualida censenda foret, ex quo donatrix tantũ sibi non reseruauit , quòd ꝑ legitima sufficeret, esset nãq; inofficiosa re, & consilio,& facta aĩo, & intentione priuandi liberos bonis suis ꝑꝑ extraneũ , quo casu nulla in totũ , & ipso iure redditur , quãuis si facta fuisset ad beneficiũ tm̃ alicuius ex liberis suis,vsque ad legitimã tm̃ reuocaretur. Hanc distinctionem tradunt Scrib. in l.1.vbi Bar.Sali. Ang. & Castr. de cõi attestans. C.de inoffi. dona. & in l.Titia. §. Imperator de leg. 2.vbi Bar. Bal.Imol. & Cuma. quã opi. magis cõem attestantur. Soci. iun. conf.67.nu.56. vol.2. Ias.in Authen. vñ.si parens , nu.16. C.de inoff.testam.Rom.conf.26.in 4.dub.& conf.95. in princ. & ibi Mandos. in addi. in princ. Bero. conf. 12.n.6.lib.2.& alij relati ꝑ Clar.d.§.donatio.q.24. vers. aut verò, quã , & ipse vti magis cõem amplectitur. Quocirca rectè possum⁹ hoc vti dilemate , quòd aut donatrix de filijs ex d. Vincentio procreandis non cogitauit, & reuocata est ipso iure donatio ꝑ filij superuenientiam, ex l. si vnquã, aut cogitauit, & voluit eos oĩbus bonis suis priuare donando ea extraneo,& tanquã inofficiosa pariter reuocatur, ex d.l.1.C.de reuoc.do. cuius dispositioni nullo pacto rñciari põt; ad hoc videndus est.Bar.in d.§.Imperator, col.pen.vers.quæro vtrũ. l. si vnquam. & Bero.
29 conf.49. n.50.vol.1.† Et sciendum quòd si plures essent donationes, quæ seiunctim inofficiosæ non essent, sed coniunctim tm̃, venient tamẽ reuocandæ, per d.l.1.cũ not. Rol.conf.1.n.123. lib.2. Verùm hoc remediũ inofficiosæ supfluum certè est in casu nr̃o, ex quo stantibus p̄missis, reuocatio indubiè locum hẽt ex dispositione d. l.si vnquam, vt in alio casu simili dixit Ceph. d.
30 conf.94.n.14. † Resoluto igr̃,& annullaio contractu donationis prædictæ,resolutum quoque fuit, & annihilatum constitutum in ea appositum, generale.n.est in oĩ contractu , præsertim qñ actualis, & corporalis possessio non est tradita, vt in nr̃a specie.l.si debitor,vbi glo.Bart.& cæteri Doct.depræca.Castr.cõs. 10. in prin.li.2. Tiraq.de iu.consti.limi.7.n.15.&40.vbi de cõi,
31 & limi.29. † Et in terminis donationis ꝑ superuenientiam liberorũ reuocatæ rñdit Dec. consil.366.n.16. atque Rui.conf.173.nu.19. vsque ad fi.li.1.& Grat.conf.50.n.52. 53.54.lib.1.cõcludentes donatariũ non posse ampliùs ex tali constituto , aut pacto executiuo ingredi ꝓpria authoritate possessionẽ bonorũ donatorũ , ꝓut ante reuocationẽ potuisset, idem tradit Tiraq. d.l.si vnquã,in ver.reuertatur,n.2.vers.ex quo,
32 & illud, & in d.tract.consti.lim.29. nu.4. † Nec ommittendũ , quòd donatarius sciens liberorũ superuenientiã , prout sciuit iste de quo agim⁹, non potest vlteriùs esse in bona fide, nec aliquo modo ignorantiã reuocationis prætendere, vt probat Rui. conf.106. nu.23. lib. 1. vndè inexcusabilis redditur oĩnò contrauentio p̄ræcepti
33 inhibitorij de quo supra. † Quinimo si de ipsa reuocatione tantũmodo dubitasset,vti non poterat ampliùs beneficio constituti ad ingrediẽdum propria authoritate. Grat. pulchrè d. consil. 50.

fil.50.n.26.27.28.& n.51.verf.minus quoque.

34 Præsertim verò, p̃cedente iam præcepto memorato, post q̃, stante solo dubio, vtrũ aduersarij possiderent, nec ne? abstinere debebat ab innouatione, & cum non abstinuerit, attentata commisit. Alex.conf.99.sub n.3.lib.5. Dec.consil.103.in fi. Mandof.d.tract.de inhib.q.29.in fi.

35 † Nam & regulare est in oĩ iudicis p̃cepto, de quo dubitari potest, an iustum sit, vel iniustum? vt p.p reuerentiam ei pareatur, aliàs mulctæ locus sit, Doct. in d.l.1.§. is videtur, vbi Cagno. n.8.ff.si quis ius.di. non ob. & in l.non videtur. §.q iussu. in fi.de reg.iu. Sed accedat, quòd p̃ceptum, de quo agimus, nedum prohibebat Dños Carissimos in sua possessione turbari, & inquietari, verùm ẽt p̃cipiebat D.Io. Paulo, vt via iuris ordinaria, illis vocatis, ageret, si quid in bonis prædictis prætenderet, in quo certè quidem inobediens fuit.

36 Inexcusabilis quoq; redditur ingressus D. Io. Pauli, ex proclamationibus gñalibus Serenifs. D.Ducis N. quibus prohibetur sub formidabili pœna, vltra iurium amissionem, nè quis propria authoritate ius sibi dicat, vel faciat, quarũ effectus est, vt qui aliàs colore aliquo excusari potuisset, p̃ simili facto nullatenùs excuseť. Menoc.de re͂c up.poss. rem.5.n.61.62.63. cũ cõcor.

Ex his colligitur multiplex solutio ad id, quod in vltima motiuorũ parte dicebatur, D.Io. Paulum ignoraſſe constitutum D.Vincentij, & propterea excusandum à pœna mulctæ, nam si & constitutum istud, & testamentum ẽt D. Chri-

37 stophori ignorasset, † non tñ allegare pôt ignorantiam natiuitatis Alexandri in Ciuitate notoriæ, glo. in oppositum citata in l.1.in ver. Latrones.ff.de recepta. bon⁹ tex.in l.regula. §.sed

38 facti.ff.de iu. & fac.igno. † & p̃sertim cum esset ei sanguine coniunctus per reg.l.octaui.ff. vndè cogna. eò ẽt maximè, q̃ a p̃ceptum ipsum transmissum fuit ad ipsius instantiam, & pro eius interesse, vt in eo legitur.

Sed neque ignorantia constituti, & testamẽti eum excusat, stante p̃cepto Iudicis, & proclamationibus, ob quorũ reuerentiam oĩnò absti-

39 nere tenebatur, vt p̃dximus, † quia dolo non caret, qui magistratui non paret.d.l. non potest dolo, de reg.iu. Bero.conf.120.n.33.lib.1. cum alijs latè deductis. Verùm quia parum curant Carissimi de mulcta, vt exorditi sum⁹, satis erit dicere, quòd nulla ignorantia iuuare poterit D. Burlatium, quominus reuocentur attentata,

40 & innouata, & reducantur in pristinum. † aliàs enim ignorantia illi prodesset ad acquirendum contra l.iuris ignorantia de iu. & fac. igno.& l.

41 quamuis.C.eo.ti. Imò ex inobedientia, † & delicto suo lucrũ sentiret, contrà l.1.cum not.ff.de

42 eo per quem fac.erit cum vulg. † Quoad nullitatem igitur actus euitandam prodesse non pôt ignorãtia, datò quòd p̃desse posset respectu pœnæ fugiẽdæ. Hercul.in tract.de attẽt.c.18.n.100.

43 Deniq; si aduersùs oĩa supradicta p̃supponeremus de possessione DD. Carissimorũ non cõstare, sed de detentione solummodò (q̃ àvero tñ distat, quã q̃ maximè) adhuc dico D. Burlatium nequiuisse propria authoritate hos deijcere, & priuare, sub p̃textu continuandi p̃tensam suam possessionem constitutariã contra Iudicis p̃ceptum pro eorum conseruatione transmissũ, & ideo in vitium attentatorum incidisse. Castr. in l.Aquilius.in fi. ff.de dona. Inno. in c.dilecti. de maio.& obed. Luc.de Pen.in l.si coloni.q.21. C.de agrico. & censi.lib.11. Neuiz.conf.80.n.3. oĩno videñ. & Lancel.de atten.par.3.c.24.q.6. n.11.cũ seqq & q.9.n.11.& latiùs,c.26.à n.25. vsq; ad n.31.& c.29.à n.86.vsq; ad num.95.& c.31.n.16.& est decis.Rot.13.nota quòd si cõstat aliàs 348.in fi. de resti. spol. in anti. & alia Bellem.101.si constat. quibus in locis ap̃tissimè probatur, quòd in iudicio attentatorum nõ est de necessitate p̃banda possessio, sed sola detentatio sufficit, & simplex status, in quo partes reperiebantur tpe attentationis, non habito respectu, an fuerit legitimus, vel illegitimus; & an

44 possessio fuerit iuris, vel facti, † & in hoc differre à cæteris remedijs restitutorijs, in quib⁹ possessio verè probanda est, non sola detentatio, vt per eos. benè etiam conferunt, tradita per Neuizza. conf.81.num.10.11.

45 Et hinc colligitur apertũ rñsum ad illud, quod idem tradit Neuiz.conf.82.n.13.cum seqq. q̃m possessio ibi erat vacãs, & à nemine detinebaẽ bona, q̃ ibi dr̃ propria authoritate occupasse ille Colonellus post inhibitionẽ, vt legiť n.29.& 30.

46 Item ibi non aderat copia Iudicis, ad quẽ recurri posset pro iustitia habenda, vt nu 33. quo casu p̃pria authoritate pôt quis ius sibi dicere, vt p eũ, & latiùs Bossi.ti.de pluri. viol.n.13.14.

Et eodem modo responderi pôt ad ea, q̃ scribit Lancel.in d.suo tract. par.2.cap.20. limit.9., vbi nullum fit verbum, quòd continuans possessionem suam possit detinentem expellere.

47 Idcirco idem Lancel. eod. tract. par. 2. cap. 4. in prima limit. princip. plures tradens limitationes ad dictam regulam, quòd continuans nõ

48 attentat, † illam inter cæteras ponit, sub n.70. vt nõ p̃cedat, quoties diuerso iure vult quis vti possessione sua, quàm antea vtebatur, & de cõi attestatur post Bero.conf.118. n.7.8.& 24. li.3. & de hoc est bona glo. in d.c.non solùm in glo. fi. circa med.ver.dic tñ, vbi dicit, quòd cõtinuãs possessionem post inhibitionẽ, vti debet eo modo, quo ante, & non aliter. tradit etiam Franc. in cap. cum teneamur, in primo not. de appel.

49 Cæterùm per cõstitutũ non habet quis detentionem, licèt ciuilẽ, & naturalẽ habere dicatur. Alex. in l. q̃ meo. n. 26. ff.de acquir.poss.post Bar.quem

Bar. quē citat Tiraq. de iu. conſti.par.1. num.3. verſ.illud aūt; ideo qui hēt conſtitutum, ſi vult ēt habere detētationē, dſ alio modo vti poſſeſ-
50 ſione q̄ ante.† Item vltra poſſeſſionē datur eius vſus, & exercitiū, q̄ in pceptione fructuū conſiſtit. Dec.conſ.400. n.8.ad ſi.& q habet poſſeſſionē ex cōſtituto, verè caret illius vſu, & exercitio, vt p eum. Vndè cum conſtitutarius bona occupat, vt fructus percipiat, dſ acquirere vſū, & exercitiū, q̄ non habebat, nimirū alio modo poſſidere incipit, q̄ antea poſſideret, & per con-
51 ſequens attētata cōmittit p ſupradicta.† Debet ergo inhibitus in eo ſtatu pmanere, quo reperitur, & nihil pænitus attentare. Lancel.d.c.20. in pſat.nu.11.12. non pp aduerſarij ius, q parū in hoc iudicio curatur, ſed pp legis, & Iudicis reuerentiam, vt iam ſæpè diximus, & benè declarat Lancel. d.c.24.q.6.n.12.13.14. & eſt de-
52 ciſ.Rot.2.aliàs 14.de reſti.ſpol.in no.† Vndè eſt quòd ēt inhibitio emanata ad inſtantiā intruſi, qui adeo legibus odioſus eſt, cauſat nihilomin9 attētata, vt idem Lancel. ſcribit d. cap.20. am-
53 pliat.26.† Item licèt ſpoliū ſit legibus odioſiſſimum. Bero.in c.in literis, nu.7. de reſti. ſpolia. cum concord. non tamen obijci pōt exceptio ſpoliationis agenti remedio attētatorū. Afflict. deciſ.98.n.4. Lancel.plenè par.3.c.24.q.7.odio nanq; attētatorum denegant iura ſpoliato reſtitutionem, qui aliàs fuiſſet ante oīa reſtituendus, vt per eundem Lancel.c.31.n.180.cū ſeqq.
54 SI igitur in quolibet actu facto contra inhibitionē pdictā, ſibi locū vendicant, quantò magìs in expulſione iſta violenta, tot hoīum armatorū auxilio, & miniſterio facta? cum ēt abſq; inhibitione iudicis, adeo abhorreat, l.actus huiuſmodi violentos, vt poſſeſſionē reſtitui mandet, ēt ei qui cū vitio poſſidebat ab ipſomet expellente, vt tradit Boſſ. in tit.de plurib. violentijs, nu.43.44. bonus tex. cum glo.in l.2.C.vnde vi. Bero. in c. in literis nu.71.72.73. de reſtit.ſpol. Menoch.de retinen.poſſ.rem.3.n.654. cū concord. Conferūt dicta Bar. & Scriben.in l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſucap. Propter quā violentiam incidit (vltra aliàs pœnas) in amiſſionem oium iurium, ſi qua habuiſſet in bonis inuaſis D. Burlatius d.l.2. C. vnde vi. Lancel. d. tract. c.31.num.212.cum ſeqq.& eſt in bannis prædictis gnalibus huius Ciuitatis expreſsè diſpoſitū, cap.29. Nec non, & in pœnā refectionis oīum expenſarum litis. Lancel. ibidem n.96.cū multis ſeq. Atque damnorum omnium, & intereſſe Dominorum Cariſſimorum. Lancel. eodem loco, num. 164. ad quæ omnia, vltrà reuocationem attentatorum, de iure venit condemnandus. Et ità ego ſi Iudex eſſem, proculdubio iudicarem. Pro Dominis Cariſſimis fuit iudicatum, & executum.

Conſil. Lud. Sacc.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria reo non datur in cauſa attentatorum ad ſe excuſandum, & defendendum, quando tam de ipſis attentatis liquet.*
2 *Etiam ſi de attentatis ipſis plenè non conſtaret.*
3 *Idē ſi actor incōtinēti parat9 eſſet pbare attētata.*
4 *Termini omnes ſubſtantiales in cauſa attentatorum ommitti poſſunt, quando iudici conſtat.*
5 *Atque omnis ordo iudiciarius.*
6 *Termini ſubſtantiales in omni iudicio regulariter ſunt quatuor.*
7 *Qui tamen in iudicio attētatorū ommitti poſſunt.*
8 *In quo proceditur quaſi manu Regia, & de facto.*
9 *Eſt tamē neceſſaria citatio, et pſonarū legitimatio.*
10 *Et datur repulſa teſtium, ſi per ſolos teſtes probata ſint attentata.*
11 *Repulſa tamen denegatur, quādo iudex animaduertit calumnioſè peti, & ad differendum.*
12 *Remiſſoria quoq; ob p̄ſumptā calūniā denegatur.*
13 *Inſtrumētum cui pars opponit, non dicitur concludenter, & notoriè probare.*
14 *Dilatio ad probādum datur regulariter, vbi de irreparabili praiudicio agitur, licèt aliàs denegari poſſet.*
15 *Fallit ſi ſubeſt euidens calumnia præſumptio.*
16 *Succumbens in iudicio attentatorum, pōt, purgatis illis, agere poſſeſſorio iudicio, vel petitorio, put ſibi placuerit, & obtinere, ſi ius ſonet.*

Pro eiſdem Dominis Cariſsimis.

EPITOME.

In iudicio attentatorum, nec remiſſoriam, neq; dilationem dari reo ad ſe defendēdum, qn̄ iudici de attentatis conſtat, vel de p̄ſumpta calumnia. Conceditur tamen repulſa teſtium, quando per ſolos teſtes probata ſunt attentata, ſed ob præſumptam calumniam denegatur. Succumbentem in iudicio attentatorum agere poſſe, poſt eorum purgationem, nedum petitorio, ſed etiam poſſeſſorio.

RESPONSVM XXXIII.

SI verum eſſet, quòd indiſtinctè daretur remiſſoria reo in oī iudicio attētatorū, procederet certè argumentū Ill. D.mei, quòd multò magis cōcedi deberet dilatio eidem reo ad ſe excuſādū, & defendēdū ab attētatis, q aueniret hoc in quādā cōſequētiā neceſſariā, iudex.n.remiſſoriā cōcedere nō poſſet, niſi termin9 ad aliqd pbādū pēderet, extra quē pbationes nō recipiunt, vt no-
1 tū eſt.† At aſsūptū nō ſubſiſtit, vt oretenùs dictū fuit,

fuit, qñquidē nō concedit remissoria reo in cā attētatorū ad se excusandū, & defendendū, nisi qñ de attentatis adhuc non liquet; quando.n. liquet, statim, & ante oīa reuocantur, nulla data remissoria, vt in allegata decis. Cassad. 4. in fi.
2 iūctis duabus p̄cedentib. in ti. de dila. † Quinēt si plenè de attentatis non cōstaret, idem seruā-
3 dum foret, vt per eum. † Imò dixit Vestr. lib. 6. cap. vlt. n. 2. hoc ēt extendi ad casum, quo actor paratus esset attētata incōtinenti probare; eius nanq; pbatio prompta recipienda foret, nō reē q̄ minùs prompta esset, & post receptam actoris probationē, denegaret reo remissoria. Quapp cum in nostra specie nedū prōpta sit D. Vincentij probatio, sed iam facta, & nedum impfecta, sed perfecta, & plena, p Instra publica, ac etiam aduersæ partis confessionē, nulli dubiū, quin simus in casu denegandæ remissoriæ; & cū pdictis concordat Hercul. in tract. attent. cap. 16. nu. 8. in fi. & n. 10. & Lancel. de attenta. par. 3. cap. 26. num. 116. 117. & seq. Cessat igitur argumentatio prædicta de remissoria ad dilationem, in terminis nostris, in quibus denegatur remissoria.
4 Nec mirum si denegatur & remissoria, & dilatio, ex quo oēs termini substantiales sacri Palatij ommitti pñt in cā attentatorū, quando iudici constat vt s. Rot. decis. 28. aliàs 765. de appel. in antiq. vbi de cōi * obseruātia fidē fecit, & decis. 11. aliàs 14. fuit dubitatū vtrū petenti. de resti. spol. in no. Vestr. lib. 8. in tit. vt li. penden. vers.
5 quòd si agatur. † Nec non omnis iudiciarius ordo potest ommitti. Hercul. d. tract. c. 14. n. 1. 2. 3. cū seqq. & psertim n. 16. vers. altera est via. Man. dos. in form. commiss. attenta. in vers. causam, & cās. vers. quoad primum, & vers. addo etiam. Lancell. d. tract. cap. 25. num. 28. cum seqq.
6 Et cum generaliter in oī iudicio quatuor saltē termini substantiales seruādi sint, inter quos est terminus ad articulandū, seu pbādū, vt p Vant.
7 de nulli. ex defect. pcess. n. 59. † in iudicio tamen attentatorū ommitti pñt, absq; nullitatis incursu, vt ipse Vant. paulò pòst subdit sub num. 63.
8 † Et dicit Hercul. d. c. 88. n. 14. quòd in eo pceditur quasi manu regia, q importat, vt procedi possit ēt de facto. Cagno. in l. 2. à n. 7. vsque ad n. 11. de orig. iu. quo casu certū est absq; pbationib. ēt posse ferri sñiā. Alex. cōs. 189. n. 15. 16. 16.
Nec obstant q̄ excellens D. Blondus in oppositū ppendit, & primò quòd citatio reqrat in iudicio attentatorū, qa nō seqtur ergò, & termin9 dandus est ad defendendū, psertim qñ iam cōstat de attentatis. Est nanq; necessaria citatio p legitimatione psonarū, q ita ī hoc iudicio, sicut, & in alijs reqritur. Hercul. d. c. 14. n. 11. & fusiùs Lācel. d. c. 26. n. 36. cum seqq. sed in casu nostro satisfactum fuit in hac parte, quia pars citata fuit, & personatum legitimatio interuenit.
10 Secundū nō obstat, quòd detur repulsa testiū, qñ hoc hēt locū, qñ p testes fuerūt pbata attētata; & rō est, quia si testes isti tales defectus patiunt, q fidē eis auferāt, nō poterūt dici pbata, & sic nō poterit dici cōstare iudici de attentatis, nisi post repulsā; secus ī casu nro, ī quo p Instra publica, & partisimèt cōfessionē liquet, & sic mi-
11 litat diuersa rō. † Vltra quòd denegat ēt repulsa qñ subest calūnia, & aīaduertit iudex ad differēdū potiùs peti, q̄ p reali testiū impugnatione, vt per Afflic. in opposiiū citatū, decis. 351. nu. 6. 7. In nra aūt spe nouit optimè Illust. D. Auditor quāta subsit calūnia, quātumq; studeat pars aduersa purgationem attentatorum subterfugere.
Tertiū de remissoria tollit ex iā dictis, cū non
12 det, qñ iā cōstat de attētatis, vt pbauim9, † sicuti ēt denegatur ob psumptā calūniā. Cassad. d. decis. 4. iūcta p̄cedēti. Vestr. d. c. fi. li. 6. n. 2. Hercul. c. 16. n. 12. 13. Lancel. d. tract. par. 3. c. 26. n. 115.
Ad quartū, de quali quali petitione necessaria in hoc iudicio, facilè rñdet, negādo cōsequētiā, quòd pp hoc terminus quoq; necessarius sit ad pbādū, maximè qñ iā constat iudici, & malitia psumpta subest vt s. Meliùs forsan īferri potuisset, quòd terminus ad rñdēdū dictæ quali quali petitioni cōcedēdus foret, sed in casu nro iā interuenit qualis qualis petitio, ac ēt rei rñsio, vt
13 in actis. † Et dū subdit D. Blondus instrm tenutę non pbare possessionē DD. Carissimorū, qa ei non acqescit, sed opponit D. Burlatius, ex traditis p Ceph. cons. 218. n. 7. rñdeo in primis nihil imò fuisse cōtra Instrm pdictū oppositum, vt ex actis liquet; minusq; opponi posse, cū sit solēniter factū; Probat ēt ex alio instro, dotali scilicet, ex decreto de continuāda possess. & ex testamēto D. Christophori Bazani, vt in alijs scriptis abundè demōstratū fuit. Vltra quòd nō est necesse pbare possess. p obtinēda reuocatione attentatorū, sed sola detētatio sufficit, vt ēt pbauim9 in eidē allegationib. exuberāter; q̄ de tentionē DD. Carissimorū nō inficiat D. Burlati9, sed potiùs fatet in suis exceptionibus. Ad id q vlt. loco deducit, vcz D. Burlariū non attētasse, nec innouasse, sed possessionē suā continuasse, iādudū fuit cōcludētissimè rñsum in solut. motiuorū Ill. D. mei, consequēter superest mı, vt ad expeditionē causæ p sperata iustitia deueniat.
14 Ad ea q̄ pleno calamo scripsit alter Aduocatus nihil inuenio respōsione dignū, nisi fortè, quòd de irreparabili ait piudicio D. Burlatij, p quo allegat Menoc. de recup. rem. 15. n. 334. Sed du-
15 plici rōne obiectū rectè diluit. † Primò psupponēdo euidētem calūniæ psumptionem, ex parte D. Burlatij, vt pdiximus, qua stāte, fatet ibidem Menoc. & n. seq. dilationē nō esse reo cōcedēdā, datò quòd de irreparabili piudicio tractaretur.
16 Secūdò negādo piudiciū irreparabile gnati per sñiā ī cā attētatorū, ēt si nō det ab ea appellatio, qñquidē reparabile est in alio iudicio nedū petitorio,

titorio, sed et possessorio, vt patet ex decis. Afflic. 352. in fi. vbi sacrũ Conf. post purgationẽ attentatorũ, iudicauit in possessorio ꝓ reo, qui attentata iã purgauerat, & possess. ei restitui mandauit, vnã cũ fructib⁹, ex quo bonũ ius fouebat. Sic igĩ post purgata attẽtata poterit contra Dominos Cariſſimos agere D. Burlatius, et possessorio iudicio, si de iure suo cõfidet, ꝙ nõ credo. Fuit pro DD. Cariſſimis iudicatũ, & executum.

SUMMARIUM.

1 *Bannitus in contumaciam, transacto tpe statuto ad eam purgandã, si postea cõpareat, aliqualis tamen ꝓsumptio delicti contra eum remanet, pp quam ex qualitate personæ poterit tormentis subijci, absq; alijs indicijs. & est communis opin.*

2 *Amplia etiam si ad nouas defensiones fuerit admissus, & sponte comparuerit.*

3 *Multò magis si captus fuerit, nam spontanea comparitio aliquid prodesse debet.*

4 *Limita vt non procedat vbi de delicto in genere non constat.*

5 *Stante statuto, quòd contumax habeatur pro confesso, debet tamen de delicto constare, aliàs ficta confessio non inducitur, & contumaci non nocet.*

6 *Confessio delicti vera non nocet, quã de delicto non cõstat, & ideo multò minùs ficta à statuto ĩducta.*

7 *Non tamen plena probatio delicti semper requiritur, sed per cõiecturas, & præsumptiones probari dicitur aliquando ad effectũ inquirendi; ꝓsertim in his, q̃ occultè fiunt, & quorum vestigia non remanent, vt furi sinè fractura, & nu. 16.*

8 *Coniectura sola aperiunt viam ad inquirendũ de furto, de quo quis querelatur, absq; alia inuestigatione delicti, & subinde ad inquirendum.*

9 *Maximè si q̃relans sit ꝑsona legalis, & bona fama.*

10 *Limitatur et cõclusio cõis sup. relata, vt non procedat quãdo inquisitio cõtra certã personã absq; legitimis indicijs, & sentẽtia quoq; in cõtumaciã processit; nam captus torqueri non potest. & quo hoc casu sint legitima indicia, & sufficientia ad torturam. vide num. seq.*

12 *Contumax, & bannitus vt sup. præcedentibus aliquibus, quæ animum indicis mouere possint contra reum, torqueri debet, nisi legitimam causam absentiæ alleget, & probet, & num. 30.*

13 *Vilis persona, & abiecta faciliùs torqueri potest in casibus prædictis, quàm nobilis, & honesta.*

14 *Querela sola damnum passi, q̃ sit persona honesta, facit iudicium ad inquirendũ de furto in genere.*

15 *Testes domestici, & aliàs inhabiles ad probandum furtum admittuntur.*

17 *Inquisitus legitimè, si contumax sit, rectè condemnatur, & bannitur.*

18 *Querela sola furtũ passi, qui sit ꝑsona legalis, aliquã aperit viam indici ad specialem inquisitionem, & quandoq; etiam ad capiendum personas viles, præsertim quando ingeritur pœna sanguinis.*

19 *Exiens de nocte de domo in qua furtum cõmissum dicitur, suspectus est de furto.*

20 *Famuli viles personæ solent plerumq; in domibus dominorum furari.*

21 *Domesticus, & familiaris domus in qua furtum commissum fuit, suspectus aliquando redditur, ita vt torqueri possit.*

22 *Fuga famuli è domo post delictum, facit contra eũ indicium, & quandoq; plenã probationẽ. ex cõi.*

23 *Supranomen turpe quandoq; pro inditio furti deseruit bonis iudicibus.*

24 *Præceptum pænale ad informãdum officiũ transmitti solet ei, qui leniter de delicto suspectus est, qui si contumax fuerit, mulctatur, nisi intra breue tempus comparuerit, & post intimatam mulctam, si non comparuerit, incipit contumax esse, ob quod nedum inquiri, sed torqueri potest.*

25 *Venisse non dicitur, qui non stetit.*

26 *Contumacia eius qui venit, & recessit, maior est, quàm eius, qui nunquam venit.*

27 *Fuga nil aliud est, quàm absentia à Ciuitate, seu loco delicti, post delictum.*

28 *Et est sufficiens inditium ad torturam præsertim diuturna ex communi.*

29 *Quia ex iudiciali confessione procedit.*

30 *Absentiæ causa legitima, & rationabilis esse debet iudicis arbitrio, vt reum à contumacia excuset.*

Ad mandatum Serenifs. D. Ducis Rainutij.

EPITOME.

Reo in contumaciam bannito, temporeq; ad eam purgandã trãsacto, si captus fuerit, & ad nouas defensiones admissus, an, & quãdo, & ex quibus indicijs torqueri possit? & ꝓsertim in cã furti?

RESPONSUM XXXIIII.

Dissentientibus quatuor Consiliarijs Ducalibus in ferendo voto sup tortura reo infrascripto inferenda, vel non? in mandatis habui à Serenifs. D. Duce explicãdi quorũ sñtię subscriberẽ; Parẽdo igĩ, sic iñdeo. † Illa opinio Nicolai de Mata. q̃ refert Bal. in l. 1. n. 13. in fi. C. de hęred. ĩstit.
1 Quòd bannitus in cõtumaciã, transacto tpe statuto ad eã purgãdã, licèt cõpareat ad effectũ illã purgãdi, aliqualis tñ ꝓsũptio delicti remaneat cõtra eũ, p p q̃ ex qualitate ꝑsonę possit subijci tormẽtis, sinè alijs inditijs ꝓ veritate delicti habẽda, cũ istud indiciũ sufficiẽs esse possit ad tormẽta ĩponẽda, passim tepiĩ à cæteris Doct. appbata; nã illã seqĩ Ang. in l. iniuriã. §. si qs decretus. de iniur. Homod. ĩ tract. Sind. n. 259. Castrẽ. in l. ra-

Consi. Lud. Sacc. R a

in l.raptores,n.8.C.de Episc.& cler.Iaco.de Bel uisi.i prac.Crim.sub rub. de crim.remiss.n.4.vbi, inqt,cõtumaciã hoc casu faeere semiplenã,pbatione.Dyn.in appost.ad Rayn. de Forli.in l.Diuus Adrianus, de custo. & exhibi. reo. Paris de Put.in tract.sindicat.ĩ ver.tortus, c.7.incip.seqr qstio quotidiana,n.15.Marf. in l.1.n.23. de qst. in pract.cri m.§.diligẽter,n.136.& sing.127. incip.ad torturã. Neuiz.consf.60. in princ.Mathe. Brun.in cõs.115.n.5.ĩter cõs.crim.diuers.vol.2. Brun.in tract.de indic.q.5.2.partis,n.7.Alcia.in tract.psumpt.reg.3.psup.22.in fi.Blanc.in repe. l.fin.n.293.de qstio. Cotta in suis memor. ĩ ver. bãnitus in cõtumaciã; vbi æterna memoria dignã asserit. Carrer. in prax.crim.ad l.obseruare curabis.§.circa quartũ.quaŕ,& qñ,n.25.est mihi pag.88.Arno.Comment.111. Foller.in prax. * crim.in ver.& si cõsitebunẽ,n.8.vbi *cõem attestaŕ.Gtãm.consf.crim.12.n.21. consf.45.n.53.& decisf.11.n.5.& decisf.74.n.50.Cason.ĩ sua prac. crim.trac.10.c.9.Bossi.ĩ ti.de indi.n.133.& seq. in tit.de banni.n.4.atq; in tit.de lr̃is Princ. in fi. Clar.in prax.q.44.verf.quæro, qñ reus,& latiùs * q.64. verf.sed nũqd, q de * cõi ẽt fidem facit,& obseruãtia Senatus Mediolani. Menoch. de arbitr.iud.q.48.n.7.& de psumpt.lib.2. psupr.70. n.14. vbi egregiã traditionẽ asserit Io.Mar.Mõticel,reg.crim. 10.n.25.Bonacoss.in suis comm. opin.criminlib. 1.in ver.contumacia citati.vbi * cõem dicit Vlpel.consf.105. n.2.& consf.13.n.1. lib.1.Mascar.de pbat.li.1.concl. 162.n.17.Cartar.in tract.de execu.sen.contum.c.1. n.225. & 275.atq; 452.cũ seq.& nouiss.Farin.q.11.n.20. * post multos relatos, q ẽt cõem * attestaŕ. Adeo quòd tã ex numero authorũ,q ẽt pluriũ attestatione, liqdò constat hanc esse cõem sñiã, & in 2 praxi receptã; † q plerique; ex relatis authoribus psupponunt in bãnito admisso ad nouas defensiones, vt videre est, imò & in spontè cõparẽte, vt signãter loqtur antedictus, Bald. post Matar, * in d.l.1.n.13.&Blãc.loco pcit.vbi.ẽt cõem * dixit,& seqŕ Cartar. d.n.452. Farin.d.q.11.n.72. 3 73. post plures citatos. † Vndè multò magis in capto locũ sibi vẽdicabit, ex quo spontanea cõparitio aliqd ei,pdesse dẽt ad tollendã cõtumaciã. vt in pposito considerat Farinac. eodẽ loci,sub n.20.ver.sed nũc iterũ,& n.seq.& meliùs n.77.vbi bãnitũ captũ torqri posse ex sola cõtumacia,& banno tueŕ; ẽt si bonã famã pbauerit; 4 † Veruntñ multifariã solet hęc cõclusio limitari; psertimq; vt nõ pcedat qñ de delicto nõ cõstat in gñe,vt legere est apud Foller.in d.ver.& si cõ 5 fitebunẽ.n.11. Boer.decisf.163.n.5. † Quãuis.n. ex forma statuti contumax p confesso habeaŕ, non tamẽ tollit hęc ficta confessio,qn de delicto aliũde cõstare debeat. Spec.ĩ rir.de accusf.par.3. §.fi. verf.sed pone.A.fuit accusaŕ,& ibi Io.And. in addi.Oldra.ĩ cõs.69.col.1.Marsi.in l.1.n.159. C.de rapt.virg. & in prac. §.postq̃.n.48. atq; in * consf.82. nu.40.Sylua.consf.50.n.5.li.1.ex * cõi. Rui.consf.68.n.5.in 5.Cæph.consf.241.nu.65.& 73.q cõem dicit,lib.2.Nat.consf.407.n.1.& ferè p tot.& consf.192.n.2.3.& consf.194.n.1.cũ seq. & n.14.Craue.consf.941.n.26. in 5. Bonacosf.in * suis com.in ver. cõtumax, vt possit * cõem attestãs Lauren.ab Occa.consf.60.n.3. inter consilia diuersf.rom.3.Becci.consf.11.n.7.Bursa.cõs. 225. nu.5. Arno.soliloq.53.& 79.Pase.cõs.188.Bertaz.consf.380.n.2.li.2.Decia.cõs.18.n.218.in 1. & cõs.96.n.19.ĩ 3.Gabr.com.opi.lib.7.cõcl.17. Plot.consf.32.n.32.& 34. Cartar.d.tract. cap.fi. n.137.&Farinac.q.2.n.7.verf.amplia hãc quin6 tã.† Et inter cætera hui' limitationis fundamẽta illud pcipuũ vr̃, quòd vera cõsessio nõ nocet Reo, qñ de delicto non constat,& multò minùs ficta nocere dẽt.Bal.in l.2.§.9 si actor.n.4.C.de iur.calum.Bñdict.n.1.Rainutius,in ver.mortuo itaq; testatore el.pri.n.162. & seq. multos alios referens de testam.Cartar.d.tract.cap.fi.n.141. & seq. Farinac.q.11.nu.35. & 62.

7 Cæterũm hic aĩaduertendum est, minimè necessariũ fore,quòd de delicto plenè constet,& p psectas pbationes; sed sufficere aliqñ,quòd aliquæ conjecturæ, seu psumptiones ipsius extent, psertim in his q occultè fiunt, & quorũ vestigia non remanẽt, vt est furtũ, sinè fractura. Bossi.in tit.de delicto. n.11.12.Clar.in prax.q.55. verf. quo aũr.Gabr.in suis com.li.7.concl.17. nu.14. Mascar.latè, concl. 830. p tot. & signanter n.7. Farin.q.2. n.14.15. quo loci post multos inuicẽ hac ĩ re pugnãtes Doct. relatos,hãc tãdẽ firmat 8 sñiã,† quòd conjecturæ solæ apiant viã ad assumẽdũ ĩformationes sup furto,de quo qs q̃relaŕ, absq; alia ĩuestigatione delicti,& subinde ad inq̃rẽdũ, & plures refert cõiecturas ad id sufficiẽ9 tes,† inter quas primo loco q̃relã furtũ passi ponit, si sit psona legalis, & bonę famæ,& de mr̃ia notabiliter loqtur. sub n. 16. distinguẽdo casus in qbus agŕ ciuiliter,vel criminaliter,& in causa criminali cõcludit vt §. vz q̃relam solã ad inq̃rẽdum sufficere, quis non ad torquendum, nec ad cõdẽnandum,& citat Marsf.Clar.& Mascard. quibus sufficiat remissio pro multis; de qua re etiam tetigerat pri. q.nu. 6.verf.& licèt Clar.

10 Limitari quoq; vr̃ cõis concl. §.firmata,in casu quo inq̃stio contra certã psonã absq; legitimis indicijs contra ipsã militãtib. & sententia ẽt in contumaciã processerit; nam tunc captus, nec torqueri quidẽ põt ex sola cõtumacia,& b ãno, vt in specie post longã disputationem cõcludit Foller. loco pcitato,sub nu.9.20.& 25.cum seq. 11 † subdens tñ,n.20. sufficere psumptiones,& cõiecturas de delinquẽre, licèt uon graues, & aliqualẽ psumptionẽ, licèt non plenã, nec requiri psecta indiria, sed talia tñ ex quib' animus Iudicis moueri possit ad expediendã citarionem;

12 Hanc

12 †Hãc quoq; limitationẽ sequit̃ & exornat Cartar.d.c.fi.n.133.cũ plurib.seq.Bertazz.cõs. 119. nu.29.& cons.462.n.6.in 2.Brun.cons.50.col.2. & 3.post Clar.in q.96.vers. sed nũquid debeat; & nouissimè Farinac.d.q.11. nu.38.39.concludens contumaciã, & bannũ absq; vllis prorsus inditijs,& ꝓbationibus non sufficere ad torturã rei, sed si aliqua extiterint, quantũuis debilia, & leuissima, & insufficientia ad transmittendam inquisitionẽ, eũ torqueri debere, nisi de ꝓbabili,& legitima causa absentiæ suæ doceat,& quare se banniri ꝑmiserit, ostdat; & hæc est practica, quã Mediolanẽs.Senatũ obseruare testatur. Bossi.de reis inquiren. sub nu.1. Quã in effectu approbat Blanc.supra relatus, n.293.dum in ꝓposito asserit cãm, & modũ absentiæ cõsiderari debere, & nisi appareat reum legitima de causa post delictum absuisse, torturã euitare nõ posse.

13 Solet quoq; in hac disceptatione distingui inter ꝑsonas graues,& leues,ac abiectas, ita vt illæ non facilè torqueant̃ ꝑꝑ contumaciã,& bannũ, istę verò sic. & sumit̃ huiusmodi distinctio, ex doct.Bal.in d.l.1. n.13.C.de hæred. insti. dũ ex qualitate ꝑsonæ ad torturã deueniendũ fore asserit;cuius dictũ à nostratibus passim relatum, & secutũ videmus;& ꝑsertim à Parid.de Put.in tract.Sindic.in ꝑallegato ver.totus, c.3.n.15.& Blanc.d.n.293. Menoc.de ꝑsumpt. ꝑsumpt. 70. n.14.lib.2.& expressim hanc firmat distinctionẽ Carrer. in prax.ad l. obseruare curabis. §.tertiũ inditiũ, nu.20.21.pag.mihi 52.quam in Regno ꝑsertim locum sibi vendicare tradit,in quo personæ viles torquentur, non graues in similibus.

Applicando nunc prædicta ad propositũ quæstionis nostræ,duo videntur principaliter inspicienda, Alterum an furti, de quo agitur,coniecturæ, & præsumptiones extiterint tempore quo inquisitio emanauit?

14 Alterũ verò an contra inquisitũ militauerint; ita vt contra ipsum in specie ꝓcedi potuerit? & quoad primũ, sufficere vr̃ q̃rela damnũ passi ex supradictis, cũ sit legalis ꝑsona,nobilis,& bonæ conditionis, tenens ad sua seruitia famulos, & ancillas, vt ex ꝓcessũ liquet,ꝑꝑ ꝙ non est verisimile conquęstũ fuisse falsò,& contra ius,& iu-

15 stitiã. † Accessit ancillæ depositio,ꝗ licèt aliquas pati posset obiectiones, animum tñ iudicis aliquantisper mouere debuit, cum ꝑsertim ad furtũ ꝓbandum testes domestici,& familiares,atq; aliàs inhabiles admitti soleant,ad Bart.in l.si qñ n.45.C.vnde vi.& Mascard.latè cõcl.831.n.35.

16 † Quia in delictis,quorũ vestigia non remanẽt, atq; in occultis, & difficilis ꝓbationis, cõiecturæ, & ꝑsumptiones sufficiunt, & loco plenæ ꝓbationis hñr, vt per eundem Mascard. abundè
* concl.830.nu.3.4. vbi de * cõi, & nu.3.& Farinac.d.q.2. nu.11. qui communem ẽt attestatur.

Ex quibus in eam deuenio sñtiam,quòd rectè

fuerit ꝑ officiũ criminalium processum ad inuestigandũ de delinquente, nè delictũ remaneret impunitũ, iuxta tradita ꝑ Bossi. in tit.de delict. nu.11. & seq. Clar. in prax.q.1. vers.scias tñ,& q.55.ver. qñ aũt, & Mascard.d.concl.830.nu.7. & ita ego pluries in hoc statu obseruari vidi, quòd ad solius etiam Dñi querelam,processum fuit ad iformationes,& ad inqrendũ suspectos.

17 Videndum est nunc, vtrũ ad specialem inquisitionẽ contra hunc Guarinonũ rectè deuẽtum fuerit,itavt contumax exinde condẽnari,& bãniri potuerit? stante.n.validitate inquisitionis, non dubitandum, quin condemnatio quoque, & bannum tenuerint. Rui. cons. 80. nu.4.in 4. Clar.q.44. vers. sed numqnid.

Pro affirmatiua igitur sentio, & infrascripta me mouent.

18 Primò, quærela ꝑdicta contra hunc directa, ꝗ aliqñ sola aperit viã iudici ad inquirẽdũ, vt firmat Clar.in sua prax.q.10.n.1.& 2. & qñq; etiã ad capiendũ,maximè ꝑsonas viles,& in delictis ꝓ quib⁹ pœna sanguinis ingerit̃, vt dixit Castr. cons.328.nu.1.lib.2.cuius dictũm cũ distinctio-
* ne cõiter * recipitur,vcz concurrẽte aliquali informatione, ꝗ iudicis animum moueat, adeo vt ad eius arbitrium res redigatur, vt latè per eundem Clar. q. 28. ver. scias autem, & Farinac. q.27.nu.115.& 120.cum seq.

19 Secundò, dictũ ancillę asserentis ipsũ de nocte exiuisse de domo. Quod pro aliquali informa-
* tione deseruit contra eũ ꝑ doct. glo. cõiter * receptã,in l.iurent,de sicar.quã refert cum multis alijs Blanc.d.tract.de indic.nu.198.& 419.Mascar. plures adducens, d.conclus.831.nu.1.

20 Tertiò, Me mouet qualitas personæ,quia vilis ꝑsona,& famulus;solent nãq; huiusmodi famuli furta de facili cõmittere, vt inqt Bald.in l.fi.post nu.4.vers.intex.ibi.C.de serui.fugit. Blãc. vbi s̃. n.424. Mascard.d.concl. 831.n.7. qui ab expto verissimũ asserit; ꝙ ego quoq; plusquam semel expertus sum, & affirmare possum.

21 Quartò, militauit ꝑsũptio cõtra ipm vtì domesticũ,& familiarẽ dom⁹, ĩ qua furtũ cõmissũ dr̃, qua sola ad torturã quoq; Iudex qñq; deuenire põt. Bossi.ĩ ti.de indic.& cõsider.añ tortu. n.67. Blanc. vbi sup. num. 114. pleniùs Mascard. d. concl.830. num.16.& concl.seq.n.15.

22 Quĩtò, Fuga eiusdẽ;licèt nõ plenè ꝓbata; cũ.n. deposuerit ancilla illũ de domo exiuisse,& nũq̃ ampliùs domũ reuersum fuisse,q̃d aliud poterit iudex coniecturari,ꝗ fugã, post delictũ? fugam aũt famuli è domo, indiciũ furti facere tritũ est. Blanc.n.423.cum seq. Mascard.d.concl. 822.in princ.& cõcl.831.n.6.imò secundũ aliquos ple-
* nã probationẽ; quorum opin.cõem * attestatur. Soar.in libr.com.opin.crim.in ver. fuga famuli.

23 Sextò, Mouere quoq; potuit Iudicis animum aliquãtisper turpe supranomẽ huius famuli, ꝗ

nũcupat, Padella, (ꝙ ab eo ꝓcessisse credẽdum est, quòd fuerit nimis gulosus. pauperes aũt gulosi. ad furta facilè descẽdunt, vt gulæ indulgeãt) ex turpi.n.noĩe sic imposito, indiciũ furti quãdoq; sumere boni iudices consueuere, vt dixit, Abb. in prohem. decret. post nu.3.& Feli.n.32. Cano.in c.1.in ver. Bellial. de deposi. Blanc. pręcitatus, nu.405. & Mascar.d.concl.831. nu.22. cum quatuor seqq.

24 Animaduertendũ est tñ D. Auditorẽ Crimin. Placeñ. ad inquireñ. ex ṗdictis, reum nõ ꝓcessisse; sed mitiùs agẽdo, tñmodo ad ṗcipiẽdum ipsi, vt cõpareret ad informãdũ officiũ sup dicto furto, sub pœna decẽ aureorũ, prout solet fieri, qñ leuia sũt inditia, & ad inqtendũ minimè sufficientia, vt ꝑ Clar.q.31.vers. itẽ q̃to. & d.q.64. vers. sed nũquid. sed qa contumax fuit denuò citati fecit ipsũ ad allegañ. quare mulctari; & cũ adhuc in cõtumacia ꝑseuerauerit, ipsũ mulctauit, nisi intra triduũ cõparuisset, decretũq; mulctæ eidẽ intimari fecit, q nihilò magis cõparuit, adeo quòd cõtumaciæ indicũ aduersũ eũ militare cępit; q̃ sola sufficiẽs fuisset, nedũ ad inquirendũ, sed ẽt ad torqueñ. vt in terminis firmat Clar. loco prox. citato; Vndè dubium pęnes me non manet, quin tunc tpis inqri, & contumax denuo effectus, condẽnari, ac banniri potuerit, put bannitus fuit; Consequenter igr, cũ nũc in fortijs venerit, & ṗsertim captus, torqueri põt per supra dicta; attenta maximè qualitate personæ abiectæ, iux. præmissa.

Tantò magis cũ admissus ad nouas defensiones nihil ꝓbauerit, quod absentiã, & contumaciã suã excuset, secundũ prædallegata. Quinimo constitutũ suum illum valdè grauat; qa fatetur habuisse notitiã ṗcepti ṗdicti, primo loco emanati, & adijsse Notariũ actuariũ, q ei dixit, quòd in ꝓtoriũ veniret, sed Parmã venisse ad visendũ filiam. Non.n. releuat accessisse ad actuatiũ, qa

25 accedere debebat ad iudicẽ, † nec satisfuisset venire ad eũ, nisi stetisset, & obtenta licentia discessisset. c. si quos aũt. 18. disti. & c. non est. 3. q.11. Bart. in l.q ante Calendas. de verb. oblig.

26 † Quin potiùs maior est contumacia eius, q semel comparuit, quòd eius, qui nunq̃. Bal. in l.1. in fi. C. quo. appell. non recip. Carrer. in pract. ꝓcitata, in §.sextus casus, n.11. est mihi pag.13. Causa verò à reo allegata, quare Parmã ꝓfect⁹ est tpe quo comparere debebat, est prorsùs insufficiens, & illegitima. Quis.n. sani capitis vocatus ad Iudicem ex causa furti, pro quo honoris, & vitæ periculũ imminebat, comparere statuto tpe desijsset, vt ad filiã videndã proficisceretur? equidem cõscientiæ potiùs stimulo ipsũ ductum quilibet prudens iudex arbitrabitur.

27 Cæterùm quia nedũ non comparuit; sed à loco delicti se absentauit, post dictum delictum, & ṗceptum habitũ, resultat vera fuga; ex quo nihil aliud fuga est, q̃ absentia à Ciuitate, vel loco delicti, post delictũ. Blan. d. tract. n.228. in ver. fuga. Clar. q.21. vers. fuga delinquẽtis, sub n.19.

28 † & est sufficiens inditiũ ad torturã, vt per eos, atq; Gram. decis.11.n.13. & Ias. in l. admonẽdi, n.169. in fi. cũ ꝑ multis alijs, per Mascar. relatis, * concl.829.n.1. cum seq. vbi de cõi,* ṗsertim, qa fuga fuit diuturna, ex traditis ꝑ Farin. d. q. 11.

29 n.73. † Et cum inditium istud, ex spontanea rei confessione iudiciali ꝓdeat, non dubium qn sit plenè ꝓbatum. l.1. & 2. C. de confess. l. qui sententiã. C. de pęn. Doct. in l.2. de confit. reo. Bossi.

30 de confess. in princ. cum vulg. † Nec ipsum excusat memorata causa absentiæ, cũ non sit probabilis, nec rõni consentanea. Bal. in l. in bonæ fidei, n.7. vers. modo sequit. C. de reb. cred. Mascard. latè d. concl.819. n.11. & seq. vbi à Iudicis arbitrio pendere concludit, an causæ huiusmodi per reos adductæ, ꝓbabiles, ac rõnabiles sint, nec ne? Ex ṗdictis ergo oĩbus votũ meum est reũ hunc ad purgãda inditia contra eũ militantia, torqueri posse, ac debere, saluo semper meliùs sentientium iuditio. Ita fuit executum, & reus fassus est delictum.

SVMMARIVM.

1 *Poena quæ partim fisco, & partim parti applicatur, facit cãm criminalẽ, quia pars dignior, & potentior trahit ad se minus dignam, & impotentiorem, secũdùm aliquos, & ideo appellationem non recipit.*

2 *Verius tamen est mixtum esse iuditium, cũ de ciuili, & criminali participet. & est communis, Nimirum datur in eo appellatio.*

3 *Pœna amissionis virium per legem nouam imposita turbanti aliquem in possessione sua, applicatur turbato, licèt expressum non fuerit.*

4 *Remedium. l. si quis in tantam. C. vnde vi. appellationem recipit.*

5 *Interpratatio quam lex diù habuit, sequenda est.*

6 *Cõstitutio Ducalis Parmæ, & Placen. cõcedens appellationẽ in causis mixtis (vbi aliàs de iure licita sit) intelligi debet, tã de mixtis rõne diuisionis pœnarũ inter Fiscũ, & priuatũ, q̃ ꝑp modũ agẽdi.*

7 *Turbata possess. indiciũ appellõnẽ de iu. cõi admittit*

8 *Appellatio à mulcta in causis merè criminalibus denegatur, in ciuilibus autem & mixtis, conceditur ex constitutione Ducali memorata.*

9 *Criminalis causa à mixta quomodo dignoscatur ex modo procedendi, & num. 11.*

10 *Turbata possessionis causa in qua turbans ius suũ amittit, habet admixtam proprietatis causam, & tali mixtura appellationẽ proculdubio recipit.*

11 *Libellus, seu q̃rela tẽdẽs principaliter ad priuatũ cõmodũ, reddit cãm ciuilẽ, q̃uis ex delicto oriatur.*

12 *Amplia ẽt si pœna aliqua fisco applicanda foret.*

13 *Si verò*

13 *Si verò aquè principaliter ad pœnā fisco applicā-dā, & priuatū cōmodū actū sit, mixta est causa.*

14 *Sed si à diuersis legibus diuersa pœna sint imposita, quarum executio spectat ad diuersos iudices, tūc corā uno non pōt tractari de utraq; principaliter.*

15 *Actio ciuilis cum criminali principaliter intentari non potest.*

16 *Iudex criminalis non pōt reum condemnare ad rei restitutionem, nisi ex propria confessione.*

17 *Causa, q̄ originē hēt à cōtractu, ciuilis iudicatur.*

18 *Præsertim quando actus factus fuit sinè vi.*

19 *Dispositio prohibens appellationem odiosa est, & strictè interpretanda.*

20 *Appellationi in dubio deferendum est, etiam in criminalibus, nisi expreßim reperiatur prohibitum.*

Ad mandatum Serenifs. D. Ducis Rainutij.

EPITOME.

Iudiciū turbatæ possessionis appellationem recipere, nedum iure cōi, sed etiam stante lege municipali puniente turbatorem pœna amißionis iurium, & aureorum centum Fisco applican̄. Qua in re abundè tractatur materia iudicij mixti ex ciuili, & criminali, & in quo genere præualeat.

RESPONSVM XXXV.

QVærelam exposuit corā D. Auditore Criminaliū q̄dā Nob. Parmeñ. contra eius fictabilē, quòd mobilia q̄dā è loco conducto abstulerit, & asportauerit; instans illū condēnari in pœnis debitis, & indēnitati suæ prouideri; & pfecto processu, condēnatus fuit iuxtà formā, cap. 29. pclamatum gn̄alium in scutis centum, & amissione iuriū, si quæ habebat, & vlteriùs ad ea ēt restituēda, & reponēda in eodē loco. Appellauit reus, & de nullitate dixit in forma, & reiecta appellatione per D. Auditorē, appellauit à reiectione, & preces porrexit pro causæ commissione.

Procurator Fiscalis se opponit allegās à sententijs in criminalibus causis latis appellari non posse per formā constitutionū Ducalium, & hāc esse criminalē, q̄a pœna dicti cap. 29. applicatur
1 Fisco, saltē respectu aureorum centum. † Nam licèt pœna amissionis rei pertineret ad turbatū (q̄ tamē in proclamate non exprimitur) criminalis nihilominus iudicari deberet; quia quādo pœna partim Fisco, & partim parti defertur, p̄ualet pars Fisci, vtì dignior, & trahit ad se minùs dignā, & p consequens criminale iuditium censetur, non mixtum; consequenterq; appellatio denegat̄. doctr. est Pract. Papi. in for. lib. de turba. possess. in prin. n. 4 Clar. in prax. q. 1. vers.

tertiꝰ ē casꝰ. Menoc. de retin. poss. rem. 3. n. 608.

¶ Quibus tamen minimè refragantibus.

Et tantò magis cum naturalis ratio vnicuique hoc suadere debeat, vt rectè concludit Aret. in d. cons. vlt. in fina. verbis inquiens. Interroget autem vnusquisq; seipsum, & conscientiã suam, secundùm rationem naturalem, quomodo consonat pietati paternæ, vt velit auferre hæreditatem filio, vel filiæ, & dare extraneo, vel coniunctæ personæ, quam minùs diligit, quàm filios, & tunc benè, & rectè in causa iudicabit. Enimuero naturalis ratio Iudicem magnoperè, & ante omnia mouere debet l. scire oportet, §. sufficit ff. de excusat. tut. cum cæteris allegatis per Cagnol. in l. in ambiguis, §. quotiens, ff. de regu. iur. & hæc pro responsione dubij in præsenti causa pro satis vrgenti adducti, sufficiant, quæ animũ Perillust. D. Iudicis mouere debere censeo; vt pro hac opin. iudicet, pro qua ego quoque indubiè iudicarem.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi non censentur dispositiuè vocati secundùm opin. glo. & quamplurium Doct. qui communem dicunt.*
2 *Contraria tamen opi. hodie magìs communis euasit.*
3 *Et est verior.*
4 *Atq; æquior.*
5 *Concurrentibus autem aliquibus indicijs voluntatis testatoris, quòd voluerit filios in conditione positos succedere, indubitata est opin. contra glo.*
6 *Imo qualibet leuis coniectura sufficit.*
7 *Coniectura vna est quando positus in conditione est de descendentibus testatoris.*
8 *Alia quando sub illa conditione vocauit personam, quam verosimiliter minùs diligebat, quàm filios instituti.*
9 *Alia quando substitutio est facta vltimo filiorum institutorum, & inuicem substitutorum morienti, & in vniuersa hæreditate.*
10 *Alia quando testator exclusit proprias filias certũ quid eis relinquendo.*
11 *Alia quãdo facta est substitutio cum clausula (vulgariter pupillariter. & per fideicommissum.*
12 *Alia quando testator ad plures substitutionũ gradus deuenit.*
13 *Plures autem ex his coniecturis simul iuncta rem faciunt clarissimam.*
14 *Bona fideicommisso subiecta indebitè alienata, possunt per fideicommissarium reuocari.*

Pro D. Ruberto de Pirouano aliàs de Casali, Pedemontano.

EPITOME.

Filios in conditione positos dispositiuè vocatos esse iuxta magìs communem modernorum sententiam, verioremq;, & æquiorem.

Quæ sinè vllo dubio procedit concurrentibus aliquibus coniecturis, quarum multæ enumerantur.

RESPONSVM XXXIX.

Dominus labia mea aperiat, vt in præsenti consultatione per rectas Iustitiæ semitas incedam.

D. Leonardus de Pirouano aliàs de Casali filios duos sibi hæredes vniuersales instituit Dominum Carolum, & Ioan. Franciscum; alio filio clerico, Dño Ioan. Baptista exhæredato, & Dominabus Corona, & Francisca filiabus tacitatis, & ab hæreditate exclusis, prædictos verò filios institutos quandocunq; sinè filijs decesserint, inuicem substituit, subindeq; vltimo sinè filijs quandocunque morienti, vulgariter pupillariter, & per fideicommissum prędictum Dominum Ioannem Baptistam exhæredatum in vsufructu omnium bonorum hęreditariorum pariter substituit, & post mortem Ioannis Baptistæ substituit filios, & filias antedictarum filiarum suarum in stirpes, & non in capita. Decessit primò D. Ioan. Franciscus absq; filijs, ita quòd casus primę substitutionis euenit, postmodum

decessit Carolus relicto Roberto unico filio, & hęrede, qui paternam hęreditatē cum beneficio l.& inuētarij adiuit. Verùm quia quāplura bona hæreditaria memorati testatoris Carolus ipse viuens alienasse præsupponitur, etiam vltrà legi
1 timam, & trebelleanicam, dubitatur vtrum† Robertus in testamēto aui vocatus sit, ita quòd ad bona prædicta aspirare possit virtute fideicommissi. Qua in re consulendo breuitati, & disputationem ad partes omittendo, & modernos tantùm citando, apud quos antiqui omnes allegati reperiuntur, concluſiuè dico, quòd mirū in modum controuersa est præsens quæstio, vt doct. passim ferunt, & præsertim Menoch. de arbitr. iud.li.2.casu 148. vtrùm Rubertus filius Caroli in conditione positus, censeantur in dispositione vocatus; in qua licèt glo. fin.l.lucius la 2.de hæredi.instit. quæ pro negatiua sensit, ab antiq. Doct. vt plurimùm ap probata fuerit, vt passim
2 traditum est, † nihilominùs si rectè dinumerentur, & ponderentur hoc tempore authores hinc inde, fortè verificabitur dictum Soci.iun. in con sil.158.num.70.71.& conſ.174.num.21.& aliorum ab eo relatorum, qui asserunt contrariam opi. hodie esse magis communem, nam re ipsa multùm dissentiunt à quinquaginta, vel sexaginta annis citra; quia omnes ferè Scriben. contra glo. tenuisse videntur, quos singulatim referre superfluum videtur, sed qui eos videre cupit, vnà etiam cum antiquis eandem opin. amplectentibus, legat Soc.iun. in vtroque consilio præallegato, Boer.decis.155.Clar.in §.testamentum quæst. 79. vers. contrariam verò Gabr. in suis conclusion.tit.de fideicomm. concl.4.vers. contrarium verò Port. Imol.in conſ.46.nu.19. & inter eiusdē consil.Gribal.conſ.40. & Decia. cōſ. 42. & 44. D. Odd. in tract. comp. substit. par.5. inspect.3.colum.3.pag. 170.Cepha.conſ. 251.num.72. vers. cōtrariam verò.Thob. Non. consil.31.num.5.& consil.32.num.8.Cardin.Alban.in consil.9.in princip. Et nedum istam opinion. referunt multi ex memoratis Scribent.
3 esse magis communem, † sed etiam veriorem in puncto iuris defendunt per tex. ineuitabilem in d.l. lutius, quem multifariam inducunt; alias etiam quamplures efficacissimas rationes allegantes, & inter cæteros acerrimè pro hac parte pugnantes videri possunt Cassan.consil. 14.Iustinian.ille num.70.vsq; ad fin.Barba. consil.27. colum.13.lib.1.& consil.55.num.7.Boer. d.decis.155. Socin.iun. in dictis consilijs, qui omnino videndus est, Odd.in d.tracta.loco præcitato à pag.170.vsq; 172.& Thob.in præallegato con sil.31.& 32.post relatos.
4 Equiorē quoque omnes ferè affirmant, etiam contrariam sententiam sequentes, teste Socin. d.consil.158.num.69. & Clar.d.quæst.77. vers. nihilominus quia contraria opin. vt omnes fateatur, est equior, atq; Thob.d.conſ.31.num.11. Cum igitur verior, & æquior opinio sit, quòd filij in conditione positi censeantur per fideicommissum vocati, quamuis contraria communis uideretur, erit tamen sequenda, ut per Socin. & Thob. atq; alios præcitatos quibus sufficiat remissio.

5 Cæterùm si vltrà conditionem prædictam aliqua concurrant indicia, & coniecturæ mentis testatoris, quòd filijs prędictis voluit hęreditatem relinquere, fatentur omnes, quòd dispositiuè vocati censeantur, vt per Socin. locis præallegatis post multos concord. quos citat Clar. d.q. 70.Alb.consil.87.num.10.Ceph.consil.251.nu. 43.li.2.Gabr.d.conclu.4.num.25. Odd. vbi supra in fi.Marz.in epit.de fideic.q.20.Tob.d.cōſ. 31.nu.13.& conſ.32.nu.9.

6 Quinimo quælibet lęuis coniectura dicitur sufficere ad tradita per Crauer. consil. 62.num. 6. post Corn. & alios relatos, Cott.in suis memor. in ver. filij in conditione positi. Soc. iun. in locis præalleg.& in consi.178.num.1.volum. 2. Cephal. d. consil.251.num.73. & 74. Thob. Non. d. consil. 31.num.13.& consil. 32.num.9. cum multis concord.ab his citatis, qui de communi etiam attestantur.

Verùm in hac nostra specie nedum vna, sed quamplures, & nedum lęues, sed vrgentissimæ concurrunt coniecturæ, quòd Dominus Leonardus testator filium istum in conditione positum, ad hæreditatem suam vocare voluerit post mortem eius patris, meritò extra omnem versabimur difficultatem.

7 Et prima illa sit coniectura, quòd cum ipse sit de descendentibus testatoris, videlicet nepos ex filio, credendum est eum omnino vocatum fuisse. Nam hoc regulariter l. præsumit, etiam si de illis nulla sit facta mentio in testamento per reg. l. cum auus.ff. de condit. & demonstrat. multò fortius quando expręssim nominati sunt, & in conditione positi. Ita enim argumentantur in terminis Salicet.in l.1. num.5. C. de condi. infer. Cassan. consil. 67. num. 23. Alexand. consil.185. num. 23. lib.2.Boer.decis. 147.num.17.& d. decis.155.num.21. 22. cum multis concord. Cur. sen. conſ. 51. colum.9.& 10. Cur.iun.conſ.87.num.8.vers.2. quia, Purpur.in l.1. colum.fi.vers. & ista ampliatio, C.de pact.Car. Alban.d. conſ.9.num.5.vers.accedat prædictis, & fusiùs in lucubra.suis ad Bart.in d. l.lutius num.3.

8 Secunda, quia Dominus Leonardus sub hac conditione, si sinè filijs, &c. vocauit personam, quam uerisimiliter minùs diligebat, quàm filios filiorū institutorum, idest alium filium exhæredatum, quemadmodum, & post eius mortem, alias etiam personas minùs dilectas substituit, uidelicet filios filiarum suarum ab hæ-

ab hæreditate exclusarum, & tacitarum. Hanc coniecturam existimo fortissimam, prout etiam existimant Anch. consil. 74. contra Philippum num. 2. in fi. Alex. consil. 64. colum. fi. lib. 2. vbi de communi Ruin. consil. 128. num. 13. in 3. Curt. sen. consil. 75. num. 4. Cur. iun. consil. 16. nu. 7. & consil. 143. colum. 4. Gozad. consil. 64. num. 4. Boer. d. decis. 155. nu. 21. Crauet. d. consil. 62. nu. 10. Alba. consil. 86. num. 12. & consil. 87 num. 12. Cephal. d. consil. 251. nu. 76. & quamplures alios referens. Gabr. d. concl. 4. nu. 13. & pulchrè Tob. Non. d. consil. 31. nu. 15.

9 Tertia, qa ista substitutio est facta vltimo filiorum institutorum, & inuicem substitutorum, morienri, & in vniuersa hæreditate, Gozadin. d. consil. 64. nu. 14. Manr. cōs. 115. col. 3. & post eos, Gabr. vbi supra nu. 43. Tob. d. consil. 31. num. 17.

10 Quarta, quia Dominus Leonardus filias proprias in testamento excludit, certum quid eis relinquendo, vt prædiximus; hinc colligitur mentis eius fuisse, vt hæreditas in filios masculos, & eorum descendentes conseruaretur, & per consequens filij ipsorum filiorum in cōditione positi censentur dispositiuè vocati, Rip. in l. centurio. num. 164. post Corn. & Cur. quos refert, de vulg. & pup. Crauet. consil. 130. num. 4. Thob. Non. d. consil. 32. num. 13.

11 Quinta, quia prædicta substitutio nedum facta compendiosè per verbum (quandocunq;) vt sic comprædendat vulgarem, & fideicommissariam, sed cum clausula (vulgariter pupillariter, & per fideicommissum) quo casu, vt vniformiter determinet iuxta reg. l. iam hoc iure de vulg. & pupill. & nè sequatur, quòd aliquo casu filij positi in conditione non possint admitti, etiam ab intestato, quod esset contra tex. d. l. lucius, & tradita ibidem ab omnibus, etiam sequentibus opinionem glo. dicendum est, quòd sint dispositiuè vocati, ita subtiliter, & doctè arg. Socin. iun. d. consil. 174. nume. 24. & sequen. & post eum Thob. Non. d. consil. 31. num. 14. & consil. 32. num. 12.

12 Sexta, & vltima sit coniectura, quòd testator duos gradus substitutionum fecit sub illamet conditione, si sinè filijs, &c. nam primò filios institutos inuicem substituit, & deinde vltimo ipsorum morienti substituit exhæredatum, cui etiam nouissimo loco aliam fecit substitutionem, vt prædiximus, quando igitur ad plures substitutionum gradus ita diuertit testator, clarum videtur, quòd filios positos in conditione vocare voluerit, vt per Anchar. d. consil. 74. nume. 2. in fi. Alexan. d. consil. 64. in fi. Rip. d. l. cētutio num. 163. Crauer. consil. 98. ad fi. & vltrà istos Cepha. d. consil. 251. num. 29. post Iason. Cur. sen. Cur. iun. Gozad. Cassan. Purpurat. Paris. Ruin. Grat. Mant. Soci. iu. & Boer. ab eo relatos, Thob. Non. d. consil. 31. nu. 15. Menoc. in consil. 85. nu. 22.

Consi. Lud. Sacc.

Ex his igitur coniecturis, licèt opin. glo. in l. lucius, aliàs sibi locum vendicare posset, nulli dubium esse debet, quin in præsenti casu iudicandum sit in fauorem D. Roberti filij D. Caroli Antonij vltimo loco defuncti, vt ad bona D. Leonardi eius aui paterni per fideicommissum vocatus sit.
13 † Et si singulæ coniecturæ non sufficere de per se dicerentur, ad voluntatem testatoris enixè indicandam, simul tamen iunctæ satis superq; sufficiūt, vt in proposito docet Grat. consil. 106. colum. penult. lib. 2. Crauet. d. consil. 98. in fi. Marzar. d. quæst. 20. Odd. d. tract. loco pcæcitato in fin. arti. Gabr. d. conclu. 4. num. 49. & secundùm eas intrepidè iudicandum est,
14 vt concludit Clar. d. quæst. 29. in fin. † Et quia bona hæreditaria alienata reperiuntur, vt ab exordio diximus, vltra legitimam, & Trebelleanicam, minimè ambigendum erit, quin ea repetere, & reuocare possit D. Robertus, quæ ab inde supra alienata fuerint per tex. in l. vlt. §. sed quia, & §. vltimo, & authen. res quæ C. comm. de leg. cum vulg. & in hoc non insisto, quia res caret omni difficultate. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Comes Palatinus, vel alius habens authoritatem legitimandi naturales, & spurios, potest etiam proprios legitimare ex Baldi, & nonnullorum sententia. Sed vide infra nu. 5. & 10.*

2 *Magistratui filiofam. permissum est adoptari, vel emancipari apud seipsum.*

3 *Iurisdictionis voluntaria actus est legitimatio; sed vide infra nu. 8.*

4 *Iurisdictionis voluntaria actus, si per Magistratum apud alium gerantur, nullius sunt momenti, & num. 9.*

5 *Comes Palatinus non potest proprium filium naturalem legitimare, vt sibi succedat, ex veriori, & magìs communis opi.*

6 *Legitimatio causa cognitionem requirit.*

7 *Imperator non potest concedere alicui facultatem legitimandi filios proprios naturales nascituros; nè ad peccandum inuitetur.*

10 *Princeps potest proprios filios naturales, vel spurios legitimare, non vt pater filios, sed vt Princeps subditos.*

S 2 EPI-

EPITOME.

Comes Palatinus non potest proprios filios legitimare, secundùm veriorem, & magis communem sententiam, quæ tamen controuersa est. Princeps verò potest; non vt pater, sed vt Princeps.

RESPONSVM XL.

INterrogatus à nobilissimo Viro, vtrū Comes Palatinus, vel alius authoritatem habens legitimādi naturales, & spurios, possit quoque proprios filios huiusce qualitatis legitimare?

1 Prima facie respondendum affirmatiuè credidi, memor.cap. per venerabilem,qui fil. sint legi. vbi Summus Pont. Regi Francorum id li-
2 cuisse asserit. † & l.si cōsul. de adop. vbi consuli permissum est, & præsidi filijs familias, adoptari, vel emancipari apud seipsos. Vndè infert ibi Bald.in prima lect. sub nu.8. ad quæstionem nostram; volens Com. Palatinum, & alios authoritatem prædictā habentes, posse filios proprios legitimare, & multò magis filios fratris, vel alterius coniuncti. Dixi tamen meliùs cogitandum fore. Ideo domum reuersus reperi, statim hanc opin. sequi Alex. in consil. 188. in princ.lib. 5.& Abba. in d.cap.per venerabilem, num.13. & pro eadem allegari, Ias. in l. qui iurisdictioni, nume.9. & in l. est receptum. de iurisd. omn. iud. Ioan.de Ana.in consil.29.in tertio dub.& Bolog. in addit. Marti. Lauden. in tracta. de legitimat. num.157. & Lud. de Sard. in simili suo tracta. sub rub. de legitimatis per
* rescrip. quæst.5.Doctores ita communiter * te-
3 nere asserentem. † Rationem autem assignant, quia cum legitimare sit voluntariæ iurisdictionis, potest quis per semetipsum eum actum expedire.d.l.si consul. cum gloss. in ver. filiusfam. vbi etiam Bald.nu.8.9. vers. quartò ista regula,
4 † Quinimo dixit Ias.d.l.est receptum.num.7.8. actus volontariæ iurisdictionis, si per Magistratum apud alium gerantur, nullius esse momen-
* ti, secundum communem * opinionem. Ex qua ad casum nostrum infert, tenens Comitem Palatinum apud alium similem Com. filium suum naturalem nulliter, & inualidè legitimare.
5 Contrarium tamen quamplures maximæ authoritatis Doct. tenuisse animaduerti, & in primis glo. in d. cap. per venerabilem. in ver. Regi. quæ voluit posse quidem filiū apud patrem legitimari, vt alijs succedat, non tamen vt ipsi patri. quam gloss. sequuntur Hostien. Butr. & Cardi. & pro hac opin. pulchrè consuluit Anchar. consil.320. primum dubium, num.5.vers. contrarium credo. vsque ad fin. quampluribus rationibus, & argumentis tuetur. Eandem tenere videtur Ioan. de Ana. in oppositum citatus, dum sustinendo legitimationem,de qua ibi tractabatur, dicit factam fuisse ab Auo, non à Patre, & per consequens cessare odium, quod contra hunc, ratione incontinentiæ, militabat. Sed pleniùs cæteris, quos viderim,sententiam hanc defendit Soci. in consil. 95. lib. 4. vbi ad partes arguit, contraria omnia tollit, atque sub
* num. 11. communem, * & veriorem attestatur. sequitur Lud. de Sard. loco præcitato, vbi post argumenta ad vtranque partem,hanc amplectitur opi.& Dec. in d.l. qui iurisd. num. 15. atque in cap. ex literis, num. mihi 53, de probat. post alios quos citat,& Franc.Cur. in addi. ad Alex, in d. l. est receptum. in ver. Parem. Nauar. in cap. Nouit, in 3.notab. nume. 37. de iud. Nec dissentire videtur Ias. in d. l. qui iurisdictioni, nume.9. ex quo opinionem istam vltimo loco refert, & contraria procedere inquit in actibus iurisdictionis merè voluntariæ, in quibus causæ
6 cognitio non requiritur, † prout requiritur in legitimatione, per l.si pater, in fi. de adopt. cuius opi. sequitur ibidem Zas. num. 16. & quòd causæ cognitio requirat in legitimatione,quando Comes Palatinus vult legitimare, probat egregiè Dec. consil.179. nume. 2.3. post Rosel, & alios quos refert Bero. consil. 176. nume.45. versic.alia quoque, & num. seq. Et sic videtur
* ista opin. magis communis, * quæ validioribus etiam rationibus nititur,relatis ab Ancha. Io. de Ana. Soci. Sard. & Ias. in locis proximè citatis, atque ab Ant.de Rosel. in tract. de legitima. sub rub. de causa materiali legitima. nume. 12.13. quorum dicta recensere superfluum existimo.
7 Sed illa præsertim ratio arridet, quòd facultas legitimandi,si ad proprios illegitimos extenderetur, esset contra bonos mores canonicos, & nutritiua peccati; maximumq; incōueniens esset, quòd pater, qui peccauit, maculam suam posset propria authoritate abstergere, & abolere, non recurrendo ad superiorem. vt considerant Ioan. de Ana. num. 3. Ancha sub nu.5. Soci.num.8. & Sard. num.6. Arguentes, quòd sicut Imperator non posset alicui specificè facultatem concedere proprios filios naturales,& spurios procreandos legitimare, nè ad peccandum inuitaretur, ita & multò minùs sub generali concessione, id permissum intelligi potest. ad quod vltra per eos deducta, videri potest. Bald. in l.eam quam. num.33.C. de fideicom.

Apud eosdem etiam authores multiplex sumi potest responsio ad argumentum prædictum de volontaria iurisd. & pſertim illud procedere in ea,q̄ sine causæ cognitione exercet,ex mēte Ias. vbi s. & illud cessare vbicunq; vrgētiores ratio-

nes in

æes in oppoſitum militant, vt reſpondet Socin. d.conſ.95.nu.12.

Ad tex.in c.per venerabilem reſpondet Aneh. d.conſ.310.in fi.procedere in Rege Franciæ.qui ſuperiorem non recognoſcit; cui multa licenr, quæ alijs non licerent; & re ipſa probat ille tex. ſpeciale eſſe, vt non tanquam pater filium, ſed tãquam Princeps ſubditum ſuum legitimare va leat. Vndè Abb.ibi nu.13. & alij Scrib.not.Prin cipis priuilegium illud eſſe.

Bal.authoritas in d. l. ſi conſul.curanda nõ eſt, quia communi opin.repugnat,ita reſpõdet Soc. d.conſ.95.nu.11.

Alex.d.conſ.188.in prin.perfunctoriè loquitur, & impremeditatè, vt ipſemet præfatur, Bologn. in addi. ad Ana. de Principe loquitur, ex quo fundat principaliter dictnm ſuum in d.c. per ve nerabilem(& in opi.Anc.qui cõtrarium tenet,) vtſupra.

Iaſ.in d.l. qui iuriſdictioni. communem * potiùs amplectitur ſententiam, vtſupra viſum eſt,
8 † & ad id quod idẽ Iaſ.ſcribit in d.l.eſt receptũ, quòd actus voluntariæ iuriſdictionis apud aliũ nulliter expediantur ab eo, qui facultatem taliũ actuum expediendorum habet, poſſet primò reſponderi concluſionem illam, quam communẽ dicit, multos habere contradictores, & quidem maximę authoritatis, quos ipſemet ibi refert,& ante eum Alex.ſub num.4.pro quibus ſtat,l.1.in fi.tit.de offi.conſul. Item reſponderi poſſet legitimationem abſolutè non eſſe voluntariæ iuriſdictionis,ſed de contentioſa participare, quod colligitur ex d.c.per venerabilem,§.inſuper, dũ vult talem iuriſdictionem exerceri à Principe in ſubditum,& in §.ſeq.vbi tractans legitimationis materiam,inquit Summ.Pont. ſe temporalẽ quoq; iuriſdictionem,caſualiter extra Patrimonium eccleſiæ exercere, & quòd de contentioſa participet, ſuaderi quoq; põt ex relatis ꝑ Ant. Roſel.d.tract.de legitim. li.20. cap.1.nu.9.10.
9 † Deniq; reſpondetur concluſionem illã ꝑ Iaſ. relatam loqui de magiſtratu, qui non ſolũ voluntariam, ſed ẽt contentioſam iuriſdictionẽ exercere poreſt, vndè inconueniens videreẽ, & contra honeſtatem,& dignitatẽ ſui imperij. vt alienæ iuriſdictioni ſe ſubijceret in eo quod per ſe ipſum gerere poſſet; quam rationẽ perpendunt Scrib.in d.l.eſt receptũ,teſte Alex.ibi ante nu.5. At ceſſat huiuſmodi ratio,& inconueniẽs in Comite Palatino, qui contentioſa regulariter caret, ergo ex dicta concluſione ad caſum noſtrum nõ benè infertur. Sed quicquid de hoc ſit, ſatìs eſt illationem illam communi * ſententię repugnare, quam ipſemet Iaſ.in d.l.qui iuriſdictioni. approbauit, vtſupra dictum eſt.

Io.de Anan.in contrarium adduci non meruit, cum pro hac opi.potiùs teneat, vtſupra.

. Marti. Laud. ex aduersò citatus, remiſſiuè tantùm loquitur,& non benè figit pedes; Imò dum ſe remittit ad Ana.d.conſ.29.potiùs ſententiam probat per doctri. Bar. in l.non ſolum, §.liberationis,de libera. lega.

Lud.de Sard.licèt dicat Doct.communiter tenere, fundat ſe in d.c.per venerabilem, §. inſuper, qui loquitur in Principe, in quo diuerſum ius ſtatuitur, vt infra proximè dicemus, & ſecũdum ius allegatum intelligi debet vtſupra, in alijs autem legitimandi poteſtarem habentibus contrarium expreſsè tener, vt retulimus.

Concludendo igitur, vera,& communis videtur ſententia, quòd habens legitimandi facultatem, non poteſt ex ſe ipſo proprium filium naturalem, vel ſpurium legitimare.

10 Verùm hanc limitari intelligo in Principe, & Principis authoritate fungente, & ſuperiorem non recognoſcẽte, q in propria quoq; cauſa cognoſcere, & iudicare poteſt. Is namque filios ſuos legitimare poterit, non vtì pater, ſed tanquam dominus ſubditos, vt ad litteram legitur in d.c.ꝑ venerabilem,§. inſuper vbi Abb.num. 13. & alij Canon. notant, teſte Socin. d. conſil. 95.num.1.verſ.pro hoc,& nu.10. Hanc etiam limitationem probat, Anch.d.conſil. 220.in fin. Ant. Roſell.d.tract.Rub. de cauſa materiali legitimat.num.12.verſ.In contrarium,& Ludou.de Sard.d.tract.Rub. de legitimatis per reſcriptum quæſt.5.num.6.Deci.d.conſil.579.num.3. Diuerſitatis autem rationes inter Principem,& Comitem Palatinum in hac materia notoriæ ſunt, & apud proximè citatos authores legi poſſunt, quas referre ſuperfluum ducimus. Iunctis igitur eorum authoritatibus, qui Comitibus, etiam Palatinis facultatem prædictam tribuunt, cum his qui ſoli Principi eam concedunt, res omni caret difficultate, quo ad ipſum, licèt quoad alios ſecus (meo iudicio) reſpondendum ſit.

Stabit ergo regula, quòd habens legitimandi facultatem, non poterit proprios filios naturales, aut ſpurios legitimare, & antiquis natalibus reſtituere; Sed limitabitur in Principe,& principis authoritate fungente, qui non tanquam pater in filios ipſos, ſed tanquam Dominus in ſubditos ſuos munus hoc validè explere poterit per ſupradicta,& hanc reor eſſe veritatem. Saluo tamen ſemper, &c.

Conſil. Lud. Saec.

SVMMARIVM.

1 *Raſcriptio in incorporalibus non currit niſi contra ſcientem, & patientẽ, quia aliter poßideri non poſſunt, ex communi.*

2 Quod ampliatur procedere etiam in immemorabili præscriptione.
3 Ignorantia eius præsumitur, qui in alterius locum succedit.
4 Præscriptio cõtra fiscum Principis debet esse ad minus quadragenaria.
5 Fiscus sine causæ cognitione, aliquem sua possessione priuare non debet.
6 Consiliarij Principis cauere debent, nè potiùs deceptores sint, præsertim in alteratione monetarum.
7 Principes qui monetas mutant in sui commodum, peccant mortaliter, & ad restitutionem tenẽtur, & in foro pœnitentiali astringuntur, sicut, & pro nouis pedagijs.
8 Princeps habens regalia, potest monetas mutare iusta de causa, & causa iusta dicitur si populi consensus accedat, de cuius commodo, & interesse tractatur.
9 Si verò populi consensus desit, controuersum est an possit?
10 Nam pro negatiua multi tenent, & de consuetudine Hispaniarum, & de communi attestantur.
11 Affirmatiuam verò alij amplexi sunt, & de magis communi, & de consuetudine Galliæ fidem faciunt.
12 Quæ facultas Præsidi quoq; Prouinciæ concessa videtur.
13 Opiniones autem conciliari posse videntur, vt populi consensus non ad authorandum, sed ad iustificandum alterationem monetarum requiratur, vel quod iusta causa, quæ requiritur in hoc, verificetur, vt absq; populi præiudicio fiat, quod idem videtur importare.
14 Aurei valor auctus quibus ex causis procedere possit? & nu. 18.
15 Debitor non morosus potest de currenti moneta soluere, licèt valor extrinsecus auctus, vel diminutus fuerit.
16 Princeps cuius facto auctus fuit auri valor, tenetur accipere pro suis creditis de currenti moneta tempore solutionis, nullo habito respectu ad antiquam.
17 Peritis in arte standum est pro valore monetarum dijudicando.
19 Moneta qualitas contractus tempore currens attendenda est, & si deterior est effecta, solui tamen debet debitum de illa antiqua, vel de noua ad æstimationem antiqua.
20 Contrarium tamen nonnulli tenuere, & malè, & contra communem.
21 Fallit tamen vbi contraria consuetudo vigeret.
22 Etiam si non sit præscripta, modo sit decennalis, cum scientia superioris.
23 Fallit quoque stante statuto contrarium disponente.
24 Statutum prohibens meliorationem monetæ peti, vt est Parmæ, intelligi debet de augumẽto extrinseco, non verò de intrinseco.
25 Statuta non ligant statuentes ex communi, nec Principem.
26 Creditor recipiens solutionem annuam in moneta currenti, etiam deteriorata, per triginta, vel quadraginta annos, tenetur quoque in futurum recipere, ex communi, quod intelligitur, si bona fides recipientis, & scientia soluentis concurrit, vt præscriptioni locus esse possit.
27 Ampliatur etiam in casu quo in contractu nõ fuit expressum de qua moneta sit soluendum, & solutiones subsecutæ fuerunt in moneta vsuali, etiam variata, quoniam sic declaratum fuisse dicitur de qua contrahentes senserint.
28 Præscriptio verò immemorabilis soluendi vt supra, multò magis soluenti prodest.
29 Præscriptio etiam immemorabilis, aduersus Principem non currit in his, quæ ipsi reseruata sunt in signum superioritatis, & obedientiæ.
30 Contrarium permulti tenent, & communem, ac magis communem, veriorem q; attestantur.
31 Reseruata verò in signum priuilegij, seu potestatis principalis, & Regalia omnia, præscriptioni immemorabili subiacent absq; dubio, & est cõis.
32 Vectigalium, & daciorũ immunitas præscribitur.
33 Principis res, & iura sunt quinq; specierum, quæ enumerantur.
34 Census qui Principi soluitur, est de his, quæ in signũ superioritatis, & obedientiæ debentur.
35 Contrarium tamen concludunt Scribentes in censibus, qui hodie Principibus soluuntur, licèt olim de eo, qui Imperatori soluebatur, & de tributo secus indicaretur.
36 Præscriptibilis igitur census Principis, sicut alia ipsius iura, prout taxa equorum, census salis, Dobanna, indictiones, & supindictiones, & alia similia.
37 Non entis nulla sunt qualitates.
38 Præscriptio contra Vniuersitatem currit propter Administratorum negligentiam.
39 Præscriptio capta contra aliquem, perficitur cõtra successorem, coniungendo tempora vtriusq;, quæ dicitur accessio.
40 Et locum habet tam actiuè ad beneficium præscribentis, quàm passiuè contra successores, et priuilegiatos, vt minores, & alios.
41 Censũ, & tributum, aliasq; præstationes Princeps recipere tenetur in vsuali, & currenti moneta.
42 Secùs in alijs eius creditis à contractu procedentibus.
43 Præscriptionis initium probari debet, ad hoc vt tẽpora ipsius rectè dinumerari possint.
44 Augumentum monetæ ei prodesse debet, cui diminutio damnum allaturum fuisset, & è contra.
45 Aurei valor si tantum cresceret, etiam propter monetarũ deteriorationẽ, aliũde, q̃ à Principe procedentẽ, vt dacia, & redditus ipsius ad nihilũ ferè reducerentur, posset ipse recedere à cõsuetudine, et pscripta, accipiendi de currenti moneta tẽpore solutionum, et ad valorẽ tẽporis cõtractus redire, quia

quia non debent Dacia ipsa, & Gabella esse elusoria, & infructuosa.

46 *Amplia etiam in priuatis, & stante pacto de soluendo in currente moneta tempore solutionis, nam si adeo cresceret aurei valor, vt æstimatio ab vna parte iniquitatem pareret, & res ipsa ad infinitatem quandam reduceretur, vel annihilaretur obligatio, rigor ipse temperandus veniret.*

Ad Serenifs. D.D. Alexandri Farnesij, Parmę, & Placentiæ Ducis mandatum.

EPITOME.

In præscriptione incorporalium Principis, quæ requirantur? & præsertim in his, quæ ipsi reseruata sunt in signum superioritatis, & obedientiæ, vel priuilegij, aut potestatis principalis? cum notabili distinctione quæstio deciditur.

Princeps an, & quando monetas cum populi, vel sine populi consensu mutare, & alterare queat? Qua in re dissentientium opin. conciliantur.

Princeps, aucto monetarum valore, vtrum dacia, & alios redditus suos exigere teneatur de currenti moneta, vel antiquam petere possit, uel nouam ad æstimationem antiquæ, longa distinctione declaratur: & aliquæ etiam limitationes examinantur.

RESPONSVM XLI.

THema tale est. Tenebantur olim de anno 1546. Ciuitates Parmæ, & Placentiæ versùs Illustrifs. & Excellentifs. tunc Ducem suum Petrum Aloysium Farnesium ad solutionem annui subsidij scutorũ quindecim millium pro qualibet ipsarum, ad stantiuas militum, ac ẽt Ciuitas Parmæ ad annuũ censum aliorum decem millium, à quib⁹ omnibus liberari cupientes assignauerunt, & insolutũ dederunt eidem Illustrifs. & Excellẽtifs. D. Duci nõnulla vectigalia, seu dacia, atq; taxas equorum, & bancas notariorum, in contractibus superinde celebratis expressa, & expressas, exigi p Cõmunitates solita, & solitas annuatim in moneta pro tempore currenti, & huiusmodi cessio, & assignatio facta supponitur ad omne lucrum, & periculum Ducalis Cameræ. Tunc temporis autem valebat scutum libras quinq;, & solidos quindecim, nunc autẽ ob mutationem monetarum subsequutã, valet in Ciuitate Parmæ libras septem, & vltra, in Ciuitate verò Placentiæ libras sex, & solidos sex, adeo quòd cum Ducalis Camera, datia, & taxas prædictas exigat de moderna currenti monera, nõ pcipit tot scuta quot tempore contractus percipiebat. Quinimo datia nonnulla per Ciuitatem Placentiæ assignata non exigit, nec vllo modo percipit, eiusq́ue rei causa ignoratur. Conquæruntur itaq; Domini Camerarij, & de opportunis, atq; legalib⁹ remedijs quærunt, vt Serenifs. D. Ducis Alexandri in Ducatu prędicto successoris, indemnitati succurratur? Et quia eius celsitudo ab hoc suo Ducali Consilio votum pro iustitia expetiuit, exhibitis etiam nonnullis Doctissimorum virorum respõsis, qui in contrarias iuere sententias. Nos Serenifs. atq; Colendifs. Domini nostri iussis libenti animo (vt par est) parere volentes, cupientesq́;, visis, ac perpensis vtriusq; allegationibus, ac facti specie, rectè examinata, incipiendo ab his datijs Placen. quæ hodie non exigũtur, quæ per triginta, & quadraginta annos exacta non fuerũt, adeo vt de præscriptione dubitari posse videaẽ, nos aduersùs Principem præscriptum non arbitramur; nam ommissa pro nunc eorũ opinione, qui tenuerunt, quòd in illi reseruatis, immemorabile tẽpus requiratur; aut quòd nullo ẽt tẽpore pscribatur iuxta aliorum sententiã, de quibus

1 latiùs infra agemus, † certè ipsius saltem sciẽtia, & patientia erat necessaria in præscriptione, cũ de incorporalibus tractetur, quæ aliter nequeũt possideri, l. 2. C. de serui. & aq. l. quotiens la 1. §. fin. & l. quotiens la 2. de serui. vbi Bart. & Doct. Bar. in l. 1. §. deniq; de aq. pluu. arcen. Abb. in c. de quarta ad fin. & ibi Feli. nu. 41. de præscript.

* qui de communi * attestatur, & vti cõem amplectitur, Didac. in reg. possessor. par. 2. in princ. nu. 8. cum multis concord. Crau. in tract. de antiq. temp. par. 4. num. 130. cum seqq. vbi innumeros

2 refert, † & in immemorabili quoq; præscriptione procedere asseuerat Peregr. in tract. de iu. fisc. lib. 6. tit. 8. nu. 29. videndus. De tali aũt sciẽtia, & patientia constare non posse creditur, ex quo statim ferè post assignatinẽ pdictã, decessit D. Dux Petrus Aloysius, & Ciuitas Placentię per annos nouẽ occupata fuit (ut notoriũ est) & post ei⁹ re-

3 stitutionẽ Serenifs. q. D. Duci Octauio factam † is ignorasse præsumitur contractum cũ patre celebratum, l. qui in alterius cum materia de reg. iur. l. veriùs de probar. cum notifs.

4 Et vbi contrarium probari posset, adhuc præscriptioni locus non esset, quia non effluxit tantum temporis post dictam restitutionem, quantum ad pręscribendũ fuisset necessariũ; videlicet 40. annorum c. cum personæ cum not. de priuil. in 6. l. omnes, & l. comperit, C. de præscript. 30. annor. Afflict. post Isern. in c. 1. num. 9. de capi. qui cur. vendi. Bart. in l. si publicanus de public. Corn. conf. 268. num. 19. lib. 4. Guid. Pap. quęst. 416. num. 1. cum concord. qui ita iudicatum in parlamento asserit. Boer. decif. 263.

nu.19. Peregri. vbi s. nu. 27. 28. Qua propter cũ cesset præscriptio, Ducali Cameræ licere credimus datiorum prædictorum exactionẽ instaurare, q̃ ommissa hucusq; fuit, nisi legitima de causa
5 cessasse demonstreretur. † Audiendam ergo in primis Illust. Placentiæ Communitatem pro interesse Populi censemus, ex quo in quasi possessione non soluendi, tot, tantisq; annis reperitur, nè finè causæ cognitione illa priuetur, aduersùs doctr. Didac. var. resolut. cap. 16. num. 9. 10. Si autem nihil iuridicum in medium attulerit, propter quod datia, & iura prędicta remissa fuerint, nulli dubium, quin in futurum Ducali Cameræ debeantur.

Super iactura autem ex mutatione monetę cõtingente, duplex occurrit inspectio, prout dupli ci ratione fisci Ducalis indemnitati consuli posse creditur; Quarum altera est in reducẽdo monetarum cursum, & valorem extrinsecum ad antiquum illius tempotis, quo facta fuit in solutũ datio; ita vt aureus pro libris quinq;, & solidis quindecim tantùm expendatur. Sic enim fiet, vt vectigaliũ nulla ex parte ex actio minuatur. Altera verò, vt firmo manente præsenti monetarum cursu, exigantur datia ipsa in maiori quantitate, habito respectu ad alterationem monetæ subsequutam, adeo quòd tot aurei ex ipsis percipi possint, quot ab initio percipiebantur.

6 Vtrùm igitur hæc Principi liceant? videndum est & quidem accuratiùs; nè consiliariorum loco deceptores nuncupari possimus, prout Regis Aragoniæ consiliarios appellauit Inno. Tertius consimili de causa in c. quantò de iureiur. quod ibidem Abb. & Doct. notant contra eos, q̃ Principibus alterationem monetarum, suadent ad ipsorum Principum vtilitatem, potiusquàm sub
7 ditorum commodum, & beneficium, † ad quod etiam propositum inquit Hostien. in tit. de cẽs. §. ex quibus, 8. quòd qui mutat pecuniã in grauamen Populi pro lucro temporali, tenetur ad satisfactionem etiam si rex sit. Isern. in titu. quæ sint rega. nu. 21. & ibidem Afflict. in ver. monetæ, num. 4. 5. Principes monens monetam mutã tes, vt benè caueant, nam apud Deum, & in foro pœnitentiali astringuntur, sicut, & in nouis pedagijs; & Diuus Thomas in tract. de regimin. Princip. lib. 2. cap. 13. quem ad id refert Didac. de vete. col. numisma. capit. 3. in princ. num. 6. vers. qua ratione.

8 Et quod attinet ad primã inspectionẽ, Scrib. vno ore * concludunt, & conueniunt, Principi Regalia habenti licere monetas mutare, illarũ cursum variare, & alterare iustam ob causam; & iustam causam esse affirmant, quãdo consensus Populi interuenit, de cuius interesse tractatur. Hostien. loco præcitato, vers. & hoc intelliges. Innocen. in d. cap. quantò sub num. 1. & ibidem Abb. num. 1. atq; alij Doct. quos refert, & sequitur Brun. in tract. de augument. monet. limit. 6. Didac. vbi supra in vers. mutatio verò pecuniæ. Quocirca cum Ciuitas Placentiæ, nedum hoc tempore consentiat, verùm etiam preces porrigat pro monetæ reductione, & abbreuiatione, vt cum Ciuitatibus Mediolani status, & Ianuæ dominio, quibus cum frequentiùs haber comercium, conueniat, non est ambigendum, quin iure permittente, tutaq; conscientia eius precibus annuere queat Serenis. D. Dux, & si in consequentiam commodum antedictũ sensurus sit.

Difficultas igitur stat, vbi Populi cõsensus desit, qui talem monetæ reductionem sibi damnosam protestetur, eamq; abhorreat, pro vt Parmen. Ciuitas abhorrere supponitur, prout consueuit; & pluribus de causis; & præsertim ob innumeros canones emphiteoticos, qui quotannis soluuntur per laicos Ecclesiasticis personis, etiam forensibus, qui canones tantò augerentur, quantò moneta reduceretur, & abbreuiaretur, cum in tot libris regulariter soluantur & non in scutis, vel aureis; ac etiam ob conformitatem, quam nunc tenet in monetæ cursu, cũ nonnullis Ciuitatibus, & locis circumuicinis, vt Regium, Brixilium, Mutina, Mantua, Terta Casalis maioris, Vitaliana, & cum ciuitate Venetiarum, cum quibus omnibus frequentissimum obtinet commercium.

9 Et sanè controuersia reperitur inter nostrates
10 hæc decisio † aliqui enim Principem absolutè negant monetæ cursum alterare posse absq; Populi consensu, prout Innocen. & Abb. in d. cap. quantò, vbi etiam Imol. & Petr. de Anchar. in 2. not. ponderantes tex. in illis verbis (irrequisito assensu populi) Luc. de Penn. in rubr. de vete. numisma. potest. ad fin. lib. 11. Petr. Bellug. in spec. princip. titu. de mutat. monet. in princ. qui in Regno Hispan. ita seruari attestatur, & ideò monetam hoc respectu immutabilem dicit Brunus supra relatus in 6. limit. vbi Principem in mutatione monetæ non posse tertio præiudicare inquit, & quòd si hoc faceret sinè consensu subditorum, teneretur ad interesse, Afflict. in constit. Reg. in prælud. quæst. 16. nu. 4. & Mart. Lauden. in tract. de monet. nu. 8. vbi Doctor. ita communiter * tenere in d. c. quantò asserit, Frãc. Marc. decis. 152. in princip. & hanc esse communem * dixit Igne. in l. necessarios, §. nõ aliàs par. 2. nu. 99. ff. ad Sillan. & eam omnes tenere affirmat Menoch. de arbitr. iud. in cas. 316. num. 47.

11 Boer. tamen decis. 327. nu. 7. contrariam communiorem * asserit, & in Regno Franciæ obseruari pro qua allegat Io. Fabr. insti. quib. mo. toll. oblig. & in authen. hoc nisi debitor, C. de solut. Corn. in cons. 135. ad euidẽtiã lib. 3. Io. de Plar. in l. 2. & fi. C. de vete. numism. pote. Salyc. in l. 2. C. de fal. mon. Castr. in l. creditor, de sol. ¶ Sed nemo istorum consensum populi excludit, licèt

soli

soli Principi facultatem cudendi, atq; mutandi
monetas tribuant; allegar ẽt, perpenditq́; d.l.2.
12 & fi. & d.l. creditor, q̃ id ipsum suadent. † Imò
Præsidi quoque licere pecuniam ærosam tolle-
re,& reprobare, ꝓbat tex.in d.l.creditor,& glo.
in d.l.2.potuissetq́; ad idem allegare tex.& feu-
distas * oẽs in c.1. in ver. moneta. in ti. quæ sint
13 reg.in vsi feud. † q̃ tamen iura, & authoritates
intelligi possunt, & declarari, iuxtà terminos
d.c.quantò, vt liceat Principibus, Præsidibusq́;
Prouinciarum pecunias mutare, & variare ob
publicam vtilitatem, q̃ populus ipse approba-
uerit. Sic.n. verum esset dicere solum Principẽ,
& habentes authoritatem ab eo,iurisdictionẽ in
p̃dictis habere; verũ populi quoq; cõsensum in-
teruenire debere;non q̃dem ad authorãdũ actũ,
sed ad illum iustificandum, & ad excludendum
populi præiudicium, & ita possunt opiniones
conciliari alioquì repugnantes,

Verumtamen authoritas Boer. attestantis de
magis cõi, * prout eum secutus, Viui.ẽt attesta-
tur lib.2.com.opin. sub n.189. & quẽ expressim
probat Didac. de vet. col. numis. cap.7.num.6.
plurimùm vrgẽt pro hac 2.opin. q̃ tñ in omnem
casum intelligendam esse cẽsemus, iuxta decla-
rationẽ eiusdẽ Didac. quòd soli Principi absq;
populi cõsensu liceat monetam alterare; modo
fiat ex iusta causa, & absque populi præiudicio.
Quapropter circa mutationem Parmæ fiendam
maximè animaduertendum putamus, si popu-
lus ille in allegatione sui præiudicij ꝑstiterit, il-
ludq́; diligenter examinãdum, & si quod subes-
se cõpertum fuerit. à tali mutatione ꝓrsus absti
nendum, nisi eiusdem cõsensus accedat expres-
sus, & hæc quoad primam inspectionem.

Quo verò ad inspectionem secundam, vtrum
scilicet datia, & redditus p̃dicti in maiori quan-
titate exigi queant, q̃ hactenus consueuerint?
vt antiquæ illius pecuniæ t̃pe celebrati contra-
14 ctus currentis valor æquetur. † Est in primis in-
dagandũ vndè monetæ cursus alterationem re-
ceperit, & quare aureus nunc plures valeat li-
bras, q̃ antea? Aut.n. à populorum cõi vsu, co-
mercio, & consuetudine quadam paulatim in-
troducta fuit, q̃a fortè minus auri circumferri
cœperit, vel argentum deterius; aut à Principis
iussu, & imperio processit, aut à librarum, &
aliarũ monetarum argentearum, & ærearũ de-
terioratione; aut partim ab vna, & partim ab
15 alia causa. † Primo casu, ex quo dr̃ extrinsecus
tñ valor auctus, & æstimatio,eius ratio non est
habenda in solutione debiti, sed tenetur q̃dem
creditor à debitore non moroso,in currenti, &
vsuali moneta satisfactionem accipere solutio-
nis t̃pe, perinde ac si triticum, vel vinum foret
debitum; nam eadem vini qualitas, vel tritici
præstanda venit, & si plus, vel minus valeat so-
lutionis t̃pe, quàm contractus. Bar.in l.Paulus.
n.6. & ibidẽ Scrib. oẽs * de sol. & in l.cum q̃d.
si cert.pet.in d.c.quanto, in clem.2.de decimis,
& alibi sępè Isern.in d.c.1.ĩ verbo regalia,n.22.
latissimè Aret.cons.84. in 2.dub. Brun.in tracta.
de aug.monet.par.3.vbi multos de cõi * testan-
tes refert,& limit.10. Viui.com.opi.lib.2. opin.
185. Cagnol.plenè in l.2. nu.213.C.de pact.in-
ter emp.& vendit. Didac.de vete. colla. numis.
cap.7.§.vnico, n.3. Meno.cons.49.nu.9. & 45.
Ideo si in hoc primo casu versaret̃ Ciuitas Par-
mæ, nulla ratione posset modus exigendi datia,
& redditus antedictos variari.

16 In secundo autem casu, si Serenifs. DD.Ducũ
iussu, & imperio auri valor pro t̃pe creuisset,
idem foret respondendũ, quia adhuc solui pos-
sent datia, & redditus p̃dicti de currenti t̃pe so-
lutionis, ex cõi * sñtia, pro qua innumeros ad-
ducit Gabr.de solut. concl. 2. in princ. maximè
verò si solutio fienda sit ipsi Principi; quando.n.
culpa, vel facto creditoris monetæ alteratio ꝓ-
uenit, nulla eius habetur ratio ad illius cõmo-
dum, vt in terminis concludit Alex.cons.17. in
fi.referens Zabar. Anchar.& Imol. in d.clem.2.
de deci. Brun.d.tract.limit.7.n.2.& Hier. Gabr.
cons.164.n.5.vers. & eò magis, & n.seq. cõclu-
dentes Principem tali casu in currenti,& vsuali
moneta,suos teneri redditus exigere; nullo ha-
bito respectu ad tempus contractus, seu dispo-
sitionis. ad idem Ant. Gabr. d.tit.de solut.con-
clus.1.num.14.& in fi.

Tertius est casus, in quo maior versatur diffi-
cultas, nam scribentes nostri in diuersas iuere
sententias; nos tamen rem hanc breuiùs, q̃ fieri
possit perstringemus, & quartum quoq; casum
insimul decidemus; quia cũ mixtam habeat na-
turam primi,secundi, & tertij,eatenùs primam,
secundam, & tertiã determinationem recipiet,
quatenùs ab illorum causis processisse respecti-
17 uè comperietur, † q̃ nos peritorum artis iudicio
relinquimus; vt tenemur per tex. in l.2.C. de
pon. & au.illa. lib.10. & not. in l.1.de vent. in-
spici.Dicimus itaq;,quòd si deteriorationẽ mo-
netarũ processisse tñ constaret Serenissimorum
Ducũ facto, q̃ suas monetas argenteas,æreasq́;
in uiliori materia, aut pondere læuiori,cudi fe-
cissent, eadem sequeretur determinatio, quę in
p̃cedentibus casibus; nam & in his terminis lo-
quuntur Doct. mox relati, vt videri põt. Si ve-
rò monetarum harum deterioratio absq; illo-
18 rum culpa,& facto, accidisset † q̃ pluribus mo-
dis potest contingere, vt exemplificat Isern. in
19 d.verbo Regalia, n. 21. † & hoc casu licèt mr̃ia
sit Brocardica, alta, magna, ac profunda, vt per
Io. Regnaud. in princ. sui tractatuli de monet.
videretur nihilominus amplectenda * cõis illa
sententia,quam pro regula,tradit ibidem Ioan.
Regnaud.nu.1.& per totum, & pleniùs Brun.d.
suo tract.par.1.& in sequentib.vbi decẽ,& octo
amplia-

ampliationes subdit, quas particulas inscribit Curt. in tract. de mone. nu. 11. cum seqq. Mart. Lauden. in simili tract. n. 22. cum seqq. Viui. li. 2. com. opin. 148. cũ multis concord. Cepha. consil. 31. n. 8. Nat. conf. 35. ad fi. & conf. 302. & 454. Didac. d. §. vni. nu. 2. Cagno. in d. l. 2. nu. 215. ad fin. & seqq. C. de pac. inter empt. & vendi. Gabr. d. conf. 164. nu. 1. cum tribus seqq. Beninten. decis. 39. in princ. & ferè per totam, latissimè Gabr. d. conclus. 1. de solu. in princ. Pedem. decis. 174. nu. 1. in 2. par. vcz, quòd de moneta antiqua currenti tpe contractus solui debeat, aut
20 de noua ad extimationem antiquæ † contra q̃ tamen regulam tenuerunt, permulti tã ex antiquis, quã modernis authoribus, quos citat Menoch. d. conf. 49. num. 22. vers. sextò accedit, & nu. seq. quorum ẽt opin. latissimè tuetur in eodem responso, à nu. 31. vers. non obstant, vsque ad fin. post modernos. Parisien. ab eo relatos, ac Didac. d. §. vni. conclus. 3. vers. contrarias. hotũ autem rõnes, & argumenta non satisfaciunt. Idcirco concludendum censemus à priori sententia non esse recedendum. pro qua sunt tex. ineuitabiles vcz in. l. cum quid. si cer. peta. in ca. cum canonicis, & c. cum olim. de censi. & vtrobiq; Scrib. oẽs tradunt. & in l. Paulus. de solut.
* & hanc esse cõem opin. * Legistarum, & Canonistarum, scribit Tiraq. in tracta. de retra. ligna. §. 1. glo. 18. nu. 26. 27. & testatur etiam Cæpha. d. conf. 31. nu. 8. cum seqq. Calca. conf. 15. n. 41. cum seqq. vbi notabiliter loquitur, & Crau. cõsil. 49. nu. 6. Minsing. cent. 4. obser. 1. & 16. qui veriorem ẽt, & iuri æquiratiq; cõformem dicit, Surd. conf. 220. nu. 3. vers. non tamen, & seq. cõsil. 368. nu. 7. 8. 9. & 17. atque conf. 397. nu. 14. 17. & conf. 406. per to.

Verùm quia multæ solent huic conclusioni limitationes accommodari, cautè despiciendum est, num in earum aliqua casus noster versetur?
21 Et in primis limitari solet vbicunque contraria viget in loco, consuetudo, nempe quòd monetæ currentis tpe solutionis cursus attẽdatur, & de ea soluatur, non habita rõne tpis contractus. Rom. conf. 123. nu. 1. vers. hoc autem maximè, & ibi Mandos. in addi. in ver. consuetudinem, alios citans Aret. conf. 11. colum. penul.
22 & fin. † vbi consuetudinem, ẽt non præscriptam sufficere affirmat, & quòd sit decennalis, cum scientia superioris, etiam si esset contra statutũ vsu non receptum, vt per eum, Brun. d. tract. limit. 3. qui vltra prædictos citat Bald. Hostien. Alex. & Corn. & de qualitate dictæ consuetudinis se remittit ad Aret. vbi sup. Nat. conf. 192. num. 1. cum seqq. Rub. conf. 17. nu. 4. conferunt quæ latè scribit Menoch. d. conf. 49. nu. 17. 18. & 19. qui in fortioribus terminis loquitur; nẽpe quando stat solùm consuetudo in regione, quòd vna species monetæ possit pro alia solui, & de tali cõsuetudine etiam aduersùs statutum latissimè Bertaz. conf. ciui. 71. à num. 25. vsque ad num. 46. Gabr. d. conclus. 1. nu. 39.

Hanc autem consuetudinem Parmæ notoriè vigere intelligimus, & quidem antiquissimam, q̃ signanter indicat notorius, & frequens vsus contractuum emphiteoticorum, in quib. canon. indistinctè recipi absq; controuersia consueuit in moneta currenti, singulis annis, rãm pro antiquis, q̃ modernis contractibus, & idem in ven ditionibus, locationibus, cæterisq; cõtractibus.
23 Secundò limitari etiam dr̃, vbi reperitur statutum disponens in oppositum, vt p eundẽ Brun. vbi sup. limit. 9. q citat Alex. in conf. 21. lib. 2. loquentẽ in statuto Placentino. Parmæ autem viget statutum sub rub. de melioramẽto monetæ non petendo lib. 2. prohibẽs quodcunq; monetæ augmentum peti in quibuscunq; contractibus, præterquam in dote, per quod inferri videtur ad decisionem præsentis quæstionis.
24 Sed dupliciter euitari posse creditur. Primò intelligendo illud, ac restringendo, vt de augmẽto extrinseco tm̃ loquatur, non de bonitate intrinseca, de qua nos tractamus, talem nanque interpretationem patitur huiusmodi statutum, vt in terminis tradit Cagno. d. l. 2. num. 216.
25 † Secundò ex cõi * sententia, quòd statuta non * ligant statuentes, & sic Principem ipsum cõfirmantem statuta, de qua attestatur Alex. in l. 1. num. 3. multos allegans concord. ff. q quisque. iu. Rom. cõs. 444. in vlt. dub. Boss. in tit. de prin. & eius priuil. nume. 83. vbi idem in successore Principis statuentis decidit. per cap. innotuit, de elect. cum simi. Ideo maius offendiculum ex consuetudine prædicta, quàm ex statuto iniji ci credimus.
26 Tertiò, limitari solet conclusio memorata in creditore, qui diutiùs recepit solutionẽ in currenti pecunia, ẽt deteriorata, & psertim si per 30. vel 40. annos recepit p c. olim causam. de cens. cũ materia. Aret. conf. 112. per tot. Corn. conf. 180. visis nonnullis, nu. 73. vol. 2. Brun. la-
* tissimè d. trac. limit. 4. per tot. vbi de communi * pluries attestatur, & multos citat concord. Boss. d. titu. de mone. num. 56. & in proprijs terminis per Communitate Casalis aduersùs D. Ducem Mantuæ, Montisferrati Marchionem. Nat. conf. 192. ad fi. & pro Communitate Montis Bersarij contra Dominos suos. Bertaz. d. consil. ciui. 71. nu. 57. cum seqq. vbi de communi pro Communitate Casalis Montisferrati, aduersùs Marchionem antedictum eius Dominum.

Colleg. Pap. in suo Respon. post d. tract. Brun.
* impresso, num. 8. & seq. ubi ẽt de communi * & veriori attestatur, & pro Ciuitate innominata, aduersùs Vrbini Ducem, respondit etiam Hier. Gabr. d. conf. 164. per tot. & signanter nume. 8. uers. quintò quia, cum seqq. Curt. in conf. 24. num. 7.

num.7. & pro hac sententia multos alios citat Gabr.tit.de sol.concl.1.num.25.cum seqq. quã & tenet Tesaur. Pedem. decis.214.nu.3. Tanto etenim tempore præscriptio completa dicitur vbicunque mala fides soluentis non probatur, & recipientis scientia subest, vt per prædictos.

27 Sed & fortiùs, vbi nõ est in contractu specificè conuentum, de qua pecunia solutio fieri debebat, & solutiones subsequentes factæ fuerunt in currenti pro tpe, etiam variata, vt in nña specie, mens contrahentium talis fuisse declaratur, adeoquòd præscriptione opus non est. Mart. Laud.d.tract.n.31. & cons.52. vbi Plot.in addi. Nat.d.cons.192. num.2. post Bald. in l. si certis annis, n.9. & ibidẽAng.C.de pac.Brun.d.tract. par.1.num.6.& limit.4.nu.8.Corn.d.cons.181. num.73. vers.2.dicti.Colleg.Pap.vbi s̃.nu.5.6. 7. bellè Menoch.d.cons.49.nu.20.21. cum pluribus concord. Bertaz. d.cons.71. num. 22.23. & 43. cum seqq.

3 certitudinẽ. † Aptissimè quoque idipsũ declarat Nat. cons. 445. p to. & signanter sub n. 12. in qẽs nõ sufficere gñale mãdatũ, ẽt cũ clausula, quòd procurator oĩa possit, q reqrunt speciale mandatũ, vbi est casus, ĩ quo possibile esset, quòd dñs incideret in pœnã. & hãc esse cõem9 doctrinã, & theoricam, tradit Rom. in cons. 241. num. 11.
4 Cum igr̃ in casu nr̃o procurator negãs pascua, de qbus agitur, esse emphiteotica, siue censui obnoxia, possit facere Vniuersitatem cadere in amissionẽ iuriũ suorũ, & dubitet Illust. & Reuerendiss. D. Simonetta, nè ipsa Vniuersitas postmodũ dicat, se de hoc nõ sensisse in mãdato suo gñali, dẽt ei succurri, cogẽdo ipsã Vniuersitatẽ ad rñdẽdũ, & declarãdũ, nũqd velint negationẽ pdictã ratã hrẽ? vt de quadã petitione porrecta noĩe alteri9 vniuersitatis cõsuluit Nat. d. cõs. 445.

Doctrinæ, & exempla iam relata clarè demonstrant speciale mandatum requiri quotiescũque possibile est, quòd pcurator possit facere cadere dominum in pęnam, q̃uis id certum non sit, &

 sic ha-

sic habetur in consideratione, quod euenire po-
test, vt parti consultum sit, eueniente casu pœ-
næ incurrendæ, ex doctr. Bart. in d. §. si procura-
tor, & aliorum quos citauimus.
5 Nec obstat, quòd futurus euētus non habetur
in consideratione, nisi qñ ex p̄senti verisimiliter
ad eum inferri pōt, ad Dec. in l. si idem, cũ eo-
dem. §. fin. nu. 5. ff. de iurisd. omn. iud. Quoniam
omissis alijs responsionibus, dico satis posse ex
præsenti ad futurum casum pœnæ incurrendæ
per hoĩes S. Donini verisimiliter inferri; ex quo
in libro extimi Ciuitatis huius, ipsimet describi
fecerunt, quòd pro glarea ista soluunt quotan-
nis honorantiam Illust. Dñis Simonettis, cuius
6 contrarium eorum procurator nunc affirmat. †
Enimuero liber p̄dictus licèt plenè non probet
dominium, aut possessionem, facit tñ pręsum-
ptionem. Soc. latè cons. 89. nu. 12. li. 1. Hier. de
7 Mon. in tract. fin. regu. c. 64. nu. 8. 9. Imò verò
plenè probare videtur, cũ partis contineat con-
fessionem, qua nulla potest esse maior probatio.
8 l. 1. C. de confess. cap. 1. eo. ti. in 6. † & licèt iste
liber æstimi nō sit nunc productus parte citata;
quia nondum venit tempus productionis iuriũ,
sufficit tamē illum ostēdisse Illust. D. Iudici ad
eius animum informandum, ex relatis à Gabri.
in tit. de citatio. conclus. 1. lim. 14. sub nu. 329.
9 † Cum p̄sertim tractemus de re, in qua l. est cō-
tenta, sola verisimilitudine, atque inditijs, &
argumentis, non verò plenam probationem re-
quirit, quo casu nulla partis citatione opus est,
vt per eundem Gabriel ibi lim. 21. nu. 343. cum
concord. Addo quòd in præsenti quoque iudi-
tio fatentur solutionem annuæ p̄stationis, licèt
allegent aliam causam; dicunt. n. soluere p̄ gla-
rea, quam Padus iam plurimis annis in totum
abduxit, quæ causa, q̄ verisimilis sit, nemo non
10 videt. † Quandoquidem re perēpta, perempta
quoque est obligatio soluendi canonem pro ea
debitum ab emphiteota, l. 1. C. de iu. emphit.
11 † nec non, & à censuario, vt in Bulla Pij V. sup
for. crean. cens. verisimile est igitur, quòd pro
glarea existēte hucusq; soluerint non p̄ perem-
12 pta, † pro qua non tenebantur, cum nemo suum
iactare præsumatur. l. cum de indebito, de pro-
ba. l. campanus, de oper. liber.
13 Sed accedat, quòd tenētur isti ostendere rem,
pro qua præstationem annuam hucusq; solue-
runt, & Instrumentũ concessionis exibere, aliàs
pro omnibus eorum bonis soluisse præsumũtur,
& sic pro hac etiam glarea controuersa. Spec. in
tit. de loca. §. nunc aliqua, vers. 61. Ias. latè in l. 2.
n. 137. C. de iu. emphit. Doct. in l. si certis annis.
C. de pact. Hæc ergo satis superq; indicare pos-
sunt Illust. D. Iudici verisimilitudinē futuri euē
tus pœnæ incurrendæ, per negantes solutionem
annuā p̄teritis tpib⁹ factā, ex causa pasculationis
glareę p̄dictæ, cōsequēterq; negationem huius-
modi sinè mādato speciali admittere nō debet.
14 Ad secundum dubiũ, quòd ex tali negatione
non amittat Emphiteota ius suũ, per tradita à
Redoa. in tract. de reb. eccles. nō alien. pag. 526.
n. 9. & alios citatos, responderi pōt, contrariam
* sententiā * cōmunē esse, q̄ plures, & grauiores
auctores sequuti sunt, inter quos Specul. Innoc.
Mar. de Fan. Bal. Angel. Alberic. & alij, quos re-
fert idem Redoa. ea. pag. & seq. ferè per tot.
Sed non disputando; vbi non expedit, r̄ndeo
secundò, quòd contrasentiētes, fatentur tamē
emphiteotā in pęnā huius mendacij priuari pos-
sessione rei emphiteoticæ, & oĩ eius commodo,
vt legere est apud eundem. Redoa. ibi nu. 10. &
Ias. ab eo relatum, in l. 2. num. 87. C. de iur. em-
phit. Vndè cum de pęna amissionis possessionis,
saltem agatur, idem est iudiciũ quoad effectum
specialis mandati requirendi.
Ad tertiũ, quòd pęna ista nō reperiatur impo-
sita censuario neganti, licèt emphiteotæ, fortè
impositæ, & census potiusq̄ emphiteosis sit cen-
sendus in casu n̄ro; respondeo in primis negā-
15 do minorē, † nam in dubio emphiteosis potiùs
q̄ census p̄sumitur, quandò in regione frequen-
tior est contractus, vt in hac patria, in qua cen-
sus antehac fuit pęnè incognit⁹, emphiteoticus
verò contractus frequentissimus, vt omnibus
obuium est. Videatur Ias. in d. l. 2. nu. 165. C. de
16 iu. emphi. † Sed & maior propositio rectè impu
gnatur, ex quo gñale est in omni contractu, vt
negans illum, vel qualitatē aliquam substātialē,
amittat illius beneficium. Bal. in l. 1. nu. 16. C. de
17 fur. † Sed etiam in omni materia hoc idem pro-
cedit, vt negans aliquid perdat oē beneficium,
seu priuilegium, quod ex eo consequi poterat.
Bart. Castr. & alij in l. si dubitet. §. 1. de fideiuss.
Alex. in l. etiā. §. licèt in dotalibus, n. 9. sol. matr.
Corn. cons. 225. in litera. c. lib. 3.
18 Ad quartũ, quòd sinè dolo nō priuet iure suo
iste emphiteota mēdax, vt ait Redoa. ĩ loco p̄cit.
r̄ndet hoc nō esse p̄ntis speculationis, sed reser-
uādũ esse ad merita. Satìs. n. est, quòd nũc cōstet
possibile esse, quòd in pęnā incidant negātes. si
dolus in p̄cessu causæ apparuerit, ex p̄bationi-
19 bus fiēdis. † Sed & 2. r̄ndet, quòd pręsupposito
mēdatio, dolus à iure p̄sumit, p̄sertim qñ men-
tiēs tractat de suo cōmodo, vt in n̄ra specie. tex.
est in l. & elegāter. §. fi. cũ l. seq. vbi Bart. notañ.
inquit. ff. de dol. Alex. in l. dolum. C. de dol. Rui.
cons. 2. num. 11. lib. 2. Craue. cons. 2. num. 13.
Quoad quintũ de restitutione cōcedēda Vni-
uersitati ad pęnā hanc euitādā, negamus primò
restitutionē ei hoc in casu cōpetere, q̄a dolosis
20 nō dat, non. n. decipiētibus. † Sed deceptis iura
subueniũt. l. auxiliũ, vbi Bar. & Doct. ff. de mino.
Vltra quòd restitutio p̄supponeret læsionē, & sic
incursũ pęnæ, nos verò tractamus de modo p̄ce
dendi, vt cognosci possit, vtrũ incurrat, vel ne?

propter

propter mendacium dictum à Sindico, quatenus scilicet in mandatis dederit Vniuersitas ipsa, vt tale mendacium diceretur, vel dictum ratū habuerit. quando ergo de ineursu pœnæ constabit, tunc de remedijs huiusmodi agendum erit.

Ad vltimum de mandato facto post citationē emanatam in hac causa, imò ad respondendum positionibus, sic & sic, quod est speciale mādatum, aduertat, quòd hic nō tractauimus solū de positionibus negatis, sed & de exceptionibus ꝓpositis in iudicio aduersùs petitionem Illust. D. Simonettæ, in quibus, nedum negauit principales suos soluisse pro ꝓtetito summā de qua agr annatim, pro pasculatione, & iure pascēdi in glarea, de qua in actis, sub noīe honorantiæ, vt in responsione positionis. 11. 12. 13. 14. Verū & dixit, & protestatus fuit hanc ipsam glaream fuisse, & esse in totum & pleno iure dictorū eius principalium, quod est magis; quodq; longè maius ꝑiudiciū infert Illust. D. Actori. Enimuero stante responsione positionum ꝑdictarū tm̄, non infert de necessitate ad absolutam negationem iuris agentis, nec ad refricationē quæstionis dominij, quia stant simul, quòd nō soluerint homines S. Donini annuam illam summā recognoscendo dominos, sub nomine honorātię, sed sub nomine conductionis liuelli, emphiteotis, seu census, aut alterius contractus haud incompatibilis, cum dominio agentis. Exceptio verò prędicta incompatibilis, ac etiā repugnans

21 est cum eo, † ex quo non possunt esse duo dñi eiusdem rei insolidum. l. si vt certo. §. si duobus.

22 ff. com. † & eò maximè eum vsus fuerit iste Sindicus illis verbis ꝑgnantibus (pleno iure) quæ dominium, & possessionem proprietatē, & vsufructum, ac omne ius in re compræhendunt. l. 4. de vsufructu. l. mater. & ibi Bal. C. ad Tertul. Bal. in l. venditor. §. venisse. ff. de hæred. vel ac. vendi. Feli. in c. conquæstus, col. 1. de fo. comp. Rol. consl. 85. nu. 15. cum seq. lib. 4. Pariter stant simul, quòd non soluerint dictā honorantiam pro pasculatione, & tamen tenerentur soluere, non enim negant in positionum respōsione huiusmodi obligationem, si rectè considerentur responsiones, ideo non infertur ad refricationem dominij, vt supra.

Stant etiam simul, quòd non soluerint pro pasculatione tantū, vt Illust. D. Simonetta supponere videtur; sed pro pasculatione, & alio iure simul, vt si essent Emphiteutæ, Feudatarij, Liuellarij, Conductores ad longum tempus, quibus casibus salunm nihilominus remaneret dominium directū, vt s. Cum igr̄ exceptio supradicta q̄stionem dñij aptissimè refricet, & interuertat, delictum in re continet, ꝑꝑ quod excipienres priuantur in totum iure suo, si sunt emphiteutę, vt per Spec. in ti. de loca. §. nūc aliqua. vers. 65. quem sequuntur alij supra relati, vel

23 saltē possessione, iuxta opi. Ias. de qua s. † Quod etiam in conductoribus absolutum est per text. in l. conductionis, & l. conductores. C. de loca.

24 † Item & in creditoribus detinentibus rem debitoris, & negantibus eius esse, est tex. in auten. Item si possessor. C. qui poti. in pigno. habean.

25 † Item & in vassallo negante rem feudalem, & propriam asserente. c. 1. § Vassallus si feudū; vbi Bald. & Scriben. si de feu. defun. fue. contro.

26 Sed & in omnibus detinentibus res alienas, vel etiam possidentibus, dispositum est generaliter, vt pœna prædicta, ac & rei æstimatione plectantur, l. non ab re, vbi Bald. & Doctor. C. vndè vi. Cum igitur certior, ac maior pœna immineat Vniuersitati ꝑdictę, per exceptionem antedictā; sequit̄ necessariò ꝙ speciali mandato, vel ratifi-

27 catione opus sit. † sumus enim in materia odiosa, ideo non sufficit vlla generalitas mādati, sed specialitas omnino requiritur. vt docet Abbas in cap. sedes, nu. 7. 8. de rescript. Et ex his planus remanet iste articulus.

SVMMARIVM.

1 Vniuersitati per actus possessorios particularium non acquiritur possessio, nisi expressum mādatum præcedat, vel saltem tacitum, quod quidem tacitum, de necessitate requirit actus fuisse factos nomine Vniuersitatis, ea sciente, & patiente, aut scientibus, & patientibus saltem administratoribus publicis, & patientibus, & est cōmunis sententia.

2 Actus præsumitur nomine ꝓprio gestus, nō alieno.

3 Vniuersitas differt à singularibus hominibus, & aliud singuli, aliud vniuersi.

4 Duo insolidum possidere non possunt.

5 Fallit in his, qui vsū rei habeat, quia est ius quoddam personale, qui pluribus potest competere.

6 Ius pascendi est personale, ideo pluribus insolidum competere potest.

7 Testes plures non vincunt panciores, quando inuicem se compatiuntur.

8 Possessio antiquior, non praualet iuniori, quando sunt compatibiles inuicem.

9 Testis vnicus in possessorio probat.

10 Possessio antiquior iuniori præfertur.

11 Etiam tutulata.

12 Dominus Castri cum Territorio, & iurisdictione, & pertinentijs, terris cultis, & incultis, præsumitur dominus eorum locorum territorij, de quorum dominio ambigitur, & quando non constat fuisse occupata ab aliquo tempore inuestitura sua.

13 Quod præsertim procedit in terris, quas nunquam apparet cultas fuisse.

14 Consiliū Castr. 376. in 1. & Cran. 154. declarātur.

15 Possessor in dubio præsumitur dominus.

Consi. Lud. Sacc. T 4 16 Fallit,

16 *Fallit, quando pro possessione soluit alicui censum aliquem, vel aliam præstationem.*
17 *Census in dubio præsumitur ex annua solutione, potiùs, quàm alius contractus; sed vide infra.*
18 *Fallit vbi recipiens solutionem non abdicat à se in totum possessionem rei.*
19 *Emphiteosis potiùs quàm census præsumitur ex annua præstatione, ex communi.*
20 *Præsertim si modicum quid soluitur.*
21 *Emphiteota potest rem conductam meliorare.*
22 *Fallit si vult rei formam mutare, quæ non sit statim reducibilis ad priorem statum, vt de sylua vineam facere, vel pratū ad culturam reducere.*
23 *In re communi melior est conditio prohibentis.*
24 *Pascua communia non potest socius inuito socio ad culturam ponere, & num. 28.*
25 *Idem si sola seruitus iuris pascendi inducta foret ad beneficium tertij.*
26 *Ius pascendi qui habet, non potest colere inuito domino rei.*
27 *Affidans aliena bestiamina ad pascendum per triginta annos, & vltra, potest tamen affidam vlteriùs non facere.*
28 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione, est multùm fallax, & debile, quia qui omnes causas enumerare profitetur, & vnam tantùm omittit, nihil agit.*

Pro Perillust. & Reuerendiss. D. Alexandro Simonetta, & Nepotibus.

EPITOME.

Quæ requirantur, vt possessio per actus particularium, Vniuersitati acquiratur?

Ius pascendi personale esse, & pluribus insolidum competere posse.

Possessionem antiquiorem non præferri iuniori, nec plures testes vincere pauciores, quando actus sunt compatibiles.

Dominus Castri, quando pascuorum, & glarearum Dominus præsumatur?

Ex annua solutione qualis contractus in dubio præsumatur?

Et quis possit rei pro qua soluit, formam mutare, & præsertim noualia facere?

RESPONSVM XLVI.

ELegantissimè more solito dubitat Illust. D. Auditor in pſenti causa, contra Perillust. & Reuerendiss. Simonettam, & consortes ex pluribus. Quæ licet doctè, & subtiliter proposita sint, rectiùs tamen, & accuratiùs pensata, nihil intentioni Reuerendiss. Simonettæ officiunt.

Nam quod ad primum, trimēbre fundamentū, quo possessio Vniuersitatis S. Donini præualere dicitur, quia pluribus testibus probata, quia antiquior, & quia titulata, Vnum in primis, & ante oīa præcauendū censeo, nihil pęnitùs probatū fuisse per d. Vniuersitatē, vltra vsum pascuorum promiscuū cum Illust. D. Simonettis, & sic possessionē iuris pascēdi; quod.n. de plantatione, & incisione arborū, & virgultorū additur, ꝑ aliquē eius testē non probatur, quia loquuntur oēs de actib⁹ particularibus personarum tm̄, quot quot testes de his actibus mentionē faciunt. absolutū aūt est, quòd per actus possessorios particularium hoīum Vniuersitatis, non acquiritur
1 Vniuersitati possessio, nisi expressum mandatū præcedat, vel saltē tacitum, ꝙ quidem de necessitate requirit, vt actus re ipsa fiant noīe Vniuersitatis, & ea sciente, & patiente, aut scientibus saltē, & patientibus administratoribus publicis ab ea præfectis. l. 1. §. fin. cum l. seq. & ibi traditis per Scriben. ff. de acquir. possess. Bald. pulchrè in cōs. 438. in 1. Cum. cōs. 158. latè Soci. cons. 95. num. 17. 18. lib. 3. Corn. cons. 130. col. vlt. cons. 148. ad fin. cons. 299. col. 3, & cōsil. 333. num. 29. lib. 1. atque cons. 46. in 3. Dec. cons. 215. col. vlt. & 221. n. 8. vers. similiter. Rub. cons. 4. nu. 15. Bertran. cons. 42. num. 6. 7. lib. 2. Paris. cons. 27. nu. 73. & 102. & cons. 104. n. 132. lib. 1. Curt. sen. cons. 77. col. vlt. Ruin. cons. 129. nu. 2. cum seqq. & n. 11. lib. 4. Purpur. cons. 139. in princ. Bero. cons. 19. n. 31. in 1. Crau. cōs. 317. per tot. Rol. cons. 53. nu. 6. cū multis seqq. vol. 4. Burs. cons. 235. num. 27. Gabr. in suis conclus. tit. quod cuiusq; Vniuers. no. conclus. 2. & præcæteris videatur Cepol. magistralr loquens in tractatu suo, de seruit. rusti. pdio. cap. 9. nu. 25. vsque ad nu. 28. vbi aduocatos monet, volentes probare possessionem Vniuersitatis, ex actibus particularium, quomodo articulare, & probare debeant. Ex quibus manifestè patet, hanc
* esse veram, & cōmunem sententiam * quæ duo-
2 bus præsertim fundamētis firmatur † primo, qa quilibet in dubio præsumitur actum noīe proprio gerere, non alieno. l. & magis, vbi Doct. de sol. Bart. in l. 1. §. nuntiatio, de oper. nou. nunc. quod in terminis considerat Soci. d. consil. 95. num. 18. in fin. & Ruin. d. cons. 129. num. 2. vers.
3 & quia, & cons. 106. nu. 2. lib. 5. † Secundo, qa corpus Vniuersitatis à singularibus eius hoībus differt, vndè vulgatum illud theorema, prodijt aliud singuli. aliud vniuersi, de quo perscriben.
* *oēs, in l. in tm̄. §. Vniuersitatis, de re. di. & in cap. eam te, vbi Felin. nu. 13. in vers. aliud singuli, & in cap. 1. nu. 43. de rescript. & latè habē locis præcit. Cum igitur, nec expressum mandatum, nec tacitum Vniuersitatis istius interuenerit,

nerit, ad actus prædictos plantationis, & incisionis, nulla resultat ex eis possessio ad ipsius Vniuersitatis commodum.

Hoc stãte præsupposito,& stãte, quòd possessio vtriusq; partis; pbata reperiat respectu iuris pascendi,& sic vtendi glareis cõtrouersis,pro vsu, & pasculatione animalium suorum, frustra disputatur quęnã præualere debeat? cũ se inuicem
4 cõpatiantur. † Quãuis enim vulgata sit regula, quòd duo insolidum possidere non pñt,l.3.§.ex
5 contrario, vbi Doct.oẽs.ff.de acq.poss. † Fallit tñ in his,qui vsum rei habere dñt, quod est ius quoddã personale,quod põt apud plures insolidũ esse; nã si habeo ius, & facultatem vtendi domo,vel prędio aliquo,non repugnat quominus, tu quoq; idem ius,& eãdẽ facultatẽ habere possis,quod probat tex. apertissimè in l. si vt certò, §.duobus vehiculũ,in vers. vsum aũt, vbi Scribẽ. not. ff.commo. Bart.in d.§.ex contrario col. fin.& ibidẽ Iason.nu.3.Menoch. de retinẽ.poss.
6 remed.3.nu.79.cum cõncord.& nu. 716. † & in proprijs terminis iuris pascẽdi pluribus competentis ostdit Castr.in cons.115.in causa,quę vertitur per tot.lib.2.& cons.56.ad fin.vers. nec obstat lib.2.& Ruin.cons.106.nu.10. 11. & 23.24. lib. 5. & quòd ius pascendi sit personale, & per cõsequens pluribus insolidum rectè competat, vt supra,tradit latiùs Afflict. in constit. cum per partes Apuliæ nu.14.cum multis concord.

7 Quando aũt probationes inuicẽ nõ repugnãt, sed se compatiuntur, quis habeat plures testes pro se non curatur, & in hoc fallit regula illa, quòd plures testes vincunt pauciores,Alex.cõs. 64.nu.7. vers. nec etiam sequitur, & nu.8.lib.2. Io.Fab.in §.retinendæ,num. 27.Instit. de interdict.Menoch.de retinen.poss. remed. 3.num. 756.vers.procedere etiam posset,& Gabr. de testib.conclus.4. num. 58.

Et hinc etiam colligitur responsio ad primum mẽbrum dicti fundamenti,quia datò,quòd plures testes deponerent de pasculatione animaliũ Vniuersitatis,non tñ contradicunt testibus Perillust. DD.Simonettarum,& per consequens eorum possessionẽ non impugnant, vt in specie ad
8 notat Castr.d.cons.115.num.1.† Pari quoq; ratione eneruatur secũdum mẽbrum de antiquiori possessione,nã licèt vna esset antiquior, altera,ex quo tñ earum cõcursus, & compatibilitas datur,vtraq; debet subsistere p supradicta quãq; ẽt in facto dicitur falsum esse præsuppositum antiquioris possessionis Vniuersitatis possessione dd.Simonettarum, quę nedum de qnquaginta, sed ẽt de sexaginta annis probatur per quãplures eorum testes,& signanter tertium, qui de se
9 ptuaginta quoq; deponit, † qui solus eã probaret in hac causa possessoria,Doct.in authen. nisi breuiores,C.de sen.ex breui recit. Gabr.cõclus. 1.de testi.nu.23.& alibi sæpe; de tanto autẽ tpe nullus testis aduersæ partis deponit, ideo retorqueri posset argumentum contra Vniuersitatẽ,
10 † & sic contra eam potiùs facerent tradita per Doct.in c.licet causam de probat.cum concord. in motiuo allegatis, & alijs fusiùs congestis per
11 Menoch.d.remed 3.num.725.& seq.† Ad vltimum verò membrum de titulata possessione, resultat quoq; hinc optimum responsum; nã datò,non concesso,quòd Vniuersitas haberet titulum Perillust.aũt DD.Simonettę titulo carerẽt, horum tñ antiquior possessio præualere deberet, ex mente Bart.in l.si de eo,§. vltimo in fine,ff.de acq.poss.Alex.cons.88.nu.12.li.5. Afflict. decis. 363.nu.4.& aliorum,quos pleno calamo recenset Menoch.d.remed.3.num. 728.

12 Sed tantùm abest istud præsuppositum à veritate,vt totum potiùs oppositum sit verissimum, nempe Perillust.DD. titulum habere legitimũ, & iuri congruum,cum sint Dñi territorij, & iurisdictionis Castri Turricellarum; cum iuribus, & pertinẽtijs suis,& terris cultis,& incultis,glareis, nemoribus, & pascuis, & alijs huiusmodi, ex eorum inuestitura feudali,quo casu præsumũtur ipsi quoq; Domini omnium bonorũ de quorum dominio ambigitur, quæ non constat ab aliquo occupata fuisse,tempore inuestituræ, vt concludit per optimas rationes Socin. in l. 1. in princ. nu. 18. vsq; ad nu.28.de acq.poss.post Castr. ibi, & Bal.in rub.de contrah. empt.q.72. Curt.in cons 148.nu.5.vsq; nu.9.Ruin.cõs.108 nu.24.lib.2.Soci.cons.166.nu.3.& 7.li.2. Natt. cons.460.nu 9.cum seqq.& cons.506. num. 30. vsq; ad nu.34.Iason.cons.255. in fin.li.2.Crau. cons.54.num.9. Soci.iun. cons.65.nu.68. lib.1.
13 Menoch.latè cons.181.nu. 97. † quod maximè procedit in terris,& locis incultis,& quæ nõ apparent vnquã exculta fuisse.Ias. in l. rẽ q̃ nobis, n.32.ff.de acquir. poss. Cum igit non has appareant glareas ab aliquo fuisse occupatas tempore feudalis inuestituræ prædictæ, minusq; culturæ traditas,stat pro dominis præsumptio,non pro vniuersitate eis subiecta.

14 Nec obstat cons.Castr.376.nu.1. vers. vlt.probatur li.1.& Crau. 154.in princ.quoniã duplex dar responsio, prima,quòd in casibus loquũtur, in quibus de possessione vniuersitatis tantùm constabat,non mirum si Dña quoq; ibi præsumi
15 tur† nam regulare est,quòd quilibet possidẽs in dubio Dñs præsumitur,l.ob maritorum, vbi gl. & Doct. C. nè vx.pro mar. Bar.in lege quidam in suo de condi.insti. Soc. cons.127.nu.4.lib.1. in nostra autem specie ambo possidere supponuntur, Domini videlicet, & vniuersitas loci, ideò cessat præsumptio vniuersitatis, & militat præsumptio Dominorum, qui hñt titulum vt s.

16 Secunda est responsio,quòd etiam si de possessione solius Vniuersitatis constaret, non propterea Domina præsumeretur,cũ p talibus glareis,

& pa-

.& pascuis quotannis in præteritum soluerit cēsum, seu recognitionē,& honorantiā Dñis suis, vt ex testib. vtriusq; partis,& scripturis pductis, per Reuerēdiss. D. Simonettā patet; ex hoc nāq; ipsos esse directos Dños constat, & præsumptio exaduersò destruitur. Ita tenet Castr. d. cōs. 376. sub nu. 1. vers. vltimò probatur, & clarissimè tradit Crau. eo. cons. 154. in fin. non est igitur verū, quòd titulata appareat possessio Vniuersitatis, vt in motiuo, sed potiùs contraria, meritò, nedū soluitur, sed retorquetur argumentum.

17 Ad secundum principale fundamentum, quod à sufficienti partium enumeratione ducitur, nūc superest respondere; Idcirco quoad primam partem, in qua & cēsualis contractus in dubio iudicari debere dicitur, ex c. cōstitutus, cum not. de relig. dom. Soc. cons. 167. nu. 6. li. 2. & Nat. cons.

18 3. n. 2. 3. † respondetur primò non posse in casu nostro censualem contractum iudicari, quoniā DD. Simonettæ nō abdicauerunt à se omne ius glarearum, & pascuorum pro annua illa præstatione, & pensionē, sed perseuerauerunt in pascē do super eisdem cum bestijs suis ad libitum vt s. dictum est, quod census contractui omnino repugnat Bart. in l. 1. §. 1. de publica. Imol. in c. ad audientiā, & ibidē cæteri Scriben. de reb. ecc. nō alien. Bal. in tit. de pac. constan. in verb. persolue re fictū, & hoc tradunt oēs in oppositum citati, scribentes, scilicet in d. c. constitutus post glos. pen. Soc. d. cons. 167. num. 6. & Nat. cons. 3. nu. 2. cum concordant.

19 Secundò quoq; responderi posset, negando cōtractum censualem in dubio præsumi; cum potiùs contractus emphiteusis, vel locationis ad lōgum tempus censeatur, ex cōi s̄nia, quā post multos citatos refert, & sequitur Bero. cons. 14. sub num. 1. & post eum Clar. in §. emphiteosis q. 1. vers. sed pone, Bursa. cons. 56. num. 8. & nouissimè Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 281. nu. 6.

20 † & tantò magis Emphiteosis videtur iudicāda, ex quo quid minimum soluitur pro re tam magna, & fructuosa ad Clar. ibid. in vers. seq.

21 Præsupposito ergò, quòd Emphiteoticus sit cōtractus, non sequitur, ergo potest conductor meliorare pascua reducendo ad culturam, vt in secunda parte enumerata deducebaē, allegādo §. adeo Insti. de loca. & tradita per Scriben. in au-

22 then. qui rem, C. de sacros. Eccl. † Quandoquidē non est permissa indistinctè melioratio emphiteutæ, sed ea tm̄, quæ non mutat rei formam; præsertim qn̄ non est statim reducibilis ad priorem statum; & ideo de sylua non pōt vineam facere; nec prata ad culturā reducere. Bal. in l. 1. nu. 11. post Nico. de matur. quem citat, C. de iur. emphiteo. & ibidem Ias. nu. 99. post Alber. & Flor. quos allegat Cæpol. in tract. de seruit. rusticorū prædio. c. de montibus, quęst. 5. Redoa. in tract. de reb. Ecc. nō alien. pag. 500. in §. & vt discuratur num. 4. Cepha. cons. 491. num. 31.

Secundò etiam respōdetur, quòd si emphiteotæ hoc liceret, intelligeretur tamē pro bonis emphiteoticis, ex quibus ipse solus fructum capere posset; si verò consocium haberet, nulli dubiū,

23 quòd inuito socio id facere non posset, † qm̄ in re cōi melior est conditio prohibentis. l. sabin°. ff. com. diui. reg. in re cōi, vbi Dyn. de reg. iur. in

24 6. † & in terminis iuris compascendi tradit Roder. Suarez. alleg. 15. nu. 30. vsq; ad finē, & post eum Didac. varia. resol. lib. 1. cap. 17. nu. 11. ad fin. Cepha. loco proxime citato. Cum igitur in casu nostro appareat de communione ista com pascendi animalia Perill. DD. & Vniuersitatis, necessariò sequitur, quòd vna pars, altera inuita, nequeat pascua arare, & colere.

25 Quinimò si pascua essent propria ipsius Vniuersitatis, præsupponereturq; pro eius parte Dominiū, tā directum, q̄ vtile, nihilominus ex quo quasi possessio Perill. DD. tanti temporis pbaē, mittendi eorū animalia ad ea depascendum, vndè oritur proculdubio seruitus iuris pascendi, illorum cultura de iure prohibita foret, & possent prædicti Dñi, ēt de facto impedire, vt in specie consuluit Crau. cons. 4. nu. 4. cum seqq. Soar. d. alleg. 15. nu. 10. Cepol. in tractat. de ser. rusti. prędio. c. de ser. iur. pasc. nu. 40. & Didac. loco proximè citato, vers. sed & quotiens.

26 Sed & si è conuersò supponatur Dñiū pro parte Perillust. DD. (quod rationabile magis, & iuri consonum est per supradicta,) & Vniuersitati seruitus tantùm iuris pascendi concedatur, multò minùs pascuorū cultura illi concedenda erit in præiudicium DD. qui hoc modo priuarētur facultate sua, & commodo mittēdi propria animalia ad compascendum, & hoc in terminis ēt decidit Cepol. d. c. de seru. iur. pascēdi sub n. 41.

27 Posset quoq; non immeritò dici, quòd p Perillust. DD. Simonettas affida facta fuisset ab hinc retrò; solent enim Barones Castrorum, & Territoriorū Dñi affidare animalia aliena ad pascēdū in proprijs territorijs, recepta aliqua annua mercede, vt hoc nostro casu, & tunc tantū abest, vt Domini animalium affidatorum, reducere possint pascua ad culturam, vt Barones ipsi valeant potiùs affidam quādocunq; reuocare, non obstā te, quòd per triginta, & ampliùs annos perseuerauerint, si pro vsu suo retinere voluerint, & subditorum. Isern. in constit. Regn. cum per partes Apuliæ. & post eum Afflict. nu. 8. & ita fuit decisum in sacr. Consil. Neapol. teste eodem Afflict. decis. 390. in fin.

Ex his ēt apparet argumentū prædictum à partib. enumeratis, vltra speciales responsiones supra datas, non rectè concludere, ex quo non fuerunt partes omnes sufficienter enumeratæ; quādoquidem, si neq; census, neq; emphiteosis contractus celebrati fuissent, potuit esse societas, seu commu-

communio compascendi animalia vtriusq; partis, vt s̃. tetigimus, & de qua societate ẽt plura tradit Afflict. iu d. constit. cum per partes nu. 10. 11. 12. & Didac. lib. 1. var., resol. cap. 17. nu. 11. præcitato vers. his verò, & rursus pract. quæstio. cap. 37. nu. 6. vsq; ad fin. quo loci abnudè ꝓbat culturã pascuorum cõmunium pœnitus esse prohibitã. Potuit esse seruitus acquisita Perill. DD. Simonettis, si verum esset, quod erroneè prętendit Vniuersitas, nempe, quòd ipsa sit domina, vel ècõtra seruit' mercede, vel ꝑscriptione acqsita vniuersitati, si dñium sit apud Perill. DD. ꝓut esse credendum est per supradicta. Potuit denique affida esse, vt paulò antè retulimus, potuit esse locatio temporalis, tacitè hactenus renouata, secundùm terminos l. itẽ quæritur. §. qui impleto, ff. loca. vel locatio perpetua sm̃ terminos, l. viam veritatis, C. de loca. vel vsus cõcessio sm̃ terminos l. plenũ de vsu, & habitat. quib. oĩbus casibus certũ est noualia prohiberi, tum ex natura contractus, tũ ex iure compascuãdi Perillust. Dñis competenti, vt s̃. Quoquo igitur se vertat Vniuersitas, succumbat necesse est; & per consequens verum quoq; apparet in terminis nostris notab. Quod colligit Castr. in l. cum his, § si prætor nu. 5. de transact. quòd argumentum à sufficiẽti partium enumeratione est multùm fallax, & debile, quia putat quis casus omnes enumerare, & nõ enumerat, & si vnus solus omittitur, totum corruit argumentum l. arbor, §. fin. com. diui. Rip. in l. admonendi nu. 6. de iureiur. multò magis ergo in nostra specie corruere debet, in qua multi contractus considerari possunt, vltra duos enumeratos. Vndè multifariam sublata sunt doctissima motiua Illust. Dñi mei, cuius limatissimo iudicio supradicta omnia libenti animo subijcio. L. D.

SVMMARIVM.

1 *Feudum concessum pro se, hæredibus, & successoribus, & cui, vel quibus est improprium, & saltem mixtum.*

2 *Dominium, & possessio feudi transit ipso iure in vocatum successorem.*

3 *Etiam sinè aliqua apprahensione.*

4 *Instrumentum publicum plenè probat quo ad omnes quantum sit pro effectu inter contrahentes secuto, vel cõfessato, licèt secus sit quoad præiudicandum tertio in iure suo, & nu. 15, & 22. et 24.*

5 *Confeudatarij diuidentes feudum dicuntur alter per alterum, post diuisionem totum possidere.*

6 *Decretum de continuãda, Parmæ vigens, trãsfert possessionem in hæredem ipso iure.*

7 *Testi vnico à parte producto, & approbato creditur, etiamsi sit de auditu.*

8 *Aditio hæreditatis inducitur per immixtionem in bonis hæreditarijs.*

10 *Honorantia, quæ soluitur domino feudi pro glareis, arguit ipsum esse dominum earum.*

11 *Quod magis ꝓcedit, si inuestitura dicat cũ glareis.*

12 *Fundus meus alteri seruiens, non potest ad culturam redigi.*

13 *Neque fundus in quo ius pascẽdi vnà cum alijs habeo, potest me inuito ad culturam poni.*

14 *Res inter alios acta alijs non præiudicat.*

16 *Successoris appellatione de vniuersali in dubio intelligitur.*

17 *Successorem, qui se dicit, hæredem se dicit.*

18 *Princeps, qui iudicat sola facti veritate inspecta super probatis non petitis iudicare potest.*

19 *Identitas rei probatur per duas demonstrationes.*

20 *Indefinita æquipollet vniuersali.*

21 *Mandatum non probatur per simplicem registrationem, nisi interueniat authoritas iudicis.*

22 *Notarij attestatio in suo rogitu, plenam fidem facit de his, quæ legisse, & vidisse asserit.*

23 *Notarij fides plenam facit fidem eorum, quæ à facto, & voluntate pendent eorum, qui actui interuenerunt.*

24 *Declaratio actus facti ad beneficiũ tertij, illi ꝓdest.*

25 *Socius præsumitur nomine proprio, non communi contrahere.*

26 *Coniecturis, & præsumptionibus locus non est, quãdo in claris versamur.*

Pro Perillust. & Reuerendiss. D. Alexandro Simonetta, & Consortibus.

EPITOME.

Feudalium possessio transit ipso iure in successores sinè apprehensione.

Instrumentum publicum quid probat inter alios?

Confeudatarij, etiam post diuisionem, possident alter per alterum.

Ius exigendi censum, siue honorantiam annuã pro pascuis, dominium probat.

Noualia facere non licèt inuito domino, vel possessore fundi.

Notarij assertio in instrumento facta quid probet?

RESPONSVM XLVII.

Qvatuor in facto elliciuntur ex processu in hac causa fabricato, quæ intentioni Reuerendiss. D. Alexandri Simonettæ, & consortum adeo inseruiunt, vt omnibus in oppositum adductis facilè præbeant responsionem.

Primum

Primùm est quòd Ill.DD.Simonettæ, tãquam Dñi loci Turricellarum fuerũt,prout, & sunt de pñti in quasi possessione mittendi aĩalia sua quæcunq; ad pascendum in glarea, siue petia terræ pasculatiua,de qua agitur, nã nedũ Ill.q.D.Paulus,sed ẽt Ill.D.Octauianus, & Ill.q.D. Iacob⁹, & ante hos Ill.q.Marcus Antonius,& antiquiùs Ill.q.D.Frãciscus Bernardinus ita successiuè possederunt,vt deponunt testes Reuerẽdiss. D.Alexandri primus fol.6.7.& 10.secundus fol.12.13 tertius fol.32.33.34.de alijs etiam antecessorib⁹ loquens,quartus fol.46.quintus fol.59.& 61.non⁹ fol.91.92.& alij quos breuitatis cã nõ refero.

Secundum est de honorãtia pecuniaria annuatim soluta per hoĩes S. Donini eisdem Ill. DD. loci prædicti pro istamet glarea pasculatiua, vt deponunt primus fol.9.secũdus fol.16.17. quartus fol.49.nonus fol.94.96. 98, & inter examinatos Mantuæ primus fol.330.& 332. vbi de solutione facta ẽt Reuerendiss.D.Alexandro deponit; Et inter examinatos Guastallæ prim⁹ fol. 347. Quod ẽt probatur per confessionẽ dictorũ hoĩum in lib. pæquationis agri Parmen.in quo profitentur soluere quotannis honorantiã prædictã Ill.DD.p̃dictis,& p confessionẽ in responsione positionũ in p̃senti iudicio facta fol.40. Et quòd ipsis vti dominis solutio huiusmodi facta fuerit,clarè patet, ex quo pro portione dominij ipsius,solutũ fuit,& non per capita,vel aliter, vt testes Reuerendiss.D.Alexandri deponunt s̃.4. cap.& probat ẽt instr̃m diuisionũ, in quo ius exigẽdi hãc honorãtiã indiuisũ remãsit inter ipsos condominos, & cuilibet parti pro dimidia.

Tertiùm est,quòd Ill.q.D.Paulus,Illust.& Reuerendiss.D.Alexander,& alij Illust.eorum fratres erant cõdomini,& compossessores dicti loci pro medietate,cum Ill.D.Octauiano,& Iacobo,qui aliam habebant medietatẽ, & diuisiones inter se fecerunt oĩum bonorum,tam feudaliũ, quàm allodialium,& cuiuscunq; generis, vt instrumentũ dictat in actis exhibitũ, in quo dictus Ill.D.Paulus noĩe suo,& fratrum prædictorum, ẽt eum speciali mandato, & cũ promissione rati, dicta bona diuisit, partemq́; suam dimidiam, & eius possessionem adeptus fuit mediante clausula constituti,& alijs solitis, & consuetis.

1 Quartum,& vltimum,quòd feudum Turricellarum,est feudũ impropriũ,& hęreditarium,vel saltem mixtũ,quia concessum pro se, hæredib⁹, & successoribus,& cum clausula,& cui vel q̃bus dederint,vel dabũt,&c.ut ex inuestitura in actis producta c. t,cum materia de feud. non haben. propter na.feud.cum vulg.

2 His ergo præsuppositis, infertur primò Illust. & Reuerendiss.D.Alexandrum tanq̃ vnum ex modernis condominis Turricellarum,ius illud habere mittendi animalia sua ad pascendum in glarea controuersa,quam cæteri eius antecessores habuere, à quibus in ipsum continuatũ fuit dominiũ, ac ẽt possessio continuata c. 1. vbi Affl. nu.4.si de feud.suc.contro.Rip. post alios in l. 1. C.quo.bono.ẽt sinè noua apprehãsione, Tiraq. in tract. de continu.possess.in prefa.decla.4.post multos relatos; Præsertim vigente cõsuetudine, vel Decreto de continuanda,quod hic habem⁹, & inuiolabiliter obseruamus.

4 Infertur secundò,quòd virtute Instrumẽti diuisionum prędictarũ Illust. D.Alexander fuit dominus,& possessor oĩum bonorũ,& iuriũ pro indiuiso,cũ p̃dicto D. Paulo, qui id expressim dixit,& p̃testatus fuit vt s̃,cuius confessioni in hoc standũ est;non quidem ad effectum præiudicandi tertio in iuribus suis super dictis bonis cõpetentibus, sed ad effectum declarãdi aĩum ipsius D. Pauli, & veritatem facti inter ipsos fratres l. desiderium cum not.C.depo.Bal.in rub.C.de fi. instr.nu. 12.& in rub.ex.eo.nu.4.Ias.in l.admonendi nu,85.& Rip. nu. 155.ff.de iureiur. Abb. in c.1.nu. 1.de fi.instrum.& ibidem Dec.nu.60. vers.successiuè Abbas. Quibus in locis optimè probatur, quòd Instrumentum publicum plenè probat,ẽt quoad oẽs, quantũ sit p effectu inter contrahentes secuto,vel cõfessato, licèt secus sit quoad p̃iudicandum tertio in iure suo, vt supra.

5 Imò verò absq; instr̃o isto dr̃ idẽ concludẽdũ; qñquidem feudatarij diuidentes inter se iurisdictionẽ,& iura feudalia, dicuntur alter per alterũ tenere,& possidere,etiam post diuisiones, Barr. in l cum constet,§.inter duo.de aq.quor.& æsti. Flor.in l.seruitus in princ.nu. 1. ff. quemad. ser. amit.Brun. cons.171. & 173.

6 Infertur tertiò, quòd non solum vtì dominus, & successor in feudo,& ab antecessorib⁹ suis ius habens vt s̃,sed ẽt tanquã hæres Illust.q.D.Pauli dicitur habere idẽ ius, eandemq́; possessionẽ. quam ille habuit, ẽt absq; vlla appræhensione, mediante scilicet Decreto prædicto de cõtinuãda possessione,hic vigente,in amplissima forma; de cuius vigore,& efficacia plena sunt oĩa, præsertim apud Tiraq. d.tract. in præfat. decla.6.& per to.Nec dubitandum,quin sit illius hæres,ex quo testes pro eo examinati clarè id deponunt videlicet Com. Antonius Maria Tertius f.127,
7 & alter testis Guastallæ examinatus fol.343.†& ex testibus aduersariorum tertius fol. 15. cui ẽt soli vti à parte producto, & approbato stãdum, & credendum foret, l.si quis testibus cum materia,C.de testi.ẽt si de auditu tantùm loqueretur Gabr.de testi.conclu.1.nu.14.cum concord.Et vltra hos testes,probatur, ex quo passim se gessit pro hærede,possidendo ea,quę D.Paulus possidebat,vt viridarium,& terras adiacentes,bona locando,& liuellos solitos terrarũ in emphiteosim concessarũ exigendo,de quibus actibus deponunt ferè oẽs testes super 1.cap. Reuerendiss.D.Actoris, item fecit vẽdere vaccas p̃dicti

D.Pauli

D. Pauli, vt asserunt duo testes quartus fol.46.
8 & sextus fol.74. † Vndè immixtio,& aditio hæreditatis sibi vti fratri delatæ resultat l.pro hærede,§.1.& 2.& l.gerit,cum vtrobiq; not.ff. de acquir.hęredi.l.potuit,vbi Scrib.C.de iu.delib.cũ vulg.Et per consequens oĩs bonorum,& iurium hæreditariorũ possessio in ipsum fuit continuata per supradicta. Nec distinguenda sunt feudalia ab allodialibus, cum feudũ Turricellarũ cum iuribus,& pertinẽtijs suis sit saltem mixtum, vt
9 prędiximus, † quod dubitationem non recipit stãte forma Inuestiturę per tex.in d.c.1.vbi feudistæ oẽs not.de feu.nõ haben.propri.nat. feud. Alex.cons.10.nu.8.9.li.3.Cur.iun.cons.4. p to. Dec.cons.390.num.5.& 395.nu.4.5.Clar.in §. feudum q.9.Rol.latiss.cons.55.nu.3.& num.33. cum plurib.seqq. vol.3.& Bursa.cons.22.nu.6. 15.21.22.& 23. cum concord.
10 Infertur quartò,eundem Illust.& Reuerendiss. D.vti vnum ex modernis cõdominis,& qui habet ius exigendi honorantiam prædictã modo quo s. dominiũ quoq; habere dictę glareæ,p iã allegata,& præsertim Bal.post Iaco. de Are.in l. indicia nu.2.in fi.C.de rei vend.Castr. cõs.376. nu.1.vers.vltimò probatur li.1.Crau.cons.154.
11 in fi.Menoch.de arbi.iud.cas.42.num.4.†Quod magis adhuc constare dicitur ex tenore inuestituræ, quæ cum glareis in specie facta reperitur, per iam dicta,quæ non repeto, & signanter per doctr.Ias.in l.rem quę nobis nu.32.de acqui.hę red.qui præsumptionem hanc maximè militare inquit in bonis incultis,qualia sunt ista.
12 Siue igitur inspiciamus possessionẽ,siue dñium, vtroq; casu confirmari debet pręceptum Cõi,& hoĩbus transmissum,quia nec reduci põt ad culturã fundus meus alteri quoquomodo seruiens ex præallegatis, præsertim Bal.in l.1.num.10.& ibidem Ias.nu.99.C.de iu.emphi.Cepol.de serui.rusti.prædio.cap. de montibus q.5. & in c.de serui.iu.pascen.nu.41.Redoa.in tract.de re. eccle.non alien.pag.cita.in §. & vt discurratur nu.
13 4.Ceph.cons.491.in 3.dub.& seq.† Nec etiam fundus, in quo iuris pascendi,quasi possessionẽ habeo,vnà cum alijs, quod colere intendũt Dida.varia.resol.li.1.cap.17.nu.11.Calca.cons.50 per to.Soarez alleg.15.nu.7.vsq; ad fin. Cæpol. d.c.de serui.iu.pascen. num.40. Bertrand. cons. 228.nu.1.lib.6.Crau.cons.4.num.6.Surd.cons. 65.num.12.13.14.
His igitur præmissis,patet certè ad motiua nu-
14 per excitata responsio.Ad primùm.n. quòd instrumentũ diuisionũ prædictarũ non probet in præiudiciumVniuersitatis S.Donini,ex quo est res inter alios acta l.sæpè de re iud.Alex. consil.
15 104.num.3.li.4.Natt.cons.266.num.6.†dĩ imò probare quid inter diuidentes actum fuerit, & quõ inter se se possiderent,& cuius nõie D.Paulus diuiserit,atq; possederit,tã ante, quàm post diuisiones,hæc namq; nihil præiudicãt tertio in eo,quod in bonis prædictis prætendere posset, sed benè probant veritatem illius facti, ex quo probatio contra quoscunq; resultat per supradicta;aliàs sequeretur,quòd si quis donaret,si venderet,si permutaret,vel alio quocunq; titulo bona sua,aut eorum possessionem transferret,& in strumentũ superinde publicum conficeret, hoc probari non posset quoad omnes per instrumẽti exhibitionẽ,sed solummodo quoad cõtrahentes,quod quàm absurdum sit nemo nõ videt, & ex s. citatis,iuribus,& authoritatibus liquet.
Secundò quoq;, & ex abundanti,respondetur aliunde ẽt,pter Instrũ prædictũ,constare de possessione D.Pauli in Reuerendiss.D.Alexãdrum continuata, nempe tanq̃ successorem maiorum suorum,ac etiã ipsius D.Pauli in feudo cũ oĩbus iuribus, & pertinentijs suis,nec non tanq̃ hæredẽ eiusdẽ iuxta prædicta. Nec dicatur quòd in hoc iudicio non cõparuerit specificè vti successor in feudo,vel tanq̃ hæres fratris, quia imò vtrũq; ius deduxit,& verbis vsus est aptis,vtrũq; cõpræhendere; dixit.n.se esse in possessione petiæ terræ de qua contenditur iure feudi, vel ali-
16 ter,†& successorem se nuncupauit authorum,& antecessorum suorum: quod de vniuersali successione indubiè intelligitur l.quãdã, §.is autẽ, vbi Castr.& alij de eden.Bart.in l.1. §. mater in
17 1.oppo.de leg.3.†Et qui dicit se successorem dicit se hæredem l.item veniunt, §. fi.vbi Bart. de peti.hęredi. Et stãte clausula super qbus,& alijs salutaribus iam ponderatis in secũdis allegationibus,non dubium quin instãtia,seu petitio in-
18 terpretari debeat,prout vtiliùs est agenti.†Sed, & si nihil in his deductum fuisset, cum tñ probationes factæ sint in processu, & causa corã Principe agatur, qui sola facti veritate inspecta iudicat, secũdùm eas iudicare potest, Pedem.decis. 1.num.20.21.cum alijs iam adhoc citatis.
Ad secundum,quòd glarea in Instrõ diuisionũ descripta,non sit eadẽ cũ ista,respondet contrariũ apparere ex pluribus demõstrationibus,quarum prima notabilis est, quòd pro vtraq; soluitur census,siue honorantia Dñis Turricellarũ,secũda est, quòd vtraq; est in iurisdictione Turricellarũ,tertia, quòd vtraq; est in parte laboratiua, quarta, quod vtraq; est ad incontrum Villæ S. Donini;nam in diuisionibus fit mẽtio de Ecclesia eiusdẽ ad locũ indicandũ, vltra quòd vtraq;
19 habet cõfine Valloni,seu Rioli, †ideo retorquetur doctri.Bart.in l.demonstratio falsa.de cond. & demonstr, quæ duas tãtùm demonstrationes conuenire requirit.Et sic circumscripto Instrumento prędicto,constat aliunde de possessione, atq; etiã de dominio eiusdẽ glareæ.Meritò,&c.
Ad tertium, quòd Instrũ non declaret glareã indiuisam remanere respectu iuris pascẽdi, sed tantùm respectu cẽsus,& iurisdictionis, aduertatur,

tatur,quòd paulò inferius,reseruat quoq; partibus iura directi dominij,& aliorum iurium, quæ
20 in ea ꝑtendunt, † & sic generaliter, & indefinitè loquitur, & indefinita æquipollet vniuersali l.si pluribus de leg.2. Et extra Instrumẽtum constat etiam de iurib.dominij,& possessionis,vt s̄.

21 Ad quartum, quòd non constet diuisiones factas fuisse cum mandato Reuerendiss. D.Alexãdri,quia de ipso mandato non cõstat,nisi per registrationẽ ipsius, q̃ non sufficit,nisi interueniat authoritas Iudicis,Alex.in authen.si quis in aliquo in 7. fall. C. de eden. cum sim.diuersimodè
22 respondetur,† nam primò dicimus,imò constare de Instr̃o mãdati per relationem notarij, qui illud vidisse,& legisse refert; & quia tenorem inseruit in editione instrumẽti diuisionum,necessariò præsupponẽdum est authenticũ pęnes ipsũ remansisse,& in protocollo suo contineri.

23 Secũdò dicimus relationem notarij, de qua s̄, plenam fidem facere, & oĩa probare quæ ab eorum facto,& voluntate dependent,qui actui interueniũt.Iuxta doctr.Specul.in ti.de instru. editi,§.restat.col.vlt.quem sequitur,& ita declarat Alex.in ea.authen.si quis,nu.11. qui cõmuniter recipitur,vt attestatur Cagno.ibidẽ nu.87.multos referens concordantes; vndè cum Ill.D.Paulus asseruerit diuisiones facere noĩe suo, & fratrum,eorundemq; noĩe possidere, & mãdata ipsorum relata fuerint vt s̄,plena resultat ꝓbatio.

24 † Quamquam ẽt absq; illorum mandato potuisset declarationem huiusmodi facere, & ad eorũ commodum,& beneficium valuisset d.l. desiderium.cum alijs concord.adductis.

Tertiò aliundè constat de dominio,& possessione prędictis,quàm ex Instrumẽto isto,ergo, &c.

25 Ad vltimum motiuum,quòd socius non præsumatur contrahere noĩe cõi,ex traditis per Rom. in l.de pupillo,§.si plurimum.de oper.nou.nuncia.& Alex.ac Rom.in l.stipulationes non diuiduntur col.vlt.de ver.ob.vbi ẽt Ias.nu.9.Respõdetur primò hic adesse mãdatum expressum, de quo proximè tractauimus. Secundò vltra mãdatum,adesse in casu nostro apertam mẽtem,& declarationem socij,hoc est Ill.D.Pauli, qui nomine suo,& fratrũ diuisit, acceptauit, possedit, & alia fecit,de quibus in Instr̃o, ideò frustrà dubitatur an eorũ noĩe, & tanq̃ socius ꝑdicta egerit,vel nè? quia in claris non est opus coniecturis l.ancillæ,C.de fur.l.ille aut ille,§.cum in verbis de leg.3.Tertiò cõstat de possessione, & dño aliundè,vt plurièṡ dictum fuit Nimirum,&c.

S V M M A R I V M.

1 *IVs pascendi differt à possessione rei.*

2 *Libelli verba debent esse generalia, vt actor plurez habeat vias, & plura remedia pro conseqnẽda intentione sua.*

3 *Generalis sermo pracedens,si aliqua species subiungantur cum clausula restrictiua, tunc ad species ennmeratas,sen relatas restringitur.*

4 *Dictio(scilicet)est restrictiua.*

5 *Relatum est in referente.*

6 *Conclusio libelli,non narratio,attenditur.*

7 *Narrans concernentia petitoriũ, & concludens in possessorio,si in ipso possessorio ꝓbet,obtinere debet.*

8 *Narrans res suas amotas, & petens de furto amouentem condemnari,si de furto constiterit, obtinebit in actione furti.*

9 *Narratorum interpratatio sumitur ex conclusione libelli,non verò è contra.*

10 *Libelli conclusio,si non conuenit de iure communi, vel municipali,sed de iure tantùm speciali,nõ narrato,nec allegato,sed in processo tantùm probato, potest tamen pro libellante ferri sententia.*

11 *Clausula salutares apponi solita in libellis, videlicet,super quibus,non se astringens, oĩ meliori modo,& alia huiusmodi,multùm prosunt,remißiuè.*

12 *Princeps iudicat sola facti veritate inspecta,& sic super probatis non petitis.*

13 *Interdictũ(vtì poßidetis) datur quando duo eandem rem poßidere contendunt.*

14 *Possessionis plures sunt species, nam alia est domini,alia vsufructuary,& alia vsuary,his autẽ de posseßione contendentibus, quilibet in sua possessionis specie manutenendus est.*

15 *Idem in quasi posseßione seruitutum, iurisdictionum,& similium incorporalium,in quibus vnusquisq;, prout poßidere reperitur,manutenendus venit, quia iustam causam in sua specie posseßionis habere dicitur, licèt absolutè non poßideat. Nec dicitur libellus malè conceptus in genere,qui ad obtinendum in vna specie aptus est.*

16 *Ius pascendi est ius personale, & regulatur ad instar vsus,vel vsusfructus.*

17 *Et pro eo datur interdictum, vti poßidetis, prout & alia remedia possessoria.*

18 *Cepha.in cons. 491. declaratur quomodo intelligi debeat.*

19 *Honorantiam recipiens annuam pro pascuis, eorũ dominus præsumitur.*

20 *Et rectè impedire potest habentes ius pascendi, nè nonalia faciant.*

21 *Ius pascendi habens potest quoque impedire Dominum,nè faciat nonalia.*

22 *Ius pascendi in re mea, vel à me possessa,rectè habere dicor.*

23 *Vsus,& vsufructus sunt seruitutes.*

24 *Sciẽtia ꝓsumitur eorum,quæ palã,& publicè fiũt.*

25 *Item eorum,quorum est publica vox,& fama.*

26 *Item eorum quæ frequenter fiunt.*

27 *Item ex vicinitate loci,præsertim iuncta cum antiquitate temporis.*

28 *Pasculandi,& lignandi actus in loco aliquo factus cõtinuatis tꝑibus,ꝓsumitur ad Vniuersitatis notitiã ꝑuenisse,& sic eius sciẽtia,& patiẽtia ꝓbatur.*

Pro

Pro Perillust. & Reuerendiss. D. Alexandro Simonetta, & Consortibus.

EPITOME.

Multa notabilia in praxi continentur in hoc respon. ad saluandum, sustinendum, & interpretandum libellos.

Possessionum plures esse species, & quemlibet possessorem in sua possessione, vel quasi, dato concursu, conseruandum esse.

Ius pascendi est personale, & ad instar vsus, vel vsufructus regulatur, & pro eo dãtur plura remedia possessoria. Qua in re consil. Ceph. 491. declaratur.

Ius pascendi qui habet, potest prohibere Dominũ nẽ faciat noualia, & è contra potest quoq; Dominus prohibere habentem ius pascendi.

Sciẽtia Vniuersitatis quomõ psumptiuè probetur?

RESPONSVM XLVIII.

EXistimabam sanè nullam ampliùs dubitationis speciẽ apud Ill. D. Consultorem in hac iustissima causa Perill. DD. Simonettarũ contra Vniuersitatẽ S. Donini manere, sed nec me fefellit opinio, nam & si noua quædam subtiliaq; à Dominatione sua prodierint motiua, ex eorũ tñ lectura facilè pspexi, non alia de cã conscripta fuisse, nisi vt nihil prorsus intactum relinquatur, quò magis causa ipsa dilucidari queat. Vt igitur D. S. morẽ geramus singula planiùs diluere cõstituimus.

1 Et primùm quidẽ de libello, siuè instantia, atq; capitulis possessionẽ glareæ controuersæ narrantib. non verò iuris pascendi ṽn, quę diuersa sũt, vt per Ceph. conf. 491. nu. 35. multis tollitur modis. Primò nãq; dicimus iudiciũ hmõi à præcepto Vniuersitati transmisso initiũ sumpsisse, in quo nullũ verbum de possessione prædicta, cum in genere præsuppositum fuerit non licere ipsi Vniuersitati noualia facere, & pascua illa inuitis Dñis Simonettis colere, stãtibus rebus vt stabãt,
2 quo attento, seruatã fuisse cautelã illã constat, libellãdi, per verba gnalia, vt in processu plures habeat vias actor, & plura diuerticula ad suam intentionem fulciendã, quam tradit, & commẽdat Soci. post alios in c. 2. nu. 34. & nu. 59. vers. est tñ aduertendũ de lib. obla. Vndè in casu nr̃o satis esse infertur probatum deinde fuisse, quod ad victoriã sufficit. Nec officit, quòd in sequẽti actu narratum fuerit de possessione vt s̃, tum q̃a præcessit protestatio procuratoris nolẽtis præiudicium aliquod ex narrandis, atq; proponendis inferri Reuerẽdiss. Principali suo, sed potiùs ea oĩa pro non dictis, & expositis haberi, tum quia plures clausulæ in fine fuerunt additæ releuãtes ipsum ab onere probandi non necessaria, de quibus infra fusiùs attingemus.

Secundò, circumscriptis his omnibus, insistendoq; narratis in hoc secundo actu, animaduertendũ est, non fuisse possessionẽ glareæ simpliciter, & in genere deductã, sed restrictiuè ad actus subiunctos per illa verba, in ea scilicet eorũ bestiamina, & iumenta de pascendo, & depasci faciendo, barchos, & mãdras construẽdo pro vaccis, partim inter ipsos Dños diuidẽdo, & ad culturã redigendo, pomeria, & viridaria plantãdo, plantas incidẽdo, & euellendo, & honorantiam ab incolis Turricellarũ, & S. Donini pro pascula
3 tione aĩalium quotannis exigendo. † Quotiescunq; n. generalis sermo præcedit, & aliquę species subiunguntur cum clausula restrictiua, tunc restringitur genus ad species enumeratas doctr. Bart. in l. q̃stũ, §. si fundum de fun. instruc. & in l. 1. ad l. Aquil. Aret. conf. 164. nu. 1. cum cõcord.
4 Dictio aũt restrictiua in nr̃a specie est illa particula (scilicet) l. si in vẽditione, vbi glo. in ver. scilicet, ff. com. prædio. Meritò narratio possessionis ad actus exprẽssos cohartata fuisse dignoscitur, qui cum probati reperiantur, nulli dubium, quin victoriam apportent; quandoquidem, vel vnus solus actus pascendi ãnimalia sufficeret, vt in priotibus scriptis abundè probauimus.

Tertiò, posito quoq; citra veri pĩudiciũ, quòd nulla adesset in narrata possessione restrictio, ad huc idem sequeretur effectus, quia in conclusione dicti actus, seu instantiæ dictũ fuit, quòd stantibus pdictis, & alijs in vlterioribus deducẽdis, & allegandis, tam in iure, quàm in facto, quorũ ius sibi reseruauit, & reseruatũ esse voluit procurator comparens, partes Ill. D. Iudicis erant in confirmando præceptum inhibitoriũ parti transmissũ, & sic nil aliud petijt, q̃ quòd in dicto præ-
5 cepto continebatur. † relatũ. n. est in referente l. asse roto. de hæredi. insti. hac ergò conclusione attenta, licuit probare, & ius pascendi, & omne aliud ad victoriam cõferens, siue narratum, siue
6 non. † Et indubitatũ est conclusionẽ in libellis, non narrationem attẽdi, Dyn. in reg. nullus pluribus de reg. iu. in 6. Bal. in l. 2. in fi. C. de pet. hæredi. post Inno. quem citat in c. super litteris de rescripr. & in l. præscriptione nu. 28. C. si contra
7 ius, vel vti pub. † Ideò narrans concernentia petitoriũ, & concludens in possessorio debet obtinere, si probationes in ipso possessorio concludentes fecerit, c. ex parte B. vbi doct. & signãter Butr. in 5. & 6. not. Soci. in 2. not. sub nu. 3. de fo. comp. & in c. fi. vbi Butri. in 5. not. de iud. Alex. conf. 92. nu. 5. vers. non obstat ẽt lib. 1. & consil.
8 117. nu. 2. 3. li. 2. Dec. conf. 29. num. 3. † Et dixit Bart. post Cyn. quẽ refert in l. Aurelius §. sticho. in fi.

in fi.quòd narrans res suas amotus ab aliquo, si concludendo petit et condemnari de furto, debet obtinere iuxta petita, si de furto constiterit,
9 quia ex conclusione libelli sumitur interpraetatio narratorũ,non è contra, & Bart.sequũtur ibi Alex.& alij. Cõclusio aũt libelli fit in verbo,peto,non in narratiuis,Bal.in l.fi.num.13. C.de fi-
10 deicom.liberta. † Quinimò si cõclusio libelli nõ conueniat de iure ciuili,nec municipali,sed alio tñ iure speciali,et non narrato,nec allegato,sed in processu tñ probato, ferri põt sñia pro libellante,nulla narratorum habita rõne,Soc. d.c.ex parte B.in gl.1.nu.7.
11 † In casu aũt nr̃o tantò magis pcepti, & instantiæ conclusio operabitur, vt iuxta probata iudicandum sit, propter clausulas salutares,super quibus,nõ se astringens, oi meliori modo,& alijs instantiæ appositis, quarum virtus in proposito explicatur à Scriben. in c.2. de mut.peti.in c.ex lr̃is de proba. in c. ex parte, vbi Feli. nu.33. de rescrip. in c. cum dilectus,de ordi.cogni.Alex.cons.121.in 1.& cons.58.in 2. Asin.latè in sua prax.§.32.amplia.63.& alibi sæ-
12 pissimè.† Quib. addendum est, quòd coram Serenis. D.Duce nos causa vertitur, qui vti Princeps,ac et ex clausulis compromissi, facultatem habet iudicandi sola facti veritate inspecta.& p consequens sñ probata, et non petita,Doct.in l.vinũ.ff si cer.pet.nu.24.Bart.in l.Emilius in fi.de mino. Alexan.in l.si ita stipulatus,§. Crysogonus nu.8.de verb. ob. Cacher.latè decis.1.nu.20.& latius Asin. in d.pract.§.3. cap.6. nu.23.Meno.de.arbi. iud.q.31.nu.4.vsq; ad fi.
Quartò,& vltimò pro maiori satisfactione Illust.D.Motiuantis, si perpẽdamus simplicẽ narrationẽ possessionis in genere,& conclusionẽ petitionis factam fuisse fingamus pro manutentione in genere, partemq; aduersam è contra se pos-
13 sidere allegasse,† sicq; in remedio vti possidetis iudiciũ corã iudice,et ordinario versari, ad formam l.si duo, cũ materia,ff.vti possi.adhuc pro Reuerendiss. D. agente pronuntiandum fore ar-
14 bitrabimur.† Nã plures considerati debent possessionis species, alia est possessio domini, alia vsufructuarij,& vsuarij,& his omnibus, vel eorũ aliquibus de possessione cõtendentibus,quilibet in sua possessionis specie conseruari, ac manutenerі debet l.fi. vbi Bar.egregiè,quem cęteri oẽs sequuntur, ff.vti possi.& in l.1. §.1.nu.1.C. eo.Bero.in c.licèt cãm nu.53.de pbat.Menoch. de retin.poss.rem.3.q.8.& nu.716.cum cõcord,
15 †Idemq; in seruitutib⁹, iurisdictionibus, & alijs iuribus incorporalibus contingit,in quib⁹, put quisq; possidere reperitur,ita manutenẽdus est, vt per Bart & alios præcitatos; quicunq; igitur istorum se possidere contendit, iustã cãm souet ĩ sua specie,licèt absolutè,& oĩ respectu nõ possideat. Nec propterea dici põt, quòd libellũ male cõcepérit,qui põt generaliter formari, vbicũq; quælibet species de genere sufficit ad obtinẽdũ, glo.est not.in c.1.in ver.speciem in fi. quã Scriben.signant de excep.in 6.Io.And.in c.pręterea de testi.Soci.in cons.39.nu.18.li.1.cum concor.
16 Applicando igitur ad casum nr̃m,si præsuppona mus Reuerendiss. Simonettã habere solũ ius pascendi,quod habuerunt alij quoq; eius antecessores Dñi Turricellarũ, quod est ius personale, vt in primis allegationibus ostendimus,& venit regulandũ ad instar vsus,vel vsusfructus, vt per Castr. in l.pecoris, sub nu. 1. de serui.rust.pdio. Bart.Castr.& alios in l.vt pomũ.de serui. Alexã. in cons.18.col.1.vbi decõi vol. 5. Corn,consil. 188.nu.2.vers.aut censetur li.4. Rui. citato cõs. 106.nu.11.12.li.5.Nulli dubium,quin possidere dicatur,prout ipsi quoq; vsuarius, & vsufructua
17 rius possident. Nimirum,& interdictũ vti possidetis ei competeret,prout & illis competit,necnon & alia interdicta possessoria,vt per Castr.d. l.vt pomum in fi.Soci. cons.95.in fi.li.3.& Rui. d.cons.106.loco pcitato,& col.fi. Et in proprijs terminis,quòd probãs solitũ pascendi animalia in certo loco,dicatur illius possessionem pbare, tradit Soci.d. cons.95.sub fi.vers.fortius et dicẽ dũ.Rimi.cons.219.nu.5.li.2. Menoch. de retin.
18 poss.rem.3.num.576. † Vndè patet, non passim verum esse,q scribit Cepha. d. cons 491.nu.35. nempè aliud esse fundum possidere,& aliud esse in quasi possessione seruitutis iuris pascendi. Nã si intelligamus hunc qui habet ius pascendi,nullo respectu possidere,falsissimum erit per supradicta,si verò intelligamus simpliciter,& absolutè non possidere,sed secundùm quid,rectè procedet dictũ Ceph. sed vterq; possessor respectu suę possessionis,vel quasi,obtinebit,vt pdixim⁹.
Verùm,quia Reuerẽdiss. D. Simonetta nõ tñ pro suo iure pascendi,& ad instar vsufructuarij,
19 vel vsuarij possedit,vt ẽ. † Sed quia vti dñs,tantò magis obtinere debet, nam vltra ea, quæ in priorũ motiuorũ solutione dicta sunt de titulata eius possessione, considerandũ est,ex diutina solutione annua honorãtiæ per eum,& eius antecessores recepta pro pascuis ab Vniuersitate prædicta,illius dñium,præsumptiuè saltem, pbatũ remanere p not.doctr.Bal.post Iaco.de Aren. quẽ refert in l.indita nu.2.in fi.C.de rei uendi. talis.n. solutio arguit eũ dñm,quem pro dño sol uens recognoscit,vt per Castren. cons. 376.nu. 1.vers.vlt.probatur li.1.Crau.154.in fi. quibus adstipulatur Menoc. de arbi.iud.ca.42.num.4. Vndè necessariò fatẽdum est, Vniuersitatẽ ipsã pro suo iure pascendi solummõ possidere iuxta prædicta, Reuerendiss. verò actorem vti domi
20 num † & per consequens sumus in casu consultationis,Ceph.in oppositum citato in cõsil.491 in 3.dub.concludẽtis,eum,qui vti dñs possidet, rectèimpedire eum, qui ius pascendi habet, nè colat,& noualia faciat; qnimò id ppria authoritate

21 ritate facere posse, vt in seq. dub.† sed. & si è cõ-
uerso diceremus vniuersitatẽ Dñam Reuerẽdis.
verò Dñm Simonettã ius pascendi tantùm hr̃e,
quod falsum est, cultura similiter esset prohibita
Calc.consi. 50.per tot.Cępol.de serui.rusti.præ-
dio.cap.9.num. 10.11.Bertran. consi.228.num.
1.vol.6.Crau.consi.4.nu.6.Didac.varia.resolu.
c.17.nu.11.ver.sed & quotiens Surd.consi. 65.
num.12.13.14.
22 Hinc clara putet ad secundum motiuum reso-
lutio de l.in re cõmuni de serui. Vrba. prædio.
cum concord. nam non dicimus quod iure ser-
uitutis vsus fuerit pascuis Reuer.Actor,sed tan-
quam Dñs, & sic non vti alienis, sed tanquàm
proprijs, quod licerę nemo negare potest per
reg.l.in re mandata,C.manda. & si obiectũ pro-
cederet, sequeretur quòd nemo dñs posset im-
mittere animalia ad pascendũ in agro proprio,
quod ridiculum est. Secunda verò pars huius
motiui, quòd res à me possessa mihi seruire ne-
queat, nec probatur d. l. in re communi, nec in
allegata.l. vti frui.cum glo. ff.si vsufru. pet. nec
alibi in toto iure nostro, sed totum potiùs oppo
situm, siquidem, & vsufructuarius, & vsuarius
& feudatarius, & alij id gñs possident, vt per
Bart. in d.l.si.vti possi.& alibi passim,& iure ser
23 uitutis possident, † qa vsus, & vsusfructus sunt
seruitutes l.1.ff.de serui.cum vulg.

Ad tertium facilè respondetur ex probatis in
processu, liquidò enim constat ex testibus Re-
ueredifs.Dñi super 1.3.& 4.capitulorum primo
loco productorũ,quòd vno,& eodem tpe, con-
tinuatisque temporibus Per Illust. D.D. Simo-
nettæ annuam honorantiæ solutionem recepe-
runt, & animalia sua ad pascua controuersa ap-
pelli fecerũt, signanterque ex duob. extra iuris-
dictionẽ examinatis per literas subsidiales,Hip-
polito de Valleschis,& Io.Baptista de Pois.Imò
verò concludunt de antiquissimo tempore so-
lutionis prædictæ,& de pasculatione postea cõ-
tinuata vsq; ad hæc tempora Quocirca impossi-
bile est vnã fuisse alterius loco subrogatam.

Ad vltimum de scientia, & patientia vniuersi-
tatis non probata, tutissimè respondetur, imò
p̃batã aptissimè fuisse.Nã testes oẽs Reuerẽdifs.
Actoris deponunt in indiuiduo quòd actus pos-
sessorij Dominorũ Turicellarũ facti fuerunt vi-
dentibus, scientibus, & non contradicentibus
cõi, & hoĩbus Villæ S. Donini, & in specie pa-
sculatio animaliũ;afferùntq; rõnes apprimè cõ-
24 cludentes super c.3. memorato. Deponunt pa-
riter quòd palam,& publicè fiebãt. Vndè scien-
tia p̃sumitur c.1.de transla.præla. glo.in ca.præ-
sumitur ignorãtia de reg.iur in 6.Cor.cõsi.269.
nu.3.lib.1.Mansue.de succes.reg.dub.4.nu.13.
25 Deponũt quoq; de publica voce,& fama in lo
co;p.p quam scientia similiter p̃sumitur Corn.
consi.221.num.5.in 3.Rui. consi.42.num.21.in
Consil. Lud. Sacc.
26 1.Crau.consi.57.nu.10.† Deponunt de frequẽ-
tia Actuum pasculationis, videlicet quotannis,
& continuatis tẽporibus,& per diuersos Dños,
per quã eadem inducitur p̃sumptio. Corn.cõsi.
268.nu.11.in 4.Menoc.de arbi.iud.c.161.nu.5.
27 † Ex vicinitate quoq; loci p̃sumitur sciẽtia Cor.
consi 94.nũ.11.ver.confert lib.3.Rui. consi.vlt.
nu.10.li.4.Crau.consi.74. nu.4.Alciat.de verb.
sign.nu.105. Menoc. d.ca.& nu. & de reti. pos.
rem.3.num.619. & de vicinitate loci cũ diutur-
28 nitate tpis tradit Rui.consi.66.nu. 11.in 3.†Pa-
scua aũt de quib. agitur,nedũ vicina sunt, sed in
eadmet Villa,ergo. &c. Et in terminis vniuersi-
tatis Crau.consi.204.nu.5.Corn.de actu pascu-
landi, & lignandi loquens d. consi. 268. nu.12.
Deniq; ex qualitate facti, qui verisimiliter so-
let in notitiam venire,scientia præsumitur d. c.
quanto cum not. Craue. consi. 123. num. 3. &
167.nu.5.Menoc.vbi sup. Cor.d.consi. 268.nu.
11.inquiens quod si actus erat talis naturæ, &
importantiæ, quod verisimiliter ad vniuersita-
tis notitiã deuenerit, locus est præsumptioni de
qua supra.sed isti actus sunt huiusmodi, vt om-
nibus obuium est. Meritò,&c.

SVMMARIVM.

1 *EMphiteosis Ecclesiastica non transit ad hæredes extraneos ex magis communi.*
2 *Præsertim quãdo in contractu non fuit seruata solemnitas requisita in alienatione stabilium Ecclesiæ de qua in c.sine exceptione 12.q.2.*
3 *Clausula,& cui vel quibus legitimè dederit,non facit emphiteosim transitoriam ad extraneos.*
4 *Quoniam illud aduerbium (legitimè) aliter staret occisum,quod non est admittendum.*
5 *Emphiteosis recepta ab Ecclesia cum clausula, (& cui vel quibus,) si non fuit seruata solemnitas d. c.sine exceptione,non transit ad extraneos.*
6 *Clausula prædicta secundùm aliquos,operatur tantùm,quòd alienatio fieri possit inter vocatos.*
7 *Vel quòd alienari tantùm possit inter viuos,non in vltima voluntate.*
8 *Curt. iu.saluatur à contrarietate obiecta.*
9 *Doctor illam opin.tenere dicitur,quam disputãdo, & arguendo ad partes approbauit, potiùs quàm eam, quam perfunctoriè.*
10 *Extraneus dicitur persona prohibita acquirere emphiteosim ecclesiasticam.*
11 *Clausula(& cui vel quibus)ad dispositionem iuris cõmunis ex tacita mẽte contrahentiũ reducitur.*
12 *Dec.in consi. 171. declaratur.*
13 *Duobus copulatiuè requisitis,si vnum deficiat,actus non valet.*

14 *Curt.in conf.130.nu.8.interpretans dictionem(legitimè) cum clausula(& cui vel quibus) in materia emphiteosis Ecclesiastica, declaratur.*

15 *Emphiteosis Ecclesiastica, qua non potest ad extraneos hæredes transire, nec per viam donationis, nisi fortè durante donatoris vita transit.*

16 *Extraneus hæres succedens in emphiteosi ecclesiastica, non potest ingredi possessionem sinè consensu Rectoris directi domini, & soluto debito laudemio, aliàs cadit à iure suo.*

Pro Reuerendo Domino Hyppolito Pratisotto.

EPITOME.

Emphiteusis ecclesiastica non transit ad hæredes extraneos.

Etiam si acquisita sit cum clausula, & quibus legitimè dederit; Maximè si non fuerint seruatæ solemnitates.

RESPONSVM XLIX.

1 AD ostendendum quòd Reuerendus D. Hippolitus Pratisottus, in præsenti causa iustitiã fouet, presuppono, quòd licèt trita sit, & valde controuersa conclusio illa, An emphyteosis ecclesiastica transeat ad hæredes extraneos, Nihilominus magis cõis, * & crebriori calculo recepta est negatiua, quòd minimè transeat; vt post innumeros relatos concludit Clar. in §. emphit. q. 28. ver. 3. est casus & versi. Sed aduertendũ est, in fin. cui sufficiat remissio.

2 Quæ conclusio absq; difficultate procedit quotiescunq; in contractu emphiteotico celebrando seruatæ non fuerunt debitæ solemnitates, de quib. in c. sinè exceptione 12. q. 2. in hoc enim oẽs concordant, teste Curt. in consi. 130. nu. 4. & Clar. d. q. 28. ver. breuiter quando.

Hoc stante presupposito in iure, aliud in facto subijcio, nempè solemnitates de quibus supra nullo pacto adhibitas fuisse in inuestitura facta q. D. Cesari Tempestimo, vt videre est in instro in actis exhibito; & ex ambobus infero, emphiteosim de qua agimus ex dispositione iuris communis, ad hæredes extraneos, nullo pacto transitoriam fuisse, nisi pactum specialiter adiectum contrarium suadeat.

Vndè videndũ est, an clausula (& cui vel quibus legitimè dederit) apposita in dicto instro, inducat pactum, & conuentionẽ iuri cõi repugnantem? Qua in re proculdubio dicendũ est, quòd non ex quo facultas alienandi concessa ex illis verbis, (& cui vel quibus dederit) limitata est subsequens aduerbium (legitimè) importans quòd dispositio debeat esse legibus, & iuri communi conformis, non autem repugnans, vt optimè perpendit Curt. in præallegato consi. 130. num. 7. cum quo concordat Dec. consi. 171. sub num. 3. versic. 4. & vltimò. Inquiens, quòd vbicunque clausulæ prædictæ, (& qb. dederit) aliquid additũ reperitur, quòd illã

3 reducat, & restringat ad ius commune. Tunc ad hæredes extraneos emphiteosis transire non potest, & idem Dec. in consil. 208. ante num. 12. versic. 2. respondetur Signo. de homo. in consi. 10. sub num. 2. versi. non ob. quod dicatur post Bald. Iacob. & Curt. quos refert, & cum Curt. dicto consil. 130. sentit etiam Campe. in consil. 11. inter consilia Brun. colum. 2. ad fi. versic. 2. ex hoc. Crau. consi. 92. sub num. 6. & hos referens, fusiusque cæteris insistens Menoch. consil. 61. nume. 18. cum pluribus sequent. & neminem patribus istis video repugnantem, aut contradicentem, minusvè rñdentẽ firmissimo argumento superiùs deducto.

4 Quod confirmatur ex eo, quòd si aliter interpretaremur verba prædicta, sequeretur, quòd aduerbium prædictum, legitimè, esset in totum ociosum, & absque effectu operandi, quòd esse non debet l. si quando. ff. de leg. 1. c. si Papa de priuileg. in 6. cum vulg.

5 Sed vlteriùs est attendendum, quòd solemnitates dicti; c. sinè exceptione; non interuenerunt in contractu isto emphiteotico, vt presupposuimus, ideò clausula, & quibus dederit, simpliciter quoque prolata, vel alia similis, quæ de sui natura comprehendat hæredes extraneos, nihil potest contrà iuris communis dispositionem operari, & sic hæredes ipsos extraneos ad emphiteosim ecclesiasticam admittere, prout vltrà Curt. dicto consil. 130. num. 4. in fin. firmat Gozad. consil. 39. num. 12. & 17. & Clar. dicta q. 28. ver. 2. est casus, & ver. seq.

¶ Et rursùs aduertendum est, ad finalem rationem huius decisionis, nam cum emphiteosis taliter concessa importet totalem alienationem, vel saltem cum ea pari passu ambulet, necessariò dicendum est easdem solemnitates requirere, quę in ipsa alienatione requiruntur ad not. per Scriben. in cap. nulli de reb. eccle. non alienan. & in cap. hoe consultissimo eodem tit. lib. 6. atque alibi sæpè.

6 Insuper allegare placet not. dictũ Bald. quẽ refert, & cõsulendo sequitur Bero. in cõsi. 106. nu. 28. lib. 1. quòd inuestitura emphiteotica bonorũ ecclesiæ facta, ẽt cũ clausula, & quib. dederit, intelligi dẽt sm̃ purã, & merã suã naturã, ita vt ad extraneos nõ efficiatur transitoria, & subdit ibi Bero. satis operari dr̃ talis clausula, ex quo

dat

dat facultatem inueſtito diſponendi in vnũ tan-
tùm de compræhenſis in inueſtirura. quandoqui
dme omnes ſimul, & pro portione aliàs admiſſi
fuiſſent, præſertim in eod. gradu exiſtentes. Idẽ
in effectu reſpõdit Bero. conſ. 66. reddito in cau
ſa Parmen. num. 13. & 14. eod. li.
7 † Vbi aliter ẽt rñdet ad dictã clauſulã, reſtringẽ
do eã ad ſpecialẽ, & expreſsã diſpõnẽ inter vi-
uos, & cum ſupradicta Bal. & Bero. opi. concor-
dat Signo. de hom. conſi. 10. ante nu. 4. Bello. cõ
ſil 33. nu. 5. & pro hac eadẽ opi. latè conſuluit
Calca. conſi. 51. in 1. dub. & latè Menoch. d.
conſi. 61. nu. 20. cum ſeqq.
8 Modo nõ obſtant, quę ꝑ D. Calidonia addu-
cunẽ, & primò quòd Cur. fuerit ſibi cõtrarius in
conſ. 1. Qm̃ licèt in narratione facti p̃ſuponat
ibi poſitũ fuiſſe aduerbiũ illud (legitimè) cum
clauſula, & quibus dederit, non tñ in diſcurſu
totius conſilij mentionẽ aliquã de eo facit, nec
illius vim tollit, ſed ſimplicem clauſulã ponde-
rat abſq; dicto aduerbio, & per conſequẽs non
9 põt dici ſibi contrarius † q̃q̃ ſi contrarius ẽt di-
ci poſſet, eius tñ opinionis fuiſſe dicẽdus eſſet,
quã diſputando tenuit, & arguendo, non verò
eiuſquã ſimpliciter, & ꝑfunctoriè, vt docet Ab.
in c. bonæ il 2. nu. 30. verſi. Sed mihi plus placet
de poſtu. præl. Alci. in trac. p̃ſump. regula prima
p̃ſump. 51. nu. 4. Soc. iun. cõſi. 1. nu. 143. & cõſi.
119. nu. 30. lib. 1. atq; in conſi. 42. nu. 25. lib. 2.
Sed etſi authoritas Curt. de medio tolleretur
eius contradictione, ratio tamen, & argumentũ
ſuum ſupra relatum, Item & authoritas Decij
in d. conſi. 171. & cæterorum omnium ſupra re-
latorum adhuc militarnet.
10 Et dùm rñdetur ſecundo loco, legitimè factũ
dici poſſe, ꝙ ſit lege ꝑmittente, & legem in ca-
ſu noſtro ꝑmittere, quòd emphiteoſis dari poſ-
ſit perſonis à iure non prohibitis, vt per Dec.
in conſi. proximè relatis, retorquetur apertiſſi-
mè iſta rñſio, tum quia firmat ibi Dec. & ꝑ cõ-
ſtanti habet ſub nu. 1. 5. 6. & per to. hr̃des extra-
neos emphiteotæ perſonas eſſe prohibitas em-
phiteoſim Eccleſiæ acquirere ex diſpõne iuris
* cõis, * inquiens opinionẽ illam eſſe cõem, & ca-
11 nonizatã, & ab ea nullo pacto recedendũ. † Tũ
etiã quia pluribus argumentis concludit, clau-
ſulam, & quibus dederit, ad diſpoſitionem iuris
* cõis, *ex mente contrahentium reduci, ita vt ad
hæredes extraneos dictam emphite uſim tranſi-
re minimè faciat. Quod ſi ex tacita mente con-
trahentium id recipitur, vt voluit Dec. multò
magis in caſu noſtro recipiendum eſt, in quo eſt
facultas tantùm conceſſa emphiteotę alienandi
legitimè, id eſt ſecundùm leges, & ſecundùm ius
12 cõe, † & licèt ponderet Dec. in d. conſi. ſub nu.
3. verſi. 3. conſiderandum eſt, incapacitatẽ eius,
qui ad emphiteoſim illã admitti volebat, quia
ſcilicet illegitimus erat, nõ tamen fatetur, quòd
dara capacitate, vocatus eſſet, & ad eam admit-
tendus, ſed totum oppoſitum tenet, vt legi po-
13 teſt. † Duo nãq; copulatiuè requiruntur, quòd
quis ſit de vocatis, & compręhenſis in inueſti-
tura à contrahentibus, & quòd ſit capax, & non
indignus reſpectu perſonæ ſuę, quorum alterũ
ſi deficiat, vt in noſtra ſpecie, non poteſt dici le-
gitimè ſuccedere in ipſa emphiteoſi per reg. l. ſi
is qui ducenta. §. vtrum de reb. dub. Idcirco rñ-
ſio ex aduerſò data pœnitùs euaneſcit.
14 Vltimę rñſioni, quæ interprętatur, legitimè, id-
eſt, cum conſenſu dñi in tit. oneroſo, & abſque
conſenſu in lucratiuo, per ea quę ſcribit Curt. d.
conſi. 130. nu. 8. poſt Iaſ. quem refert, & Clar. d.
§. q. 15. facilis eſt replicatio, nam Cur. ibidẽ tol-
lit hoc obiectum, ſupponẽs, quòd quicquid te-
neant Doct. circa donationem rei emphiteoti-
15 cę, etiam eccleſiæ, † cum vera ſit cõcluſio, quòd
ad hæredes extraneos non ſit tranſitoria, non
poterit etiam donatio ipſa effectum ſortiri poſt
mortem donantis, ſed tantùm eo viuente. Vn-
dè tantùm abeſt vt poſſimus ex dictis Curt. ar-
guere, de donatione ad inſtitutionem hæredis
extranei affirmatiuè, & ꝑmiſſiuè, vt potiùs ex
oppoſito manifeſtè declaret ab inſtitutione ipſa
extranei hæredis, ad donationem negatiuè, &
prohibitiuè argm̃ procedere. Conſequenterq;
nullo pacto dicere poſſumus, quòd ſatisfactum
ſit illi aduerbio, legitimè, ſi abſq; Dñi conſenſu
hæres extraneus inſtituatur. Et cum hac ſolutio
ne ſupradicta ex dictis Cur. concordat ẽt Clar.
ea. q. 15. in ver. arbitror tñ in primo requiſito,
dum præſupponit ad hoc, vt donatio rei emphi
teoticę valeat, de ſubſtantia requiri, vt non fiat
* in perſonas, in quas de iure cõi, * vel ex cõuen
tione partium prohibita ſit alienari. Enim verò
* prohibitũ eſt de iure cõi * alienare, & relinque-
re emphiteoſim eccleſiaſticam in extraneos hę-
redes, vt ſupra dictum eſt. Meritò. &c.
16 Nec ommittendũ eſt, quòd ſi interpretatio ex-
aduerſo data procedere poſſet, quod à verita-
te oĩno alienum creditur, & per conſequens po
tuiſſet Tempeſtinus abſq; Dñi conſenſu extra-
neis hęredibus emphiteoſim relinquere, & ſic
Dñæ Calidoniæ, non tamen potuiſſet ingredi
poſſeſſionẽ bonorũ emphiteoticorũ ſinè cõſen-
ſu Rectoris; vndè cum ingreſſa fuerit, amiſit
oẽ, ius quod habere pot erat, ſñ cõem ſñiam, q̃
refert idem Clar. loco proximè citato in quarto
requiſito. Quinimo obligata fuiſſet ad ſolutio-
nem laudemij pro noua inueſtitura, vt ibidem
firmat Clar. in quinto requiſito. Er ex his pro-
nunciandum eſt abſq; dubio ad fauorem.
Reuer. D. Rectoris antedicti.

Guido

Nicolaus — Gibertus

Guido

Gibertus — Nicolaus *sine filijs.* — Guido

Ludouicus. — Ioannes Maria.

Franciſcus — Io.Frãciſcus — Pãphilus. *vltimò defunct⁹.*

Io.Petrus.

Franciſcus.

Antonius Maria Actor.

Pro Perill. D. Com. Antonio Maria Tertio, Sifsiæ, & Beluederij Comite.

Deſcendebant D. Com. Antonius Maria, & D. Com. Pamphilus de Tertijs Nobiles feudatarij Parmenſes à communi ſtipite Guidonis de Tertij; poſſidebantq; quilibet pro medietate, feuda duo, Siſſiæ ſcilicet & Beluederij, cum iuribus, & pertinẽtijs ſuis, & cupiens D. Com. Pamphilus, prole carens, conſortem prædictum debita ſucceſſione priuare, præces Sereniſs. D. Duci Octauio porrexit pro licentia teſtandi, de bonis, etiam fendalibus; quam obtinuit, cum clauſula tamen, ſinè prę iudicio iurium tertij) adeo quòd in præiudicium fiſci, & Ducalis Cameræ facultatem tantùm habuit diſponendi, non verò D. Com. Antonij Mariæ; quam etiam Princeps de poteſtate ordinaria concedere non valuiſſet.

Poſtea teſtatus fuit, hęredẽ inſtituẽdo D. Com. Horatium Simonettam, vxoris nepotem, & vitã cum morte commutauit.

Mortuo itaq; Com. Pamphilo, ꝑtendente eius hærede ſcripto poſſeſſionem dictæ portionis vtriuſq; feudi ingredi, quam pariter ingredi ꝑtendebat, imò ſe ingreſsum aſſerebat D. Com. Antonì⁹ Maria, Excelſum Conſilium Iuſtitiæ Parmæ ipſam ſucceſſionem ad euitanda ſcandala ad Ducalem Cameram aduocauit; qua aduocatione ſtãte, idem Com. Tertius ſtatim coram eodẽ Conſilio Iudicium inſtituit in petitorio contra ipſam Cameram vtì detentricem bonorum, & iurium feudalium Siſſiæ, & Beluederij, petendo illa ſibi liberè relaxari; attento quòd erãt bona feudalia ad ipſum ſpectantia virtute Inſtrumentorum, & inueſtiturarum tunc productarum, per quę notoriè conſtabat de bono iure ſuo; quæ petitio fuit admiſſa per Dominos Conſiliarios, & decretæ citationes D. Aduocato, & Sindico fiſcali, & Dominis Simonettis, videilcet Com. Horatio, & eius Patri utì legitimo Adminiſtratori ad allegandum quare dicta bona non uenirent liberè relaxanda.

D. Sindicus, & procurator fiſcalis comparendo, ſuam quoq; petitionem exhibuit merum petitorium continentem, nempe declarari bona prædicta feudalia deuoluta eſſe ad Ducalem Cameram per lineam finitam Com. Pamphili, & ad ipſam pleno iure ſpectare, & pertinere, & propterea in eorundem poſſeſſionem confirmari, & manuteneri; quæ fuit ſimiliter admiſſa, unà cum iuribus productis; comparuit quoq; hęres antedictus, ſed de eius inſtantia facta in ſolo poſſeſſorio; & ſubſecutis ſuper ea, plenè tractare nõ expedit in pręſenti informatione; quia iam lis fuit terminata, ut infra dicetur.

Compilato proceſſu inter dictas partes ſententiam ſuam protulit Excelsũ Cõſilium relaxando poſſeſſionem bonorum, & iuriũ ꝑdictorũ feudaliũ contẽtorũ in inueſtituris productis, & pęnes Duc. Cam. auocatam, D. Co. Tertio, de cuius bono iure dixit euidẽter cõſtitiſſe, & cõſtare ex inſtrumentis, & iuribus productis, non obſtan. allegatis, & productis ꝑ Mag. D. Procuratorem fiſcalẽ, & Dominos de Simonettis. Quę ſñia fuit executioni demandata, remouendo Ducalẽ Cam. à poſſeſſione, & eam tribuendo D. Com. Tertio.

Ab hac ſententia nullo modo reclamauit fiſcus; Reuiſionẽ uerò petierũt, & obtinuerũt D D. Simonettæ, & cũ in reuiſionali iudicio Excelsũ Conſiliũ ſup poſſeſſorio ſũmariſſimo tm̃ cognoſcere, & ꝓnũtiare uoluerit, iuxta uotũ DD. Simonettarũ, declarauit poſſeſſionẽ dictorũ bonorũ, & iuriũ feudaliũ à D. Com. Tertio in ipſos trãsferendã; prout exequẽdo trãſtulit, ſaluis iurib⁹ Com. Tertij in petitorio, & plenario poſſeſſorio.

Impetrauit quoq; ipſe Com. Tertius aliã reuiſionẽ eidẽ cõſilio cõmitti, qua pẽdente, & in fine iudicij, Procurator Duc. Cam. uti Terti⁹ ad illud uenit, inhęrẽdo prioti ſuæ petitioni, cui iter cęteras exceptiones, oppoſitũ fuit de re iudicata, ipſe aũt reſtitutionẽ aduerſùs rem iudicatã petijt, & obtinuit, & ita fuit ad iudicium admiſſus; adeo quòd de omnium iuribus denuo cognitum fuit.

Et

Et inſtāte aſſiduè Com. Tertio ſuper petitorio inter ipſum, & Duc. Cameram ab initio vſque intentato,& deducto pronuntiari;aut ſaltem ſu per vtroq; ſemel, vti cumularis. Econtra verò DD. Simonettis ſuper poſſeſſorio inſiſtere volentibus, fuit demum per eundem Co. Tertium me ſuadente,renuntiatū iudicio poſſeſſorio (ſi quòd pependiſſet, quod tamen ipſe negabat)& inſtitū ſuper petitorio iudicari; ſuper quo datis nouis terminis,& formato iterato proceſſu,& re productis hinc indè iuribus priorum iudiciorū tantùm,& facta diligenti cauſæ diſcuſſione cum omnibus collitigantibus; data fuere per Excelſum Conſilium motiua tenoris infraſcripti cōtra Comitem Tertium , & quia eius vnigenito mea vnigenita matrimonio copulata erat, ideo motiuis prædictis in ſubſequenti forma reſpondi,iuſtiſſimam ipſius cauſam apertiſſimè(ni fallor) demonſtrando.

EXCELSI CONSILII MOTIVA.

IN præſenti cauſa Caſtrorum Siſſiæ,& Beluederij , in qua, vt ex inueſtituris feudalibus per Illuſt.Do.Com.Antonium Mariam de Tertijs productis conſtat, quòd per Ducem Mediolani de anno 1440.DD.Gibertus,Nicolaus, & Guido fratres de Tertijs ob benemerita ipſorum, & parentum eorum, & quia ſubuenerāt D.Duci de Florenis duobus millibus ad rationem ſolidorum 32.pro quolibet floreno,inueſtiti fuerūt in feudum honorificū,paternum,& auitū,nobile,& gētile, frācū,& liberum,& iure feudi,honorifici,nobilis,& gētilis,paterni,auiti,antiq,liberi, & frāchi de di cto Caſtro Siſſię pro ſe,& eorum deſcendētibus.

Et de anno 1441.dicti Gibertus,& Guido pariter per eundem Ducem inueſtiti fuerunt de dicto Caſtro Beluederij , pro ſe ſe vtſupra in feudum honorificum, nobile,& gentile.

Contra dict. D.Com. Antonium Mariam agētem aduersùs Com.Horatium Simonettam pro conſequenda dimidia dictorum locorū,quā poſſideba t tpe eius vitæ,& mortis dictus Com.Pāphilus à Com.Guidone deſcēdens,plura obſtare vñr,de quibus per Burſat.cōſ.4. & conſ.349. & maximè,quòd feudum,de quo quęritur,dicatur francum,& emptitium, vt ex inueſtituris legitur,cum ceſſione iurium,& actionū,etiā directarum, & conſequenter potuerit alienari p D. Com.Pamphilum, & vltra per eum cōſiderata, contra D.Com.Antonium Mariam obſtare vñr duo potiſſimùm fundamenta .

Primum eſt.quòd hic agitur de ſuccedendo in d.feudo d.Com. Pamphilo trāſuerſali ipſi Com. Tertio,qui eſt vltra ſeptimum gradū,vt patet ex arbore generationis dict.DD.Iuxta calculationem graduum de qua per Ceph. conſ. 173. nu. 34.vol. 2.& apertiùs per Surdum conſ.5.nu.23. in fin.initium ſumendo à perſonis inueſtitis,ergo dicta feuda non vidētur poſſe tranſire ad D. Com.Antonium Mariā c.1.§.hoc quoq; ſciendū eſt tit.de ſucc.feud.; & eſt communis reſolutio Menoch.conſ.400.nu.58.vol.4.Surd.d. conſ.5. nu.15.& ſeq.& num.22. & hoc quia agitur de linea dicti Com.Antonij Mariæ,quæ eſt tranſuerſalis lineæ Com.Pamphili, ſecùs ſi feudū fuiſſet acquiſitum per authorem vtriuſq; lineæ , in quo caſu loquitur textus in c.pri.§. pri. de natu.ſucceſſ.Feudi, & actore non probante,quod intendit,reus eſt abſoluendus.l.2.ff.vti poſſ.l. qui accuſare,C.de eden. ius enim metimur ex perſona actoris l.pri.ff.ſi pars hæred. peta.

Nec de iure accreſcendi hic videtur poſſe tractari, quia illud regulariter non habet locum in feudo coniunctim pluribus dato,niſi ſpecialiter cōtineatur in inueſtitura, ita quòd verbalis, vel realis coniunctio nihil operatur,quia in contractibus non habet locum ius accreſcendi,ſed ſibi imputare debēt,ſi id non proſpexerint,ita ſignāter concludit Bal. in d. c. 1.§. & quia videndum ſub nu.4. verſ. item hic eſt expręſſum.

Et hoc ipſum clariùs clareſcere videtur diſcutiendo ſingula fundamēta,quibus nititur d.Co. Antonius Maria, adducta p eius informātes, & conſulentes,quæ ſunt in effectu,quòd imò in ca ſu iſto ſit locus iuri accreſcendi, ſiue magis propriè loquendo,iuri inueſtituræ, vt inquit Bal.in cap.1.§.Capitanei,nu. 5.de feudo Marchiæ.

Primò,ratione qualitatis feudi, ſcilicet iuriſdictionalium,& dignitatis comitatus.

Secundò,ratione qualitatis Principis concedētis,ſcilicet Ducis Mediolani.

Tertiò,quia agitur de feudo antiquo.

Quartò,quia oībus inſolidū fuerit facta cōceſſio ex vi clauſulæ,&(cuilibet eorum inſolidū.)

Quintò,quia aliàs etiam portio, quæ obuenerat Com.Nicolao diuiſa fuit inter Co.Gibertū, à quo deſcēdit Co.Antonius Maria,& Co. Guidonem à quo deſcendit Com.Pamphilus.

Sed quod primum attinet reſpectu dignitatis Comitatus,conſtat,eam in feudum nō fuiſſe cōceſſam,ſed ſeorſum ab ipſo feudo.

Quòverò iuriſdictionalia,vr̄ poſſe dici,quòd licèt inter agnatos in infinitū, & trāſuerſales de iure in rę indiuidua ſuccedar̄,& ſi iuriſdictio ī ſe ipſa ſit indiuidua,tñ q̄ū ad adminiſtrationē, & cōmoditatē,q̄ hic conſiderar̄,diuidua eſt,ēt ſi ſit vnicū caſtrū,& vnicus locus, & impedit ius non decreſcēdi,de quo q̄ritur,vt cōcludit Ripa ī d.l. recōīūcti n. 108.de leg.3.& ex iſto reſpectu dici pōt,quòd d̄ iure iuriſdictio ſit diuiſibilis,vt poſt cōcord.p eū citatos pbatBoe.d̄ciſ.46.nu.2.vbi addit,ita fuiſſe deciſū,quòd Dñs directꝰ, ad quē pars feudi deuenit, p obitū vaſſalli, dēt hēre totū feudū,& dñs tenet alteri vaſſallo ad extimationem

nem communitatis pro rata sua, vel quòd diuidatur commoditas, & seu saltem secundùm Bal. in d.cap.1.in fin.princip. de duobus frat. de benefic.inuesti.ad electionem Dñi dabit ipse æstimationem commoditatis illius accrescentis, & ideo dicunt Doct.quòd Ducatus, qui est indiuiduus per cap.pri.§. præterea ducatus de prohib. feud.alien.per Fede.potest de consuetudine diuidi de consensu Domini, & ibi dicunt Doct.& signanter abundè Soc.iun.consf.35.per totū vol. 4.Rolan.cōs.2.nu.125.vol.1. aliàs omnia regna Mūdi vnum ab alio non possent diuidi, & ideo non essent plura secundùm dictum argumentū, sed vnum, & omnia cōia, quo nihil absurdius, & quod dicitur de toto ad totum, habet locum de parte ad partem l. quæ de tota ff. de rei vendic. & ideo Ripa in d.l. reconiuncti nu.168. concludit, quòd vassallus superstes tenetur directè ad solutionem, & exhibitionem commoditatis, & vsus, licèt feudum dignitatis, vel iurisdictionis respectu suppositi sit indiuiduum, tamē administratio, & commoditas est diuidua, Bero.cōs.74. nu.29.& seq.vol.1.& in feudo Comitatus, quòd quò ad exercitium, & administrationem possit diuidi respondit ipse ibidem.

Et quòd de consuetudine feudum dignitatis, & iurisdictionis sit diuisibile probat Menoch. d.consil. 1.num.23.& plur.seqq. licèt, vt ille ait, non seruetur talis consuetudo in dominio Floren. Mantuano, & Ferrariense, & alijs locis; seruatur tamen in partibus istis, vt quotidie videmus; & in terminis in concessione Castri pro indiuiso facta duobus fratribus per inferiorē ab Imperatore, vel Rege, idem tenet Bal. in cap.1. nu.2. de duobus fra. quòd non habeat locum ius accrescendi.

Quò autem ad secundum fundamentum d.Comit.Tertij fundatū in l.1.C.si socius impe.liber. &c.lib. 10. vr posse responderi pluribus modis.

Et pri.dispositio dictæ legis non habet locū in inferioribus à supremo Principe, scilicet in inferiore ab Imperatore, vel Rege vt signāter in terminis cōcludit Bal.in d.c.1.nu.2. de duob.frar. & respondit Soc.iun.consf.92.nu. 8.& per totū volu.4.loquens in Duce Mediolani, Ferrariæ, & Mantuæ, idē post Aret.consf.vlt.col.pen.& plur. concord.per eum ibidem, respondit Ceph.consf. 173.nu.32. in fin.vol.2.& post Pet.Cyn. Bal.& concord.per eum relatos respondit Ias. consi. 1. col.5. post princ. vol.3. & consf.117.col.6. circa med.vol.4.Et ita hæc videtur esse magis * recepta sñia, licèt multi allegati in cōtrarium dissentiāt, & sic intelligitur d.l.pri. in Principe iura imperialia habēte, & sic in nō recognoscēte superiorē, vt in Rep.Veneta, Soc. iun. consf.73.nu. 7.& plur.seq.vol.1.& quod d.l.1.non habeat locū in Principe superiorē recognoscente respōdit Menoch.consf.564.nu.15.vol.5.& ante eum Afflict. in c. 1. §. & quia nu. 16.in fin.qui feud.da.poss.

Insuper, & secundò, dispositio dict.l.non habet locum in feudis, vt signāter dicunt Cyn.& Iser. &Mart.de Laude, quos refert Ias.cōs.24.sub nu. 2.vol.3.& concord.p Menoch.d.consf.464. nu. * 14.vbi refert multos de cōi* attestantes volu.4, licèt multi contradicant, fuit enim magna q̄stio apud antiquos, vt ēt refert Afflict.in d.§.& quia nu.28.& pro hac parte negatoria stāt ēt Alciat. Præpo.& alij, quos refert, & sequitur Bero. cōs. 70.nu. 6. & seq.vol.1.nisi feudū.tit.donationis sit, & motu proprio concessum; vt ibi nu.15. nu. 20.& nu.25.verfic. non obstat &c. Et in Principe supremo loquitur Lofrē. in contrariū citatus nu.3. qn̄ aūt motu proprio sit facta concessio hr̄ per Bero. vbi supra nu.25.in fin.& seq. & hæc ēt videtur esse mitior opinio, quàm contraria.

Tertiò, si benè aduertatur Bal in d.l.1.§. sin autem in pri.nu.15.C.de caduc.tollen.intelligit d. l.1.C.si socius Impe.liber.vt procedat in inuestitis in aliqua prouincia, non autem de aliqua modica re, vt in casu isto.

Quartò d.l.pri.vt multi volunt, procedit solū, quando is qui moritur, non habet aliquem hæredem, præter fiscum, vt probat Soc.iun.in d.cō sil.73.nu.6.in fi.vol.1.

Quintò respondetur, quòd dispositio d.l.1. nō potest applicari ad casum nostrum, quia loquitur in socio rei communiter pluribus per Principem concessæ, & quorum vnus decessit sine liberis, vt constat ex rubro, & nigro d.tituli, & signā ter etiam probāt Doct.ibi, & in specie Platea in 2.nota. qui concludit illum tex.loqui in Principe aliquid communiter donante.

Sed sic est, quòd d.feuda non fuerunt concessa communiter descendentib.ex d. fratribus, inter quos est d. Co. Antonius Maria, imò nec etiam d.fratribus, sed diuisim ergo &c.

Quòd sit verum patet ex tenore inuestituræ primæ, dum ibi dicitur de Giberto, Nicolao, & Guidone, inuestitis, quę verba important, quòd quilibet pro tertia dicatur inuestitur l.reos, §.cū in tabulis, ff.de duobus reis, Soc.iun.d. consf.92. nu.12.vol.4.& quamuis verbis, & vnica oratione coniuncti dicantur, tamen, respectu rei non dicuntur coniuncti, cum quilibet haberet partē à Principe, & inter coniunctos verbis non dicitur res insolidum concessa, & propterea cessat ius non decrescendi, de quo loquimur; nec pōt habere locum ius accrescendi, quia quilibet est consequutus partem suam, vt concludit Ripa in l.reconiuncti, nu.8. ff.de leg.3.

Rursus in secunda inuestitura, feudum iam diuisum legitur, ergo cessat communio de qua in d.l.& ratio indiuidua iuris accrescendi est vnio, inquit Bald.in d.§.sinautē in princ.nu. 16. vers. quæro.d.tit.d.C.de cadu. tollen.

Sextò, dispositio d.l.nō pōt ex alio applicari ad casum

casũ nr̃m,q̃a loq̃tur in casu,quo aliq̃s ex acquirentibus à Principe decessit sinè prole, quia alij socij admittuntur ad eius portionẽ,secus aũt in hęredibus,& successoribus eorũ,quia illi nõ gaudent beneficio d.l.pri.vt in terminis signãter respondit Soc.iun.cons.73.nu.26.& seq.vol.1.

Septimò,dispositio d.l.pri.nõ habet locũ nisi in concessione facta motu proprio, quod nõ præsumitur,doct.ibidem, quos refert, & sequtur Bero. d.cõns.70.nu.9.vol.1.& quando dicatur cõcessio facta motu proprio ponit ipse nu.26.& seq. idem tenet Soc.in d.cõs.97.vol.4.& com.probar Menoc.d.cons.564.num.16.col.3. at in casu isto d.inuestitura fuit concessa ad petitionẽ partium,vt ex ea legere est,ergo &c.

Et respectu tertij fundamenti d.Com.Tertij respicientis clausulam(in antiquum feudum &c.) quæ vt nostri dicunt, operatur, vt feudũ trãseat ad agnatos transuersales inuestitorum,ac si p eorum cõem authorem fuisset acquisitum, illud ẽt non videtur prodesse d. Com. Antonio Mariæ, ad effectum, de quo quæritur, ex pluribus.

Et primò,q̃a dicta clausula non reperitur apposita in feudo Beluederij,;& sic respectu dicti loci eessat consideratio supradicta, quin ẽt respectu castri Sissię,in cuius inuestitura adest d.clausula, vr̃ dicẽdũ,quòd imò dicta clausula nõ immutat naturã,& qualitatem feudi,vt de nouo fiat antiquũ,Oldrad.cõs.174. quẽ multi sequuti sunt de. quibus per Ias.cons.1.col.1.vol.3.vbi refert Castren. ita respondisse,& cons.152.col.pen.vol.2. vbi refert etiam Abb.& Alex.& eos sequitur ẽt, & eam latè defendit cons.180.nu.5.vol.2.

Secundò dicitur, quòd super dicta clausula nõ videtur posse fieri fundamẽtũ, quia est solita apponi in inuestituris, vt post alios inquit Ias. cõs. 1.col.3.post med.vers.benefacit &c.vol.3.& sic non videtur apponi ex deliberata mẽte cõcedẽtis,ita in terminis respõdit Ias.in cons.152.col. fin.vol.2. vbi alia multa cõtra dictã clausulã adducit,& tenet contra cons. Curr.sen.de q̃bus s̃.

Tertiò,quia nõ operatur in feudo frãco,& emptitio prout est istud, vt post plur. concordã.per eũ citatos respondit Burs.d. cons.4.nũ.24.& d. cons.34.nu.26.& seq. neq; enim per dictã clausulam immutatur natura feudi franchi, & alienabilis,sed talis clausula operatur solùm quoad beneficium inuestitorum,non autẽ in eorum pręiudicium ad fauores agnatorum;maximè si d.clausula fuit in narratiua parte apposita,vt ibi p eũ, nec est inconueniens,quòd idem feudum, quo ad aliquos sit antiquum,& quoad alios nouum, vt in terminis concludit Bal.in c.1.§.hoc quoq; col.2.in princ.de succe.feud.Cepo.cons.24.nu. 1.in ciuil.vol.2.Ruin.cons.12.col.1.vol.1.

Quartò respondetur, quòd contra dictã clausulam obstat decretum Meminim⁹, vt satis indicant verba d.decreti, ibi, & infeudationes quibuscũq; clausulis &c.munitæ,cum sint generalia ẽt comprehendere infeudationẽ cum clausula, iure antiqui feudi l.fin. C. de dor.promissio.l.1. ff.de lega.præstan.& ita signanter tenet Boss.tit. de Principe nu.312.& nu.338.vbi dicit ita seruari,& pro d.decreto,& eius obseruantia stat ẽt Menoc. cons. 443.nu.10.& seq. vol.5.quamuis alio modo illud interpræteṫur.

Nec dicatur, quòd Comes Horatius reus cõuẽtus per d.Com.Antoniũ Mariã nõ pôt se iuuare dicto decreto,q̃a esset dare de iure fisci,& sic tertij,quod non licèt Bar.in l.2.ff.de excep.rei iud.

Quoniã respondetur,quod cum dictum decretum fuerit ꝓductum per dict. Com. Antonium Mariã de Tertijs actorem,contra d.Dom. Simonettã pôt retorqueri contra eum, quòd sua non intersit,& quòd Simonetta ꝑ pca liberas ędes habeat quoad eum l.2. vti possi. q̃a ius metimur ex persona actoris l. 1. ff.si pars hæred.peta.& Comes Tertius non potest impugnare,quod approbauit,§.semel.instit.quibus manu.licèt,vel non.

Quintò,pro responsione dici pôt, quòd clausu sula operatur solùm quo ad ꝑsonas in inuestitura noĩatas,vt singulis eorum, respectu suorũ descendentium respectiuè, d icaṫ facta concessio iure antiqui feudi,vt post alios ꝑ eum relatos concludit Curt.iun.cons.1.nu.13.ad fin.& in terminis ẽt respondit Menoc.d.cons.400.nu.59.vers. nec dicatur, vol.4. Cuius dictum licèt videatur periculosum,quia dicta clausula respectu descẽdentium singulorum esset ociosa,cum sat sit eis, quòd feudum sit paternum, quod æquipollet antiquo,vt supra dixi, Nihilominus semp verũ est dicere, quòd nõ potest referri nisi nominatis in inuestitura, non aũt respectu transuersaliũ,si de his expresè nõ sit dictum, vt ẽt considerat Bec. d.cons.56.nu.26.in princ.& nu.27.quando scilicet non sunt de compręhensis in inuestitura, vt latè probat Cepo.cons.24.num.23.vers.2.idem potest probari in ciuil. lib. 2. & nisi fuisset hæc clausula apposita,potuisset acquirens cum consensu Domini disponere de feudo, quia nouũ, sed ꝓpter dictam clausulam Imperi. dicitur iste effectus,vt inquit Becc.vbi supra.

Et quod hæc clausula operetur solùm respectu personarum pro quibus reperitur accepta inuestitura post Socin Alex.& Curt.iun.probat Bru. cons.1.col.2.vol.2. & quòd hæc clausula opereṫ solùm respectu descendentium inuestitorũ post Alex.Soc.& Curt.iun.concludit Senat. Pedem. decis.146.nu. 4. lib.2.& sic quilibet inuestitorũ cẽsetur in viriles,& pro rata prospexisse suis descendentibus,non vt sit locus iuri accrescẽdi de vna linea ad aliam,vt supra dixi.

Sextò,dicta clausula non operatur,quòd pręsumatur antiquum,vbi constat de veritate in contrarium,scilicet de primo acquirẽte, vt hic, quia aliàs contineret manifestã repugnãtiã,q̃a feudũ habe-

haberet duas naturas cõtrarias.quod est impossibile scilicet, quòd sit nouũ,qa cõstat de primo acquirente,& quòd sit antiquum Cepo.cõs.24. nu.12.& seq.nu.19.in fin.& nu.32.& seq.vbi ad dit quod propterea nec Deus, qui est omnipotens reintegrare virginem post ruinam pot.

Septimò d.clausula, iure antiqui feudi,intelligitur,vt collaterales ita demũ admittãtur, si fint de descẽdẽtibus à primo acquirẽte,seu primo in uestito, aliàs secus Bero.cõs.73.nu.35. vol.1.& vsq; ad septimũ gradũ,sm magis receptã sñiam. Et istud est quod voluit Oldra.d.cons.178.nu. 3.dũ inquit,quòd d.clausula posita cẽsetur solũ fauore inuestitorum, vt probat Becc.dict.consil. 56.& probat Castr.cons.10.nu.9.in 3. parte loquens in casu, quo antiqua inuestitura erat finita,& nouiter vni concessa,cum clausula,tãquam de feudo veteri,& antiquo,q̃ nõ facit,quòd feu dum dicatur antiquũ , sed potest intelligi quod sicut aliàs fuit concessum , ita vt nunc conceditur,sed non propterea agnati transuersales dicũ tur compræhensi in dicta inuestitura , vt ibi per eum;& tantò magis si feudum fuit pluribus con cessum,etiam fratribus; quia nisi ipsi stipulentur pro se,& eorum , & cuilibet eorum descendẽtibus,eis non acquiretur, vt latè comprobat Alexan.cons.10.nu.3.& plur.seq.vol.3. vbi decisio Bal.in cap.1.de alien.feu.pater.quæ habet,quòd si Rex concedat mihi feudum nouum iure antiqui feudi possidendum, quòd feudum huiusmodi licèt sit nouum, tamen assumit sibi qualitates antiqui,& poterit per vassallum alienari in proximiorem agnatum,quod non loquitur ad effectũ , vt per dictã clausulã intelligantur inuestiti agnati,sed ad effectũ vt possit alienari ĩ agnatũ.

Octauò forsan etiam dici posset,quòd clausula operatur,quòd feudum sit iudicandum vt antiquum,quòd scilicet antiquitus consueuerit dari,non tamen quòd sit datum prædecessoribus inuestitorum , vt considerat Cepol.d.cons.24.nu. 12.& num.22. & secundùm hunc sensum nihil prodesset dicto Com.Antonio Mariæ.

Nec quicquam releuare videtur priuilegium Episcopi Parmen.de quo fit mentio in sentẽtia. 1311.producta per Dom.Com.Antonium Mariam super eo,quòd ibi annũtietur Com. Gibertum antiquiorem Sissiæ dñm, quia etiã si fuisset Dominus dicti loci,& successores sui,nihilominus non prohibet , quin dicti Gibertus,& fratres potuerint dictum locum in feudum recognoscere,vt est communis * opinio , de qua per Doct.in l.si aliquam rem,ff.de acquir. possess.l. si quis ante in prin.ff.eo.tit.

Præterea cum Dux Mediolani in dicta eius in uestitura dicat dictum locum esse suum , datur intelligi,quòd ampliùs non erat dictorum DD. & à dicta assertione recedi nõ potest,postquam dicta inuestitura fuit producta per dictũ Com. Antonium Mariam l.cum præcum,C. de lib.ca. Bar.in l.post legatum col.2. ff.de his , quibus vt indi.& concordan.per Feli. in c. cum venerabilis num.22.& seqq.de excep.

Non etiam obstat cõcessio Imperialis de anno 1383. in qua disponitur,quòd tàm Gibertus, & Nicolaus fratres de Tertijs antiquiores , quàm eorum descendentes non possint de bonis per eos acquirendis disponere quouis titulo extra domum de Tertijs de Coruazano.

Quia præter id quòd respectu acquirẽdorum, inter quæ sunt bona de quibus agitur, nõ valuit tale pactum,& conditio contra regulã l.id quod nostrum est de reg.iur.& l.in re mandata,C.mãda.cum vulga.non etiam potest complecti concessiones alienas,& quę factæ fuerunt per Ducẽ Mediolani,de quibus agitur.

Et insup declaratio Ducis Mediolani facta iue stituræ feudalis DD.Io.Ludouici,& Pallauicino Pallauicinorũ,pducta p D.Com. Antoniũ Mariã potiùs vr̃ facere cõtra eũ,qa in ea legitur, quòd ita demũ collaterales Pallauicini succedant in feudo cõcesso dictis fratribus cum clausula, iure antiq. feudi, succedant inquam,si ipsi decederẽt sinè filijs,vndè cũ decesserint cum filijs,feudũ illud tanq̃ nouũ reuersũ vr̃ ad Dominũ directũ.

Ad quartũ ẽt fundamentũ facilè vr̃ respondere posse,considerãdo,quòd illud,verbum distributiuum(cuilibet eorũ) vbi fuisset adiectum,diceret adiectum p̃sonis primo loco inuestitorum , non ẽt eorum descendentium ,& sic operaretur solùm respectu ipsorũ p̃nominatorũ,qbus adiecta fuit,prout reuera sortita fuit effectum p obitum Nicolai sinè descendentibus;sed non debet extendi ad descendẽtes dictorum inuestitorum inter se,vt in casu,quo reperitur adiecta descen dentibus inuestitorum, non ideo extẽdi debet ad ipsos inuestitos, vt respondit Alexã.cõs.30. nu.8.in fi. & seq.vol. 1. loquens in concessione facta plurib. p se,& eorum, & cuiuslibet eorum descendentibus,& cons.17.nu. 8.vol.5. vers. sed non oportebat, qa in dicta concessione non fuit adiectum verbum distributiuum in p̃sonis filiorum,& vt non minùs, clarè Ripa in l.recõiuncti nu.165.& seq.ff.de leg.3.& est cõis * opinio , vt etiam testatur Bello.cons.20. col. 1. & seq.& ibi nu.3.in fi.ponit casum nostrum, Idem etiam respondit abundè Cur.iun.cons.55.nu.13.& Menoch.d.cons.464.sub nu. 17.vol.5. loquens in casu,quo tribus fratribus feudum fuerat concessum,cum clausulis pro ipsis, & cuiuslibet eorum descendentibus,quòd dicta clausula non extenditur ad ipsos tres,idem respondit Decia. cons. 73.nu.16.& plur.seq.vol.2.

Postposita itaque dicta clausula distributiua (cuilibet insolidum) remanet firma conclusio, quòd castra,& loca censẽtur cõcessa dictis fratribus,cuilibet eorũ pportionabiliter,l.reos,§.cũ in tabu-

tabulis.ff. de duobus reis, & quilibet pro parte sua dicitur sibi, & descendētibus suis dumtaxat prospexisse, casus est in cap. 1. de duob.fratr.à capita.inuesti. vbi glo. Bald. & alij not.

Quinimo si vnus eorum voluisset stipulari pro agnatis suis, dempto fratre pro fratre, prout speciali iure cautum est, non potuisset validè stipulari, etiam si adiecta sit clausula (iure antiqui feudi) vt ex communi *sententia, latè concludit Curt.iun. cons.55. volum.1. ergo d.Com. Antonius Maria ab hac portione transuersalis Agnati sui videtur exclusus.

Ad quintum, & vltimum fundamentum pro parte dicti Comiti Antonij Mariæ adductum, facillimè videtur posse responderi, quòd quicquid actum sit de parte obuenta Comiti Nicolao, quæ diuisa fuerit inter alios fratres suos, præter id quod non apparet ex processu, & aliter factum recenset. Burs. dicto consil. 4. videtur posse dici, quòd non, quod factum est, sed quod fieri debuit, & debet spectandum, l.4. §. cōdemnatum, ff. de re iudic.

Præterea illud fundamentum forsan procederet, vbi essemus in diuturna obseruantia, & sic in consuetudine succedendi longeua, vt habetur inter consil. feuda. diuerso. consil. 2. num. 66. At hic vix semel id actum est, ergo de consuetudine non est agendum, gloss. in l. 2. C. de Episcopali audien.

Et insuper si clausula (cuilibet eorum) in inuestituris prædictis legeretur, diceretur facta diuisio partis Nicolai inter eius fratres, vigore dictæ clausulæ, quæ tamen descēdentibus adiecta non reperitur, ergo, &c. vt sup. fuit dictum. Et ex prædictis satis videtur liquere, quòd portio Nicolai debuit ad dominum reuerti, d.ca. 1. de duob. frat. vbi gloss. vel quòd ipse tanquam de feudo emptitio, & franco, liberè disponere potuit, vt dicitur eum disposuisse, ergo eodem modo idem dicendum est de parte Co. Guidonis alienata Com. Pāphilo eius nepoti ex filio.

Secundum principale fundamentum est, quòd omnia superius adducta super iure accrescendi videntur omnino cessare, stante alia inuestitura facta de anno 1440. per Ducem Franciscum Sfortiam in Guidonem, pro tertia parte dictorum locorum, alijs duabus partibus reseruatis, altera Nicolao, & altera Giberto supradictis, & vt legitur ex dicta inuestitura producta pro parte d. Com. Simonettæ, ergo, &c.

Consilium dubitabat, &c.

Respondeatur tamen, Dat. die Decembris 1593. subscript. &c.

Præses, & Consilium.

SVMMARIVM.

1 Confeßio præiudicat confitendi.
2 Atq; hæredibus, & successoribus suis. & vide infra num. 18. cum seqq.
3 Facta in libello super qualitate rerum feudalium, confitenti et successoribus præiudicat.
4 Instrumentum antiquum probat plenè.
5 Verba ennunciatiua instrumenti antiqui probant, maximè quando sunt principaliter, & propter se emissa.
6 Verba ennunciatiua instrumenti antiqui, principaliter, & propter se emissa, præiudicant etiam tertio habenti causam à contrahentibus.
7 Dominus de præsenti præsumitur ettā retrò fuisse dominus, quando aliqua alia concurrit ratio, quare sic præsumi debeat.
8 Idem dicendum, quando præsens status non habet contra se veritatem alicuius præcedentis status.
9 Verba ennunciatiua Priuilegij Principis in antiquis probant.
10 Antiquum dicitur de annis centum, non de minori tempore, ex communi.
11 Principis assertioni super feudi antiquitate, omnino standum.
12 Feudum in dubio antiquum præsumitur.
13 Bona nunc feudalia, quæ per antecessores vassalli tenta, & possessa fuere, præsumuntur etiam apud illos titulo, & iure feudi fuisse, & non aliter, & infrà num. 202.
14 Feudum antiquum reuersum ad dominum per renunciationem, delictum, aut alia de causa, si iterum concedatur vassallo, aut eius descendentibus masculis, remanet nihilominus in prioribus terminis antiqui feudi, non verò nouum efficitur, nisi expreßim caueatur; facit inf. num. 124.
15 Feudum paternum, & feudum antiquum, quomodo inter se differant.
16 Feudum antiquum, & paternū transit ad descendentes in infinitum, & donec aliquis à communi stipite proficiscens superest, nunquam reuertitur ad dominum, nec in totum, nec in parte, neque in extraneos alienari potest, & num. 93.
17 In antiquis leuiores probationes sufficiunt, & indicia, ac coniectura pro plenis probationibus habentur, & num. 94.
18 Confeßio iudicialis à parte acceptata, irreuocabilis fit, & confitenti omnino præiudicat, & eius hæredibus, ac ab eo causam habentibus, & nu. 91.
19 Confeßio iudicialis facit notorium.
20 Et parit actionem in factum, sicut sententia.
21 Et est probatio superlatiui gradus.
22 Ac tollit, vel minuit præsumptionē iuris, & de iure.
23 Confeßio in supplici libello Principi porrecto, confitenti præiudicat.
24 Confeßio geminata magìs efficacem parit obligationem.
25 Succeßiones sunt reciprocæ, & vicißitudinaria, adeoquòd

adeoquòd, si succedis mihi, & ego tibi; & vna posita, ponitur, & alia.

26 *L. 1. C. si liber. imper. soc. lib. 10. locum habet in feudo pluribus concesso à Principe perpetuò inuestito, & iura Imperialia in statu suo tenente, & signanter à Duce Mediolani, & nu. 95. 96. 125. 146. & latissimè nu. 149. vsq; ad nu. 176. vbi cõtraria omnia tolluntur.*

27 *Dux Mediolani habet amplissimam potestatem in statu suo, & pro supremo Principe, ac superiorem non recognoscente, habetur.*

28 *Feudum nobile, & gentile, idem est, quod feudũ paternum, & antiquum.*

29 *Feudum nouum concessum cum clausula (in antiquum, paternum, & auitum) assumit naturã antiqui, paterni, & auiti, ita quòd descendentes acquirentium succedunt in infinitum; & ius accrescendi inter eos locum habet, ex receptissima sententia, quæ in iudicando, & consulendo sequenda est, licèt aliqui cõtrarium tenuerint; & infra nu. 99. 100. & nu. 105. 106. & 176. vsq; ad nu. 201 vbi contraria omnia tolluntur.*

30 *Feudum natura sua diuiduũ, habens merũ Imperium, & iurisdictionem annexam, indiuiduum fit ratione adiuncti; & ideo quilibet de eo inuestitus, aut in inuestitura comprehensus, insolidũ vocatus censetur; ita quòd ius non decrescendi inter eos locũ habet; quod alij ius accrescẽdi, siue ius inuestituræ nuncupant; & de materia vide infra vsq; ad nu. 34. & nu. 37. 40. 50. 52.*

31 *Feudum indiuiduum ratione iurisdictionis, diuidi tamen potest respectu cõmoditatis ex eo prouenientis, & vsus ipsius iurisdictionis, & indiuiduum remanere in essentia sua, & cuilibet insolidum competere, siue vnum, siue plura fiant tribunalia, & nu. 52. & infra nu. 143. cum duobus seqq.*

32 *Feudum cum vectigalibus, & pedagijs concessum, indiuidui naturam assumit.*

33 *Feudum cõcessum pluribus cum clausula (ita quòd sit vnum corpus) indiuiduum est, & vnicuiq; insolidum competit.*

34 *Feudum pluribus concessum pro se, & descendentibus in infinitum; vel quoad viuẽt, habet in se ius accrescendi; adeo quòd pars aliqua non potest ad dominum redire, nec ad extraneos transire; donec aliquis ex descendentibus acquirẽtium superest, & infra nu. 103.*

35 *Societas contracta in perpetuum, & ad vitam, parificantur.*

36 *Feudum concessum in tertiam, & quartam generationem acquirentium, habet ius accrescendi inter vocatos, quandiu durat illa generatio.*

37 *Feudum fortalitij est indiuiduum, & ideo cum iure accrescendi concessum censetur.*

38 *Feudo concesso fratribus pro communi pecunia, vel communi seruitio, habet in eo locum ius accrescendi, tàm respectu acquirentium, quàm descendentium ab eis, & de materia vide infra nu. 82. 83. 88. 97. 127. vsq; ad nu. 133.*

39 *Feudum duobus concessum, & vtriq; eorum, pro se, & descendentibus, vnicuiq; insolidum competit; & habet in eo locum ius accrescendi in perpetuũ ex communi, quæ non habet cõtradicentẽ, & seq.*

40 *Idem dicitur de alijs distributiuis, cuilibet, & vnicuiq; & similibus, & infra nu. 107. cum seqq. & nu. 210. vsq; ad nu. 217. vbi omnino.*

41 *Principis beneficia latissimè interpratanda.*

42 *Inuestitura feudalis si dubiũ est, an insolidum, siue cum iure accrescendi concessa sit vel non? pro affirmatiua respondendum.*

43 *Principis liberalitatem astuta interpratatione intercipere, aut restringere perabsurdum, ac temerarium est.*

44 *Clausulæ (motu proprio, ex certa scientia, de potestatis plenitudine, omni meliori modo) in inuestitura feudali operantur, vt in fauorem inuestitorum latissimè interpratari debeat, & quòd in dubio inter eos locum habeat, ius accrescendi.*

45 *Inuestitura feudalis referens præcedentes, eũdem effectum parit, acsi de verbo ad verbum insererentur, facit infra nu. 119.*

46 *Feuda dignitatis comitatus; vel Marchionatus, aut Ducatus, indiuidua sunt.*

47 *Feudum diuiduum per superuenientem dignitatẽ fit indiuiduum ratione adiuncti, & infra nume. 118. & 142.*

48 *Feudum dignitatis attribuit naturam suam bonis connexis.*

49 *Feudi indiuiduitas causat ius accrescẽdi inter vocatos ex communi, & supra nu. 30. cũ seqq. atq; infra nu. 50. 51. 52.*

50 *Feuda regalia, vtì indiuidua, habent ius accrescẽdi cõnexũ, adeo quòd vno cõfeudatariorũ sine liberis decedẽte, alter succedit, et infra nu. 102.*

51 *Fratrum feudatariorum, si unus relinquit dominũ in pugna, eius portio ad alium vadit, si sit feudum dignitatis: aliàs ad dominum reuertitur.*

52 *Feudum indiuiduum ratione dignitatis, vel iurisdictionis, diuiditur tamen quoad vsum, & commoditatem, & facta tali diuisione, vnus vtitur iurisdictione per alium, & supra num. 30. & 46. cum sequen.*

53 *Verba in omni dispositione, & præsertim in contractibus, stare debent cum effectu operandi.*

54 *Princeps non potest præiudicare agnatis, in inuestitura vocatis, nisi eorum accedat consensus, & infra num. 122.*

55 *Principis assertioni standum super his, quæ in inuestitura feudali asserit in beneficiũ feudatariorũ.*

56 *Concessiones Regum Franciæ factæ in Ducatu Mediolani, dum eo potiti sunt, vtrùm effectum hoc tempore sortiri debeant?*

57 *Argumentum ab obseruãtia secuta plurimùm põt in interpretanda quãcunque dispositione ambigua.*

58 *Principis assertio super iure accrescendi, quòd inter coinuestitos locum habuit, quando antiquitus*

casus

casus euenit, probat, tam contra successores suos, quàm etiam contra tertios.

59 *Confiscatis Vasalli bonis, si feudum nouum est, ad Dominũ reuertitur; Si antiquũ, ad agnatos ptinet.*

60 *Obseruãtia interpratatiua pscriptione nõ indiget.*

61 *Obseruantia secuta sup iure accrescendi inter Vasallos, interpratatur concessionem pro futuris casibus, vt in eis similiter idem ius accrescendi locum habeat, quando pares casus euenerint.*

62 *Conclusio illa, de qua supra nu. 26. quòd l. 1. C. si liber. Imperia. soc. locum habeat in feudis concessis à Duce Mediolani, approbata, & canonizata per ipsummet Ducem.*

63 *Conclusio, de qua supra nu. 29. quòd in feudo cõcesso cum clausula (in paternum, auitum, & antiquum) locum habeat ius accrescendi, nõ tantùm inter primò inuestitos, & eorum descendẽtes, sed etiam inter transuersales, approbata, & canonizata per Ducem Mediolani.*

64 *Declaratio, & interpratatio inuestitura feudalis facta per Principem, habet vim legis in statu suo in omnibus similibus casibus.*

65 *Princeps potest declarare verba ambigua, etiã in tertij praiudicium, & eo non vocato.*

66 *Praesertim beneficij à se concessi, uel ab antecessore suo.*

67 *Bursa. sententia in cons. 4. de feudo libero, & franco, confutata.*

68 *Verba (liberum, & francum) in inuestitura feudali posita, non faciunt feudum alienabile in extraneos, si aliter interpratari possunt, & alia sũt repugnantia.*

69 *Repugnat autem facultati alienandi clausula (in antiquum, paternũ, auitũ,) aut nobile, & gẽtile.)*

70 *Repugnat clausula (pro filijs, & descendentibus masculis tantùm.)*

71 *Repugnat iuramentũ fidelitatis. facit infra n. 84.*

72 *Repugnant, & alia, qua remissiuè referuntur.*

73 *Repugnat pactum, quòd inuestiti non possint à feudo, & eius obligationibus se eximere, & liberare.*

74 *Facultas alienãdi feudum in extraneos, operatur, quòd nedum alienans, verùm etiam acquirens, à feudali seruitio, in totum liberetur, & remaneat allodium, ex communi.*

75 *Feudum pro parte allodium effici, & pro alia parte feudum remanere, per absurdum est; quia non debet diuerso iure censeri.*

76 *Feudum liberum, & francum naturam mutare potest, assentientibus inuestitis, in subsequentibus inuestituris.*

77 *Feudum liberum, & francum, siue aliter alienabile, propter Decretum, (Meminimus) status Mediolani, redditur inalienabile.*

78 *Decretum (Meminimus) in Ducatu Parma, & Placentia non obseruari tenet Burs. & malè.*

79 *Ciuitas adiecta Regno, vel Principatui non accessoriè, sed principaliter, retinet suas leges, cum quibus primò regebatur, & gubernabatur; & est cõmuniter receptum; & qui contrarium seruari assereret, probare teneretur.*

80 *Bursa. sibi contrarius.*

81 *Bursa. sententia in cons. 4. de feudo emptitio, confutatur.*

82 *Feudum, pro quo modica pecunia soluta fuit, nõ emptitium, & alienabile in extraneos, sed proprium feudum, & inalienabile est.*

83 *Secus fortè dicendum, si pecunia maiorem partem valoris rei concessa absorberet, quod tamen maximam habet difficultatem; quia integra pracij solutio requiri videtur.*

84 *Iuramentum fidelitatis, cum promissione personalis seruitij, natura feudi emptitij repugnat; & ideo inalienabile feudum facit, non obstante pecunia solutione, facit supra nu. 71.*

85 *Recipiens feudũ cum gratiarum actione, aut alijs verbis sonantibus in gratiã, nõ emptitiũ, sed gratiosum feudum recipit, & inalinaabile.*

86 *Feudũ concessum de plenitudine potestatis, gratiosum, non emptitium, & alienabile iudicari debet.*

87 *Et idem de feudo dato cum clausula (in paternum, auitum, & antiquum.)*

88 *Feudum acquisitum per fratres communi pecunia; vel communi seruitio, non potest ab altero ipsorũ, vel eius descendentibus alienari in extraneos pro portione sua, quia subiacet iuri accrescendi, remissiuè, & supra num. 38. atq; infra num. 92. & 127. cum seqq.*

89 *Burs. in cons. 4. malè de facto informatus.*

90 *Transuersales in feudũ vltra septimum gradum non succedunt, nisi in casu, quo per authorem vtriusq; linea fuisset primò acquisita.*

91 *Confessio iudicialis acceptata est penitus irreuocabilis, & supra nu. 18.*

92 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*

93 *Transuersales in infinitum succedunt in feudo paterno, & antiquo, quia respectu communis stipitis descendentes dicuntur. Et supra nu. 16. & infra 166. & 176. cum multis seqq.*

94 *Feudi antiquitas probatur per indicia, & cõiecturas; quibus concurrentibus, succedunt transuersales, etiam vltra septimum gradũ, & sup. n. 17.*

95 *L. 1. C. si liber. Imper. soc. li. 10. producit ius accrescendi inter descendentes inuestitorum in infinitum, nulla graduum consanguinitatis inter eos habita ratione, & supra nu. 26. 27. & de materia latissimè infra nu. 146. vsq; ad nu. 176.*

96 *Et non obstante etiam decreto Mediolani, quod incipit, Meminimus.*

97 *Feudum receptum communi pecunia, vel seruitio fratrum, habet in se ius accrescendi, vt supra 38. 82. 83. & infra nu. 127.*

98 *Inuestitura feudalis gratiosa dici potest, licèt concedens aliquas pecunias, ac seruitia ab inuestitis receperit, supra nu. 82. & infra nu. 129. cũ seqq. quod limita, & declara, vt ibi.*

99 *Feudum concessum cum clausula (in paternũ, auitum,*

tum,& antiquum) eſt eiuſdem natura, ac ſi communi parenti collatum fuiſſet; & per conſequens inter deſcendentes ab inueſtitis non attenditur graduum diſtantia: ſed ſuccedūt in infinitum; & eſt de mente omnium, & ſupra nu. 29. atq; infra nu. 105. 506. 577. 186. 587. cum ſeq. vſq; ad nu. 201. & ſignanter nu. 587. 588. & 595.

200 Fictio idem operatur in caſu ficto, quod veritas in caſu vero.

201 Nec contra eam admittitur probatio.

202 Feudum dignitatis tranſit ad agnatos, etiā in centeſimo, & milleſimo gradu exiſtentes, virtute cuiuſdam perpetua conſuetudinis, & ſupra nu. 50.

203 Feudo fratribus conceſſo pro deſcendētibus in infinitum, vel quoad viuent, non attenditur graduum diſtantia; quia à coinueſtitis deſcendentes ſuccedunt in perpetuum, & ſupra nu. 34.

204 Feudum, ꝙ primordialiter tranſitum fecit à primo acquirente in tranſuerſales, non progreditur vltra ſeptimum gradum; ſi verò in deſcendentes, progreditur in infinitum, ex communi.

205 Quod ampliatur etiam reſpectu collateralium, nō deſcendentium ab ipſo primo acquirente, ſi feudū ſit antiquum, vel datum iure antiqui; licèt ſecus ſit in nouo; & eſt communis, vide ſupra num. 29. & 99. 100.

206 Surdus ſibi ipſi contrarius.

207 Feudum conceſſum duobus, & vtriq; eorum pro ſe, & deſcendentibus, eſt inſolidum conceſſum; adeo quòd in infinitum admittuntur deſcendētes ipſi, nulla inter eos habita ratione graduum cōſanguinitatis; & ſup. nu. 39. 40. atq; infra num. 111. & 210. vſq; ad nu. 256. vbi defenditur ab obiectis, & communis oſtenditur.

208 Ius accreſcendi, quod fratribus de feudo inueſtitis competit, tranſmittitur ad eorum deſcendentes.

209 Imò iure proprio ipſi deſcendentes veniunt, quando in inueſtitura ſunt expreſſè vocati.

210 Feudum ex pacto, & prouidentia ad vocatos vadit, prout ex tunc, non prout ex nunc, & ſup. nu. 39. 40. & infra nu. 250. cum ſeqq.

211 Diſtributiua tribuit actum cuilibet inſolidum.

212 Feudum indiuiduum tranſit ad tranſuerſales in inueſtitura vocatos, in quocunq; gradu exiſtant.

213 Tranſuerſalium ſucceſſio in feudis ad ſeptimum gradum minimè reſtringitur, ex multorum ſententia, qua tamen non probatur abſolutè.

214 Graduum computatio in ſucceſſione tranſuerſalium feudali, vtrùm fieri debeat, prout in ſucceſſione allodialium?

215 Succedens in feudo, non vltimo morienti, ſed primo acquirenti ſuccedit, etiam ſi per mille manus ambularet; & infra nu. 556. 557.

216 Feudum quo tramite deſcendat, non curandum; ſed quod ſit eius principium, prima radix, & fundamentum.

217 In feudi ſucceſſione non attenditur proximitas vltimi defuncti: ſed habet locum repræſentatio in infinitū; quia filius ſemꝑ ſubintrat in locū patris.

218 Dignitas adiecta feudo, vel ius regalium, non facit ſtatum eius deteriorem, nec minuit priores cōmoditates, & iura inueſtitorum; ſed auget, nè inducta ad fauorem vertantur in odium; & de materia ſupra nu. 47. & infra nu. 542.

219 Inueſtitura feudalis facta ſub commemoratione præcedentium, ſecundùm eas regulari debet, & ꝑ renouatione cēſeri, niſi cōtrarium expreſſim cautum fuerit, facit ſupra nu. 45.

220 Multò magis, ſi dicat (in feudum antiquū, vel nobile, & gentile, nè repugnantiam contineat.

221 Et multò quoq; magis, ſi concedens declarauerit nolle agnatis, in prioribus inueſtituris vocatis, præiudicare.

222 Feudum antiquum non poteſt nouum fieri in præiudiciū vocatorū nō conſentientiū, & ſup. n. 54.

223 Decretū Mediolani, quod incipit, Meminimus, diſponit, quòd bona donata ab illo Principe, aut in feudum conceſſa, non tranſeāt ad alios, quàm ad deſcendētes acquirentiū maſculos, qualitercunq; concepti ſint cōtractus, & cū quibuſuis clauſulis.

224 Non tamen habet locum in feudo, verè antiquo, et renouato, quod ad agnatos trāſit, facit ſup. n. 54.

225 Item non habet locum in donationibus, & cōceſſionibus, in quibus militat diſpoſitio l. 1. C. ſi liberal. Imper. Soc. lib. 10. & ſupra nu. 96.

226 Decretum Meminimus, recipit interpratationem à iure communi.

227 Nec habet locum in feudo conceſſo fratribus pro communi pecunia, vel communi ſeruitio, facit ſupra nu. 38. 82. 83. 88. 97. et infra vſq; ad n. 533.

228 Frater eſt ferè alter.

229 Decretum, Meminimus, locum habet in donationibus, & infeudationibus remuneratorijs ſeruitiorum, iuxta ſententiam Boſſ. quam tamen impugnat Meno. ſed minùs rectè, & ſup. nu. 98.

230 Fallit tamen in cōceſſione facta duobus fratribus pro eōi pecunia, vel communi ſeruitio.

231 Item fallit in conceſſione facta partim pro ſeruitijs, & partim pro pecunia.

232 Diſpoſitio loquens in caſu ſimplici, non habet locum in mixto.

233 Decretum memoratum non habet locum in rebus indiuiduis, pluribus ſimul conceſſis, & eorum deſcendentibus; nā portio vnius deficientis ſinè maſculis, non reuertitur ad concedentem, ſed ad coinueſtitum pertinet.

234 Et multò magis, ſi conceſſio dicat (et vtriq; eorū.).

235 Nec habet locū in illis rebus, in quibus ante decretum iam fuerat executum contrarium; quia eiuſdem natura remanent, etiam poſt decretum; nec ei pro futuro ſubiacent.

236 Feudum ſemel alienatum, etiam in parte, perpetuò durat alienabile.

237 Deſcendens ab uno inueſtitorum, rectè, & propriè dicitur ab inueſtitis deſcendere, et inf. num. 595. vſq; ad 201.

138 À ratione in decreto, Meminimus, expressa, rectè arguitur.

139 Decretum, Meminimus, non vendicat sibi locum in dispositionibus Principum antecessorum, secundùm Menoc. cuius tamen sententia non probatur.

140 Decretum, Meminimus, seruari in statu Parmæ, & Placentiæ aduersùs Bursati sententiam.

141 Decreti prædicti effectum tollunt clausula, (Motu proprio, ex certa scientia, de plenitudine potestatis, & supplentes omnes, & quoscunque defectus) perinde ac si in specie fuisset illi derogatum.

142 Dignitas comitatus adiecta feudo facit illud indiuiduum; licèt secùs dicendum, si personis tantùm collata fuisset. & sup. num. 47. & 118.

143 Feudum iurisdictionale diuidi potest, saltem respectu commoditatis, & exercitij, ex consuetudine. & supra num. 31.

144 Infertur hinc, dubitando, cessare in eo ius accrescendi; & quòd quando vnus ex vassallis decessit sinè descendentibus, eius portio reuertitur ad concedentem; qui potest aliam portionem habere, si vult, soluendo æstimationem commoditatis conuassalli; aut saltem conuassallus ipse debet eligere, an velit portionem reuersam emere, vel suam vendere? quod declara, vt infra.

145 Diuisio iurisdictionis, quoad commoditatem, & exercitium non impedit ius accrescendi, seu potiùs non decrescendi, quod procedit à substantia iurisdictionis indiuidua. & sup. num. 31. & 52.

146 L. 1. C. si libera. Imperia. soc. lib. 10. causat ius accrescendi absque eo, quòd succedens consocio in portione feudi iurisdictionalis soluat aliquid dño.

147 Doctrina Bald. & sequacium in c. 1. in princ. de duo. fratri. quòd conuassallus succedens in portione feudi indiuidui conuassalli sui, teneatur soluere domino partem commoditatis reuersæ ad ipsum, non habet locum in feudo antiquo.

148 Nec in feudo, in quo alia ratione locum habet ius accrescendi, vel non decrescendi.

149 L. 1. C. si liber. Imper. soc. lib. 10. locum habet in largitionibus omnium Principum habentium Iura Imperialia in statu suo, & signanter in Duce Mediolani, & allegatis in contrarium singulatim respondetur. & vide sup. nu. 26. 95. 96. 146. & infra vsque ad num. 176.

150 L. 1. C. si liberal. Imperial. soc. lib. 10. an procedat in feudis? & concluditur, quòd sic, ex magis communi sententia, & in iudicando sequenda.

151 L. 1. C. si liberal. Imperial. soc. lib. 10. an vendicet sibi locum in magnis rebus tantùm, vel potiùs indistinctè? & indistinctè procedere concluditur.

152 Dictio (aliquid) verificatur etiam in minimo.

153 L. 1. C. si liber. Imper. soc. lib. 10. obtinet tantùm, quando vnus consociorum moritur sinè hærede.

154 Quod declara, vt de hæredibus sanguinis intelligatur, quando in concessione vocati fuerunt descendentes.

155 Et idem in concessione feudali, licèt de descendentibus nulla facta fuißet mentio. & infra nume. 218.

156 L. 1. C. si liber. Imperia. soc. lib. 10. an habeat locum, vbi ab initio quilibet portionem largitionis consecutus fuit? vide infra num. 163.

157 Copula diuidit æqualiter inter coniunctos.

158 Coniunctio verbalis sola non inducit ius accrescendi, & multò minùs ius non decrescendi.

159 Soci. in cons. 92. num. 12. lib. 4. declaratur.

160 Ius accrescendi propriè non habet locum post portionem vnicuique sociorum quæsitam.

161 Coniuncti re, & verbis faciunt inter se partes per concursum; sed locum inter eos habet ius non decrescendi, maximè in rebus indiuiduis.

162 L. 1. C. si libera. Imperia soc. lib. 10. ita locum habet, si inter honoratos sit facta diuisio, ac si facta non sit.

163 L. 1. C. si liber. Imperia. soc. lib. 10. locum habet tãtùm inter primos honoratos, non inter eorum filios, & descendentes ex sententia Soci. iun. consil. 73. num. 26. & seqq. lib. 4. quæ tamen reprobatur multifariam, vt infra proximè.

164 Priuilegij declaratio spectat ad concedentem.

165 Soc. iun. sententia proximè relata si vera esset (de qua tamen ipsemet dubitat) non procederet, vbi mens Principis in oppositum fuisset declarata.

166 Itẽ nec in feudo antiquo, vel habẽte antiq. naturã.

167 Multò minùs vbi descendentes acquirentium in infinitum vocati reperiuntur.

168 Vel de re indiuidua tractatur.

169 Aut de feudo fratribus concesso communi pecunia, vel communi seruitio.

170 Soc. iun. sententia supradicta confutatur, respondendo singulis per eum adductis.

171 Feuda ab initio ad filios, & descendentes acquirẽtium non transibant; cuius cõtrarium fuit postea ab Imperatore ad preces fidelium dispositum.

172 Pater nõ põt filijs in feudo antiquo p̃iudicare, q̃a ex prouidentia concedentis ipsi quoq; vocati sunt.

173 Pater, & filij in feudo ex pacto, & prouidentia dici quodammodo possunt socij liberalitatis Principis concedentis, saluò, quòd ordine successiuo admittuntur.

174 L. 1. C. si liber. Imper. soc. lib. 10. non habet locum, nisi motu proprio Principis munificentia processerit: secus. n. si ad postulationem.

175 Motu proprio tamen processisse præsumitur, vbi de postulatione non apparet.

176 Clausulam (in antiquum, paternum, & auitum) nõ immutare naturam, & qualitatẽ feudi tenuit Oldra. in cons. 178. & nonnulli sequaces.

177 Sed contra eum stat vera, & communis, ac passim recepta sententia.

178 Oldra. in cons. 178. declaratur.

179 Clausula (in antiquum &c.) de stilo notariorum, potiùs, quàm voluntate Principum concedentium feuda, apponi in inuestituris, dixit Ias. consi. 152. col. fin. lib. 2.

180 Con-

180 Contraria tamen sententia verior, & recepta est.
181 Clausula (in antiquum &c.) non operatur in feudo franco, & emptitio, illos effectus, quos in alijs feudis operari solet.
182 Clausula (in antiquum &c.) tollitur effectus per decretum (Meminimus.)
183 Quod multifariã declaratur, & limitatur, remiss.
184 Boss. dictum in tit. de Princip. nu. 312. & 338. declaratur notabiliter.
185 Clausula (in antiquum &c.) operatur solum ad beneficium personarum inuestitarum, & descendentium ab eis, sed est periculosa opinio, & contra communem.
186 Clausula (in antiquum &c.) referri non potest, nisi ad comprahensos in inuestitura.
187 Comprahensi autem in inuestitura dicuntur, descẽdentes omnes coinuestitorum, quicquid de alijs eorum collateralibus dici posset, & quoad illos operatur indubiè clausula prædicta, & hæc opinio vera, & communis ostenditur, & supra num. 29. 99. 100. 137. & infra nu. 195. & 200.
188 Clausula (in antiquũ &c.) multùm differt à clausula (frater fratri succedat) quia prima vocat omnes descendentes acquirentium ad reciprocam successionem: secunda verò non; vtì restricta ad personas ipsorum fratrum acquirentium.
189 Menoch. æquiuocatio in prædictis duabus clausulis in consil. 400.
190 Hæc tamen vltima determinatio non placet Ruin. in cons. 12. in primo.
191 Clausula (in antiquum &c.) non facit feudũ præsumi antiquum, quando constat, quòd est nouum.
192 Præsumptionis, & fictionis differentia.
193 Feudum, quoad quid nouum, & quoad quid antiquum reputari potest, absque repugnantia.
194 Capol. in consil. 24. lib. 2. declaratur; vide infra num. 197.
195 Clausula (in antiquum &c.) ita demum admitti facit collaterales, si a primo acquirente, siue à primis acquirentibus descendant, & non aliter, ex Bero. in consi 73. in princ.
196 Quod, quomodo intelligi debeat, declaratur.
197 Alex. in consi. 50. lib. 3. qui in eadem facti specie consuluit cum Capol. in consi. 24. in 2. declaratur, vide supra num. 194.
198 Clausula (in antiquum &c.) multũ differt à clausula (de antiquo, & antiquissimo) & quare sic?
299 Menoch. dictum in consi. 440. num. 59. restringendum ad terminos, in quibus allegati ab eo loquuntur, ex eiusdem Menoch. sententia.
300 Descendentes ab vno fratrum coinuestitorũ sunt de comprahensis in inuestitura; & stante clausula (in antiquum &c.) succedunt alteri coinuestito, & eius descendentibus; quicquid sit de alijs trãsuersalibus, & est communis & omnino sequẽda; & supra nu. 29. 99. 105. 106. 137. 187. & 195.
301 Dominus potest rem propriam in feudum ab alio recipere, ex communi.
202 Bona nunc feudalia, quæ per antecessores vassalli tenta, & possessa fuere, præsumuntur etiam apud illos titulo, & iure feudi fuisse, & non aliter, & supra nume. 53.
203 Recipiens rem propriam magni valoris in feudum à Principe, præsumitur potiùs facere, vt titulo meliori possit eam tueri, quàm vt verum, & propriũ feudum faciat.
204 Iactare suum nemo præsumitur.
205 Producens scripturam non potest eam impugnare, declara, vt infra nu. 208.
206 Feudatarij habent vtile dominium, & sunt ad instar vsufructuarij.
207 Meum dicitur etiam, quod ad alium ratione vsusfructus pertinet.
208 Producens scripturam in aliquibus partibus fauorabilibus, non tenetur eidem in alijs acquiescere.
209 Declaratio Ducis Frãcisci Sfortiæ olim facta pro Io. Ludouico, & Pallauicino de Pallauicinis, duas continet determinationes, alteram respectu ipsorum, & descendentium ab eis, alteram respectu aliorum agnatorum.
210 Distributiua adiecta personis acquirentiũ feudũ, quoad ipsos tantùm operari videtur, non quoad descendentes ipsorum, quibus non fuit adiecta: sicut è conuersò adiecta descendentibus non operatur quoad ipsos acquirentes, quibus adiecta non fuit, & de materia vide supra num. 39. 40. 107. 155. & infra vsq; ad num. 257. vbi contrarium probatur.
211 Sed conclusionem hanc vltimã, quòd distributiua adiecta descendentibus acquirentium, non prosit acquirentibus, impugnat Socin. & Alciat.
212 Distributiua adiecta descendentibus, tunc ipsis solùm proficit, & non acquirentibus, quãdo ad istos referri non potest, salua rectis sermonis ratione.
213 Distributiua adiecta personis acquirentium pro se, & descendentibus, rectè ad omnes refertur; & ideo quoad omnes operatur.
254 Verbo ab vno quæ reguntur, eadem qualitate qualificantur.
215 Vnica determinatio non debet difformiter determinare.
116 Distributiua adiecta personis acquirentium, semper operatur respectu quoq; descendentium; licèt non è cõtrà. Et ista est communis, quæ ab omnibus tenetur, & non habet contradicentem.
257 Feudum non potest recipiens, pro agnatis stipulari, nisi frater pro fratre.
218 Feudum, etiam informe, transit ad omnes acquirẽtis descendentes, quamuis de eis nulla sit facta mẽtio, ex communi; quod procedit ex legis prouidentia, & supra nu. 151.
219 Feudũ verò pro descẽdẽtibus acquisitũ, duplici prouidentia ad eos pertinet, legis, & hominis.
220 Feudum concedi potest à Principe, vt ad transuersales quoque acquirentis transeat, absq; alicuius stipulatione; quia ipsius Principis voluntas attendi-

tenditur, qui legem rei suæ dicit.
221 *Feudum pro agnatis etiam validè recipitur, quando antiquum est, vel datur iure antiqui, & supra num. 29. cum concord.*
222 *Bursat. malè de facto informatus in cons. 4.*
223 *Consuetudines bonæ, & antiqua feudorum, atque naturales ligant Principes.*
224 *Sententia in causa, de qua agitur, qualis expectāda pro iustitia &c.*

Pro Perill. D. Com. Antonio Maria Tertio Sissiæ, & Beluederij Comite.

EPITOME.

Castra Sissiæ, & Beluederij agri Parmen. ad Perillust. D. Com. Antoniū Mariam Tertiū, eiusq; descēdentes legitimos, & naturales in infinitū, pertinere, uti feuda paterna, antiqua, & auita. Quorum antiquitas multifariam probatur, & ulterius ius etiam accrescendi, seu nō decrescendi in eis locum inter vocatos habere posse.

Nouissimo loco contraria omnia tolluntur, & diluuntur, & præsertim duo Burs. responsa, in propria specie reddita.

RESPONSVM L.

Ex munitissima Officina Excellentissimorū Patrum Ducalis Consilij Parmæ, & Placentiæ deprompta dubia cōtra Perillust. D. Comitem Sisiæ, & Beluederij, satis, superq; indicant, nihil penitùs intactū relictū in cā de qua agitur: sed omnē potiùs hæsitationem quamuis minimam, linceis oculis perpectam, & animaduersam fuisse; Adeo quòd, cum suum in causa iudicium proferent, nulli partium quærimoniæ locus esse poterit, quòd accuratè minùs, minusuè diligenter illius merita intus, & in eute introspexerint, discusserint, & pro veritate indaganda exagitauerint. Quod sanè vtriq; earum pergratum esse debet; & prędicto D. Comiti gratissimum esse certò scio, cum causæ suæ rectitudinem tantò magis in lucem prodituram conspiciat. Pro cuius elucidatione, & si doctissimos Viros elaborasse non ignorem, quorum responsis dubitationes oēs indubiè sublatæ dici queūt. Nihilominus, nè officium meum ab his desiderari sinā, qui iure suo id à me vendicare possunt, rem ipsam haud parùm diffusam, quantùm fieri poterit, perstringam, & absoluam; ità tamen, vt difficultatē aliquā dissimulare videri nō possim.

Et quia Motiua, primo loco partis aduersæ fundamenta, cum nonnullis alijs contra dictum Comitem adductis, continent, secundo verò loco, relatis aliquibus fundamētis eiusdem Com. adiectæ sunt responsiones, vt illis confutatis, iniustam causam fouere videatur. Ego ordinem illum è conuerso seruandum propono, vt in primis pro d. Co. Tertio validissima, & vrgentissima fundamenta in cāpum prodeant; Deinceps prædicta aduersantium, cæteraq; aduersùs D. Comitem Tertium deducta fundamenta, diluantur, & eneruentur; Demum verò singulæ tollantur obiectiones factæ contra nonnulla eius fundamenta. Nam quamuis alia addenda, ad victoriam abundè sufficerent, vnum quodque tamen defensare in optatis est, vt Iustitia tātò magìs clarescat; quod, Deo dante, & Iustitia causæ fretus, assecuturum me confido.

Præsupposita igitur Genealogia, præsuppositisq; iuribus hinc inde productis, in quorum relatione tempus frustrà non conteram, concludo, ac pro constanti affirmo, D. Com. Antonij Mariæ ius clarum, & apertum esse; adeo vt in præsenti iudicio, iuxta per eum petita omnino iudicandum sit. Quod quidem multis solidissimis fundamentis demonstratur.

Et primò, quia feuda, & Castra Sissiæ, & Beluederij, cum iurisdictione, & pertinentijs suis, sunt verè, & realiter paterna, & antiqua Nobilium de Tertijs, à quibus ipse descendit; & nedum hoc tempore, sed talia erant vsque de anno 1440. & sequenti, quibus inuestituræ factæ fuerunt de eisdē locis à Philippomaria Mediolani Duce; quod plurib. cōstat demonstrōnibus.

Quarū prima est partis cōfessio, idest Com. Pāphili; Enimuerò in libello p eum, vnà cū Com. Antonio Maria producto in cā Tizzani de anno 1571. & nunc reproducto per Co. Antoniū Mariā, narrat ambo, Comi. Gubertum primum, fuisse Dñm Sissiæ, & Beluederij, & ex eo ortum fuisse Guidonē secundū, atq; ex Guidone prouenisse Gibertum secundū, Guidonem tertiū, & Nicolaum. Quos tres fratres subinde inuestiuit Philippus Maria, & per consequens, quòd tpe inuestiturarum harū, erant saltē auita ipsa feuda.

1 † Nec dubitandū, quin hæc confessio plenè pbet in præiudiciū confitentis, l. cum te C. de trāsact. l. post mortem, de adopt. Dec. cōsi. 454. nu. 6. Tiraq. latè tract. de retract. consang. §. 1. glo. 9.
2 nu. 37. † Pariterq; & eius hæredū, l. cum à matre C. de rei vendic. l. ex qua persona, de reg. iur. l. si ab eo, C. de neg. gest. & in specie, quòd successor non possit à confessione authoris resilire, tradiderunt Bald. consi. 89. colu. 2. lib. 1. Soc. Sen. consi. 249. nu. 20. lib. 2. Dec. consi. 184. in fi. & hos secutus Craue. consi. 29. nu. 1. & consi. 125. nu. 21. & rursus Soc. Sen. consi. 13. col. 2. in fin. lib. 3. cōsil. 50. nu. 8. consi 68. nu. 5. lib. 4. Rip. in l. si rē ali-
3 quam, num. 42 de acq. poss. † Et in proprijs terminis confitentis in libello qualitatem rerū feudalium, vltra pdictos, videatur Gozad. consi. 9. num. 9.

num. 11. & in eadem facti specie Soc. iun. consi. 77. nu. 74. lib. 1. Rol. consi. 2. nu. 112. cum seqq. lib. 1. Curt. iun. consi. 150. nu. 6. Menoch. consi. 341. nu. 8. Surd. consi. 5. num. 39. & consi. 151. num. 14. & nouissimè Dom. Præses Petra in suo Responso reddito in causa Status Plombini, pag. 10. versi. & prędicta, post multos, quos allegat, vbi de communi.

Secunda demonstratio resultat ex instr̃o iuramenti de anno 1364. per Gibertũ, & Nicolaum fratres de tertijs pro fortalitijs Tizzani, & Beluederij, & quæ tunc tenebant, & possidebant, de custodiendo, & saluando, ac custodiri, & saluari faciendo, ad honorẽ, & statum Magn. Do. Barnabonis Vicecomitis Mediolani, & Parmæ Vicarij Imperialis, & hæredũ, & successorũ suorũ.

4 † Et hoc instr̃m cum sit de antiquo, probat, ad not. per Doct. in l. cum aliquis, C. de iur. delib. gl. & Doct. in c. cum olim, de censi. Crau. de antiqui. temp. par. 1. num. 67. Mascard. concl. 106. D. Petra tract. de fideicõ. q. 12. nu. 29. & 46. pręsertim cum verba eius sint dispositiua. † Et quatenus enunciatiua dici possent, sunt principaliter, pp se emissa; & ideo probant, Crau. vbi sup. Dec. consi. 146. nu. 14. Ias. consi. 65. nu. 1. versi.

5

6 sed præmissis, lib. 3. cum similibus. † Tantò magis, cum Dñi Simonettę licèt dici possint Tertij, habent tñ causam à Co. Pamphilo, qui habebat cãm ab illo Giberto antiquiore, qui tunc iurauit vtì Dñs dictorũ locorũ. quo casu verba ẽt enunciatiua contra tertium indistinctè probãt, vt per eundẽ Crau. loco pręcitato nu. 78. cum cõcord.

Tertia demõstratio insurgit ex Priuilegio Vincislai Imperatoris, expedito de anno 1387. quo Nicolao de Tertijs, & filijs Giberti eius fratris defuncti, Castrum Tizzani concedit, in quo fit mentio, quòd ipsi inuestiti, & eorum Antecessores tenuerant alia Castra in Parmen. tenebãtq;, & in eis maxima dãna, & ruinas receperant, dũ partes Imperij tenebantur; inter quæ Castra verosimiliter, ac iuris præsumptione esse debebãt

7 duo prædicta, Sissię, & Beluederij, † ex quo de præsenti in prætéritũ præsumitur, qñ aliqua alia concurrit ratio, quare sic p̃sumi debeat, Menoc. de p̃sump. lib. 6. p̃sump. 62. in fi. cum concord.

8 † Imò idem dicendũ secundũ Alex. in consi. 81. nu. 3. lib. 2. quoties præsens status non hẽt contra se veritatẽ alicuius præcedentis status. At in casu nostro alia concurrunt ad demonstrandũ, loca istã per Antecessores Giberti, & Guidonis possessa fuisse, vt ex pręcedẽtib. & infra dicendis liquet; nec de cõtrario statu apparet, igitur, &c. Et de hoc paulò inferiùs latiùs dicetur.

Quarta demonstratio oritur ex priuilegio Reuerendissimi Epi Parmen. facto de anno 1413. se referente aliud antiquius, quo concedit Giberto Sissiæ Dño, ius deriuandi aquã ex Flumine Tarronis, & conducendi ad villã Burginoui, pro vsu Molendini dicti Giberti in iurisdictione Sissiæ, quod quidẽ Canale, & Molendinũ adhuc extant, & sunt prædicti Co. Antonij Mariæ; Et super quibus lata fuit sñia per d. Monaldũ de

9 anno 1560. in actis producta. † nã benè probãt, ex relatis per Mascard. d. concl. 106. num. 2. post Craue. vbi sup. nu. 3. versi. quòd procedit.

Quinta patet demõstratio ex inuestitura Ludouici Mariæ Mediolani Ducis de ann. 1497. in qua sunt hæc verba formalia (Antiquitus concessa fuerunt Nobilibus Tertijs, Ciuibus Parm. per Illustrissimos Principes Duces Mediolani priuilegia Feudalia locorũ Sissiæ, & Beluederij Diœcesis Parmensis, & mox confirmata, & renouata successiuè vsq; ad tpa Illustrissimorũ q. D. Bonę, matris, & filij, vltimorũ Ducũ Mediolani.) Ex quib. clarè dignoscitur, quòd ante inuestituras Philippi Marię tenebãt ista feuda Antecessores Tertij; inter quas, & supradictã Ludouici intercesserant solùm quinquaginta sex an-

10 ni; quod tps de antiquo dici non põt, † ex quo centum anni requiruntur, ex magis * cõi sñia; de qua testatur post alios Menoc. de arbitr. c. 3. nu. 6. Cephal. qui infinitos citat in consi. 250. nu. 18. & nouissimè Mascar. concl. 103. nu. 1. & 7. & D. Petra d. tract. q. 13. nu. 96. 103. & 147. à qua in consulendo, & iudicando non esse recedendũ, asserunt Ias. Curt. & alij ab ipso Mascar. relati, & in Pedem. decis. 173. nu. 8. & quia instr̃m huius inuestiturę Ludouici mariæ est antiquum, non dubitandum quin antiquitatẽ feudi probet. put in terminis tradit Guer. Piso. Soac. in prælud. feud. par. vlt. in differ. 3. tpe. versi. aur illa verba. allegans bonã rationẽ, quia pp anti-

11 quitatẽ oïa præsumuntur vera, & solẽnia. † Huiusmodi aũt assertioni Principis omnino crediturur, & stari debet, Clem. 1. de pbat. Alex. in terminis consi. 15. nu. 2. cũ seq. vol. 5. & Ias. d. consi. 65. col. 2. lib. 3. & tantò magis, quia cum tali as-

12 sertione concurrebat iuris p̃sumptio, † quia feuda ab aliquibus tenta, & possessa pręsumuntur in dubio antiqua, non noua, cap. 1. §. 1. in versi. onus probandi; quem Bald. ibi mirabilẽ dicit, de grad. succed. in feud. c. 1. & ibi Alua. post alios, si de feu fuer. contr. Curt. in terminis in tract. feu.

13 par. 1. q. 8. c. 9. nu. 15. 16. † & licèt aliquę ex scripturis relatis appellẽt Tertios Dominos, vel possessores dictorũ locorum, & non faciant mentionem, quòd in feudum tenuerint, cum tñ descendentes eorum inuestituras receperint, præsumuntur ẽt vsq; ab initio fuisse feuda, & pro feudalibus tẽta, & possessa. ita cõcludunt Doct. per illũ tex. in c. 1. si feud. fuer. contr. inter dom. agna. & præsertim Bal. qui reputat hoc esse notabile; benè facit tex. in c. 1. versi. si verò Dñs. de grad. success. in feud. & in c. 1. §. 1. de inuesti. in mar. fac. Alex. in terminis d. consi. 15. nu. 5. 6. lib. 5. & post cum Soc. consi. 66. nu. 12. versi. sed vl-

sed vltra, lib. 3. Roland. latè consi. 148. num. 19. lib. 4. Crau. de antiq. temp. par. 5. num. 1. in fi. & Surd. latè in consi. 5. nu. 1.

14 † Præterea animaduertendũ, quòd licèt dicta loca deuenissent, aut aliquod ipsorum, putà per renunciationẽ, vel delictum, aut aliam rõnem, pleno iure ad manus Ducũ Mediolani antè illam inuestituram Philippi, per ipsam tñ subsequentem nõ diceretur feudum nouum, sed antiqui naturam, & effectum retineret, cum in ea expręssim non sit cautum, quòd esset nouum, sed potiùs contrarium, vt infra dicetur, tex. est in cap. 1. vbi Iser. & alij de Vassal. decrep. æta. glo. & Docto. in c. 1. §. insuper, de prohib. feud. alien. per Feder. glo. Bart. & latiùs Albe. in l. qđ dr, la prima ff. de impen. in re. do. fa. Bal. in c. 1. col. antepen. an agna. vel fil. Alex. consi. 30. nu. 3. vers. & licèt noua concessio, cum seqq. lib. 1. Curt. consi. 49. nu. 44. versi. istam opin. & nu. 48. in fi. Ias. in l. si mihi, & Titio, in prin. col. fin. versi. Item in quantum vsque ad fin. de verbo. obli. & per consequens constare dicitur vtrunque ex feudis prædictis paternum, & antiquum fuisse.

Sexta demonstratio est super instrõ mandati olim facti per Co. Io. Mariam filium Guidonis, & Pamphili patrem vsq; de anno. 1507. producto vtsupra, in quo procuratorem constituit ad comparendum corã habentibus authoritatem à Rege Francię tunc Mediolani Duce, ad recognoscendũ Castrum Sissiæ, & Castrũ Beluederij in feudum nobile, & antiquũ pro dimidia p̃ indiuiso &c. Vndè manifesta resultat confessio feudi antiqui, quæ filio, & successoribus p̃iudicat, prout de alijs confessionibus Comitis Pamphili dictum est. & aduertendum, quòd non dicit feudum paternum tm̃, quod verificari posset in acquisito à Guidone eius patre: sed dicit (an-

15 tiquum) † quod importat acquisitũ ab aliquo ascendente, qui sit supra quartum gradũ, Bal. & Alua. in pręlud. Feud. in sexta diuis. Alua. in c. 1. §. hoc quoq; in quinto not. de success. Feud. Ias. in præltud. Feud. nu. 83. cum alijs per Crauet. citatis in dicto tract. de antiq. temp. par. 5. num. 2. aut saltẽ intelligi debet antiquũ feudum, quod sit acquisitum ab aliquo ascendente, qui fuerit parens communis generationis, per ea, quæ tradit Cur. ex communi dicto tract. de Feud. par. 1. q. 8. num. 7. & post eum Clar. in §. feudum. q. 8. in princ. & vtroque modo probatur apertissimè feudi antiquitas.

16 † Expeditum est autem, quòd in feudo paterno, vel antiquo succedunt descendentes, etiam in infinitum, & donec aliquis eorum superest à communi stipite proficiscens, nunquam reuertitur ad dominum; quia ius quæsitum habent virtute inuestituræ, cap. 1. de natu. success. feud. §. hoc autẽ sciendum, qui feud. da. poss. vbi Bal.

num. 5. & alij omnes; idem Bald. in cap. 1. nu. 3. & Afflic. nu. 5. de feud. March. & ibi bona glo. in ver. in consobrinis, Bald. in l. fi. C. vnde leg. Salic. in l. vnic. quæst. 11. & Rom. num. 10. C. quando non pet. par. Alex. consi. 30. nu. 31. lib. 1. Paris. consi. 164. num. 2. in fi. Curt. Sen. consi. 49. nu. 1. in versi. in quo paterno, Boer. consi. 10. nu. 16. vsque ad fi. Ioan. Gall. inter consi. feud. diuerso. consi. 2. nu. 64. Bero. consi. 70. nu. 1. li. 2. Curt. iun. d. tract. par. 3. memb. 3. Soc. iun. consi. 73. nu. 21. lib. 1. & cõsi. 66. nu. 12. cũ multis con cor. in 3. Didac. li. 3. var. resol. c. 3. versi. 5. hinc, Clar. in §. feudũ. q. 79. ver. difficultas, Vall. cõsi. 3. lib. 1. Cepha. cõsi. 172. nu. 33. Natt. consi. 467. nu. 5. & consi. seq. num. 1. Surd. consi. 5. num. 4. & hoc nullam habere dubitationem, vt inquit Mandos. ad Rom. consi. 315. in versi. impugnari plures referens.

Et hoc vnicum fundamentum sufficeret dicto Comiti ad victoriã; qm̃, cum appareat, feuda, de quibus agitur verè, & realiter paterna, & antiqua fuisse antè inuestituras Philippi, nullĩ relinquitur hæsitationi locus; Et si cauillando contenderetur ex aduersò, probationes nõ esse pęnitùs concludentes (cuius contrarium verissimum creditur, ex præallegatis,) † eas tñ in 17 antiquis sufficere, negari non potest, in quibus leuiores admittuntur, & indicia, ac coniecturæ pro plenis, habẽtur probationibus, vt omnibus in cõfesso est, teste Mascard. post innumeros relatos d. conclu. 103. num. 12. cum seq. & conclu. 104. 105. 106. & 107. cui sufficit remissio. Et in terminis tradit Aret. consil. pen. num. 2. & 3. versi. si tamen.

Secundum principale fundamentũ pro D. Comite sit, quòd circumscripta p̃batione pręnarrata antiquitatis feudorum, ipse nihilominus, extincta linea Comitis Giudonis p̃ mortẽ Co. Pamphili sinè filijs, admittitur ad successionem illius partis feudorum, quã idem Co. Pamphilus viuens possidebat. Et hoc pluribus conuincitur argumentis: Quorum primum est eiusdem met Com. Pamphili confessio, nedùm simplex, sed geminata, & multoties reiterata, etiam iudicialis, & iudicialiter à Com. Antonio Maria acceptata in vim iudicialis, & irreuocabilis cõfessionis, Quæ omnia ex productis liquent. Etenim, cum de anno 1560. bannitus diceretur Comes Antonius Maria in Ciuitate Placentiæ in contumatiam, cum confiscatione bonorum, & Fiscus Parmæ appræhendisset eius bona; & fecisset solita banna contradictionum, constituit Com. Pamphilus specialem Procuratorem ad contradicendum pro bonis ipsis feudalibus, asserens, ea confiscari non potuisse, nec posse; sed ad ipsum constituentem, vti proximiorem agnatum, & conuassallum; & coinuestitum, iure accrescendi, vel non decrescendi, & vigore

inuestiturarum spectare, & pertinere; Et in eodem mandato iurauit, prædicta omnia fuisse, & esse vera, & nō ficta, nec simulata, nec in fraudem alicuius facta: Procurator autē producens mandatum cōparuit in iudicio, & petijt, ac instetit declarari, bona feudalia Sissiæ, & Beluederij non potuisse confiscari, & in dicta cōfiscatione non compræhendi: sed ad Com. Pamphilum deuoluta, & translata, & eidem cōpetere, & spectare, & pertinere, stante natura, & dispō ne inuestiturarum; Et propterea meliora, & potiora iura eum hre, quàm haberet Duc. Camera, & sibi relaxanda esse, ac relaxari debere; Et iurauit in forma; Quia verò Co. Antonius Maria tunc tēporis, vti innocens, se constituit, & deinde liberatus fuit; Comparuit quoq; in iudicio memorato contradictionū medio procuratoris sui, & acceptauit in primis oīa fauorabilia ex deductis, & ꝑductuis ex aduersò & in spetie, quòd feuda Sissiæ, & Beluederij, deficiente altero ex ipsis DD. Co. Antonio Maria, & Co. Pamphilo, in alium transire deberent; non extā te prole eorū masculina. Cum igitur super confessione ista Co. Pamphili, vltrā stipulationem Notarij, qui acceptauit contenta in d. Mandato pro oībus quorum interest, vel interesse pote-
18 rat† interuenerit quoq; acceptatio Co. Antonij Mariæ iudicialis, confitenti omninò prȩiudicat, ad latè tradita per scrib. in c. si cautio, de fid. instrum. & in l. 1. C. de cōfess. in l. verum, §. si quis absente, ff. eo. tit. & alibi passim; & per cōsequēs eius ēt hæredibus, & habentibus causam ab eo,
19 per supradicta. † Et huiusmodi confessiones iudiciales faciunt notorium, Afflict. decis. 176. nu.
20 4. † & pariunt actionem in factum, prout sñia, secundùm Menoch. de arbit. iud. cas. 243. num.
21 39. † Et dicuntur probationes superlatiui gra-
22 dus, Atet. consi. 68. in fi. † & tollunt vel minuūt ēt præsumptionem iuris, & de iure authen. sed iam necesse, vbi glo. & Docto. C. de dona. an nupr. Bal. consi. 354. quæritur vtrū, lib. 3. Crau. consi. 71. num. 4. & alia multa de efficacia ipsarum tradit Rolan. con. 71. nu. 40. lib. 2.

Et quia eodem tēpore præces porrexit Co. Pamphilus Serenissimo q. Duci Octauio, narrādo contradictionem, sic vt supra factā, & quòd bona feudalia Com. Antonij Mariæ confiscari nō poterāt, sed ad ipsum erant deuoluta, quodque in causa multa veniebant probanda, quæ difficilis erant probationis, supplicauitq;, vt iudex eas sūmariè reciperet, & ommissa tela iudiciaria, & facti veritate attenta, iudicaret, cui rescriptū fuit (Auditor noster Criminaliū B. Al-
23 berghertus iustitiam faciat. † Resultat alia confessio, quæ cum sit in præcibus porrectis Principi, præiudicat, l. cum præcum, C. de liber. causa
24 † præsertim, cum sit secunda, & sic geminata, quæ magis efficacem solet parere obligationem, Bart. in l. cum scimus, in fin. ff. de verbo. oblig. Crau. d. consi. 171. nu. 19.

25 † Nec dicatur, Comitem Pamphilum confessum tantùm fuisse, se succedere in feudis Com. Antoniæ Mariæ sinè filijs decedenti, vel delinquenti, vt supra, sed non è conuersò Com. Antonium Mariā successorem suum esse, quia successiones sunt reciprocȩ & vicissitudinariȩ; adeò quòd si ego succedo tibi, & tu mihi; & vno posito, ponitur & aliud de iuris necessitate, l. lege duodecim Tabularum, vbi Bald. Castr. & alij, & l. Meminimus, post princ. C. de leg. hæred. ibi (vt quemadmodum ipsis à personis legitimis succeditur, sic & ipsi legitimarum talium personarum habeant successionem) plenè Rui. consi. 12. nu. 6. cum seq. lib. 1. vbi in materia feudali specificè loquitur, & post eum Cache. decis. 23. num. 16. vbi aliam quoq; rationem considerat quia scilicet correlatiuorum eadem debet esse dispositio. In casu igitur nostro eò maximè procedunt ista, stante alia iudiciali confessione facta per Co. Pamphilum in libello Tizzani, quòd nullus alius extabat de domo illorum de Tertijs, descendens legitimus à communi stipite, præter ipsos duos consanguineos, & coinuestitos, adeò vt omnis scrupulus, etiam minimus, sublatus sit. Et hoc etiam secundum fundamentum inuicibile videtur.

concessione facta vni soli, cuius agnati remanebunt exclusi, q aliàs admissi fuissent vigore clausulæ, vel ēt inter plures, inter quos nulla rōne habeat locū ius accrescendi, vt si duo extranei disiunctim inuestiti fuissent. Et hæc interpretatio debet oīno fieri, tum rōne vitandæ contrarietatis memoratæ, tum vel maximè, vt decretū ipsum minùs corrigat ius cōe, quā sit possibile, & ab eo interpretarionē recipiat, vt in præallegatis diximus in materia huius decreti; tum demū quia ratio decreti, nè intercidat memoria beneficiorum acceptorū, non cessat in descendentib. à coinuestitis nominatis, & vocatis in inuestituris, sed imò in illis militat; ergò, & militare dēt dispositio decreti ad illorum fauorem, vulgata l. illud, ad l. acqui. cum alijs concord.

185 † Obijcitur sextò clausulā operari solū, quoad personas inuestitorū nominatas, ita vt singulis, & eorum respectiuè descendentib. facta concessio iure antiqui feudi censeatur, ex Curt. iun. cō fil. 1. num. 13. ad fin. & Menoch. consi. 40. num. 59. versic. nec dicatur.

Sed quia fatentur DD. mei, hanc conclusionē periculosam, non est in ea confutanda immorādum; certum est enim, quòd ociosa pęnitus remaneret clausula, cum sinè ea quilibet inuestitorum, cū suis descendentibus in portione sua feudi noui vocatus in infinitū censeatur d. cap. 1. de duo fra. cum notiss. & cōis * est in contrariū, vt s. in secunda rōne tertij fundamēti, & in quinta & octaua rñsione ad quartum fundm̄ contrarium.

186 † Dum aūt subdunt, referri non posse, nisi ad cōpræhensos in inuestitura, sm̄ Cæpol. consi. 24. nu. 23. versi. 2. idem pōi probabili, lib. 2. Bru. cō fil. 1. col. 2. lib. 2. post Alex. Curt. iun. & Soci. per eum allegatos, & Pedem. decis. 146. nu. 4. lib. 2. Becc. consi. 56. nu. 26. Rub. Alex. consi. 10. nu. 6.

187 † Rñdetur primò, hoc ipsum deseruire Comiti Tertio, qui est de cōpręhensis in inuestitura, cū sit de descendentibus Giberti inuestiti, vt supra probatū fuit apertissimè; pro quibus & descendentib. recepta fuit inuestitura. quo casu oēs pręfati doctores admittūt, illos admitti debere virtute dictæ clausulæ (in antiquum, & nobile feudum) vt videre est pęnès eos: secus quoad agnatos extraneos, non nominatos in inuestitura, & pro quibus illa recepta non fuit. vndè licèt concederemus clausulam (in antiquum) non prodesse transuersalibus acquirentium, ex quo non essent de compręhensis, prodesse tamen deberet Dom. Comiti, qui est de eis.

Nec aliquem reperio ex adductis in oppositum, præter Menoch. d. consi. 400. nu. 59. qui secus sentiat; loquuntur enim in casibus istis, vel qñ transuersalis, qui nō descendit ab aliquo inuestito, vult succedere, vt Alex. consil. 10. in 3. Brun. Curt. iun. Becc. Cępol. d. consi. 24. Thesau. d. decis. 146. nu. 4. (qui tñ in eadem decis. contrarium tenet sub num. 13. de cōi * attestatur, &

188 ita iudicatū in illo senatu:) † vel qñ descendētes vnius acquirentium volunt succedere alteri acquirenti, vel suis descendentibus, nulla facta mentione clausulę pdictę in inuestitura, vt Alex. in consi. 204. nu. 3. in 2. & alij citati per Menoc. d. consi. 400. nu. 59. & hoc est iuri contrarium; quia si feudum est nouū, & duobus fratrib. concessum sinè clausula prædicta, vel alia, quæ locū faciat iuri accrescēdi in infinitū, certū est, quòd descendentes ab eis non succedunt inuicem, vt supra pluriès diximus, & quāuis apposita fuisset alia clausula, quòd frater fratri succedat, vt in Themate Alex. d. consi. 204. non tñ operaretur eundē effectum, quē clausula (in antiquū) quia satis est, si ipsi fratres gaudeant beneficio reciprocæ successionis, iuxta pactum, & conuentionem. rōnem aūt differentiæ adducit Rui. d. con-

189 fil. 12. nu. 12. in princ. † & in his clausulis æqui-

190 uocauit Menoch. d. consi. 400. num. 59. † sed & decis. Alex. latè impugnat ibid Rui. versi. & probabiliter. ēt vsq; ad nu. 17. probans, quòd stante pacto prædicto, frater fratri succedat, & ad descendentes etiam porrigatur successio; cessat ergo obiectum multis de causis.

Si aūt teneremus opinionē supra relatam in fauorem oīum transuersalium, pro qua tot stant insignes authores; multò magis cessaret; ex quo illi non pñt dici de compręhensis in inuestitura, nisi virtute clausulę, cum non possint vllo modo dici de descendētibus inuestitorum, prout pñt, qui ab vno eorum descendunt, per supradicta.

191 † Obijcitur septimò ex eod. Cæpol. d. consi. 24. nu. 12. & seq. & nu. 33. clausulam non operari, quòd præsumatur antiquum, vbi constat de veritate in contrarium, id est de primo acquirente; quia aliter induceretur manifesta repugnantia, & feudum haberet duas naturas contrarias, quod est impossibile, vt per eum.

192 † Rñdetur, id, quod Cępol. ait de p̄sumptione antiqui, & noui feudi, nihil ad rem nostrā facere, qñquidē hic non tractamus de p̄sumptione, quę cadit super facto dubio, sed de fictione, quę cadit super certo, & disponit cōtra veritatē, vt supra dictū fuit, traduntq; oēs in l. si is qui pro emptore, de vsucap. & Alcia. in tract. p̄sump. in prin. volunt nanq; in casu nostro cōtrahentes, quòd feudū nouū fingatur antiquū quoad iuris effectus. quod mirandū non est, cum in tali cōtractu mille aliæ fictiones cadāt, vt dixit Came-

193 rac. loco p̄citato † quin ēt si quoad quid nouū censeretur, & quoad quid antiquum, non tñ repugnantiam contineret, aut impossibilitatem, per ea, quę ipsemet Cępo. in primo dubio eius-

194 dem responsi plenè scribit † saluando autem Cępol. dicimus, casum nostrum esse diuersum ab illo, in quo de præsumptione primo loco tātùm tractat, & 2. loco, vbi fictionem attingere vide-

Consi. Lud. Sacc.

videtur, præsupponit impossibilitatem ex parte concedentis, vti Prælati, qui non potest feudũ nouum pro antiquo dare, vt ibi per eum, num. 26. cum seqq. & sic actum fictum facere, quia res concedenda non est sua, sed Ecclesiæ.

195 † Obijcitur octauò, quòd clausula intelligitur, vt collaterales ita demum admittantur, si sint de descendentib. à primo acquirente, seu à primis inuestitis, & non aliter, sm Bero. consi. 73. nu. 5. in prin. & hæc vr esse eadẽ cũ sexta obiectione.

196 † Respondetur ideo, prout ibi dictum fuit, interpretationem istam pro Dom. Comite facere, qui est de descendentibus Giberti inuestiti, & Bero. ibi hoc expressim fatetur; & nõ posset meliùs loqui pro nostra opinione. Nam cum præsupponat Augustinum, ac Ioannem fratres de Adurnis inuestitos de feudo nouo cum clausula (in antiquum) vult ipsos, & descendentes ab eis inuicem succedere, quod aliàs permissum non fuisset sinè clausula; excludit tamen alios collaterales Augustini, & Ioannis, ex quo non erãt de descendentibus ab altero eorum, nec ab eorum patre communi; & sic decidit casum nostrum in terminis terminantibus, prout etiam Oldra. in consi. præcitato, & alij citati.

Nec obstat vlterior consideratio, quæ fiebat super effectu dictæ clausulæ, quę operatur, vt pater non possit disponere, etiã cum consensu domini de feudo nouo, prout aliàs fuisset ei licitum, quia non tollitur, quin possit etiam alios effectus operari. Nec est, qui affirmare audeat, quòd ad vnum tantùm effectum restringi debeat illius virtus, & efficacia.

197 † Nec etiam obstat consil. Castr. 10. in tertio, quia loquitur de vno solo inuestito, cuius transuersales succedere intendebant virtute clausulæ; qui non est casus noster, vt sæpè diximus, vltra quòd repugnat communi opinioni, de qua supra in secunda ratione tertij fundamenti, & in quinta, & octaua responsione ad quartum fundamentum contrarium.

Minùsq; officit consilium Alex. 10. nu. 3. cum seqq. in tertio, qui consuluit in eadem facti specie cum Cepol. in præalleg. consi. 24. quia huic etiam conueniunt responsiones datę Cepol. loquuntur etenim ambo de illis transuersalibus, qui à nullo inuestitorum descendunt, & qui non sunt de compręhẽsis in inuestitura in specie, vel in genere, prout sunt descendentes vtriusq; inuestitorum. Item loquunrur in inuestitura Episcopi, qui volens non potest nouum feudum antiquum facere, nec in feudare res, non solitas infeudari, vt ibidem considerat Alex. nu. 6. in fin. & num. 7. versi. Item non loquitur Bald. quinimò sentit ibi cum Bald. in c. 1. de alien. feud. par. in inuestitura Principis secularis secus dicendum; prout etiam sentit Cepol. d. consi. 24. num. 34. & per consequens pro nobis potiùs tenet, quàm contra nos; & pro hac difinitione videatur & Gue. Pis. Soac. in prælud. feud. par. vlt. differ. à tpe. post Melch. Cling. quem refert, ex mẽte Doct. oium. in vers. vos ꝑ resolutione.

198 † Obijcitur nonò, quòd clausula operatur forsan, quòd feudum dicatur antiquum, idest, quòd antiquitus dari consueuit, vt considerat Cepol. d. consi. 24. num. 6. ad fi. num. seq.

Respondetur animaduertendum, quòd in illa facti specie inuestitura solùm facta fuerat de feudo, tanquam antiquo, & antiquissimo; Quæ verba multùm differunt à forma concessionis nostræ, quæ non habet illam dictionem (tanquam) quæ denonat similitudinem, & improprieratem: sed cantat in paternum, antiquum, & auitum; ita quòd sapiat naturam paterni, antiqui, & auiti; Cui formulæ non adaptatur illa interpratatio Alex. & Cepol. vt idẽ Alex. apertè sentit, diuersificando casus sub num. 6. versi. mouetur etiam, & seq. necnon & Cepol. nu. 34. versi. non ob. secundò. Prȩterea cõsiderant ambo verba illa (tanquam de antiquo) posita fuisse cum mysterio, & quasi de necessitate ad ostẽdendum, quòd feudum erat solitum concedi, vt inuestitura sustineretur bonorum Ecclesiæ, quæ aliàs valere non potuisset; & in hoc latè insistunt. Et cum his benè cõcordat Pancir. consi. 94. num. 12. 13. quæ ratio minimè militat in casu nostro, per supradicta, & si aliter sentirent, (quod non est eredendum de Viris illis doctissimis) esset opinio multùm singularis, quę haberet mille contradicentes, & aduersaretur plurib. receptissimis sñijs, admittentibus varios effectus clausulæ (in antiquum) conuenientes verè, & propriè antiquo feudo.

Et ex his defensata plenè creditur illa conclusio, super qua fundauimus scdam rõnem tertij fundamenti; & præsertim in terminis nostris, in quib. transuersalis est de cõpræhensis in inuestitura, cum sit de descendentib. Giberti primò coinuestiti cum fratrib. In quib. terminis neminẽ vidi exoĩb. in corpore motiuorũ citatis, q̃ con-

199 trariũ afferat † ꝑter Menoc. d. consi. 400. nu. 59. q̃ allegat Alex. Rui. & Pari. loquẽtes de alijs trãsuersalib. & non de descendentib. ab vno fratrũ coinuestitorũ, cuius ꝑpea determinatio restringi dẽt ad terminos, in quib. allegati Docto. loquuntur, vt ipsemet Menoc. se ipsũ declarãdo, scripsit, rem c. 4. adip. nu. 870. qui ait, eius dictũ, de quo remedio nono, recup. pos. sub num. 322. debere intelligi, nõ vt verba cãtant, sed sm opiniones ibi allegatas, quę cõueniunt opinioni, q̃ tenet d. remed. 4. nu. 870. sic est dicendũ in occurrenti casu, ex ipsiusmet Menochij authoritate.

200 † Benè animaduerti plures sẽtiẽtes cõtra alios transuersales; nostras tñ partes sectatos esse, & defendisse, vt s. dictũ est, & maximè Old. in cõsi. 178. in resolutione cõsultationis, Rui. d. cõs. 12. num.

num. 10. 11. vol. 1. Bero. consi. 73. nu. 35. in prin. * Thesaur. decis. 146. nu. 13. vbi de cõi * attestatur, & secundũ quam in Senatu illo Pedemontano iudicatum fuisse asserit; Quibus addi potest Cepha. consi. 133. num. 25. Pet. Ant. Angus. consi. 3. nu. 50. 51. lib. 7. Soci. inter consi. Brun. consi. 10. num. 17. versi. rñdetur, quòd illa verba. Rub. Alex. citato consi. 10. num. 6. & Becc. d. consi. 56. vbi alios citat nu. 26. versi. & quòd illa clausula, Cum his autem multò magis sentiunt cęteri Docto. qui alios quoq; transuersales ad successionẽ feudi admittunt virtute clausulæ (in antiquum) Quotum aliquos superiùs retulimus in octaua responsione ad quartũ fundamentum contrarium, etiam de * cõi, & magis cõi attestantes; Adeoquòd dubitandũ non est, quòd in terminis nostris non sit approbatissima, & omnino sequenda.

Si autem hoc est in viridi, ideſt, vbi feudum nouum hẽt solùm talem clausulam; quid in arido? ideſt in feudo reuera antiquo? qualia sunt ista Sissię, & Beluederij, vt ex deductis in primo fundamento patuit? quanquã respectu Beluederij cessat etiã omnis hæsitatio per dictionem (vtriq;) superiùs ponderatam in octaua rõne tertij fondamenti, & infra latiùs attingemus. Si verò vlteriùs addamus indiuiduitatem ipsorum feudorũ vndequaq; scaturientem ex inuestituris, si societatẽ liberalitatis Principis, si cõcessiones in infinitum, si causas concessionum, si materiam fauorabilem, & latè interpretandam, cui dubium, quin causa Comitis Tertij lucidissima, splendidissimaque appareat?

Prosequendo nunc ordinẽ Motiuorum succedit duplex oppositio contra priuilegium Episcopi Parmensis, productum per d. Comitem, de quo mentionem fecimus in primo fundamento, in quarta demonstratione.

201 † Prima oppositio est, quòd non concludat antiquitatẽ feudi Sissiæ, quia datò quòd Gibertus ille antiquior fuisset dñs; potuerunt tamen Castrum illud postea recognoscere in feudum eius * descendentes, ex * cõi sententia scribentium in l. si aliquam rem, ff. de acquir. poss.

202 † Respondetur non negando hanc possibilitatem, sed affirmando, præsumptionẽ legis in contrarium militare, hoc est, feudũ ab initio fuisse, ex traditis pet Bald. & alios in cap. primo si de feud. fue. contr. int. dom. & agna. cũ multis concordantibus adductis in primo fundõ in ver. & licèt aliquæ. cui quidem præsumptioni standum est, nisi contrarium probetur, iutibus vulg.

203 † Respondetur secundò, quòd stante cõtrario, sequeretur, feudum Sissiæ non esse verum, & proprium feudũ, quia propter magnũ præiudicium, quod sentiret recipiens rem propriã tanti valoris in feudũ, haberet locum, quod scribunt Alciat. rñso. 178. nu. 2. & 199. nu. 27. Menoch. Consi. Lud. Sacc. consi. 1. nu. 6. consi. 2. nu. 262. consi. 191. nu. 54. & Bursat. consi. 46. nu. 16. volentes, quòd in similibus casib. nobiles soleant à principibus recipere bona ꝓpria in feudũ, vt possint vtiliori titulo se tueri, nõ verò, vt reddãtur verè feudalia.

At constat ex tot inuestituris solẽniter receptis, de veritate feudi, ergo locus erit eò magis dictæ præsumptioni, quòd ille Gibertus antiquior, qui Dñs Sissiæ enunciatur in illo Priuilegio, fuerit Dominus vtilis, vti feudatarius, & non absolutus.

204 † Insuper dici põt, allegatã possibilitatẽ carere omni verisimilitudine; Etenim verisimile non est, quòd dicti fratres de Tertijs rem propriã liberam, ac allodialem, feudalẽ facere voluerint, ꝑ multas obligationes, & onera, quibus est subiecta res feudalis, de quibus in titulo de noua; forma fidel. & in alijs titulis in vsibus feudorũ esset enim hoc modo iactare suum contra l. cũ de indebito, ff. de prob. cũ alijs vulg. nec verba illa (ꝑ benemerita, & grata seruitia antecessorum & ipsorũmet fratrum) de quibus in inuestituris, conueniunt infeudationi rei proprię ipsorum infeudatorum, vt patet ad sensum; & pro pterea talis possibilitas, omni carens verisimilitudine, attendi non debet.

Secunda oppositio est, quòd in inuestitura prædicta vtitur Philippus cõcedens his verbis: (Terram nostrã Sissiæ.) ex quib. apparet tpe cõcessionis non fuisse Tertiorum; quia duo non

205 possunt esse dñi in solidum † & cum producta fuerit, à Com. Tertio. non põt eam impugnare, Feli. in c. cũ venerabilis, nu. 22. & seqq. de exce.

206 † Rñdetur, satis verificari dñium concedentis respectu directi, quod pęnès eum repetiebatur, licèt vtile esset pęnès feudatarios qui habent

207 ius ad instar vsusfructus, vt per Cacher. † deci. 160. nu. 9. cum concord. nam meum ẽt dicitur, quod rõne vsusfructus ad aliũ pertinet, l. rectè, de verb. sign. queadmodum etiam dr̃, quod cõe

208 est cum alio, l. id quod nostrum de reg. iur. † vltra quòd illa regula, quòd producens scripturã, & cæt. Non operatur quando productio fit in fauorabilibus tantùm, vt in casu nostro factum fuit. Idem Feli. in c. imputari, ad fin. vbi de com- * muni * de fid. instrum. sed re ipsa nihil in ista legitur, quod noceat, per prędicta.

Successiuè opponitur contra Priuilegiũ Vincislai, de quo in secunda demonstratione primi fundamenti, prohibens alienationẽ bonorũ, etiam acquirendorum, extra domum, & familiam Nobilium Tertiorũ. Sed quia ad hoc propositum illud non expendebamus, sed ad demonstrandum solummodo, quòd vsque tunc, & sic de anno 1383. Nobiles Tertij tenebant, & possidebant plura Castra in Agro Parmensi; inter quæ verisimiliter erãt ista duo, non est, quòd tempus conteramus in obiectis soluendis.

Subsequens Motiuum tendit ad eneruãdum septimum fundamentum nostrum, consistens in declaratione Ducis Francisci Sfortiæ, pro Ioan. Ludouico, & Pallauicino Pallauicinis facta; quidem ita demũ admittit collaterales ad successionem dictorum fratrum, si ipsi decesserint sinè filijs; & in illa inuestitura erat etiam clausula (in antiquuum) vndè videtur potiùs contra Comitem Tertium retorqueri, ex quo primi illi inuestiti Gibertus, & Guido decesserunt cum filijs.

209 † Respondetur, aduertendum esse, declarationem hanc duplicem continere determinationẽ; Prima est super successione reciproca inter coinuestitos, & eorum descendentes: Altera est inter ipsos, & alios agnatos; & hæc incipit ibi (deficientibus autẽ ipsis, &c.) & in hac vltima, procedit motiuum: Sed versamur in prima, in qua pluribus in locis patefacit Dux Franciscus voluntatem suam, quòd nedum fratres coinuestiti, sed etiam eorum descendentes sibi inuicem succedant in illis feudis. Et primò in illis verbis (vt sibi inuicem infeudalibus rebus succedentes, cęteros fratres ad eorum feudorum successionem non admitterent, nisi tunc demũ, cum ex descẽdentibus eorum, vel alicuius eorũ masculis nullus extaret.) Et rursus in alijs, (quin ipsi sibi inuicem succedant, & eorum masculi legitimè descendentes in totũ, alijs agnatis exclusis) ac demum in alijs inferioribus, (quòd decedente altero ex eis sinè filijs ex legitimo matrimonio, lineaque masculina natis, siue nascituris, alter ex eis, qui superuixerit, & eius filij legitimi, vt supra in ipsis bonis, feudalibus Castrorum, & locorum Buxeti, & Bargoni, cum suis iuribus, & pertinentijs integrè succedere possint, & valeant pleno iure, & pariformiter eorum descendentes legitimi, vt præmittitur.) Quocirca constat manifestissimè, Principẽ voluisse, vt descẽdetes coinuestitorum sibi succedant in infinitum: Et per consequens canonizatam esse opinionẽ illam, quã pro Comite Tertio tuemur; Et quæ in contingentia facti fuit obseruata in personis descendentium à dictis duobus fratribus Ioanne Ludouico, & Pallauicino; quia extincta linea Pallauicini per mortẽ Do. Hieronymi de Buxeto, successit ipsi in terra Buxeti, & alijs feudalibus Domi. Sfortia descendens à Ioanne Ludouico, vt notorium est in toto hoc statu; per cuius Dom. Sfortiæ obitum sinè descendentibus ortę sunt deinde lites, etiam notoriæ.

De alia autem determinatione respectu cæterorum agnatorum, nos non loquimur; sed alijs, quibus opus est, interpretandam relinquimus.

210 † Insuper opponitur, respectu Beluederij, clausulam illam (& vtrique eorum pro se se, & descendentibus suis) non operari, vt quilibet acquirentium censeatur insolium, & de toto feudo inuestitus, prout nos in octaua ratione tertij fundamenti supposuimus, ex ibi allegatis: Consideraturq́; distributiua illa, quę est adiecta personis primo loco inuestitorum, non etiam eorũ descendentium, Ideo illis tantùm prodesse debere, prout profuit in successione Nicolai, cui alij duo fratres successerunt vt supra. Nec debet extendi ad descendentes inter se, prout fieret in casu, quo reperitur eis adiecta vt respõdit Alex. loquens in concessione facta pluribus pro se, & eorum, & cuiuslibet eorum descendentibus, in consilio 13. nu. 8. versi. sed non opportebat. lib. 5. & consil. 17. num. 12. eo. lib. Rip. clarè in d. l. re coniuncti, num. 65. & seq. & est communis * opinio, * vt testatur Bello. consi. 20. num. 3. Cur. iun. consi. 55. num. 13. Monoch. d. consi. 464. nu. 17. loquens in casu, quo tribus fratribus feudum erat concessum cum clausula (pro ipsis, & cuiuslibet eorum descendentibus) cõcludensq́; successionem inter fratres ipsos non habere locum, quorum personis non erat adiecta distributiua, & idem respondit Decian. in consil. 73. num. 16. & pluribus sequentibus, volum. 2.

211 † Respondetur primò conclusionem istam restringentem successionem reciprocam modo, quo supra, quæ fuit originalis, Petr. de Anchar. in consi. 245. prima dubitatio. non transire absque difficultate, per ea, quæ tradit Soc. in consi. 66. num. 12. versi. postremò, & num. 13. 14. vol. 3. vbi efficaciter illam impugnat, & Alcia. consi. 34. adeo subtiliter, nume. 2. cum sequentibus tom. 1. lib. 3.

212 † Sed & secundò respondetur, quòd si vera esset, nihil tamen intentioni nostrę preiudicaret, quia procedit, vbi distributiua non potest, salua ratione recti sermonis, referi ad omnes, tam inuestitos, quàm descendentes ab eis, vt in specie ponderat Anchara. loco pręcitato, numero 4. stante concessione cum verbis (in ipsorum, & cuiuslibet ipsum tertiam generationem) animaduertens, distributiuam fuisse adiectam solùm descendentibus, & non posse referri ad acquirentes; quia oratio iam erat perfecta, quoad eorum personas; & recti sermonis ratio repugnabat: & in eisdem terminis tractant prꝺallegati omnes, qui illã sequuntur vt ad oculum legi potest, & Rui. consi. 47. num. 5. lib. 1.

213 † At nos in longè diuersis terminis versamur, quia distributiua est adiecta personis acquirentium, & acquirentium pro se, & descendentibus; ita quòd vnica oratione omnes continentur, & salua ratione recti sermonis, dispositum ad omnes refertur. Quo in casu vnanimiter volunt omnes, quod tam primi inuestiti, quàm descendentes succedant, vt attestatur Decia. in dicto consil. 73. num. 18. & idem tenet Menoch. dicto consil. 464. num. 17. versic. non obstat tertium.

214 tium † Cum enim ab vno verbo regantur, eadem qualitate qualificantur, iuxta doctri. Barto. in l. Prætor, §. eritque differentia, ff. vi.
215 bon. rapt. † & si secus diceremus, vnica illa determinatio disformiter determinaret contra regul.l.nam hoc iure, de vulg. & pupill. nam acquirentes acquirerent pro se cum qualitate iuris accrescendi, siue non decrescendi, pro descendentibus autem absque illa qualitate.
216 † Quoties igitur dispositio locum habet in primò inuestitis, consequitur etiam, vt idem iudicetur de descendentibus, secundùm Decia. d. consil.73.num.13.versi. ex prædictis, & seq.

Cæterùm, vt adhuc clarior fiat rei veritas, percurrere libet quemlibet ex citatis in oppositũ. Et primò Alex. d. consi. 13.& 17. loquitur secundùm meros terminos. Anchar.vtsup.& vim facit in eo, quòd ratio recti sermonis erat repugnans. Vndè ex vtriusq; dictis colligitur, quòd si ratio recti sermonis non repugnasset, prout in casu nostro non repugnat, aliter respondissent Rip. in d.l. re coniuncti, idem dicit, quod Anchara. & eum solùm refert, rationem reddens, quia distributina respicit filios, & non parentes. Vndè à cessante ratione, cum respiciat in nostro themate parentes, benè facit pro nobis: Bello. quoque in consil. 20. ponit casum in distributiua adiecta solùm descendentibus (concedo feudum Titio, & Sempronio pro cuiuslibet eorum filijs, & descendentibus) & nititur authoritate Anchar. & sequacium. & idem dicimus de Curt.iun. vt videri potest, & præsertim in fi. vbi fatetur, contrariam sententiam procedere, vbi distributiua sit adiecta personis primò nominatis, vt in casu nostro. Nec secus loquitur Menoch.in consi.464.qui præsupponit concessionem factam Petro, & Ioanni pro se, & cuiuslibet eorum filijs, & descendentibus, inquiens, quòd ex quo distributiba respicit eorum descendentes, non autem ipsos Petrum, & Ioannem, portio vnius non accrescit alteri; & allegat Anchar. & sequaces. propter quod transire videtur cum nostra opinione, quam meritò ab omnibus teneri dixit Decia. d. consil.73. num. 15.versic.& per consequens constat; * communem dixit Bello. vbi supra, & Alcia.d.consi.24. num. 1.& carere contradictione asseruit Curt. d.consi.49 num.54.

Sed aduersùs eandem conclusionem fundatam super distributiua (vtrique) apposita personis inuestitorum pro se se, & descendenti-
217 bus suis in infinitum † Opponitur rursus, quòd si vnus eorum voluisset stipulari pro agnatis suis, dempto fratre, non potuisset validè stipulari, etiam si adiecta fuisset clausula (iure antiqui feudi) ex dictis Curt.iun.dicto consi. 55. volum.1.

Respondetur hoc nihil officere Comiti Tertio, qui non venit ex stipulatione Guidonis, à quo ipse non descendit, sed ex stipulatione Giberti eius ascendentis, qui fuit stipulatus totum feudum pro se, & descendentibus suis. Et hoc
218 caret omni dubio; † quia primus acquirens, quidquid acquirit titulo feudi, nedum potest pro omnibus suis descendentibus in infinitum stipulari, prout in nostra specie factum fuit, verum etiam, si nullam ipsorum descendentium fecerit mentionem, & feudum fuerit, (vt nostri vocant) informe, censetur his nihilominus acquisitum, & ad eos transit, cap. 1. de success. feud.cap. 1.§.1.de nat. success. feud. vt est * communis sententia, quam refert Cla. post Ias. & Didac.& alios in §. feudum q.9. versi. sed quid dicendum? Pancir.latè in consi.94.num. 1. dicuntur namque eo casu vocati descendentes ex legis prouidentia, vt idem Clar.subdit in versi.
219 seq. & quando sunt expressim vocati, in nostro casu, concurrit duplex prouidentia, legis, & hominis vt per eum.

Præsupposito igitur, quòd distributiua adiecta personis acquirentium operetur, vt quilibet in solidum sit inuestitus, vt in confesso est apud omnes, fateamur, necesse est, idem ius ad cuiuslibet ipsorum descendentes transire, & si pro eis non fuerit facta stipulatio.

Et hinc etiam alia sequitur apertissima confutatio præcedentis obiecti, nam si concessio informis facta cuilibet fratrum inuestitorum causat ius non decrescendi inter eos, & eorum descendentes ex legis prouidentia, vt supra, multò magis causabit, si concurrat etiam prouidentia hominis, hoc est, si adiectum fuerit (& pro suis descendentibus in infinitum) vt in hac inuestitura Beluederij, quia duplex vinculũ, &c.
220 † Huic autem vltimo obiecto, de stipulatione inualida, vltra prædicta, respondent in fortioribus terminis illi, qui tenent, transuersales omnes in feudo succedere posse, dicentes, non ex vi stipulationis, sed ex Principis volũtate, (qui legem rebus suis dicit) illud procedere, vt Ias. d.consi. 1.col.antepen.vers.non obstat, & consi. 136. colu.5. versi. item Paulus de Castro, lib. 3. quem sequitur, & concordantes adducit Vall.d.
221 consi.60.nu.44.in princ. † Item respondent alij contrarium posse locum habere in feudo nouo, noui naturam retinente: secus verò in feudo dato in vim antiqui, quia perinde est, ac si fuisset à communi stipite acquisitum, & stipulatum. quo casu pro omnibus eius descendentibus acquisitũ diceretur. & hãc afferunt rñsionem Nat. d.consi.467.nu. 15. & post eum Cepha.d.consi. 173.nu.32.vers.nec mouetur. Sed istæ rñsiones, quoad nos, vacant; quia Co. Tertius succedit in eo, quod ascendens acquisiuit, vt probauimus.

Nouissimo loco opponebant Per Illustres & Excelsi. DD. mei contra id qđ in 4. principali funda-

fundamento deducebã, ex obseruantia secuta, dicentes primò non apparere ex processatis, quòd portio Nicolai deuenerit ad alios fratres,
222 seu descendentes eorũ,† & quòd Burs.d consi. 4.rem aliter narrat: & dici posse, non quod factum fuit, sed quod fieri debuit, inspiciendum.

Respõdetur,satis, superq; constare ex processu de dicta successione, cũ in inuestituris duorũ Principum Mediolani productis, id narratũ sit, cui assertioni standum; præsertim in antiquis, & in his,quæ in eorum tantùm præiudicium fiebant, vt ab exordio probauimus.

Quòd si aliter Bursa. factũ explicat, aut in facto deceptus fuit,prout etiam in Genealogia,& alijs psuppositis,aut se ipsum decepit. undè non secus factum fuit, ac fieri deberet,per iam dicta.
223 † Et contra idem fundamentum considerabant quoq; requiri forsan diuturnã obseruantiam ex dictis Io. Galli.in consi. 2.nu.66.inter consi.feu. diuersoru m,ubi tradit,bonas,& antiquas,ac naturales consu etudines ligare Principes.

Respondetur,nos hoc haud inficiari, prout ēt non negat ille author, quòd obseruantia interpretatiua dispositionum, & præsertim contractuũ,& inuestiturarum, plurimũ possit, & attendi debeat,ēt si nõ sit antiqua,& præscripta; Etenim talis obseruantia, nec actuum frequẽtiam, nec temporis cursum requirit, vt in dicto sexto fundameto, ex classicis authoribus probauimus in terminis terminantibus. Quod eò magis in nostra specie admittendum ueniet,ex quo ultra antiquam successionem pdictam Nicolai, concurrit etiam sñia Senatus Mediolani antedicta, reciprocam successionẽ inter dictos descendentes admittens; concurrit declaratio Ducis Frãcisci, quæ uim legis obtinet, ut probatũ fuit; & concurrit denique moderna,ac notoria temporum nostrorũ obseruantia super feudo Buxeti, & alijs peruentis ad D. Sfortiã Pallauicinũ tẽpore obitus Dom.Hieronymi,quorũ mentionẽ pauloantè fecimus: Meritò ab ea non est recedendum.Et consequenter illæsum ēt manet dictum ultimum fundm̃, & ab omnibus obiectis defensatum; prout, & omnia alia, singulaq; defensata, & Iustitia mediante, tutata creduntur;
224 † Ita ut nihil aliud supersit, quàm sñiam ferre iuxta petita per Do. Comitem Tertium, & doctrinam Curr.sępe d.consi.49. nu.95. uersi. spero igitur.& Colle.Bono.in consi. seq.in fine.

Dubius modò sum, utrùm ueniã à PerIllust. DD.meis petam de prolixitate responsi? An uerò existimem,laborem istum ipsis haud ingratũ quem in remouendis singulis ipsorum dubitationibus, sanè quidem acutissimi, & doctissimis, libenter pertuli? Si igitur tot, tantisq; seriosis occupationibus istius excelsi ordinis negotium addidi, indulgentiam expeto. Qnòd si rem ita claram, & conspicuam reddidi (quod spero,& reor) ut faciliùs, minoriq; cum incommodo iudicium suum rectissimum in præsenti causa,diù sanè optatum, proferre queant, laboris certè non pigebit; sed benè actum mecum ipse reputabo.

Laus Deo Optimo Maximo, eiusq; matri pijssimæ, ac Diuo Hieronymo, & Diuo Francisco aduocatis meis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Riminal. iun. consil. 513. in causa Sissiæ redditum plenè confutatur,& deducta in præcedenti responso roborantur.*

2 *Feudo nouo indiuiduo concesso duobus fratribus, altero ipsorum sinè prole decedente, portio eius non reuertitur ad dominũ,sed ad alium fratrem vadit,qui tamen commoditatem dictæ portionis directo domino soluere tenetur: sed illam postea tenet vt allodialē, & à feudalib. seruitijs exemptam,& liberam.*

3 *Contrarium in feudo antiquo,in quo frater fratri absolutè succedit.*

4 *Atque in feudo à Principe concesso, qui habet iura imperialia, vt Duces Italiæ.*

5 *Præposit. & Federici Schenc. error.*

6 *Frater nõ succedi Fratri in feudo nouo,si alia ratione habere potest inter eos locum ius non decrescendi,vel accrescēdi, et adducuntur exempla.*

7 *Obseruantia interpratatiua inuestiturarum feudalium sequenda, remissiuè.*

Appendix præcedentis Consilij, per quam refutatur consilium Riminal.iun. in eadem specie redditum, & aliud quoque dubium soluitur, solutionem quandam commoditatis tangens respectu portionis nuper delatæ.

RESPONSVM LI.

SCio PerIllustre,& Excelsum Consiliũ dedita opera nullam in doctissimis, & acuratissimis suis motiuis contra Perillustrẽ Com. Tertium iamdudũ editis, fecisse mentionem de consi.Rimina.iun. 513.in hac causa Sissię pro Illustrib. D.D.Simonettis reddito; quia nihil prorsus consideratione dignũ cõtinet, præter ea quæ in consi. Burs. 4. & 594.motiuatis, leguntur; quibus abunde fuit satisfactũ Adeoquòd nulla pęnitùs speciali rñone eget. Nihilominùs qa,ut audiuimus,Illust.Dñi Aduersarij aliquantisper de eo gloriãtur, placuit non nihil adhuc pro maiori confutatione dicti responsi, deducere; Vndè facilè cuique prudenti uiro innotescat, nullum obicem, nullumuę offendiculum ex eo, iustissimè causæ Dom.

Dom. Com. Tertij resultare posse.

1 Et in primis animaduertatur, quòd cum lis sit super duobus Castris, nempè Sissiæ, & Beluederij, non ausus fuit Rimi. quicquã super iuribus Beluederij scribere, & sic manus in hac parte uictas dedit; motus fortè ea ratione, quia inuestitura illius Castri facta fuit duobus fratrib. Giberto s. & Guidoni, & vtriq; eorum pro se, & descendentibus in infinitum; nam illa dictio distributiua, (vtriq;) tribuit actũ cuilibet in solidum; & propterea tam Gibertus, quàm Guido fuit de toto illo feudo inuestitus pro se, & descendentibus in infinitum; adeoquòd ius non decrescendi inter eos locũ habere debet, vt in prioribus scriptis ad saturitatem probauimus num. 39. 40. 107. cum seqq. & nu. 210. vsque ad num. 217. quibus addi potest Petr. Ant. Angus. consi. 3. num. 32. lib. 7. Illud namque fundm̃ est prosùs ineuitabile, meritò noluit ei Rim. cõtradicere. Vel fortè motus fuit, quia inuestiturę Beluederij desunt illa verba (liberum, & francum) quæ in innestitura Sissiæ leguntur; super quibus potissimum videtur ipse fundm̃ facere; sed quia multiformiter sublatum fuit in dicto priori nostro rñso à nu. 67. vsq; ad nu. 81. si præuidisset Riminal. quæ ibi deducta fuere, & inter cætera, si subsequentes omnes inuestituras talibus verbis carere intellexisset, si sciuisset Decreti (meminimus) dispositionem, quæ in statu isto inuiolabiliter obseruatur, si de contrarijs confessionibus Com. Pamphili edoctus fuisset, certè qui dẽ de feudo quoq; Sissiæ idem sensisset, quod de alio prędicto; & calamo pepercisset; Multò verò magis, si notitiã habuisset earum scripturarum antiquarum, quę feudum paternum, & antiquũ probant, quas in primo nostro fundõ retulimus. Sed & si ad illud pactum in inuestitura per eum visa, respexisset, quo acquirentibus, & eorum descendentibus prohibitum fuit per renuntiationem., vel aliter ab illa inuestitura, & eius obligationib. se se liberare, cum his quæ scribit Rol. consi. 2. nu. 135. in primo, iã citatus in prioribus nu. 74. cum quo cõcordat Pet. Ant. Angu. d. consi. 3. nu. 15. qui in terminis concludir alienationem oĩno prohibitam vigore talis pactionis, ẽt si Principis consensus accedat, & pulchrã adducit rõnem, vt videri potest, si deniq; considerasset, iuri accrescendi, seu non decrescendi in vtroq; feudo multis rõnib. locum fore, quas in antecedentibus retulimus a num. 26. vsq; ad num. 67. in contrariam certè sententiam iuisset ẽt respectu feudi Sissiæ, put fecit de Beluederio.

Sed vt specialiùs ẽt tollatur ius oĩs. & authoritas prædictę cousultationis Riminaldi, percurramus quæso singula eius fundamenta, breuibusque confutemus; vel potiùs confutata demonstremus. Primum etenim de feudo emptitio, quod, & Bursati fuit, sublatum extitit multis modis in prioribus scriptis nu. 81. vsq. ad num. 89. Sed vlteriùs animaduertatur, quòd feudum quoque Beluederij eodẽ modo fuit concessum, præcedente pecuniæ subuentione; & seruitijs acquirentium cõibus, quocircà si quoad istud non est fundm̃ considerabile, nec quoad illud.

Secundum & quintum de clausula, ponens in locum, ius, & statum D. Ducis, & quartum de translatione actionum, quæ idẽ sunt in effectu, tolluntur facilè, quia non ęquipollent licentiæ vendendi, & disponendi exprẽssim concessæ. vt arbitratur Rim. addita fuerunt nanq, illa verba (in prędictis infeudatis) per quæ restringitur subrogatio, & cessio ad iura in feudum concessa, & per consequens cum reseruationibus, pactionibus, obligationibus, & iuramẽtis ibidẽ specificatis; quæ proprium feudũ constituunt, & directum dñium concedenti præseruant, cum cęteris eidem debitis ab alijs feudatarijs. Quod apertissimè quoque colligitur ex subsequentibus verbis.

Et tractentur, pro prædictis infeudatis, ijs modo, & forma, quib. & prout tractãtur, & tractari pñt, & dẽt alij fideles Vassalli, & feudatarij p̃dicti D. Ducis) sic nanq; tractabantur alij feudatarij, vt nullo modo liceret eis de bonis infeudatis testari in extraneos, ex iuris cõmunis dispositione c. 1. de success. feud. Paris. consil. 3. nu. 1. volum. 1. nec ea aliter alienare tit. de prohib. feu. alien. per Lotha. & Federi. Vndè deprahenditur manifestè clausulas prædictas esse restrictas modo quo supra, prout ẽt restringi debent ex alijs clausulis inuestituræ, inducentibus feudum ex pacto, & prouidentia, & sic in alienabile; per ea quæ pleno calamo; & ex cõibus sñijs firmat Senat. Pedem. pręallegatis Cacher. decis. 162. & 163. cum alijs adductis per Crau. in cõsi. pro genero. num. 295. vsque ad num. 355. aliàs sequerentur multæ repugnantiæ in inuestitura, quod absurdum, & euitandum est, vt cõsiderat Cache. plurib. in locis, & Crau. vbi sup. & nos in priorib. retulimus nu. 168. cum multis seqq. & in paribus terminis admittit iddemmet Rimin. consi. 18. num. 76.

Et vltra prædicta videatur in terminis de cessione actionum directarum, & vtilium Ias. in vsi. feud. num. 13. Curt. de feud. par. 1. q. 7. nu. 9. & Cacher. d. decis. 162. num. 5. Vlterius ẽt tollunrur vnico verbo ista tria fundamenta ex ui d. Decreti (Meminimus) quod ulq; tunc erat lex specialis illius Principis concedentis, p quã oĩs verborum forma, omnisq; clausula quantũuis generalissima, & amplissima reducitur in hac parte ad terminos iuris, vt feuda in extraneos nullo modo transire possint, sed in descendentes masculos inuestitorum perpetuò remaneãt, & eis deficientibus, ad dominum reuertantur.

Sextum, & septimum fundm̃ de verbis (liberum,

rum,& francum) iam fuit supra explosum; & illud quod dicit Georg.ab Eccle.citatus in 7.ẽt tollitur, quia scilicet verba (liberum, & francum) aliud possunt operari,quã facultatẽ dispo nendi; vt post Cach.d.decis.162.in prin.dixi in prioribus num. 68. & in specie operari possunt qđ Terra Sissiæ,sit cũ iurib.suis feudatarij libera,& exẽpta a iurisdõne; & omni potestate ciuitatis Parmæ eiusq; officialium, quibus antea subesset,diceretur, vel dici posset; Itẽ libera, & exẽpta ab omnibus datijs pedagijs, & gabellis, & alijs oneribus quibuscunq; ordinarijs, & extraordinarijs, realibus, personalibus, & mixtis, & quibuscunq; imbottaturis. Has enim libertates,franchitias, & exemptiones, atq; immunitates concedit Princeps expressim in illa inuestirura,ad quas (verba liberum francum) referri optimè possũt, ideo cessat obiectũ Georg. quod fundatur super regula,quòd verba ociosa esse non debent.

Octauum fundamentum cessat, quia est in facto falsum,vt in antecedentibus dicebamus nu. 89. rñdendo ad tertium motiuũ Bursa. Imò verò retorquetur, quia in facti contingentia contrarium fuit pluries obseruatum,vt eodem loci retulimus.num.57.vsq; ad num.61. & a tali obseruãtia interpretatiua inuestituræ non est discedendum, ex ibi adductis; quibus optimè consonãt dicta ipsiſmet Rimi.d.cons. 18.nu.49.& 50.

Nonum,quod arbitratur Rimin.satis esse ad victoriam, videtur mihi (salua eiuspace) risu dignum.vult namq; datam fuisse in eadẽ clausula facultatem alienandi, & non alienandi; in primis enim equiuocat dum arbitratur clausulã (in feudum paternum,& antiquum,) concedere facultatem non alienandi; nam imò importat expressam prohibitionem alienationis vtpote de feudo, ex pacto, & prouidentia, quod nullo modo potest in preiudicium vocatorũ alienari, vt ipsemet Rimin. latè probat in eo. respon. in secunda rõne dubitandi num.6.cum seqq. & nos in prioribus diximus num.16.& 28.& alibi sępè, adeoquòd si sequẽtia verba eiusdẽ clausalæ concederent facultatem alienandi manifesta daretur in eodem subiecto repugnantia, & cõtrarietas,contra l. vbi repugnantia de reg.inr.

Sed vlteriùs aduertendum est, quòd data facultate alienandi,superfluum fuisset dare quoq; facultatẽ nõ alienandi,qa subprmia satis fuisset secunda compræhensa, cum certum sit facultatem alienandi nullam necessitatẽ alienandi importare c.cum aliquibus de rescrip.in 6.vbi bona glo.in ver.concedimus facultatem quæ concordantes citat. nè igitur incontrarietatem, & superfluitatem apertissimã incidamus,cauendũ est omnino ab huiusmodi intellectu nouo dictę clausulæ,de qno Rimi.tantùm gloriatur. Tantò magis verò concurrente dispõne sępè dicti Decreti (Meminimus) quę oẽs tollit amaritudines.

Decimum fundamentum,quòd ipse exabundanti cẽser,ego quoq; abundare, & superfluum ac inutile esse fateor;etsi subsisteret,feudũ quoq; Beluederij pro quo liti cessit Rimi. amplecteretur.Sed re vera nõ subsistitit. Etenim quòd illi tres fratres Tertij inuestiti fuerint pro uirili,falsum est in nostra specie.Nã quãuis illud regulare sit, vt duobus,vel pluribus fratribus inuestitis,quilibet sibi,& descendẽtibus suis tantũ pro spexisse censeatur, & pro portione sibi tangente,nec inter eos locum habeat ius accrescendi, siuè non decrescendi vt in c.1.de duo.fra.à cap. inuest. cum cęteris adductis. Illud tamẽ fallit in multis casibus relatis in anteriorib. scriptis. Veluti qñ feudum verè paternũ fuit, aut antiquũ, quale erat istud Sissiæ,vt in primo fundõ nostro iam probauimus, tum partis confessione, tum Principis,tum ẽt publicis documentis antiquis nu.1.vsq; ad 17. Vel qñ inuestitura cõcessa fuit à Principe Imperialia iura obtinẽte, vt est Dux Mediolani, & coniunctim te,& verbis, vt eodẽ respõ.dictum fuit nu.26.27.Vel qñcantat inuestitura in feudũ paternum antiquũ, vt hoc nostrum; videatur ibid. nu.28. 29. vbi inter cæteros citatur ẽt idem Rimi. consi.32. num.36.37. qui hanc fallentiam amplectitur, & cõem attestatur. Vel qñ feudũ fuit acquisitũ mediante cõi pecunia,vel cõi seruitio fratrũ inuestitorum, vt feudũ Sissiæ, put fatetur Rim.in 1. & 3. fundõ, credẽs pdesse,cũ re vera obstet eius intẽtioni, p ea quæ deduximus sub num.38.Vel qñ concessio continet rem indiuiduam, vt iurisdictionẽ, pędagia, vectigalia, fortalitium, dignitatemvè comitatus,de quibus singulis in feudo isto concurrentibua iam egimus in 3. principali fundõ per tot. Vel qñ cantat inuestituræ pro descendentib.anquitentiũ in infinitũ,vt num.34.cum duobus seqq. Vel quando cautũ fuit quòd omnia infeudũ data sint vnum corpus, vt in nostra specie,videatur ibid.sub nu.33.Vel quãdo inuestitura aliter fuit in occutrentib.casib. interpræ tata,& vsu recepta,vt in nostra specie prout dixi num.57.& pluirib. seqq. Quas quidem limitationes tam ex facto,quàm ex iute resultantes, si Rim. respexisset,dubio pcul contrariũ respõdisset: apertèq; cognouisset consi. Rui.47.in pri. mo,& consi. Colleg.Ferrar.seu Rimi.sen. 96. & respon.Alcia.160.nu.44.& seq.in quib. vim maximam facit, nihil pęnitùs ad rem nostrã facere, quia casus sunt lõgè diuersi.Etenim in casu Rui. concessio facta fuit ab Ecclesia, non à Principe nec cũ clausula (in feudũ paternũ, & antiquũ) nec cõi pecunia,& cõi seruitio fratrum intercedente, nec quicquã indiuiduũ continet,nec pro descendentibus in infinitũ stipulata reperitur, nec cum pacto, quòd bona conc essa sint, & esse debeant vnum corpus, nec contraria interpræ-

tatio

ratio, & obseruantia subsecura ibi p̃supponitur, & iste oẽs considerationes militant pariter in casu. Alcia. excepto quòd à Principe emanauerat concessio, sed tamẽ nil aliud cõprehendebat, q̃ bona, quæ priùs erant recipientis allodialia, vt ibidem subdit nu. 47. pp quod eius ẽt dispositioni remãserant, licèt in feudum recepta, & inuestitura quoq; fuit pro hæredibus, & quòd feudum fuit hæreditarium, & de eo disponi potuit, vt concludit num. 9. & ferè per totum.

Consilium verò Collegij p̃dicti emanauit etiã in casu longè, lateq; diuerso, vt in secundis allegationibus ostẽdimus, vbi octo principales differentias enumerauimus, pp quas diuersum ius reddi potuit, ac debuit, & ibidem quoque dicta eiusdẽ Colleg. pro nostra opin. ponderauimus p̃sertim nu. 34. vsq; ad 42. & nu. 53. vsq; ad finẽ. Et licet Rimi. hic illud pro se adducat, sub n. 77. & 78. volens tunc demũ pro nobis sentire in fauorẽ agnatorũ, qñ aliter non fuerit per possessorẽ feudi dispositũ, vt hic factũ fuit, vbi Co: Pãphilus de feudo testatus est, nihil tñ concludit in casu nostro, quia ibi feudũ erat merè emptitiũ, & sic alienari poterat, ẽt in extraneos, vt ibi legitur, & post alios tradit Hippol. hoc eo. rñ. n. 19. cũ seqq. At in nostra specie, vel nõ est empritiũ, vel fuit à fratrib. cõi pecunia, & cõi serui tio acq̃sitũ, ꝗ cõtrariũ parit effectũ. Meritò, &c.

Item in inuestitura illa post feudũ reuersum ad dominũ pp felloniã, facta fuit vni soli, Ioan. Stephano, & eius descendentibus. In nostro aũt themate facta fuit tribus fratribus, & eorum descendentibus masculis tantũ in infinitũ, & nunq̃ reuersum fuit, adeoquòd oẽs descẽdentes ipsorũ sũt vocati, & alij exclusi, maximè pp dictionẽ, tñ, aliàs ponderatã sub nu. 70. 71. prioris rñ. & multò magis alij sũt exclusi, & incapaces, stãte Decreto sæpe citato (Meminimus) solos descẽdentes masculos admittẽte, & extraneos oẽs repellente. Vndè necessariò consequitur, quòd stante nullitate dispositionis p̃dictæ, militat pro nobis consil. Colleg. p̃dicti, volens Inuestituram semp interpretari in fauorẽ comprehensorum in ea, & in ipsorum cõmodum, & beneficium, & quòd eorũ magis intersit, quòd vadat feudum ad agnatos, q̃ quòd reuertatur ad dominum, & ità ex præsumpta mente contrahentium est dicendum declarari debere.

Et quia citat etiam Hippol. se ipsum in consil. 257. nu. 95. cum seqq. certũ est etiã quòd nihil facit ad casum nostrũ illa consultatio, q̃ fuit sup emphiteosi Ecclesiastica duobus fratribus simpliciter concessa pro se, & descendentibus in qua concludit ius accrescendi locum non habere, ꝗ quidẽ nos in dubiũ non reuocamus; sed diuersũ ius ex multiplici facti diuersitate, innumeris rationib. adductis locũ habere supponimus in casu inuestituræ feudalis, de qua agimus, non repeto.

Sublatis igitur fundamentis oĩbus Rimin. cõstat manifestè illud responsũ potiùs pro nostra opin. adduci posse, quia militant rationes dubitandi per eum primo loco adductæ, quæ simul iunctæ cũ alijs per nos iamdudum explicitis, nulli prorsùs hæsitationi locũ faciunt; sed cur tot verba, effundimus, si sola partis cõfessio victoriã Com. Antonio Mariæ indubitatã tribuit, vt in prioribus deduximus, sub num. 18. cum seqq.?

Insuper quia in dubiũ adhuc refricari sentio, vtrũ D. Co. Tertius feudum Sissiæ integrũ obtinere debeat, & absq; onere soluendi ęstimationẽ Ducali Cameræ cõmoditatis illius medietatis, quæ fuit Co. Pamphili; an potiùs hanc medietatẽ soluere, & eam postmodũ vti allodialem

2 tenere debeat? † Et pro hac vltima parte facere videtur, ꝗ scribunt feudistæ aliq in c. 1. in princ. de duob. frat. de no. benef. inue. sup q. quã glo. ibi proponit de feudo indiuisibili, concludẽtes, quòd si fratres de nouo beneficio inuestiti fuerint, & vnus sinè descendentibus decedat, si beneficium sit indiuiduum, portio deficientis non tenetur ad dominũ, prout reuerteretur, si esset diuiduũ, nec totũ ad ipsum pertinet, nè frater superstes portione sua, sinè culpa sua priuetur, & dominus contra factũ propriũ veniat, auferẽdo vassallo, id quòd ei concessit; sed ad ipsum vassallum superuiuentẽ vadit, qui tamen commoditatẽ illius portionis domino soluere tenetur, quam deinceps iure proprio, & vti allodium habiturus est, non vti feudum.

Hanc esse cõiter receptam fateor, quam etiã pro notabili tradit Curt. iun. in tract. de feud. par. 2. princ. q. vlt. sub nu. 80. vers. vos autẽ singulariter aduertite, & Rip. in l. re coniunctis,

3 num. 164. in motiuis excelsi consil. iam relati. † Cæterùm attenta nostra facti specie, nihil obest D. Co: Tertio ista decisio per ea, quæ in responsione dictorum motiuorum scripsi, nu. 145. cum tribus seqq. Dicebam primo contrarium procedere tantũ in feudo nouo, quia re vera, tex. ibi, & glo. ac Scrib. oẽs ponunt casum in nouo feudo, quinimo tex. ille expręssim excludit paternum in illis verbis (non de paterno) nã certum est, quòd in paterno, & antiquo, frater succedit fratri, nec non, & alij à cõi stipite descendentes in infinitum succedunt, vt oẽs fatentur; Ideo indubitatum est, nullam solutionẽ portionis talis feudi locum habere, vt ẽt fatetur Rip. in oppositum citatus nu. 161. & tradit Paris in consil. 6. num. 8. lib. 1. iamdiu allegato. At feudum Sissiæ paternũ, & antiquũ est, tũ naturaliter, vt ĩ priori responso latè probatum fuit nu. 1. vsque ad 17. inclusiuè, tũ per fictionẽ, & partiũ conuentionẽ pp clausulam (in paternum antiquum) quæ ex veriori, & receptiori sententia operatur, vt feudum in oĩbus, & per oĩa censeatur antiquum, vt plenè probatum fuit nu. 29. 63. 100. 105. & 176.

vsque

vsque ad nu. 201. Tum deniq; ex Principis infeudantis, seu successoris confessione, cui omnino stari debet, vt eodem loci respõsum fuit, n.9. vers. Quinta patet, & num. 10.11.

4 - Dicebam quoq; obiectũ cessare per doctrinã Bald. in eo. c.1.de duo. fra. de no.benef.inuesti. qui singulariter limitat non procedere in feudo à Principe concesso, in quo dispositio, l.1. C.si liberal.Imper.Soc.lib.10. militat, quod etiã repetijt in c.1.de duob. frat. à cap. inuesti. & cum Bald.sentit Isern.in d.c.1.de duo. fra. de no. benef.inuesti.in princ. & ceteri oẽs qui indistinctè tenent d.l.1. in feudis locũ habere; & rõnionem

5 verissimã adhuc existimo, † nam quamuis Præposi.in d.c.1.de fra. de no. ben. inuesti.ac etiam Federic. Schench. speciatim contradicant, nituntur tamẽ falsa rõne, asserentes dispositionẽ, d.l.si non procedere in feudis,sed tñ in alijs donationibus, & concessionibus Princip um, quod * tamẽ falsũ est, & cõiter * reprobatũ, prout in responsionibus motiuorũ apertissimè demonstratũ fuit nu.150. Militat igĩ Baldi decisio,quæ solidissimo nititur fundamento. Et qui illũ repræhendunt, repræhensione digni sunt, quia locuti fuere secundùm illam opin. erroneam, quòd in feudis non haberet locum dispositio, d.l.1. C.si liber.Imper. soc.lib.10.

Et stante hac cõi, & vera sententia, quòd in feudis procedat, confirmatur dictũ Bal. in proposito nostro viua rõne, nã posito casu in feudo diuiduo, in quo frater fratri succedit virtute d.l. primæ, certũ est, quòd succedẽs nihil soluit Principi directo dño, nullus etenim hoc ausus est dicere. Ergo multò minùs soluere debet portionẽ feudi indiuidui, in quo maius ius habet, cum ab initio de toto, & insolidũ fuerit inuestitus; & sic locũ habeat ius nõ decrescendi, vt multis in locis dictũ fuit in præallegato respon. vz num. 30. & seq. & num.49.cum seqq.& alibi sæpè,& certè est inuincibilis ista ratio.

44 quin suspitionẽ saltẽ inducat; † imò inditiũ ad inquirendũ sufficiẽs, ẽt si delicta re vera perpetrasset, & infamis ꝑ pcã existeret, Bald. in l. seruos. C. de testib. Feli. in cap. cũ dilecti, in 6. limit. extra de accusat. Boss. tit. de inquisit. n. 3. 4. 40. & 41. Et tãtò magis augetur dicta suspicio, eò quia negauit cognoscere Alexium, Alexius aũt fatetur, quòd eũ cognoscebat, & quòd inuicẽ se cognosceret arguitur ex secreta, & diutina alloquutione, quã eos fecisse deponit alius
45 testis Ioannes de Perellis, † quinẽt ex ea secreta alloquutione crescere vr̃ ipsa suspitio, argumento eorũ quæ tradit Bal. in l. 1. n. 10. C. de ser. fugit. & Blan. latè in tract. de iud. & tortu. n. 232 & hinc ellici nimia videtur affectio ad causam accusatoris, & odiũ aduersùs Commissariũ, quorum quodlibet sufficere videt̃ ad exprobandam illius fidem per supradicta.

46 De odio suspectus videtur contra Commissarium, quia coactũ ab eo se fuisse, inquit, soluere debitum pro filio, cũ. n. pater pro filio conueniri
47 non possit. l. 1. & ꝑ to. C. nè fil. pro pat. † iniuriã passus videri posset, si res ità se haberet, vt ipse opinatur. l. itẽ apud Labeonẽ. §. si quis non debitorem. ff. de iniur. † & quãuis cessauerit animus Commissarij iniuriandi, ad odium nihilominus ex damno, quod indebitè acceptum existimat, præsumendum, vr̃ sufficere, c. idem cũ quis, & ibi Doct. de restitut. spolia. Blanc. plenè d. tract. de indit. num. 97.

Pro delicti quoq; imputatione in vno aureo compositus fuit à Commissario, vt ipsemet fatetur, vndè odij nõnihil ẽt resultare potest. Nam licèt modica sit quantitas, in paupere tñ conside-
49 rabilis est † quia procellus est oculus tenuis homi-

hominis, glo. in l. illicitas. §. nè in potentiores, in ver. lumine. ff. de offic. præsid.

Aduersùs dicta verò istius testis militāt infrascripta; primò contrarietas illa cum prima depositione. A. q̄ circa tp̄s c̄am, & modum exhibēdi capitula Commissario superiùs relata fuit, ex qua vtriusq; dictum destruitur, vt deductum

50 est. † Interrogatus de tenore capitulorum, quæ lecta fuisse asserit, deponit tm̄ de eorum particula, q̄ ad propositum producentis facere videt̄, nempe de eorū millesimo; de cæteris autem in eis contentis nō recordari asseuerat; imò quòd nil aliud intellexit in tota lectione capitulorum; vndè suspectus admodum teddi videtur. Crau. d. cons. 75. num. 27. & 28. per glo. vlt. l. Lutius. ff. de infam. & alios quos citat.

Interrogatus insuper q̄nam essent dicta capitula? r̄ndit, *(ch'erano i capitoli del contratto, che faceuano*, & alibi, *che li capitoli conteneuano delli denari, che il Daciaro pagasse, ò non pagasse,)*

51 † quod manifestè arguit ipsum non intelligere substantiam rei, super qua deponit, quia nullū de his verbū in capitulis; quo fit, vt hac de causa suspectus ēt reddatur. Crau. d. cons. 75. n. 26. 27. imò verò nihil probet. Nat. cons. 473. n. 19. lib. 2. & quòd pœnitus substantiā ignoret, apertiùs verificari vr̄ ex responsionibus factis ad interrogationes in repetitione; dum exp̄ssim fatet̄ nihil oīno intelligere de cōtētis in capitulis, nisi d̄ millesimo, qa est ignar⁹, & nō ītelligit similia.

Contrarietas etiā videtur, & repugnantia in his dictis cadere, nā primò inquit capitula continere, *delli danari, che il Daciaro pagasse, ò non pagasse*, deinde nihil scire, quid continerent, nihilq; intellexisse, nisi de millesimo, vt sup.

Rursus in prima depositione, inquit, capitula producta, lecta, & dimissa in manibus Commissarij dicentis ea velle considerare, & de s̄nia per eum prolata contra Daciariū, nullam facit mentionē, In repetitione aūt, vt concordet cū B. addit de s̄nia; seu p̄cepto Iudicis secuto ante

52 restitutionem capitulorum. † Vndè studens meliùs concludere p̄p contestem p̄dictū, suspectus efficitur ad Crau. d. consil. 75. nu. 27. vers. quarto redduntur, cum concord.

Narrat in primo examine Cōmissariū dixisse post lectionem capitulorū *(sono tutti vno, si nò che vna mane è del 72. & l'altra è del 73.)* Sed reprobatorij testes affirmant A. talia verba

53 protulisse, † & sic in circumstantijs discordans ab alijs, quod sufficit ad impugnandum eius testimoniū, cōcurrente alias contra eū suspitione, & multò magis concurrentibus tot defectibus enarratis. Gram. cons. 26. num. 36. Boss. in tit. de tortu. test. nu. 29. Deponit vlteriùs, quòd interrogante Cōmissario an capitula adessent Dacij? A. respondit, *che sì, & andò, e tornò, dicendo, che erano alla Banca)* Daciarius aūt affirmat se ipsū taliter respondisse. Dicit stetisse in thalamo Cōmissarij dū dicta cā tractabatur min⁹ hora, & statim discessisse, ibiq; adfuisse ab initio tractatus, qui cœpit immediatè post prandiū, vt alij testes affirmant, & nihilominus deponit secundus testis reprobatorius lecta fuisse capitula, & factū p̄ceptū p̄dictū hora vesperarū, vel circa. Vndè verisimiliter colligitur ipsum iam discessisse, cōsequenterq; p̄dictis non interfuisse. Quinimò deponit tertius ex reprobatorijs in repetitione, discessisse post vesperas, & prope completorium vnà cum A. & paulò inferiùs inquit, statim discessisse post lecta capitula, & posita super tabula, sicq; lecta p̄pe cōpletoriū. Ideo rantò magis absuisse tunc istū testē concluditur, & de falso conuinci vr̄ ab alijs testibus actoris; cum quibus nulla cadere potest concordia, saltem ad effectum probandi, ex supradictis.

Verùm quoad hos tres testes, vltra defectus aduersùs personas, & dicta singulorum expositos, alij quoq; contra eos vr̄r vnitim militare.

54 † Et in primis quòd cū exhibitio, lectio, & dimissio capitulorū facta dicat̄, corā tot testibus, & magna hoīum astante multitudine, vt oēs ferè testes actoris deponunt, fuerint nihilominus in termino p̄batorio pauci p̄ducti, ijdēq; interesse habentes, affines, valdè amici, & multū deuincti, vt ex iam dictis liquet. Hinc nanq; haud modica oriri vr̄ contra eos suspitio secundùm Aret. cons. 82. num. 1. versic. nisi fortè obstaret, quem refert, & sequitur Crau. in tract. de antiq. temp. par. 1. num. 308.

Alia ēt cōtra eos insurgit suspitio, ex quo nō sunt in primo examine cōformes, neq; de codē actu depōnūt, vt osīsum fuit; quocirca cum non fuerint alij examinati, q̄ meliùs factū deponerent, q̄ corā innumeris ferè secutum præsupponitur, suspitione falsi non videntur carere ex doctr. Bart. in l. admonendi, relata per Aret. & Aymo. locis proximè citatis.

55 Auget̄ verò suspitio, ex quo in repetitione studēt postmodū effici cōtestes, & ad vnitatē act⁹rē reducere. Crau. d. cōs. 75. n. 27. vers. quartò, &c.

56 † Et tātò magis, quia cū p̄dicti in hoc laborent, ad deponēdū in eūdē p̄meditatūq; sermonē incidūt; asserētes capitula fuisse ī fauorē Daciarij allegata, Cōmissariū interrogasse, adsunt ergo capitula Dacij? A. r̄ndisse, dn̄e ita; Cōmissariū p̄cepisse, vt adducerent̄, A. discessisse, & statim reuersū fuisse cū duabus scripturis capitulorum, quarū alterā d̄dit Cōmissario, alterā verò penes se retinuit, lectaq; incōtinēti fuisse capitula, & inuicē cōfrontata, subsequēter dictū fuisse, idē cōtineri in vtrisq;, nisi quòd illa erāt anni 1572. ista verò anni 1573. q̄bus peractis, Cōmissarius p̄cepit Daciario, vt solueret, & ambas scripturas accepit, & sup tabula reposuit, inq̄ēs velle ea cōsiderare. Quantā.n. gn̄ret suspitionē in testibus

idẽtitas sermonis, doec Iurisc̃õs. in l. 3. §. 1. vbi oẽs not. ff. de test. Bal. in l. testiũ, col. 2. C. de test. cõcl. 14. Boss. de oppos. con. test. n. 24. & alij passim.

Inuerisimilia ẽt continere dr prædictorũ testium depositio, ex multis; primò qa cum capitula prædicta nihil pœnitus de solutione salarij Cõmissariorum tractent, minimè verisimile est à Daciario fuisse allegata pro defensione causæ suæ, & lecta vt sup. in qua de tali salario tm̃ soluendo agebatur. Et licet conentur in repetitionibus euitare hunc scopũ, dicẽtes allegata fuisse ad ostendendum publicanũ nõ teneri soluere assictum, nisi in festo S. Martini; quod multùm adhuc distabat, tamen, vltra quod magis suspecti in hoc fiunt, satagẽtes depositioẽ suam magis concludẽtem reddere, per supradicta, repugnat quoq; ista saluatio assertioni ipsiusmet Daciarij dicentis, quòd imò allegabat tm̃ remissioẽ mercedis, seù vectigalis sibi fieri debere pp bellum Ianuense, & ad hoc propositũ allegasse capitula, & nullam aliam exceptionem cõtra hæredes Dodi proposuisse. Vndè manifesta resultat contrarietas, & cum Daciario de facto proprio deponenti, magis credendum sit, per supradicta, mendaces illi videntur in saluatione ista.

Maiorem inuerisimilitudinem cõtinet, quòd capitula anni 1572. cũ capitulis anni 1573. tũc tpis de verbo ad verbum collata fuerint; stante, quòd capitula anni 1572. nihil pœnitus ad rem pertinere poterant, ex quo licitatio anni 1575. de qua agebatur, relationem tm̃ habebat ad capitula anni 1573. adeo quòd si quo respectu ista ad causam facere potuissent, illa omnino impertinentia fuisse apparerent; propterea nullã eorũ collationem fuisse factum, credendum est.

Accedit alia inuerisimilitudo circa dimissionem capitulorum penes Commissarium. Enimuerò, si causa tunc fuit ab eo terminata per præceptum Daciario factum, vt omnes fatentur, ad quid capitula considerada vlteriùs retinere? cum præsertim originalia esse dicantur, quæ penes Notarios custodienda erant?

57 † Expeditum verò est testes inuerisimilia depoonentes nihil omnino probare, imò de falso suspectos reddi iuris psumptione. Abb. in cap. quia verisimile, num. 3. de præsumpt. & ibidem Fely. colum. 2. Dec. consil. 596. num. 8. & cons. 684. num. 5. Mars. latè cons. 78. num. 31. consil. 83. num. 12. cons. 101. num. 24. & 109. num. 20. atque cons. 113. num. 4. lib. 2. Boss. d. rit. de oppos. con. test. num. 94. & alibi passim per Doct.

58 Et si pro sustinendis dictis horum testium allegetur tortura duorum testium, A. & C. qua tolli, & purgari illorum defectus dicitur, vt inquit Clar. in sua prax. crimin. §. vlt. q. 25. in princ. & Foller. in sua. in ver. & si confitebuntur, num.

59 91. 92. † aduertendum est, quòd stante inuerisimilitudine depositionum vtsup. tortura non inducit veritatis præsumptionẽ, sicut solet aliàs inducere. Dec. consil. 189. num. 10. in fi. Crau. cons. 6. num. 49. Soci. iun. d. cons. 39. nu. 82. li. 2. Menoc. de arbit. iud. lib. 2. cent. 1. ca. 108. n. 16.

60 † Secundò, quòd tortura non purgat plures defectus testis, sed vnum tantùm, aliàs sequerentur infinita absurda, vt in terminis considerat Crau. d. cõs. 6. n. 54. 55. 56. cui sufficiat remissio.

61 † Tertiò fallit regula prædicta in criminalibus, in quibus probationes esse debent luce meridiana clariores, docet Bart. in l. 1. num. 12. C. de Sacrosanct. Eccles. Dec. d. cons. 189. n. 11. Crau. dicto consil. 6. nume. 47. Menoch. d. ca. 108. num. 15. Cepha. consil. 234. nume. 19. lib. 2.

62 Quartò fallit etiam in testibus perioris, vt videntur isti ex prædictis; nam cum sit iuramentum substantia depositionis, & semel violatum repertur, non potest per torturam fides violata restitui, instar pudicitiæ mulieris. Crau. vbi sup. num. 16. & 48. Menoch. d. ca. 108. nume. 16. Ceph. loco pcit. n. 23. Rui. cons. 146. n. 3. 4. li. 5.

63 † Quintò fallit contra officialem, quoniam propter maximam psumptioẽ, quæ pro eo militat, non purgatur tortura defectus, et vnicus inteste contra ipsum deponẽte; ita singulariter tradit Ang. in l. 1. num. 3. C. vbi de crim. agi. opor. & conferunt, quæ infradicentur, dum requiri testes omni exceptione maiores contra officialem ostendetur.

64 Nunc deueniendum est ad reprobatorios testes reprobatoriorum supra memoratos, vt videatur, quos patiantur defectus? Sed præmittendo, quòd & si de iure admitti poterint, nihilominus læuiores oppositiones cõtra eos sufficiunt, quàm contra alios, & læuissima repulsa eos repellit, q quidem in iure expeditum est, teste Gram. in consil. 12. num. 31. post Bald. & Curt. quos citat Ias. cons. 113. num. 5. vers. vndecimò facit. lib. 2.

65 Quinimo ex quo admissi fuerunt ad probandũ directè sup eisdẽ, & directò contrarijs, laborare vñr suspitione subornationis p glo. in c. in nr̃a. in glo. magna in fi. de test. q̃ ad hoc notabilẽ dicit ibi Abb. n. 4. vers. sed est dubiũ, & sequitur

66 Fely. nu. 1. in fi. † & loquuntur ipsi in fortioribus terminis, nẽpe qñ admissi fuere testes ad pbandũ idẽ, vel cõtrariũ per indirectũ. Vndè maior vr̃ suspitio q̃ qñ directè admissi repriuntur; q̃uis tanta non sit, vt in totũ repellantur, attenta generali regula, cap. fraternitatis, de test. & clem. 2.

67 eo. tit. † & attento quòd data paritate terminorum, semper præualent testes probatorij reprobatorijs, admissis, etiam per indirectum, vt dicunt glo. Abb. & Fely. proximè relati.

68 Et quoad primum testem videtur ei primò obstare, quòd filius est Cõmissarij pdefuncti; cuius memoria læditur, per modernũ Cõmissarium vtsup. dictũ fuit circa psonã B. eiusdẽ gñi. Inimicus

micus.n. propterea p̄sumendus est,sufficitq́; cām inimicitię extare, vel aliā suspicionem,ad hoc vt testis repellat,q̄uis inimicitia apertè nō exercea tur,Ias d,cons.153.n.5. vers. vndecimò facit,cū concord. supra allegatis circa personam A.

69 Est cognatus B.q principalis in hoc iudicio cē seri vr̄,ex iam dictis, ideo pro affine testimoniū ferre prohibitus p̄sertim in causa crimin. Alb.in tract.test.c.1.n.55.& ad offensam,atq; in termino reprobatorio,Gram.latè cōs.12.n.18. 19.20 & decis.34.n.14.in cognato signanter loquitur, & in omni casu suspectus est,& fide minutus;ces santibus etiam ipsis qualitatibus,Boss.latè de op po.con.test.nu.62.& 105.Gabr.de test.concl.14 nu.2.3.Et tantò magis in causa E.coguati depo nere vr̄,& ad eum subleuādum, ex quo in discri mine,etiā falsi,vertebatur, tam per probationes Commissarij repugnantes eius dicto, quàm per suspiciones aliàs,& indicia aduersùs eum militā tia,de quibus supra.

70 Et in terminis, quòd coniunctus nō sit idone⁹ testis, quotiens depositio rendit ad liberandū cō iunctū à periculo falsi, ob Instr̄um ab eo rogatū, quod in dubiū reuocat,q̄uis in causa principalis non sit,tradit Soc.cons. 28.nu.4. & 6.lib. 3.

Quinimo, & si nullum pęnitus interesse B. hac in re considerari posset, non tñ vacaret suspicio ne,ex quo ipse,& alter eius cognatus secūdus te stis ad idē probādū cū eo cōueniūt p̄ ea q̄ scribit Dec. cons.448. sub nu. 27. de duob. fratribus,& consanguineo idem probare satagentibus,p̄ reg. l.data,C. de donat.& hæc quoad personam.

Quod verò attinet ad dicta, viget primò contrarietas illa notabilis cum dicto A. & cum alijs etiam testibus perpensa.

Videtur quoq; sibimet cōtrarius.in primo nāq; examine deponit residuum salarij paterni,quod perebat,fuisse sibi solutum à Daciario post præceptum Cōmissarij emanatum, eiusq́; verba rectè expensa importare videntur,quòd statim se cuta sit solutio,dum inquit, *e desse queste parole, detti capitoli furono messi sopra una tauola, doue erano sù delli libri,poi andassimo à basso,done si tie ne ragione, & poi mi pagò alla presenza di mio cognato*, & in repetitione affirmat solutionē factā secunda die sequenti. Videtur ergo sibi in hoc repugnare,aut saltem coucordari tantùm ad vi tādū falsū posse, non ad probandū p̄ supradicta.

Sed,& Daciario quoq; hac in re vr̄ aduersari, qui post præceptum habitum à Cōmissario nar rat iuisse Placentiā ad Illust.D.tnnc Auditorem Commissarij p̄fem.& ab eo l̄ras retulisse ipsi Cō missario,qui nihilominus eas obaudiuit;vn̄ coa ct⁹ fuit soluere. Cū.n. distet à Valle Nurię Ciui tas Placentię itinere diei vnius,necesse videtur, quòd intercesserint saltem duo dies pro itinere, & alter pro negotio tractando.

Deponit accessisse corā Cōmissario vnā cū duo-

Consi. Lud. Sacc.

bus eius cognatis statim post prādiū, quod sūpse rat consueta hora prandij,& illicò cæpisse petere creditū suū, & parūper parūper post lecta fuisse capitula,& interrogatus quomodo intelligat pa rūper parūper,an p̄ spaciū horę,vel q̄tū verisimi liter homo cōster faceret iter triū milliariūr̄ndit *Sig. nò, ma de sì,si stette poco,e ragionerno cosi vn pochettino, & poi andorno à tuore li capitoli, come hò detto*,& sic hora nonæ,vel paulò post innuit le cta fuisse capitula,Bezuffus verò asserit propè cō pletoriū;secūd⁹ testis hota vesparū,vel circa; sic quòd manifesta est iter eos repugnātia,& aduer tendū est,t̄ps in hoc esse de substātia,quia si ante vespas lecta fuisse capitula dñr,excludi vr̄ p̄ntia Aradelli,restis à Cōmissariō p̄ducti,& forte eriā Rolandi pignoni,si verò post vesperas,& p̄pè cō pletoriū,indubitatū erit ipsū Aradellū īterfuisse, & super negatiua concludenter deponete potuisse,& idem de Rolando dicendum.

Interrogatus de tenore capitulorum,q̄ legi audiuit,nihil reminiscitur,nisi de millesimo annorum 1572,& 1573.ideò suspectus de falso,vt de C.dictum est.

In primo examine deponit millesimū vtriusq; anni noīatū fuisse in principio lectionis capitulo rū,p̄ut ēt erat eis inscriptū, & in repetitione idē affirmat,negās alia vice talia verba p̄lata fuisse, dū ipse adfuit,Daciarius aūt C, & secundus re p̄ probatorius p̄lata fuisse affirmant post lectionē, aut saltem interlegendum,ergo,&c.

Interrogatus ēt in repetirione q̄d continuerēt capitula r̄ndit, *io nō m'intendo di queste cose*, ideo cū non intelligat substantiā rei,super qua deponit,patitur defectum supra notatum.

Deponit denique inuerisimilia, vt cæteri antedicti, & in eundem præmeditatumq; sermonē, cum alijs.Vndè sequuntur effectus recensiti.

Secundus testis reprobatorius est Commissarij Dodi iniuriati gener, & ideo præsumptus inimicus,vt supra.

Cognatus B. de cuius interesse plurimùm tractarur ob duplex periculum imminens vt supra.

Suspectus quoq; ex quo cum duobus cognatis accedit ad idem deponendum. vt dictum est.

Vilis demum esse videtur,ex quo habitat in vil læ Iurisdictionis Florenzolæ,& nescit vndè originem trahat, sed credit se natum in alia villa Placentinæ Dioec. nuncupata Saluareccio.

Circa dicta autem primum est obiectū contrarietatis antedictæ cum A.

Est etiam sibi contrarius in repetitione, nam cum cæptum fuerit controuerti coram Commissario, statim post prandium, & ante meridiem (vt ipse affirmat) & parùm post lecta fuerint capitula, intercessit spacium dimidiæ horæ; vt ipse inquit,alibi tñ in eodem examine asserit Cōmissariū mādasse Daciario vt solueret, hora vesparū,vel circa,p̄supponitq́; ex ei⁹ primo exa-

& aliorum ferè omnia præceptum prædictum factũ fuiſſe ſtatim lectis capitulis. Vndè manifeſta videtur huius contrarietas reſpectu temporis.

Diſcrepat quoq; ab C.aſſerente A.protuliſſe il ba,*ſon tutt'vno, ſe non che vna parte è del 72, e l'altra del 73*, is namq; prolata fuiſſe à Commiſſario inquit.

Itidem Daciario repugnat, qui ſe diſceſſiſſe à Commiſſario ait hora veſperarum,& teſtis præcedẽs inquit, *noi ſteſſimo inſino appreſſo à ſera,& laſciaſſimo il Daciaro, che ancora contendeua con detto Sig.Commiſſario.*

Deponit quoq; ſolutionem factam fuiſſe die ſequenti, Daciarius verò contra vt ſ. dictum eſt.

Primo etiam teſti reprobatorio circa tẽpus ſolutionis contradicere videtur, qui in primo examine ſibi ſolutum eadem die vr̃ aſſerere, vt ſ.

Repugnat eidem affirmanti milleſimũ annorũ 72,& 73.expreſſum fuiſſe ante lectionẽ capitulorũ,& nunquã repetitum,iſte verò interlegendũ.

Interrogatus quid cõtinerent capitula lecta? nihil recordat̃,niſi de dicto milleſimo, idcircò valde ſuſpectus de falſo, vt de alijs probatum.

Studet excludere præſentiam Aradelli in repetitione,vt magìs cõcludens,& tutũ reddat dictũ ſuũ;& vltra interrogatus,an fuerit Aradellus, ea die corã Commiſſario reſpõdit,*Signor sì,ma già erano letti i capitoli di vn buon pezzo,& il Cõmiſſario haueua detto al Daciario,che pagaſſe prima, che veneſſe sù.* Duplex aũt ſuſpicio hinc oritur contra eũ, altera quòd dictũ ſuum corroborare ſatagit,Crau.loco præcitato. Altera quod ſponte profert Aradelli excluſionem, non expectans
72 ſuper eo interrogari, † ſuſpectus.n. eſt quicunq; vltrò ſe ingerit,l.quæ omnia,§.1.vbi Bert.& alij ff.de procur.l.prætor ait,la 1. vbi Iaſ.alios citans in 3.notab.nu.7.ff.de iureiu. Boſſ. de tortu.teſt. nu.9.& alibi paſſim.

Deponit in eundem præmeditatumq; ſermonem cum alijs prædictis.

Inueriſimilia continet eius teſtimonium, vt dictum fuit ſupra de cæteris teſtibus.

Sed vltra alios,vnũ ẽt maximè inueriſimile, & riſu dignum deponit; nempe vidiſſe capitula iã lecta ſuper tabula Commiſſarij,quia gentes ei dicebant,*vedi là i capitoli*; quaſi eſſent quid admirabile,aut venerandum,vel monſtruoſum.

Tertius teſtis ſubſequitur,qui reſpectu perſonę vilis eſt,vt ipſemet fatetur.Pauper ẽt,quia operib⁹ victum quæritat.& veſtitum vt deponit, Vñ ſequitur quòd de C. dicebatur, vt in hac cauſa admitten. nõ ſit;quod ẽt fatetur Mag.Aduocat⁹ Actoris in allegationibus editis, vt illũ defenderet à ſubornatione hui⁹teſtis,de qua ĩpetit⁹ fuit.

Contra dicta verò ipſius cõſiderandum eſt primò loco contrarietas illa cum A,quę cõtra alios etiam perpenſa eſt.

Et quòd ſibi quoq; aduerſari vr̃,dũ inqt cõtẽtionem coram Commiſſario iam fuiſſe cæptam. quando aduenit,& tamen alibi recenſere audet verba in initio contentionis prolata.

Itẽ ſibi contrarius eſt,cũ in primo examine deponat A.diſceſſiſſe à thalamo Cõmiſſarij,vbi lecta fuerant ante ipſum teſtem,in repetitione autem aſſerit vnà cum ipſo diſceſſiſſe.

Aperta ẽt cõtrarietate laborare vr̃, dũ deponit in repetitione, acceſſiſſe de mane ad locũ prædictũ,& inueniſſe partes iã cõtẽdẽtes corã Cõmiſſario,in primo aũt examine, quòd ibi non ſtetit, niſi donec allegata fuerunt,exhibita,lecta,ac poſita capitula ſup tabula; q̃ ẽt in dicta repetitione clariùs exprimit,inquiens,poſt repoſitionẽ p̃dictã,ibi nõ pmanſiſſe, niſi quãtum iretur in caput plateæ Parmæ,ſup qua ẽ Palatiũ,ĩ quo exaĩabat̃, & nihilomin⁹ in eadẽ repetitione deponit ſe diſceſſiſſe de ſero poſt veſpas, & ppe Cõpletoriũ.

Hinc ẽt repugnantia inſurgit apertiſſima inter eius depoſitionẽ,& aliorũ reprobatoriorũ, nã cũ eius dictũ concludat lecta,& cõſignata fuiſſe capitula prope cõpletoriũ,aduerſat̃ illis deponentibus lecta fuiſſe parùm poſt horam prandij, nec ſpatium quidem dimidiæ horæ interceſſiſſe.

Diſcordat quoq; à C.aſſerente Cõmiſſariũ dixiſſe nullã eſſe differentiã inter ſcripturas capitulorũ,niſi quòd vna erat anni 1572, alia 1573, is namq; inquit talia verba protuliſſe A.

Aduertatur demum Daciario dicenti ſe reſpõdiſſe Commiſſario interroganti an adeſſent capitula (domine ita) cum hic deponat A, fuiſſe, qui ita reſpondit.

Itẽ eidẽ aduerſat̃, p̃ſupponens ipſum reliquiſſe in loco p̃dicto adhuc cõtẽdentẽ ppe cõpletoriũ, cũ ipſemet dicat diſceſſiſſe,hora veſparũ.Stãtib. igr̃ tot cõtrarietatib⁹, nihil penit⁹ pbare potuit. Accedit quòd de tenore capitulorũ nihil omnino recordari aſſerit,niſi de milleſimo,q̃ ſuſpectũ eum reddit,vt de alijs præſatum.

Accedat inueriſimilitudo multiplex cõtra alios enarrata.

Et alia ẽt particularis haud ſpernẽda, dũ in primo examine deponit A, quãdo capitula attulit, hæc formalia verba dixiſſe, *queſti ſono i rogiti de i capitoli,che vi porto à moſtrare.*

Trepidat ad interrogationes ſibi factas, ita, vt fateatur nõ cognoſcere colores veſtimentorum, niſi album, & eum à nigro non diſcernere.

Interrogatus à Franceſco Thianeto in cõfrontatione cũ eo,*che coſa vuol dire capitoli*, rñdit, *io nõ sò ne leggere,ne ſcriuer,mi rimetto al primo mio eſamine*,& ita non intelligit ſubſtantiã rei, &c.

In cõfrõtatione p̃dicta,& alia cũ Iacobino primo teſte Cõmiſſarij,deponit palliũ quo indutus erat,mutuo habuiſſe à Io. Albertello,& ĩ hoc mẽdax repit̃ p lr̃as ſcriptas Daciario ab alio ei⁹ filio. Trepidat ad iudicũ ĩterrogationẽ, nunq̃d diſpoſuerit ſe ad meliùs dicendã veritatẽ? dũ rñdet,

l'hò

(I' hò detto, così foss' io stato quel dì in mezo il Pò)
conscientia.n.scæleris ipsum angebat.
Vndè tortus fuit iure meritò,& in tortura fassus
est primò mendacium dixisse de pallio,quod ha
buerat à frẽ A.nõ à Io.Albertello,vt ipẽ dixerat.
Fassus est deniq; se falsũ dixisse in negocio prin
cipali,eò quia non interfuit re vera tractatui cau
sæ Dodi,nec quicq̃ audiuit de his,quę deposuit,
sed à Daciario; ac ẽt ab Accusatore induct⁹ fuit
72 ad ita testificandum.† Et licèt extra tormenta cõ
fessionem hanc exinde reuocauerit,non tñ videẽ
effugere posse condẽnationẽ,nisi contrariũ pro-
bauerit,stantib.tot indicijs vrgentissimis,q̃ veri-
similiter inducere pñt iudices ad credendum,ita
se habere veritatẽ indubitatã Doctr. est Bal.in l.
vlt.nu. 2.C.de probat.q̃ sequitur ibi Castr. in fi.
& Barba.in addit.Bal.in ver. tormentis, Fely.in
c.cũ olim,in 8.limit.de rescript.Mars. ĩ sua prac.
§.quoniã nu. 38.Bru.in tract. de ind. q.6. par.2.
nu.7.Gram.latè decis.34.nu.35.36. & post eum
Foller.in sua prac.in ver.& si confitebunẽ.par. 3.
nu. 98. Multò minùs prodesse poterit reuocatio
ad effectum probandi,ratione variationis,& cõ
trarietatis,atq; periurij per supradicta.
73 † Et hic aduertendum,quòd falsitas huius testis
inducit præsumptionẽ contra alios idẽ deponẽ-
tes,Rui.cons.36.nu.8. vers.item contraria,& nu.
9.lib.4.simile est,quod de instrumẽto tradit Ca-
str.in cons.103.ponitur in facto nu. 2. vol.2.
74 Superest Daciarius ipse excutiendus,qui pater
est A.principalis,& propterea nihil pęnitus pro-
bat, l. testis idoneus,ff.de test.l.parentes. C.eo.
Gabr.plenè de test.concl. 17.
Inimicus est Commissarij,vt fatetur Accusator
loco præcitato,ergo finè fide vt supra.
75 † Vtì reus de crimine falsi examinatur, & sic
pẽdet iudicium,contra ipsum, quod interim gra
uat eius opinionem,& famam, ideò testimoniũ
ferre prohibitus c.vlt.extra de test. facit optimè
l.reum,C.de procur.Nep.de Mon. Alb.in tract.
test.num. 133. Alber. in tract.de test. cap.9. sub
rub. quan. test. repell.tat. infam.num.48. Cror.
76 in suo sim.tract.num.103. † & tantò magis cum
crimen huic obiectum, contingat causã de qua
agitur c.1.in fi.cum materia, extra de excep.
77 † Contra dicta autem Daciarij, obstat primò
defectus citationis,qui est insanabilis, etiam in
causa coram Principe vertente, & in qua finè
omni iuris solemnitate procedendum sit, & an-
nihilat testimonium,l. si qñ C. de test.§.hoc aũt
in authen.de test.c. 1.ex̃ eo.Abb.cõs.46.in prin.
li.2. Bost. de oppos.con.test.num.34.cum vulg.
Contrarietates quãplures,cũ testibus supradi-
ctis apparẽt ex deductis circa eorũ depositiões.
Itidem,& inuerisimilitudines, atq; suspitio-
nes,ideò circa eas non est frustra immorandum.
Permultos igitur defectus patiuntur singuli te-
stes Accusatoris, & inter alios, non pauci sunt,

qui de per se eos in totum à testimonio repel-
lunt,vt supra congruis locis expositum est. Idcir
co concludendum videtur nullam pęnitus pro-
bationem ex eorum dictis resultare.
78 Sed & si tales defectus non paterentur,vt singu
li eos in totum arcerent à testimonio,ex plurali
tate tamen dictorum defectuum, in totum veni-
rent repellendi,Mars.sing.378. & 385. & consil.
12.num.8.li.1.& consil.35.num,34 lat.inter cõ-
sil.crimin.Zilet.consil.99.num.26.lib.1. & in eo.
volum. Rimin. iun. cons.106.num.18.Crau.d.
cons.6.num.55.Paris.cons.2.num.85.lib.4.Me-
noch.d.cap.99.nu.7. Et hanc quoq; conclusio-
nem firmat D.Aduocatus Accusatoris, in suis al
79 legationibus prædictis. † Et adeo vera est, vt
nec in subsidium tales testes admittantur,etiam
cum tortura, vt apud præcitatos authores legi-
tur,quibus sufficiat remissio.
80 † Hinc etiam sequitur, quòd numerus nõ po-
test testium defectus supplere, etiam si mille fo-
rent, quia nunquam possunt plenam probatio-
nem facere, dato, quòd veritas aliundè haberi
non posset,Dec.cons.133.nu.4.vers.2. quia, Ri-
minal.d.cons.106.nu.18.post Gramm.cons.45.
81 num.25.& alios relatos, † possunt tamen eo ca-
su qualẽ qualẽ p̃sumptionẽ inducere, vt per eos
Boss.in tit.de cõuict.nu.21. Carrer. in repet.l.2.
C.quo. app. nõ reci.in ver. testib.supatus n. 45.
82 † Et postq̃ incidit sermo numeri testiũ,nõ omit-
rendũ est, quòd nõ põt in hac spẽ numer⁹ testiũ
suffragari, qn nullus est inter eos oĩ exceptione
maior. debet nãq; q aliorum defectus supplere
vult,esse inuulnerabilis,& ĩdubitatus testis,oẽm
superans exceptionẽ.Anch.cons.246.p to.Dec.
cons.133. nu.4.vers.nec prædictæ conclusioni,
Crau d.cons.6.nu.125.pleniùs cons.99. nu.10.
& cons.281.nu.6.vers.nec dicatur,&c.
83 Insup nõ põt numerus supplere in nr̃o casu,ex
quo tales sũt defect⁹,q oĩno repellũt,vt p Crau.
pximè citatũ in cons.99.vers.similiter testiũ de-
fectus,post Alex.Corn.& Ias.quos allegat.
84 † Itẽ qnia defectus testiũ p̃dictorũ nõ sũt in pso
na tñ,sed ẽt in dictis; numer⁹ nõ supplet Gabr.
de testi.conclu.6.num.9. post Rui. quem refert.
85 † Vltra quòd regulare vr̃ in oĩbus criminalibus
causis,vt defectus testiũ ex numero minimè sup
pleanr̃ Bal.in c.ad nr̃am nu.2.de proba Ang.cõs.
128.Mars.latè cõs.109.nu.6.li.2 & sing suo 476
in test.& in prac.crim.§.expedita n. 82. Gabr.de
testi.cocl;6.nu.8.Ratio esse põt,qa in dictis cau-
sis requiruntur testes omni exceptione maiores,
propter maius periculum litigantium,Mars.cõs.
22.nu 8.li.1.Carrer.vbi supra num.25. Boss.tit.
de conuict.nu.25.Soc.iu.d.cõs.39. nu.42. sicuti
& omnes aliç probationes luce meridiana cla-
riores l.vlt.C. de probat. id quod sciunt, & di-
cunt omnes Boss. loco præcitato num.9.Clar. in
sua prax.crimin.§.vlt.quæst.66.num. 4.

86 † Et præsertim in crimine falsi, Fulg. cons. 174.
ꝑ to. Gram, cons. 30. nu. 34. Soc. iun. d. cons. 39.
nu. 38. cum plurib. seqq. vbi signanter ostendit,
quãto in discrimine versẽ, q de falso accusatur,
est, n. causa plusquam criminalis; ex quo condẽ-
natio eius criminis hominem immutabiliter vi-
tuperat, & non est in mũdo crimen ita obrobrio
sum; iudicatus enim de falso non est amplius ho
mo, cum sit sine fide, & nobilitate, & sic ad nihi-
lum redactus; & ideò cautè in tali causa, & ꝑ aper
tissimas probationes procedendũ est, vt ꝑ cũ, de
* vera, & cõi * sententia attestantem sub nu. 44.
87 Quod si in cuiuslibet priuati cã hæc procedũt,
quantò magis in causa officialis, cõtra quem ex
speciali priuilegio clariores, & magis indubitatę
probationes requiruntur, eò quia lex multũ de
eo pręsumit, & ab omni dolo, & fraude immunẽ
arbitratur, vt supra dictum est? Bal. in l. obserua
re, § proficisci num. 8. de offi. procon. Ang. d. l. 1.
C. vbi de ratio. agi. opor. Gram. d. cons. 35. num.
36. Boss. de oppos. cont. testes nu. 59. Alcia. cons.
88 11. num. 15. li. 7. † Amplius inquit Gramm. ibi
nu. 44. & 57. & seq. contra eum non habere locũ
probationem suppletiuam, hoc est per torturã,
89 † sed verè conuictum esse debere, & indicia, si
quando contrà eũ extant, per iuramentũ purga-
tionis tolli, per tex. in §. si quis autem ex litigato
ribus, in auten. vt litigan. iurent.
90 Hinc est quòd testes contra ipsum deponentes
oportet esse omni exceptione maiores, & nulla
suspitione aspersos, Ange. d. l. 1. nume. 3. C.
vbi de rat. agi. opor. Paris. in tract. de syndic. in
ver. probatio c. 2. nu. 1. 2. 3. 4. & 6. & in ver. testis
cap. 2. num. 3. vers. quid ergo dicendũ? post mul
tos adductos, Ias. in l. admonendi, nu. 172. in fi.
vers. hinc ex istis infertur de inreiu. Afflict. in cõ
stit. Reg. corruptelæ num. 2. vbi hoc notandum
inquit pro officialibus, qui syndicatur, Carrer. in
d. l. 2. in ver. testib. superatus nu. 27. Gram. d. cõ
sil. 35. nu. 33. vsq; ad num. 39.
91 † Et sciendum est, eũ esse omni exceptione ma-
iorẽ, de cuius fide Iudex aliquo modo non dubi
tat, & q oẽm superat, & friuolã exceptionẽ, Glo.
Bal. Alber. Alex. & hos adducens Gram. d. n. 35.
Ias. cons. 153. n. 5. vers. vndecimò fallit, vol. 2. &
in d. l. admonendi nu. 166. vers. istã regulã, Affl.
vbi s̃. n. 3. Carrer, d. n. 27. Soc. iu. d. cõs. 39. n. 60.
vbi multos allegat concord. & in cons. 12. nu. 8.
* co. li. 2. vbi alios addit, & de cõi * opin. attestaẽ.
92 † Nedum aũt tales debent esse testes, sed articu
landa est eo casu, & probanda illorum qualitas,
vt omnes ferè præallegati asserunt, quibus adde
Dec. cons. 37. nu. 8. Gram. cons. 58. nu. 44. & con
sil. 95. num. 8. lib. 3. Soci. iun. d. cons. 39. num. 62.
& cōs. 22. nu. 10. lib. 2. Et ista est verior, & com
* munior opin. teste Alcia. in tract. præsump. reg
3. præsump. 2. nu. 9. & Benintend. decis. 62. ubi
latè prosequitur nu. 15. vsq; ad fi.

Ex supradictis igitur omnibus, satis superq;, &
exuberanter constare videtur memoratos Acto
ris testes nihil pœnitus in hac causa probare. Vn
dè superfluum est Rei testes excutere, & cum il-
lis conferre; comparatio. n. de nihilo ad aliquid
fieri nequit, cum nõ entis nullæ sint qualitates l.
eius qui in prouincia ff. si cer. peta. cum vulg.

Veruntamen apertiùs adhuc patere dicitur te-
stibus accusatoris nullam oĩnò adhibẽdã fidem;
quandoquidem eorum tęstimonium aliò nõ tẽ-
dit, nisi ad probandum quòd D. Cõmissarius fa-
cultatem, & potentiã habuit addẽdi apostillam,
si addere voluit; cũ capitula præmanibus habue-
rit, ac diu retinuerit; quæ quidem facultas, & po-
tentia tollitur, ac pęnitus excluditur ex fide in ꝑ
cessu exhibita multùm Mag. I. C. Dñi Nico-
lai Suprani Consultoris, & assessoris Commissa
riorum dictæ Vallis Nuriæ pro tempore existen
tium, necnon eiusdem depositione cum iuramẽ
to nouissimè facta; in quibus constanter affirmat
capitula prædicta sibi fuisse per A. ostensa tem-
pore quadragesimali in Cinitate Placentiæ; in
quibus apostilla memorata tunc aderat. Hoc. n.
p̄suppofito, & p̄suppofita confessione ipsius A. af
firmantis non recuperasse capitula à D. Cõmissa
rio nisi post festa Paschalia, sequitur necessariò,
quòd anteq̃ darentur ipsi Commissario apostil-
lata, fuerint, & per consequens ab ipso Cõmissa
93 rio apostillari nequiuerint. † Et quia D. Soprano
ostensa fuere capitula vtì Assessori Vallis (vt ip-
se A. ait) tantò magis ei credendum est, cũ de ge
stis rõne officij deponat Gabr. d̃ test. cõcl. 1. n. 19.

Cõfirmaẽ aũt dictũ Mag. Soprani alia cõcludẽ-
ti probatione, nẽpe lr̃arũ C. V. ipsi directarũ su ꝑ
negocio sub die 12. Maij, quarũ tp̃s manifestè re
pugnat assertioni A. affirmantis recuperasse capi
tula à Commissario ꝑ aliquod tp̃s post Pascha,
qua in re concordare vr̃ cum alio teste Actoris
deponente restitutionẽ capitulorum factam fuis
se, octo, vel decem diebus post festa Paschalia,
festum autem Paschatis incidit in diem 22. Apri
lis, adeoquòd vltimus dies festus fuit die 24.

Ex abundanti tamen subdere possumus, quòd
si Actoris testes aliquid probarent, & inter eos
aliqui essent, qui quoquomodo indicum ani-
mos monere possent, respectiuè tamen ad con-
trarias probationes, pro nihilo habendi forent,
94 † quandoquidem probationes Rei, in dubio præ
ualent, l. fauorabiliores, vbi omnes not. de regu.
iur. cap. ex litteris, de probat. vbi Canon. & si-
gnanter Dec. num. 3. & idem Dec. post alios in
l. qui accusare, num. 15. C. de eden. Mars. latè
cons. 51. nu. 42. lib. 1. & Alcia. in tract. præsumpt.
reg. 3. præsumption. 44. Menoch. de arbitr. iud.
lib. 2. cent. 1. ca. 98.
95 † Quæ conclusio ampliari solet, etiã si probatio-
nes Actoris in aliquo præualerent, puta quòd
quatuor clericos haberet pro se deponentes,
reus

reus verò totidem laicos,glo.est not.quã ad hoc
oẽs allegant in c.clerici 81.dist.Abb.d. c. ex lite-
96 ris,nu.1.Dec.nu.22. vsq; ad nu.25. † vbi in cri-
minalibus potissimùm hanc ampliationẽ proce-
dere asserit propter duplicẽ p̃sumptionẽ , ꝓ ipso
reo concurrentẽ,& idem Dec.in d.l.fauorabilio
res nu.1.& cagno.3.Alex.cons.30.colum.fi.li.7.
Crau.d.cons.6. nu.4. Mars. cons.2.nu.12.& 19.
97 lib.1.& cons.51.nu.43. † vbi testimoniũ quoq;
mulierũ pro reo deponentiũ p̃ualere dicit viro-
rũ depositioni pro Actore vigenti , quod seq̃tur
Foller.in sua pract.in ver: recipiantur defensio-
nes nu. 28. & de clericis ẽt subdit Foller.ibi nu.30.
Alcia.d.præsump.44.num.8.Boss.de defens. reo
nu.7.9.& de fauo.defen.nu. 45.
98 †Et tñ tm̃ regulariter valet testimoniũ quatuor
clericorũ,quantũ sex laicorum,iuxtà aliam not.
glo.in c.monacus,in ver.quorum 77.dist,Alex.
cons.43.num.4.lib.7.post But.& Abba.quos re-
fert Soci.cons.28.nu.4.vol. 3.Ias.cons.13.col.1.
lib.3.Dec.cons.448.nu.36.Crau.d.cõs.267. nu.
2. & cons.272.nu. 16.vers.tertiò probat̃ Rol. cõ
99 sil.24.nu.71.lib.1.† Nec nõ præualet regulariter
testimoniũ masculorum testimonio fœminarũ,
quod varium,& mutabile semper ab illis produ
citur, vt inquit summ. Pont.in c.forus, de uer.si-
gn.& ibi glo.Abb.nu.3.& alij Scriben.Marsil.&
Foller.vbi supra.
100 † Et quia in discutiendis Accusatoris testib. cõ
clusum fuit inuerisimilia eos deponere , seq̃tur,
quòd rei testes verisimiliora quoq; deponant,
quo casu p̃ferendi sunt,ẽt si pauciores forẽt tex.
in c.in nr̃a,ibi(non ad multitudinem tm̃) ex. de
test. & ibidem oẽs tradunt , maximè Abb.nu.1.
& 4.Feli.col.1.vers.præferuntur etiam,& idẽ Fe
li.in c.licet cãm nu. 20.eo. tit.Carer.in d. repet.
in ver.argentis conuictus,vers.viso nu.4.6.Rui.
cons.1.nu.16. li.1.Crau.cons.75. nu.65.Rolan.
d.cons.24.nu.55.li.1.cum multis cõcordant. ab
his adductis.
101 Præferũtur quoq; pauciores testes plurib. quo
ties p̃sumptionẽ iuris pro se habẽt,Corn. consil.
219.col.pen.li.1.Dec.cons.448.nu.35.Rui.cõs.
145.nu.6.7.li.5.Soci.iu.d.cons.39.nu.38.Mars.
d.cons.51.nu.43.sed pręsumendum est,quòd ca
pitula,neq; producta,neq; lecta , & confrontata
fuerint, vt testes rei depununt,quando frustrà id
factum fuisset , cum ad causam non pertinerent
102 præsertim anni 1572.† & nihil frustra admittir,
aut frustra factũ lex arbitrat̃ , l.hæc stipulatio, §.
diuus,ff.vt leg. nom.caur.l. qui his idẽ de verb.
obl.cum vulg. Ergò si comparationi locus esset,
deberent etiam ex hoc capite præualere testes
Commissarij,sed quia cessare videtur compara-
tio, vt dictum est, Ea propter hæc omnia missa
facere possumus,& super primo articulo prædi-
cto intrepidè concludere, vt supra cõclusũ fuit.
Votum igitur meum est , quòd Actoris proba-
tiones,probationib. rei minimè præualeant, sed
è cõuersò potiores,& efficaciores sint ipsius rei.
Vndè nedum huius articuli, verùm etiam totius
causę decisio,resultat,sed Cel. V. quę iura omnia
in scrinio pectoris, habet , & facti speciem iam
oretenus,& nuuc in scriptis percepit, quid super
inde iudicandum sit , per quam facilè animad-
uerteret. Laus Deo.

Consi. Lud. Sacc.

Dominus verò Gubernator Pancratius diuersũ
uotũ habuit, Ideo exitus causæ fuit, quòd testes
utriusq; partis,qui multis mensibus carcerati fue
rant,mandauit Serenis. D. Dux relaxari, & D.
Commissario Dyploma expediri , uidelicet *La lettera del ben seruito*,& ita executum fuit.

SVMMARIVM.

1 *INtimatio sententia , vel alicuius actus per scripturam autẽticam regulariter fieri debet, Sed vide infrà latè.*
2 *Notarij manus publica dicitur.*
3 *Iudicis etiam ordinarij manus, publica dicitur, pro qua præsumitur donec contrarium probetur.*
4 *Nuncij publici relationi creditur, sinè alia scriptura solemnitate.*
5 *Nuncio vno referente sententiam sic fuisse latã,& altero contrarium asserente, primo credẽdum est, ita quòd tempus ad appellandum currit.*
6 *Sententia scientia inducitur, ẽt per simplicẽ copiã.*
7 *Quod intellige, si de mãdato iudicis fuit intimatio, nõ verò si extraiudicialiter per partem fiat,& est communis antiquorum,& modernorum, & habet locum in quacunq; intimatione , denunciatione, interpellatione, protestatione, inhibitione, & similibus , & seruit pro cautela ad euitandã publicarum,& authenticarum scripturarũ exhibitionẽ.*
8 *Iudicij calor multa valere facit aliàs inualida; & multùm operatur.*
9 *L.si qs inficiatus.ff. depos. qbus ĩ terminis ꝓcedat?*
10 *Iudicis authoritas omnia præsumi facit legitimè processisse.*
11 *Ampliatur, vt in simplicibus etiam litteris iudicis ordinarij procedat.*
12 *Iudex ordinarius, qui non tulit sententiã , sed eius antecessor, potest tamen illam intimare, & ita inducit scientiam, sicut si ipse protulisset.*
13 *Intimatio verò facta de mandato arbitri, qui laudum tulit, nulla est,& nõ præiudicat intimato, qa processit à non habente amplius authoritatem.*
14 *Iudicib. non creditur nisi de gestis coram se ipsis.*
15 *Ex diuersis non infertur.*
16 *Dictio(asserta)adiecta scriptura nominata, facit vt non censeatur pro valida approbata, ideò dat̃ p̃ cautela, ut nõ adijciatur ad euitãdũ tale p̃iudiciũ.*
17 *Pronuntia iudicis idem est, quod sententia.*
17 *Appellatio à sẽtẽtia, illius validitatẽ præsupponit.*
19 *Clausula(si & in quãtũ) resoluitur prout de iure.*

20 *Intimatio alicuius actus ad instãtiã ꝓcuratoris facta nõ reqrit insertionẽ mãdati, si fiat de iudicis mãdato, secùs si ꝑ partẽ absq; iudicis authoritate.*

21 *Denuntiatio litis mota emptori, facta per tertium, non nocet venditori, ex communi.*

22 *Intimatio verò sententia facta per tertium nocet intimato, & qua sit ratio differentia.*

23 *Iudicibus parendum est, & iussus, parendo, ab omni pœna excusatur.*

24 *Scientia sentẽtia inducitur, ad effectum vt currat tempus appellandi, vndecunq; proueniat, etiam si ab amico alterius partis.*

25 *Sententia non praiudicat tertio, nisi scientiam habuerit litis, & processus agitati super iure suo, seu super eo, quod sibi nocere põt, & inf. nu. 28. & 48.*

26 *Fallit si secuta sententia, notitiam, & scientiã habuit appellationis ab illa interposita, quia si adhuc tacet, in iudicatum contra eum transit.*

27 *Nec sufficit, si verbo impediat processum, transmittendo etiam praceptum collitigantibus ne super iure suo contendant, & litigent, sed accedere debet ad iudicium, & de iure suo docere.*

28 *Intimatio libelli facta tertio, multò magis inducit scientiam litis mota, ita vt sententia postmodum secuta illi praiudicet.*

29 *Dominus prasumitur ignorare gesta ꝑ procuratorẽ.*

30 *Fallit in actibus iudicialibus, quorum scientiã habere prasumitur, & praiudicium ex eis recipit, sicut ex gestis per se ipsum.*

31 *Habet tamẽ cõtra ꝓcuratorẽ actionẽ, si malè gessit.*

32 *Scientia matris non nocet filio.*

33 *Scientia verò Patris legitimi administratoris bonorum filij, illi nocet.*

34 *Pater est legitimus administrator bonorum filij, habetq; mandatum à lege, quo potest agere, & conueniri, etiam in his qua requirunt mãdatũ speciale.*

35 *Tutoris, & curatoris scientia nocet pupillo, & adulto, respectiuè.*

36 *Idem scientia aliorum administratorũ.*

37 *Spãlia duo nõ possũt simul cõcurrere cõtra iuris re (gulas.*

38 *Qui per alium facit per se ipsum facere videtur.*

39 *Pater, & filius censentur vna, & eadem persona.*

40 *Vox patris est vox filij.*

41 *Specialia duo ab eodem fonte prouenĩẽtia simul cõcurrere possunt.*

42 *Intimatus denunciatus, seu protestatus, si nihil respondeat, fateri intelligitur, & intimatis denũciatis, & protestatis acquiescere.*

43 *Cautela ẽ igitur, vt talib⁹ actib⁹ sẽp cõtradicatur.*

44 *Qui actus, si contineant praterita, duplicem operãtur effectum, scientiam, & consensum.*

45 *Tantò magìs, si sint in scriptura redacti, dati, & ab eo retenti sine conditione.*

46 *Fortiùs etiam si sint actus iudiciales.*

47 *Scientia litis agitata põt ẽt per coniecturas ꝓbari.*

48 *Sententia lata inter duos litigantes nocet tertio, q litis, & causa pendentis notitiã habuit, & contra eũ transit in iudicatum, & supra num. 25. & 28.*

Pro Illust. Iureconsulto, & Equite D. Ioan. Baptista Baiardo.

EPITOME.

Sententia lata contra aliquem, qui ab ea appellauit eam postea tertio de mandato Iudicis intimari fecit, per simplicem copiam, illi praiudicat, si in iudicatum transire permisserit. Etiam si non sit idem iudex qui sententiam tulit, sed successor; secùs verò in arbitro, qui laudum à se latum intimare non potest.

Scientia etiam sententia, atq; actorum, & processus aliterquàm per intimationem probata nocet.

Scientia autem procuratoris, patris, matris, tutoris, curatoris, & aliorum administratorum vtrum noceat, exprimitur.

RESPONSVM LV.

SI pluribus morbis labotat intimatio sententiæ latę pro Illust. Iurefconsulto D. Io. Baptista Baiardo, facta Mag. D. MarcoAnt. Taliaferro, vt præfatus D.Co. Iulius Caracciolus causarũ ciuiliũ Auditor in suis acutissimis motiuis, ad peritiores sanè medicos pro medela rectè adhibenda confugiendũ videretur. Vñ ego qui ab eis longe disto, manum operi admouere non deberem, nè meis fortè colyrijs in deteriùs morbi ipsi vergerent, Verùm, & affinitas, & vetusta necessitudo in contrariam me trahũt sñiam, coguntq; remedia qualiacunq; ad infirmitates hmõi tollẽdas proponere. Et quia ex officina mea nõ sunt deprompta, sed maiorũ nrorum, qui primas iãdudũ tenuere, qq; talibus morbis medendi quoq; normã conscripsere, haud desperãdũ quin res ex voto cedere q̃at. Imò verò ꝓ cõstãti hñdũ firmiterq; tenẽdũ.

1 Ad primum enim quòd scriptura non fuerit authentica, prout requiritur per tex. in clem. causã de elect. & ibi doct. atq; Anchar. in cons. 372. in vltimo dubio multimodè occurrit, & ante oia.

2 Negatur assumptum, qm̃ intimatio à Notario publico suprascripta est, cuius manus publica dr̃ glo. in c. 2. in ver. ꝑ manum ex̃ de fid. instrum.

3 Pariterq; subscripta ab Ill. D. Gubernatore Parmæ, cuius etiam manus publica censetur, & ꝓ ea, vti Iudicis ordinarij præsumitur, donec contrarium probetur c. post cessionem, vbi Scriben. omnes extra de probat. Vndè per scripturam authẽticam facta ritè dicitur, ad glo. in d. clem. causam, in ver. authẽt.

4 Secundò, quòd facta fuit per nuncium publicũ intimatio, vt ex eius relatione constat, quo casu,

nullius

nullius scripturæ solemnitas requirit, sed ipsius
nuncij, vti officialis publici, simplex notificatio
sufficit. Bal. & Salyc. in l. fin. in fi. C. de temp. ap-
pell. Filip. Franc. in c. si iustus metus, nu. 49. ex
5 de appell. † Quinimò dixit Bal. in auth. hodie
nu. 1. C. de appell. quòd si vnus nuncius notifi-
cauerit sñiam sic fuisse latã, prout erat, alter ve-
rò contrariũ nuntiauerit, tenetur primo crede-
re, & currit tps appellandi, rõnibus ibi expssis,
6 quas breuitatis cã nõ refero. † Multò magis aũt
sufficere dẽt in casu nostro, ex quo copiam sñiæ
nuncius dimisit per quã copiæ exhibitionẽ, sciẽ
tiam quoq; induci, scribit Iaso. post relatos, in
l. quod te, nu. 35. ff. si cer. pet. & in l. non solum.
§. morte, de oper. nou. nunciat. Ferret. in con-
sil. 98. num. 5. post Franc. in c. extra ratione, in
princ. de appell. & sentit Cagno. in l. qui in al-
terius, num. 17. de reg. iur.
7 Tertiò, & vltimò irrefragabilis est rñsio, quã
psensit Illust. D. Motiuans, nẽpe dispositionem
d. clem. cãm pcedere in intimatione simpliciter,
& extraiudicialiter facta p partem, non verò in
facta de mandato, & cõmissione Iudicis, ad par-
tis instantiam, put doctè consuluit Natt. citato
cons. 348. p tot. cuius cõsultatio verè cõi anti-
quorũ, atq; modernorũ sñiæ congruit, qui vn-
dequaq; in materia intimationũ, denũciationũ,
interpellationũ, ptestationũ, inhibitionũ, cęte-
rorũq; id genus, dant p cautela ad euitandã pu-
blicarũ, authenticarũq; scripturarũ, sup quibus
fundãtur, exhibitionẽ, vt de Iudicis pcepto fiãt.
Bar. d. l. non solum. §. morte, in 2. q. princ. vers.
quandoq; talis, quẽ sequuntur ibidem Scrib. de
oper. no. nũcia. & idẽ Bar. & Bal. in l. fi. ff. de leg.
cõmiss Bal. & Saly. in l. 1. in fi. C. de tẽp. appell.
Castr. in l. si fundum, num. 3. C. de rei vendic.
Alex. in l. de pupillo. §. qui pcuratorio, num. 1.
in fin. & ibi adden. in vers. commissione Iudicis,
de oper. no. nuncini. in cons. 95. num. 10. ad fi.
lib. 2. & cons. 78. nu. 9. in 5. Rom. cons. 6. p totũ,
& ibi Mandos. in addit. Iaso. d. §. morte, nu. 29.
post Imol. & alios quos citat Fely. in cap. cum
contingat, nu. 10. de rescrip. & cap. cum M. Fer-
rariensis, nu. 41. & 63. de constit. & ibidẽ Ripa,
nu. 159. & in l. quod te, nu. 57. vers. ex quo in-
fertur, vbi ẽt Butrig. nu. 68. & Cagno. remissiuè
nu. 114. ff. si cer. pet. & idem Cagno. in l. q in al-
terius, nu. 17. de reg. iu. Ancha. in clem. 1. de ex-
cess. pla. Franc. in d. c. si iustus, n. 43. Gozad. cõ-
sil. 57. num. 14. & Bursa. cons. 288. num. 6. 7.
Et huius decisionis rõnẽ allegant concluden-
tẽ, qa scz p Iudice semper psumitur, quòd iusta,
& vera de cã, atq; pcedẽte debita informatione,
intimationes, & alia supradicta fieri, cõmiserit,
& mãdauerit, nimirùm intimatus credere tene-
tur, ità rẽ se se habere, nisi de veritate in cõtra-
riũ constet, & inter pcitatos, rõnẽ hanc expssim
adducunt Bald. & Saly c. d. l. 1. in fin. Alex. d. cõ-
sil. 78. num. 9. vers. ponderant, Fely. d. cap. cum
M. num. 41. & 63. Franc. d. c. si iustus, num. 43.
Iaso. d. §. morte, nu. 29. Rip. d. l. quod te, nu. 57.
vbi aliã quoq; rõnẽ adducit, nẽpè qa efficiunt
isti actus iudiciales, cũ de mãdato Iudicis fiũt;
8 † inferre volens, quòd color Iudicij, qui multa
valere facit aliàs inualida. l. 1. cum not. C. de cu-
rat. bon. dan. Bar. in l. non solũ §. si liberis, de lib.
agno. Dec. in l. 1. nu. 31. C. de pact. hunc ẽt effe-
ctũ operetur; id quod latiùs, apertiusq; in ter-
minis tradit Corset. in sing. suis, in ver. procu-
9 ratore, in vers. si aliqs protestatur, † dicẽs quòd
licèt ille, qui tanq̃ hæres, vel tanq̃ procurator
protestatur, vel interpellat ad constituendũ ali-
quẽ in mora, teneatur docere per publica docu-
menta se heredẽ, vel pcuratorẽ respectiuè, aliàs
nulla mora p aduersarium incurratur, per l. si qs
inficiatus, cũ not. ff. deposit. hoc tñ obtinet tm̃
in actibus extraiudicialibus, nõ in iudicialib. in
qbus interpellatus, seù ptestatus morosus red-
ditur absq; vlla Instrumentorũ exhibitione, si
tacuerit; allegat Bald. Roma. & Barbat. & hoc in
practica seruari asserit quotidiana, litterisq; au-
reis scribendũ monet, quem referr, & sequitur
Cagno. d. l. qui in alterius, num. 16. & plenè tra-
ctat Ripa d. l. quod te, num. 57.
His ergò stãtibus superest modò refellere sub-
tiliter excogitata aduersùs hanc cõem, & verã
sententiam. Et primò non obstat interpræratio
restrictiua ad d. l. fin. de leg. & commiss. q̃ pro cõi
solet allegari, quòd locũ habeat tantũmodo, qñ
emptori noĩe Fisci protestatũ fuerat, nè vendi-
trici solueret, qa nulla vis ibi fit in priuilegio fi-
sci; Nec differt fisci conditio à conditione pri-
uati, nisi specialiter lege cautũ, repiatur glo in l.
itẽ veniunt. §. in priuatorũ, de peti. hæredi. Dec.
42 Rubeos, † & nõ obstat præsumptio, quam Ang. in contrarium extare inquit post gl. in d.l. verũ, quia horum opin. communiter reprobatur, præsumptionem enim in oppositum potiùs vigere, quòd scilicet ex consumptione taliũ fructuum non sit factus cõsumens locupletior, tenet Ang. sibi contrarius, & Paul. de Castr. quos refert, & sequitur Curt. d. consil. 72. col. 4. vers. 7. concl. Fel. d. c. de quarta col. 9. vers. & in dubio nõ præsumitur Curt. iun. citato cõs. 28. nu. 14. vbi com-
43 munem, & veriorẽ hãc esse asseuerat. † Et quòd omnem videtur difficultatem tollere, vsucapti dici possunt fructus huiusmodi, ex quò per triẽnium, & longè plùs omnes ferè penes Ill. Dños percipientes manserunt, ideò peti ampliùs non poterunt. l. sequitur. §. fructus vbi glo. Bart. Ang. Imol. Castr. ff. de vsuc. Aret. in d. §. si quis à non domino Abb. d. c. granis col. 7. & in c. de quarta col. pen. vers. dico tantùm Bal. in l. 1. nu. 8. & seq. C. de vsu. & fruct. lega. Curt. cons. 72. prægallegato col. 3. vers. sexta conclusio, & colum. fin. vers. adhuc respondeo, & latissimè Balb. d. tract. præscrip. par. 4. quartæ par. princ. q. 35. pér to.
44 Et si dicatur † fructus Cornilij in fructibus ciuilib. vt plurimùm consistere, qui separatam habent naturam à naturalibus, atq; ab industrialibus, vt p Bart. & alios d.l. ex diuerso de rei vẽd.
45 † erit itidem animaduertendum, quòd adeo industrialium naturam capiunt, vt eorum regulis omnino subiaceant per l. si nauis vbi Bart. Bald. & alij not. ff. de rei vend. & idem Bart. & scrib. d.l. ex diuerso Cano. d. c. grauis, & in c. consultationib. de iu. patro. Soci. cons. 251. nn. 24. vol. 2.
46 † Vndè est, quòd fructus industriosi nuncupantur secundùm Bal. in l. pro onerib. ad fi. C. de iu. dot. Imò industrialissimi secundùm Sylua. cons. 49 nu. 77. & re ipsa ab industrialib. non differũt, vt per Io. Cap. in tract. de fruct. ti. 2. c. 3. Meritò, quod de ipsis industrialibus consumptis dictum fuit, his quoq; ciuilibus debet conuenire. Super extantibus. autem vix potest dubium incidere,
47 quãdo quidem, vel nulli supersunt vt supra, † vel si superessent, sola eorum immixtione cum alijs pecunijs facta, consumpti dicerentur. l. nam & si in fin. ff. si cert. petat. l. si alieni nummi. ff. de solu. cum vulg.

Consi. Lud. Sacc.

SVMMARIVM.

1 TVtor, vel curator, qui se ingerit, & vltrò offert, dandus non est.
2 Fallit in eo qui idoneus est, quia potest iudex eum tutorem, vel curatorẽ dare.
3 Idoneus autem esse debet duplici modo, videlicet respectu morum, & facultatum.
4 Idoneitas respectu morum præsumitur, nisi contrarium probetur, respectu verò facultatum probari debet.
5 Fideiussio autem supplet defectum probationis facultatum.
6 Idoneè cautum censetur, vbicunq; fideiussio, vel pignus datur.
7 Clausula (non obstan. &c.) in rescripto, derogat legibus, & iuri communi.
8 Clausula (de æquitate) operatur vt delegatus possit rigorem, & apices iuris non attendere.
9 Aequius est curatorem bonis absenti dari eum, qui ab intestato successurus esset, quàm extraneum, vt bona ipsa conseruentur, & non dilapidentur.

EPITOME.

Licèt tutor, vel curator, qui se ingerit dandus regulariter nõ sit, Fallit tamen in idoneo, qui dari põt. Idoneus autẽ morib. & facultatib. esse dẽt.

Quid autem circa has qualitates probari debeat; & an fideiussio suppleat probationem facultatum? explicatur.

Dec. & Gozad. in hac materia contrarij fuerunt, sed Dec. sententia probatur.

RESPONSVM LIX.

REctè videntur dubia per Magnificum D. primum cõsulentem resoluta, sufficeretq; doctissimis eius allegationibus subscribere. Verumtamẽ vt cliẽtulo efflagitanti morem geram, addere paucula decreui, q̃ clariorẽ adhuc ipsus causam reddant, & Ill. Dñi Gubernatoris sententiam demõstrent
1 iustissimã, atq; æquissimã. † Et quia uis tota consistere vr̃ super illo articulo, Vtrùm D. Paulus dari potuerit curator bonis Hieronymi eius fratris absentis, ex quo ad hmõi curã se ingessit, & vr̃ prima facie, quòd non per tex. vulg. in l. scire oportet. §. fi. ff. de tu. & cur. da. ab his, cũ sim. per quem ita in terminis rñdit Goz. cons. 68. nu. 10. aduersùs Decij, rñsum 575. Idcirco pro resolutione huius difficultatis, vltra allegata, cõsiderã-
2 dum est, † regulã d. §. fi. indistinctè nõ pcedere; etenĩ locũ nõ hẽt vbicunq; ille, q tutelę, vel curę

se ingerit, Idoneus est, quia iudex eũ decernere pôt, vt inquit ibidẽ gl. in ver. semper quã Doct. passim sequuntur, & signanter Gozad. in loco præcitato. Dubium igitur cadere pôt solummodo in hac nostra specie, an D. Paulus idoneus sit
3 nec nè? † Et sanè duplex idoneitas in quolibet tutore, & curatore requiritur, morum scilicet, & facultatum, vt nuncupatim tradit Vulp. in l. 2. in §. idoneos, quod Bart. & alij signant. ff. de Senar.
4 Tertul. † Quoad mores, verissimum est quemlibet idoneũ præsumi, nec vllam in id exigi probationem, licèt quoad facultates secus sit. glos. in l. si verò. §. 1. in ver. dubitetur in fin. ff. qui satisf. cogan. cuius sententiam probat inibi Bart. quem cæteri sequuntur. Vndè videtur fuisse necessaria probatio facultatum D. Pauli, vt curator dari potuerit, prout probatæ fuerant in casu illo, in quo Dec. & Gozad. pugnantes fuere vt supra.
5 Contrarium tamen intrepidè teneo in casu isto, duplici ratione. Primò, quia per æquipollens consultum fuit absentis indemnitati ex cautione fideiussoria per D. Paulum præstita, quæ tantæ est potentiç, vt de fideiubentis fide, & idoneitate ampliùs dubitari non permittat, citra
6 eius iniuriam d. l. si verò, §. 1. cùm materia; † Et hinc est, quòd in omni dispositione idoneè cautum censetur, vbicumque fideiussio, vel pignus datur l. si mandato Titij in fi. & ibi Bald. & cæteri not. ff. manda. l. 4. §. adijci, de fideicom. liber. c. cum constet vbi glo. & scrib. ext. de pignor. cum simi. Secundò, quia non à iudice ordinario, sed à Principis delegato datus fuit, Porrexit enim D. Paulus preces Serenissimo Domino N. Duci petendo extraneum curatorem remoueri, & se fratrem, ac proximiorẽ agnatum dari, & in rescripto commissum fuit Ill. D. Gubernatori, vt quod iustum, & æquum sibi visum fuisset, decerneret, cum clausula non obstan. &c. In quo rescripto duo sunt notãda, alterum quòd Princeps arbitrio D. Gubernatotis negotium remittit, & facultatem ei tribuit, sequendi æquitatem, alterum quòd ad hunc effectum derogauit legibus, & iu-
7 ri communi quatenus obstent. † hoc enim imputat clausula prædicta (non obstan. &c.) Bart. in l. fi. ad fi. c. si cõtra ius, vel vti. pub. & ibidẽ scrib. omnes in extrauag. ad repri. in ver. non obstan. Abb. Fel. & alij in c. nõnulli de rescrip. Cels. Hugo. in tract. de clau. nu. 28. & pluribus seq. Vndè sequitur, quòd D. delegatus æquitatem amplecti potuit, non attentis apicibus, & rigore iuris, tum
8 quia expressim derogatum fuit vt supra, † tum etiam quia simplex facultas sectandi æquitatem idẽ importat, vt docet Bart. in l. fideiussor. §. quçdam, & in l. quintus. ff. manda. latè Io. Baptista Perus. in tract. de arb. lib. to. c. 13. per to. Menoc. post Inno. & Paris. quos citat in tract. suo de arb.
9 iud. q. 65. nu. 4. † Quòd autem çquissimum fuerit fratrem absentis de cuius morte dubitaẽ, curatorem bonorum eius constitui, extraneo remoto, nullus certè inficiabitur, quandoquidem eius officium est bona conseruare, nè dilapidentur in præiudicium eorum qui successionem sperãt, vt dixit Vulp. in l. 2. ff. de legi. tuto. per quẽ tex. ita in terminis argumentatus fuit Dec. d. cons. 575. nu. 6. & argumentationem fatetur Gozad. d. cõs. 68. n. 2. vers. 3. iste, & latiùs prosequitur Caualc. in tract. suo de tut. & cura. nu. 301. atq; Menoch. d. tract. lib. 2. casu 150. nu. 19. in fi. & nu. 32. Quapropter si iuris rigore inspecto, curator dari, D. Paulus, non probata facultatũ identitate, nequiuisset, cuius contrarium ego verius ob fideiussionem præstitã, existimo, de æquitate tamẽ, quam Ill. D. Gubernator Ducali authoritate amplecti potuit, & debuit, secus iudicandum est, Idcircò D. Vestrç partes erunt in cõfirmando eius decretum saluo semper rectiùs sentientis iudicio.

SVMMARIVM.

1 Constitutio prohibet iuramẽtum actuale in contractibus apponi in Ducatu Parma, & Placent.

2 Iuramentum est quid spirituale.

3 Et ad Ecclesiam spectat.

4 Ideo laica potestas circa illud disponere non potest.

5 Iuramentum addit forum foro, propterea obligatus cum iuramento, potest coram iudice ecclesiastico conueniri, licèt laicus sit.

6 Hinc infertur secundùm Bella, quòd lex ciuilis non possit prohibere iuramenta in contractibus apponi, nè detrahatur ecclesiastica iurisdictioni, & num. 13. Sed contrarium vide num. 16. vsque ad fin. & maxime, num. 46.

7 Iuramentum in Deum dirigitur, & iurantem Deo obligat.

8 Ius ciuile non potest quicquam disponere de obligatione Deo facta.

9 Lex ciuilis, vbi canonico, vel diuino iuri contradicit in spiritualibus, his standum est.

10 Iurandum non est, nisi vbi necessitas exigit, Necessitasq; subesse dicitur, vbi concurrit vtilitas.

11 Vtilitas consistit in persuadendo alteri, quod vtiliter persuadetur.

12 Lex ciuilis nihil potest super iuramento directè disponere ex communi; quod declara, vt num. 53. 54. 55.

14 Fidei præstatio, & iuramentum idem esse videtur.

15 Exceptio debet esse de regula.

16 Iuramentum in contractibus de consuetudine tantùm apponitur, non ex legis dispositione.

17 Consuetudinem potest Princeps in statu suo tollere, & abolere.

18 Iuramentum remitti potest per eum in cuius fauorem præstitum fuit.

19 Pacto

19 *Pacto ad statutũ arguitur, & quod per pactum fieri potest, potest, & per l. ciuilem.*

20 *Lex ciuilis, licèt non possit contra ius Diuinum, vel cano. disponere, põt tamen ea iuuare, illisq; fauere.*

21 *Legi ciuili disponenti secundùm ius diuinum cõtrauenien s, dupliciter peccat.*

22 *Legi ciuili contrauenien s peccat.*

23 *Lex ciuilis coadiuuare dicitur canones, quando illis non contradicit.*

24 *Iurandi frequentiam abhorret lex diuina, atq; canonica, q̃a inde sæpissimè in periuriũ inciditur.*

25 *Iuramentum in contractibus, in quibus appositum non fuit, an subintelligatur, vel fingatur interuenisse, stante consuetudine apponendũ remissiuè.*

26 *Leges ciuiles Imperatorum Christianorum iuramẽta in certis casibus præstari prohibent, præsertim contra legis præceptum.*

27 *Et super viduitate seruanda.*

28 *Atq; super arbitrorum electione.*

29 *Leges quoq; gentilium pariter iuramenta prohibere consueuerunt, prout in relictis factis sub conditione iurisiurandi, quæ sustinentur, iuramento nõ præstito, lege illud prohibente.*

30 *Et in communi testatoris præcepto, contra leges, vel bonos mores.*

31 *Lex ciuilis in eo, quod canonico iuri nõ repugnat, in dubiè seruanda est;*

32 *Etiam in ecclesiasticis.*

33 *Lex ciuilis quandoq; remittit iuramentum, prout in eo, qui non esse in numero Decurionum iurauit.*

34 *Et in eo qui de iudicio sisti iurauit, cui potest per iudicem remitti iuramentum.*

35 *Atq; in eo, qui excipit de non numerata pecunia, quam recepisse iurauerat.*

36 *Ac etiam in eo, qui ex falsis instrumentis transegit cum iuramento.*

37 *Lex ciuilis quandoq; vim habet Apostolici.*

38 *Statuta prohibentia mulieres, vel minores contrahere sinè certis solẽnitatibus, etiam cum iuramento, & contractus aliter gestos præsumentia fictos, simulatos, vel dolo, metu, aut fraude celebratos, valent, & tenent, & seruanda sunt, secundùm * communem* opi. & .nu. 55.*

39 *Præsertim quando ex aliqua iusta, & rationabili cum condita sunt.*

42 *Anima cunctis rebus anteponenda.*

41 *Præsumptio iuris dicitur probatio.*

42 *Præsumptionum alia iuris tantùm, alia iuris, & de iure.*

43 *Præsumptio iuris, & de iure est, quæ fit à lege, & super qua lex ipsa aliquid disponit, & pro veritate haberi mandat.*

44 *Contra hanc non datur probatio.*

45 *Iuramentum contra bonos mores, non est obligatorium, & num. 58.*

46 *Lex ciuilis, ac Princeps possunt prohibere nè iuramentum in contractibus apponatur.*

47 *Temporalis iurisdictio separata est ab ecclesiastica, & vtraq; debet in suis terminis contineri.*

48 *Principibus laicis licere videtur leges condere, quibus prohibeantur subditis sui actus facere, p̃ quos eorũ iurisdictio ad ecclesiasticos iudices trãseat.*

49 *Clausula (in omnibus, et per omnia) quid importet.*

50 *Non entis nulla sunt qualitates.*

51 *Absolutio petenda non est à iuramento imposito super contractu metu gesto;*

52 *Neque super doloso, non tantùm dolo vero, sed etiã * præsumpto ob enormissimã læsionẽ, ex magis cõi*.*

56 *Bellam. in c. cum C. laicus de for. compec. in 6. declaratur.*

57 *Iuramenta prohibere in actibus iudicialibus, non respicit spiritualitatem, sed interesse ciuile, & politicum.*

58 *Principes seculares, nedum possunt, sed debẽt subditorum suorum saluti animæ inuigilare, & prospicere, & leges superinde disponentes valent, & tenent.*

59 *Debentq; id terrore potestatis legibus efficere, quod Sacerdotes docendo non possunt.*

60 *Fidei præstatio plurimùm à iuramento differt, vel diuersa est.*

61 *Alternatiua cadit inter diuersa.*

62 *Iuramento contrauenien s magìs punitur, quã fidei data deficiens.*

63 *Iuramento contrauenien s beneficio priuatur, non vero contrauenien s fides data.*

64 *Fidei præstatio an omnes iuramenti effectus operetur maximè controuersum est.*

65* *Distinctionem tamen communem* refert Alcia. qua conciliantur contraria opi.*

66 *Fides alia est humana, alia Theologica.*

67 *Fidem verò dans, de humana in dubio intellexisse creditur, & per consequens minimè iurasse, neq; iuramenti vinculo obstrictum esse, prout obstrict⁹ esset, si de Theologica fide sensisset.*

68 *Contrarietas in omni dispositione vitanda est.*

69 *Coniecturis locus non est, vbi sumus in claris.*

70 *Negocij sic vt supra tractari exitus.*

Ad mandatum Serenifs. D. Ducis Ranucij.

EPITOME.

Quæstio examinata coram Clemente viij. Sum. Põtif. refertur vtrũ scilicet posset Princeps secularis in statu suo prohibere iuramẽtũ in cõtractibus apponi, generali cõsuetudine nõ obstãte & alijs ẽt obiectis non obstantibus? & quis rei exitus?

RESPONSVM LX.

ANno 1594. cum Serenifs. D. Dux Ranutius Farnesi⁹ inuictifs. Alexãdro ei⁹ genitori iã biẽnio, in hoc p̃clarifs. Ducatu Parm. & Placẽ. successisset, plures edidit p̃ bono regimine salubres cõstitutiones;

Inter quas vna fuit ad tollendam vulgatā illam consuetudinē apponēdi iuramentū in omnibus contractibus, de iure cōi validis absq; iuramento; qui sæpissimè, & vt plurimùm, cōtrahentes ipsi in periuriū incauti, impræmeditatiq; incidere solebant; promissa cū iuramento non obseruantes, aut post statuta tpa; vel aliter Sacramento præstito contrauenientes, fuit autem huiusmodi constitutis tenoris infra notati, in fine præsentis responsi.

1 Constitutionibus igr̄ publicatis, Summo Pont. Clem. VIII. nunciatū fuit, constitutionem hanc Serenifs. D. Ducē iurisdictioni Ecclesiasticę p̄iudicialem condidisse; quod ægre ferre visus est, negotiūq; altiorē indaginē requisiuisse asseruit. Quocirca, cū per id tēpus idē Serenifs. D. Dux alijs de causis ad eūdem Sum. Pont. me Oratorē destinasset, in mandatis ēt dedit, vt cū Sanctitate Sua hac de re ptractarē; imprimisq; rectā suā intentionē enudarē in huiusmodi lege condēda; euitandi scz periuriorū frequentiam, & peccata subditorū suorū; subindeq; causas explicarem, quibus lex ipsa rōnabilis, & iurisdictioni Ecclesiasticæ minimè præiudicialis existimanda videretur. Demum verò promptā exhiberē obediētiam in eo, quod Sanctitas Sua præcipere, causa cognita, statuisset. Quæ cum à me benignè admodū, attenteq; Sum. Pont. audiuisset, ad Illustrifs. & Reuerēdifs. D. Cardinalem Segam Episcopum Placentiæ me remisit, cum quo de constitutionis validitate, & inualiditate agerem.

Adiui ergo D. S. Illustrifs. quā de negotio plenè instructam, & edoctam reperij; Nam plures proposuit difficultates, & doctissima argumenta contra hanc sæcularis Principis legem.

2 Et in primis, Iuramentū esse quid sp̄uale, c. 2.
3 de iureiur. † & ad Ecclesiam spectare. c. fin. de
4 fo. compet. in 6. c. venerabilem de elect. † Ideò laicam potestatem circa illud disponere nō posse, c. Ecclesia S. Mariæ de consti. c. tuam, de ord. cogni. c. si Imperator. 96. dist. Quæ ratio videtur generaliter procedere, siue de iuramento præstito, siue de præstando agatur, quando iura prædicta indistinctè loquuntur.

5 Secundò, considerabat iuramentum addere forum foro, operariq;, vt qui illud præstiterit in aliquo contractu, possit pro eius implemēto coram Ecclesiastico Iudice conueniri, d. c. fin. vbi
6 DD. de fo. compet. in 6. † Vndè constitutio prohibens in contractibus iurari, tendit ad iurisdictionis Ecclesiasticæ diminutionem, & hac potissimū ratione moueri, Bellam. in c. cum C. laicus de for. compet. in 6. ad sentiendum contra huiusmodi prohibitionem, vt inferiùs pleniùs dicetur.

7 Tertiò, Asserebat Iuramentum in Deum dirigi, & ipsi Deo obligare, c. debitores, de iure-
8 iur. & c. & si Christus, eo. tit. † Propterea ius ciuile, quod est infimum, nullo modo posse disponere de obligatione, quam homines cū Deo ipso contrahunt, vt in specie considerat Fortu. Garz. in tract. de vlt. fin. iu. num. 325.

9 Quartò, Adducebat, quòd quando lex ciuilis contradicit iuri canon. standum est ptoculdubio iuri canon. quando materia est spiritualis, dum vergit in animæ detrimentum, cap. nouit de iud. Bart. cōmuniter receptus in l. priuilegia, nu. 2. C. de Sacrosf. Eccl. Cano. in c. 1. de op. no. nunciat. At constitutio prohibens contrahentes iurare, aduersat̄ iuri can. circa spiritualia d. c. & si
10 Christus. §. quemadmodum, † vbi Sum. Pontif. interpretando illa verba (nolite iurare) ea intelligit, vt iurari non possit, nisi cum necessitas exigit, Necessitas aūt includit quoque vtilitatē, vt dicit gloss. in d. c. & si Christus, & post eam
11 Butr. in §. Iacobus, nume. 3. † Vtilitas autem in hoc consistit, vt alteri persuadeatur, quod vtile est persuaderi, c. tu malum, vbi gloss. & Turrecremat. 22. q. 1. Idemq; disponitur in præcedentibus, & seqq. c. c. eo. ti. Concludendum igitur licitum esse iuramentum ad confirmādam promissionem, & astruendam promissam fidem, vt etiam tradit Sot. de iusti. & iu. lib. 8. q. 2. consequenterq; legem prohibētem iuramentum, aduersari iuri cano. ita interpretanti ius Diuinum.

12 Quintò, Vt nostratum quoque authoritas non deesset ad probandum, quòd nulla lex ciuilis quicquam potest validè super iuramēto decernere, allegabat Aret. consf. 8. in princ. Boer. decis. 247. num. 8. Ias. in l. fi. num. 25. 26. ff. qui satisd. cog. post multos alios ab eo citatos, concludentē, quòd quando lex ciuilis directè disponit de iuramento, vt in casu nostro, receptissimum esse quòd non valet, Soci. iun. consil. 3. à nu. 24. vsque ad 44. lib. 2. Moder. Anchar. q. 14. nu. 18. Villalob. com. opin. lib. 5. nume. 99. Gab. tit. de iureiur. concl. 5. num. 15. post Bero. Cur. & alios, quos sequitur, Rol. consil. 31. num. 14. vol. 2. & latiùs consil. 99. nume. 11. cum pluribus seqq. lib. 3. & vltra hos Beltran. consil. 30. ex casu, colum. 4. vers. tum & quia, volum. 3. in no. qui
* etiam de communi * attestatur.

13 Sextò, & vltimò, Adducebat pro coronide, & in terminis terminantibus Bellam. in rep. d. c. cum. C. Laicus, num. 19. de fo. compet. in 6. tenentem constitutionem, & si non annullet iuramentum, sed pręstari tantùm prohibeat, non valere; idq; pluribus rationibus, & argumentis confirmare, cuius opin. contra moder. cōfirmat Valesf. in tracta. consultationum, & rerum iud. in Regno Lusitano, consultat. 99. vbi pro hac parte adducit Alex. Cassa. Curt. Afflict. Rui. & Vital. & nouissimè Pinel. in l. 2. nume. 2. C. de rescind. vendit.

14 Duo insuper objiciebat aduersùs hāc nostram cōstitutionē, Alterū, quòd in p̄fatione indicaret

Principem

Principem apponere voluiſſe manum in meſſem
alienam, profitendo velle animabus ſubditorum
ſuorũ conſulere, quod Eccleſiaſticorum ꝓprium
munus eſt, Alterum quòd contrarietatem quaſi
expreſſam contineret, prohibẽdo ſcilicet iuramẽ
tũ in cõtractibus apponi, & nihilominus permit-
tendo adhiberi clam, (ſub vinculo ſinceræ, & im-
maculatæ fidei) quæ iuramentũ quoddã videtur
importare, cum fides noſtra ſit res ſacra, vt virtus
eſt theologica, & ex propria ſua natura iuramen-
tũ inducat, & ꝙ inter fidei præſtationem, & iura-
mentum non ſit differẽtia, tradit glo. fi. in c. 2. de
fideiuſſo. ꝑ illũ tex. cũ quo concordaret, videtur
tex. in c. ad aures, extra de his ꝙ ui. vel met. cã, &
in c. peruenit de iureiur. & cum ſua opin. tranſire
videtur Abb. in d. c. ad aures, n. 3. cum ſeqq. & in
c. conſtitutus, vbi Gloſ. de tranſact.

Quod confirmari uidetur per illam exceptionẽ
(excepto periurio, eiuſq; pœnis ſpiritualibus, &
15 reatu animæ,) quæ debet eſſe de regula, l. nam ꝙ
liquidè de pœn. lega. Vndè arguitur quòd niſi
iſta fuiſſet excepta, ab illa fidei præſtatione, ꝓceſ
ſiſſent ex intentione legiſlatoris, & ꝑ conſequẽs,
quod de fide diuina intelligatur, ſub qua coutra
hentes ſe obligare poſſunt, & debent, & conſti-
tutio ipſa præcipit.

Ad impugnandam conſtitutionem Illuſtriſſ. &
Reuerendiſſ. D. Cardinalis, nedum oretenus, ve
rumetiam in ſcriptis protulit.

Ego verò pro ipſius conſtitutione validitate ſẽ
tiendum, debita cum modeſtia arguebam, & di-
cebam Primò.

16 Iuramentum in omnibus contractibus apponi
debere nulla lege canonica, aut ciuili, cautum re
periri, ſed tñ ex quadam generali cõſuetudine,
vt legere eſt apud Grat. conſ. 104. ad fin. lib. 2.
Barb. conſ. 43. nu. 7. li. 2. Gram. deciſ. 12. poſt nu.
14. Seraph. in tract. de virtute iuramẽti priu. 22.
nu. 106. vſq; ad fi. & Gabr. in ſuis comm. concl.
tit. de conſuet. concl. 3. num. 24.

17 Principem aũt poſſe conſuetudinẽ in ſuo ſtatu
in Ciuilib. ſeu ꝓphanis introductã tollere, & abo
lere l. 2. vbi Bal. C. quæ ſit long. conſuet. l. 1. cum
glo. in ver. ſingularium de reſcrip. l. 3. §. diuus de
ſepul. vio. §. fuerat, Inſti. de act. c. cũ Apoſtolica,
de his quæ fiunt ſi. conſen. capi. Oldra. conſ. 117.
bonæ memoriæ nu. 1. & conſ. 322. nu. 1. Bal. in
auten. nauigia, C. de fur. & in authen. omnes pe-
regrini per illum tex. C. comm. de ſucceſſ. Mart.
Laud. in tract. de Princ. nu. 26. Crau. pulchrè in
tract. de antiq. temp. par. 1. nu. 14. 15. 16. cum cõ
cord. & tantò magis, quando res ad ius cõe redu-
cit, Caſtr. in l. de quib⁹ col. fi. de legi. Rot. de cur.
in tract. de conſuetu. ſect. 7. nu. 33. prout in ꝓpoſi
to caſu contingit; nã ſublata huiuſmodi cõſuetu
dine remanent contractus in ſua propria natura
ſolo conſenſu, & alijs ſuis requiſitis perfecti, iura
mentum non requirẽtes, niſi in certis caſibus ab

hac etiam conſtitutione exceptis; & cum iure cõ
muni conueniat. Ergò de iure valida.

18 Secundò. Conſiderabã, quod iuramentũ remit
ti poteſt per eũ, in cuius fauorẽ p̃ſtitũ fuit, c. 2. cũ
not. de ſponſ. vbi Ioã. And. & alij c. conſuluit de
vſuris, l. fin. ĩ prin. cũ not. ff. qui & a quib. Rom.
conſ. 12. n. 2. Sed ſi p̃ſtitũ iuramentũ remitti põt
ꝑ pactũ; multò magis p̃ſtandũ; & ſic cõuenire pñe
contrahentes, vt iuramentũ in eorũ contractib⁹
nõ p̃ſtetur, arg. l. Patre furioſo, de his qui ſũt ſui,
19 vel alie. iur. † Cæterũ, quod ꝑ pactũ põt fieri, põt
ẽt ꝓ ſtatutum, & ſic legẽ ciuilẽ l. fin. in fi. C. de fi-
deiuſſ. not. in rub. C. de Decur. lib. 10. ita arguit
Salic. in auth. ſacrm in fi. C. ſi aduer. vẽdi. & poſt
eũ Alex. cõſ. 151. nu. 4. li. 7. Igr̃ cõſtitutio valida.

20 Tertiò. Dicebã, quod l. ciuilis q̃uis non poſſit
contra canones diſponere põt tñ illa coadiuua-
re, adeò quod ſi fauet iuri diuino, vel canonico,
eiuſq; intẽtionẽ iuuat, tenet, & ſubſiſtit, c. 1. vbi
glo. in ver. adiuuatur, atq; Abb. & cæteri not. de
nou. op. nunc. c. ſi ĩ adiutoriũ 10. diſt. Fort. Garz.
d. tract. n. 348. cũ exẽplis ab eo congeſtis n. 335.

21 Et hinc eſt, quod cõtrauenĩẽs l. ciuili diſponenti
ſñ l. diuinã dr̃ peccare dupliciter, ob p̃cepiũ iuris
diuini, & iuſſum Principis contemptum, Bal. in
l. cum quis nu. 14. C. de iu. & facti igno. Henric.
Boic. d. c. 1. in princip.

22 Peccat etenim, qui contra legis ciuilis præce-
ptum agit, c. 2. de ma. & ob. c. ꝙ reſiſtit 11. q. 2. c.
quæ contra 8. diſt. c. legi 16. q. 1. Feder. de Sen.
conſ. 272. ſtatutum ciuitatis.

23 Imò coadiuuare dicitur, quoties non cootradĩ
24 cit canonibus, c. 1. 10. di. † At iuri, nedum cano-
nico, verum & diuino conuenit euitare iuramẽ-
tum, & eorum frequentiam; quia ab his in periu
ria ſæpiſſimè dilabimur, c. ita ergo, c. nõ eſt, & c.
ſi peccatum 22. q. 1. c. 3. de cohabit. cleri. & mul.
c. ſi verò de iureiu. & c. & ſi Chriſtus, §. quædam
eo. ti. vbi ſignanter Sum. Pontif. (poſtquam abſti
nendum eſſe à iuramẽto; præterquam in caſu ne
ceſſitatis, aſſeruit) rationẽ reddens inquit (qñ ex
frequenti iuratione periurium ſæpè contingit.)
citans illud Eccleſiaſticorum (vir multum iurans
replebitur iniquitate, & de domo eius non di-
ſcedet plaga.) Vndè not. glo. ibidem in ver. ſe-
quitur, & in d. cap. ita ergo, id, quod non eſt ma-
lum, ex ſe rectè prohiberi. quando malum indè
ſequi poteſt per occaſionem inde ſupradictam.

Iure quoque diuino idem cautum eſſe certò
ſcimus, nam vltra locum Eccleſiaſticorum pro-
ximè citatum, ſcriptum eſt, Deuteronom. 5.
(Non periurabis in nomine meo, nec aſ-
ſumens nomen Dei tui in vanum) regiſtrato
in cap. habemus, 22. quæſt. 1. & Saluator Mun-
di Matthæ. 5. ait, (quia dictum eſt antiquis,
non peierabis, ego antem dico vobis, noli-
te iurare omnino) quod præceptum, hoc ſal-
tem indubitanter continet, ut quantum fieri

poteſt, euitemus iuramenta,& occaſiones periu-
riorum. Ideo legimus in c.in nouo 22.q.1.in no
uo teſtamẽto prohibitum eſſe oĩno iuramentũ,
non quia iurare peccatum ſit, ſed quia peierare
immane peccatum eſt, à quo longè nos eſſe vo-
luit, qui oĩno nè iuremus prohibuit. De qua re
apud Bellam.in d.c.cum C. laicus nn.26.de for.
compet.in 6. & per Sotum latè de iuſt.& iu.li.2.
q.4.artic.3. Quid igitur iuri diuino,& canonico
conformius, quàm iuramenti frequentiam ni-
mis larè diffuſam,cohiberet,& refrenare, & con
trariam conſuetudinem, imò potiùs abuſum, &
25 corruptelam tollere? quam vſq; adeo proceſſiſ-
ſe intelligimus,vt plurimi contendant in illis et-
iam inſtrumentis,in quibus appoſitum non fuit
iuramentum ſubintelligi,& fingi debere, & per
conſequens periurium, ac periurij pœnas etiam
ignoranter incurri poſſe,vt latè diſputat Seraph.
poſt multos relatos d.priu.22,nu.100.cum mul-
tis ſeqq. & ſignanter nu.108.verſ. contrariam.
Non videtur ergò conſtitutionis validitas in du
bium reuocanda.

26 Quartò allegabam leges ciuiles Imperatorum
Chriſtianorum prohibentes in certis caſibus iu-
ramentum præſtari.ad euitanda periuria, videli-
cet l.nõ dubium in fi.C. de legi. vbi illud nõ ad-
mitti contra legis præceptũ mandat,& inde col-
ligit Bald.nu.27.legem ciuilem poſſe decernere,
27 vt iuramentum non admittatur,†ad idẽ eſt tex.
in l.2.in prin.C.de indic.vidui.toll. vbi Impera
tor prohibet iuramentum ſuper mulieris vidui-
tate; inquiens(nullum concedimus fieri iuramẽ
tum ſecundùm legem prædictam)& in §.tale igi
tur ſubiungit(tale igitur iuramentum conquie-
ſcat, & rationem ſubdens inquit (Augeri enim
noſtram Rempub.& multis hominibus legitimè
progenitis frequentati, quàm impijs periurijs af
fici volumus,cum ſatis eſſe inhumanum videa-
tur.per leges,quæ periuria puniunt,viam periu-
rijs aperiri.)

28 Concordat tex.in auth.decernit, & in corpore
vndè ſumiſ,C.de arbi.prohibens electionẽ arbi-
tri cũ iuramento; vbi Bal.in 2.not.colligit, quòd
lex ciuilis poteſt iuramentum reprobare.

29 Apud Ethnicos id mulιò magis receptum fuit,
nam in l.quę ſub conditione in prin.& §.ſi quis.
de condi. inſti. in relictis factis ſub iuriſiurandi
conditione,prohibetur, & reprobatur iuramen-
30 tum,& ſuſtinetur legatum,†ſimilis eſt tex. in l.ſi
quis inquilinos,§.fi.prohibens iuramentum prę
ſtari contra leges, vel bonos mores à teſtatore
demandatum,vbi glo.concord.citat. & in mate-
ria cõtractuũ,l.iuriſgẽtiũ,§.& generaliter ḋ pac.

31 Cum igitur nec iura prædicta correcta reperiã
tur iure canonico,nec generali aliqua lege veti-
tum ſimiles leges in futurum promulgari poſſe,
de illarum vi diſceptandum non videtur, per d.
32 l.1.cum materia de no.op.nunc.†quandoquidẽ
legibus ciuilibus,etiam in Eccleſiaſticis,ſtãdum
eſt, niſi canonibus contrarium diſpoſitum repe-
riatur, vt ait glo.in d.c.1.in ver.adiuuatur, cui
conſonat doctr.Archid.in c.benè n.6.96.di.aſſe
rentis,leges omnes,quæ canonibus nõ repugnãt
cenſeri à Papa confirmatas,& fortu.Garz. d.tra
cta.nu.385.

33 Quintò.Dicebam fortiùs,legem ciuilem ſolere
etiam iuramentum præſtitũ ex cauſa remittere;
& condonare,vt in l.fin.ad municip. vbi, ei qui
iurauit non eſſe in Decurionum numero, remit-
34 titur iuramentum, † & in l.fi. tit. qui ſatiſd.cog.
Remittitur per iudicem ei,qui iurauerat de iudi
35 cio ſiſti,†& in l.fi.C.de nõ num.pecu.remittitur
36 ei,qui excipit de non nu.pec. † & in l.ſi ex falſis,
C.de tranſact.ei qui ex falſis inſtrumentis tranſe
37 git.†Quibus,& alijs ſimilibus caſibus dicitur lex
ciuilis habere vim Apoſtolicì, glo. in l. adigere,
§.fi.de iu.patron.

38 † Sextò. Aiebam ſtatuta diſponentia minores,
vel mulieres ſinè certis ſolemnitatibus obligari
non poſſe,etiam cum iuramento,valere,& tene-
re; ac paſſim obſeruari,ſi contractus aliter geſtos
pręſumunt fictitios,vel dolo,metu;aut fraude ini
tos,Bart.in l.omnes populi nu. 25. de iuſt.& iu.
aſſerens,ſe ita iudicari vidiſſe, & citans Iaco.de
Belui,Bald.d.l.non dubium, num.26.verſ.ſed de
iure canonico,& nu.27.C.de legi.& in l.nec pa-
tronus,C.de op.libert.in authen. ſacramẽta pu-
berum nu.5.verſ.& ideo,C. ſi aduer. vendit. ita
de facto ſeruari affirmans,pro qua opi.aſſerit ibi
Fulg.iudicatum fuiſſe, Imo in c.2.de pact. in 6.
Anch.in c.1.in 11.q.prin.de conſt.& in cõſ.317
viſa facti narratione,& cõſ.330. nu.9. Alex.cõſ.
151.nu.3.4.& per totũ li.7.& conſ.196. num.4.
lib.4.Caſtr.conſ.314.nu.7.li.1. Corn. conſ.121.
col.2.li.4 Crot.in d.l.oẽs pop.nu.47. Igne.in d.
Auth.ſacramenta n.79.80. Caccial. in repet.d.l.
oẽs populi nu.72.Salic.in d.auth.nu.26. vſq; ad
fi.concludens pluribus rõnibus tale ſtatutum va
lere,Rom.conſ.12.in prin.n.2.verſ.reſultat,vſq;
ad fi.& ibi Mando. in addit. in verb.indirectum
* multos alios citans, & de cõi * atteſtans Ferrar.
caut.16.cõis,& vera,Gozad.conſ.16.n.10.Rui.
conſ.53.nu.23.li.1.conſ. 146.nu.12.13.li.2. Iaſ.
in l.fi.n.25.q ſatiſd.cog.& in d.auth.ſacramenta
nu.84 85.& cõſ.133.nu.17.li.4.Boer.deciſ.247.
nu.8.Soc.conſ.66.nu.22.li. 1.Dec. in conſ.403.
nu.22.Ang.conſ.160.col.2.uerſ.contrariũ dico,
Barb.cõſ.21.col.1.li.1.& conſ.6.nu.4.6.14.li.4.
Curt.iun.conſ.50.per to.& conſ.118.nu.6.con-
* cludens,hanc ueram,& cõem * eſſe Pariſ.cõſ.49
& 97.nu.4.lib.1.Soc.iun.cõſ.3.nu.20.35.36.37
* li.2.vbi de communi, *Alcia. in c.cum contingat
* nu.184.de cõi * ẽt atteſtãs ex. de iureiu. Rimin.
iu.inſti.quib.alie.li.vel nõ.ĩ prin.n.297.cũ ſeqq.
ubi nõ eſſe ab hac opi.diſcedẽdum aſſerit pluriũ
numero cõfirmata, pro qua multos allegat alios
Menoch.

Menoe. de recup.poss.remed.15.n.135.& seqq.
& nu.179.cũ seqq. Alba. conf.70.num.7. eõem
* * affirmans. Villalo. in suis cõmunib. in litera.s.
nu.99. Ancha.Regien.q.14.num. 18.cum seqq.
par.2.Seraphi.d.tract.de priui. iuram. priui.61.
nu.18.& latiùs priui.83.n.79. cum seqq. vbi de
* cõi * & hanc ẽt sñiam tandem amplectitur. Rol.
in contrariũ citatus d.conf.99. lib.3. nu.10. 19.
& 27. quoties statutũ fingit, aut p̃sumit sup actu
tpali, & non sup iuramẽto, allegans Abb. Dec.
Rui.& alios. Ita.n.loquitur nostra constitutio,q̃
contractus aliter gestos p̃sumit fictitios,& dolo-
sos, & tales fingit, atq; simulatos,& meticulosos
in illis ver.(si qñ igit, &c.) per quę nihil p̃sumit,
aut fingit sup iuramento, sed tm̃ sup actibus tẽ-
39 poralibus. † Fatetur quoq; Rol. ibidem nu.21.
* & 27. & de cõi * attestatur,opi.Bart.& sequaciũ
rectè procedere,vbicũq; iusta, & rationabilis cã
subest taliter disponẽdi, vt quia mulieres,& mi-
nores frequenter decipi, & lædi consueuerint.
At quæ iustior, & rationabilior causa excogita-
ri põt, q̃ zelus salutis animarũ, vt periuria fre-
40 quentissima euitentur? † Si.n.pro conseruatio-
ne facultatũ cã iudicaĩ iusta,& rationabilis,mul-
tò magis p cõseruatione animæ, q̃ cũctis rebus
anteponẽda est. l.sancimus.C.de Sacros. Eccles.
41 Quamplura huius sñiæ fundamenta apud rela-
tos authores legi possunt, sed vnũ apud me p̃ci-
puum est, quòd cũ plures probationũ sint spẽs,
* vna earum est præsumptio, vt p Scrib. omnes *
in l.admonendi de iureiur.& in rub.C.de pbar.
42 cano.in rub. ex̃.eo. & alibi sæpè † præsumptio-
num autem aliæ sunt iuris tm̃, Aliæ iuris, & de
43 iure, vt oẽs norunt, & in locis p̃dictis legitur, †
& præsumptio iuris, & de iure ea est, quæ fit à
lege, & super qua lex ipsa aliquid disponit, & p
veritate haberi mandat. Bald.in l.siue possidetis
nu.6, C.de prob. Fel.in cap.quanto, num.3. de
præsumpt. Alciat.in tract.p̃sumpt.in p̃lud,par.2.
44 nu.4.† Ita vt contrarium probari nequeat.Bald,
in rub.ex̃.de probat.n.1. Innoc.in cap. quia ve-
risimile, nu.2.de præsump.Alex.in l.inter stipu-
lantem.§.1.nu.3.de verb.oblig.Rom.in l si duo
num.8. de acquir. hæred.Alcia.vbi supra, nu.5.
Cumq; constitutio ista p̃sumptionem doli, frau-
dis,metus,& simulationis inducat, & superindè
disponat, actus annullando,& inualidãdo,certo
certiùs vĩ, perinde esse, ac si verè dolus, fraus,
45 metus, & simulatio interuenissent, † quo casu
dubium non est,iuramentum viribus carere; q a
contra bonos mores, cap. non est obligatorium
de reg. iur. in 6. vbi gloss. & Docto. perplura
afferunt exempla, c. Abbas quod me. causa.
d.c. cum contingat de iureiur. cap. quamuis de
pac. in 6.& cap.licèt mulieres de iureiur.eo.li.6.
Bart. latè in l.si quis pro eo.num.6.7.de fideiuss.
consequenterq́; cum iure cano. cõuenit.Ad hoc
videatur in specie Rolan.d.conf.99.n.19. & 27.
post eos quos citat. Ergo constitutio valida.
46 Septimò, Afferebam tãdẽ multorũ clarissimo-
rum Iurisconsultorum authoritatẽ,qui in pprijs
terminis nostris voluere, legẽ Ciuilem,ac Prin-
cipem prohibere posse iuramentum in contra-
ctibus apponi. Et in primis.

Gemin. qui fuit Cam. Apostolicæ Auditor in
suo conf.51.p to.vbi bonas adducit rationes,&
authoritates, concludens,quòd licèt non possit,
l. ciuilis iuramentũ iam p̃stitum infringere, põt
tamen super præstando disponere,illud præstari
prohibendo; imò plus tenet, quòd si per viam
præcepti non prohiberet, sed tantùm per viam
consilij, idem foret iudicandum, & idem tenet
Gemin. in d.cap. quamuis. col.pen.in vers. sed
quæritur, de pact. in 6.

Bald. in l. pactum,nu.1.vers.Item nota vnum.
C. de Collat.

Alex.conf.151. num. 3.4. & ferè per tot.lib.7.

Imol.in c. quamuis,col. vlt.de pact. in 6.

Fely. in cap. super his, sub nume.1. vers. facit
etiam de accusat.

Ias.in Auth. Sacramenta puberum, nume. 82.
C. si aduers. vendit.

Mars. sing.194.

Dec.in d.l.pactum, quod dotale,nume.11. C.
de collat.

Guliel.Bened.in rep.c.Rainutius, in ver. duas
habens filias, num.247.

Cassan. in constit. Burg. rub. 4.§.7.ti.supposè
qui les dict. num.58.

Io;Lup.in rep.cap.per vestras.§.fi.nu.20.&30.
de do. inter vir. & vxo.

Gomes. de contractib. cap.14.num.22.

Igne. in rep. d. Auth. Sacramenta puberum,
num.77.C.si aduer. vendi.

Cor. in conf.192. ad fi. vol.1.

Ferd.Loa.in rep.l.filiusfamilias.§.diui,nu.147.
de leg.1. vbi præter euitationẽ periurij conside-
rat ẽt euitationem excommunicationum, quæ
frequenter emittuntur à Iudicib. Ecclesiasticis.

Iacob. Peroz in Schol. ad l.6. ordi. tit.1.lib.3.
colum. 795.

Fortu.Garz. de vlt.fi.iu.illat.20. nu.230. & de
actio.iura.cap.12.num.9.

Didac. à segu. in rep.l.1.§.si vir, num. 118. de
acquir.possess.

Didac.Couarr.in relect. d.c.quãuis.§.3. n.7.8.
qui notabiliter loquitur, asserens, constitutionẽ
ita disponentem in Regnis Castellæ validã esse,
datò quòd emanasset ad conseruãdam iurisdi-
ctionem sæcularem, qua priuari solent Iudices
laici ex dispositione d.c. cum C. Laicus, de fo-
ro cõp. in 6.cõtra dispositionem,c.nouit de iud.

Nauar. in conf.1. num. 45. vbi constitutiones
Castellæ Lusitaniæ, atq; Burgundiæ,& Nauarrę
apprimè tuetur; eandem rationem perpenden-
do, respectu iurisdictionis tẽporalis cõseruãdæ.

C.Lud.

C.Lud. Molin. in tract. de iust. & iu. tracta. 2. disput. 149. vers. quoad potestates, & seq. vbi de constitutione pdicta Castellæ, & alia simili Regni Lusitaniæ tractat plenè.

Anasta. Germo. de sacro. immun. lib. 3. cap. 21. nu. 186. cum seqq. allegans etiam Pedem. constitutionem eiusdē tenoris, & signanter nu. 192.

Petr. Duenas Reg. 335. nu. 20. vers. est tamen notandum.

Seraphi. de virt. iuram. priuil. 22. num. 120. ad fin. quò loci de statutis Senarum, & Cortonæ, idem disponentibus, mentionem facit post Cor. supra citatum.

Arrius quoque Pinell. in d.l. 2. par. 3. c. 1. nu. 2. easdem constitutiones perpendens, concludit, prohibitum esse de earū validitate dubitare, cū a catholicis Principib⁹ pmulgatæ sint; & nu. seq. vers. contra verò, aduersùs Seguræ, & aliorum sñiam, tenet indistinctè, constitutiones valere, tā pro contractibus de iure cōi inualidis absque iuramento, quàm pro validis; subiungens Principes sæculares in hoc prudēter subditis suis cōsulere, quod propriū eorū munus est. l. optimā. C. de contrahen. & com. stip. & cap. Regū offīn, 23. q. 5. Sed hæc Segu. & Pinel. dissensio in nřo casu cessat, cū loquatur constitutio, de qua agimus, de illis tm̄ contractibus, qui absq; iuramēto tenent; & in alijs iurare permittat ad formam iuris cōis, atque municipalis; ēt vltra constitutiones locorum memoratorum, exhibebā quoq; Decretum Serenifs. Ducis Mantuæ prohibentis iuramentum contractibus adijci, & clausulam eius loco subrogantis, quā vim iuramēti habere voluit, pterquam periurij, & fori, cuius Decreti meminit Paris conf. 110. nu. 6. & 39. lib. primo. & Nat. conf. 479. nu. 12. sm̄ quod decretū affetis Rotam Mantuanam co assidente, pluries iudicasse, & conf. seq. num. 12. 14. & 15. vbi notabiliter loquitur. Nec non aliud decretum Serenifs. D. Ducis Ferrariæ editum Regij, prohibitiuum vt s̄, & annullans oēs contractus cum iuramento actuali celebratos, cum expressione eiusdem causæ euitandi periuria, in quæ multi imprudenter incidebant, & ea etiam pauci pendebant. Videri ergò hæc sententia ex tantotū Patrum authoritate communis, ac magìs communis debet, & amplectenda.

Vndè concludebam deniq; ex iuribus, rationibus, authoritatibus, exemplisq; sup. relatis, constitutionem nedum mihi videri posse subsistere, sed piam Principis intentionem, vndique præseferre.

Ad argumenta verò D. S. Illustrifs. respondebam breuiter; & ad primū, quòd iuramentū sit quid speciale, & ad Ecclesiam spectans, fatebar verissimam esse legem ciuilem, non posse super iuramento præstito disponere, quia vinculū est iam animæ inductū, & obligatio cum Deo contracta; sed vbi de præstando tractatur, cessare argumentum, quia tunc non ponit ipsa lex ciuilis manū in messem alienam, sed suo iure vtitur, prohibendo subditos suos frequentare iuramēta absq; necessitate, & per consequens in periuria, vt plurimū incidere; & hanc esse veram, & cōem distinctionem relaram à Gomes. & alijs auctoribus præcitatis in vltimo fundamento.

Secundò dicebam legem ciuilē posse adiuuādo ius diuinum, & canonicum, disponere circa specialia, & præsertim super iuramento, & prohibere iurandi consuetudinem, & ità cū diuina lege, canonicaq; conuenire, vt in 3. fundamento latè ostensum fuit.

Tertiò respondebam posse quoq; legē ciuilem sup iuramēto præstito disponere, qñ est contra bonos mores, vcz illud remittendo, & inefficax declarando, vt in casu nostro, si super actibus fraudolentis, dolosis, & meticulosis præstatetur, & quos iuris præsumptione tales esse constar, vt s̄. in penult. fundamento plenè deductū fuit.

Ad secundum, d.c. cum C. laicus quod est vltimum de foro compe. in 6. addens forum foro, pp vim iuramenti, ita quòd sublato iuramento imminuta manet ecclesiastica iurisdictio.

47 Respondere posse dicebam primo hoc nō esse incōueniens, cum tpalis iurisdictio dicatur potiùs conseruari, & ad ius cōmune negotium reduci, inspecta ēr diuini iuris, & sacrorū canon. dispositione, quo tpalis iurisdictio separatur, & vtranque in suis terminis contineri debere pcipitur, e. qm̄. x. dist. repetito, in e. cum ad ve-

48 rū 96. dist. glo. & Scrib. in c. nouit de iud. † Nimirùm Principibus laicis licere vř in leges cōdere, quibus prohibeatur subditis suis actum facere, per quem sua tpalis iurisdictio ad iudices ecclesiasticos transeat, & hoc est, quod in terminis tradunt Guliel. Bened. Couar. & Nauar. in locis præcitatis.

Secundò, & magìs concludenter respondebā nihil detractum ecclesiasticæ iurisdictioni dici, aut suspicari posse, ex quo iuramenti loco clausula subrogatur, quæ oēs ipsius iuramenti effectus parit, citra periurium, cōsequenterq; operatur ēt, vt promittens possit ad forum ecclesia-

49 sticū trahi, † etenim illa verba (in omnibus, & per omnia) sunt generalissima. Rom. conf. 82. num. 3. & important oēm substantiam, & qualitatem, itaut inter duo subiecta nulla sit differentia l. 1. vbi Alex. nu. 9. Iaf. num. 15. Rip. nu. 1. cum seqq. de leg. 1. Curt. conf. 84. num. 19. Rol. latè conf. 67. nu. 4. & plurib. seqq. lib. 3.

Cæterùm ad huiusmodi suspitionem remouendā, non opus fuisse asserebam hac lege prohibere iuramentum, vt subditorum causæ ad ecclesiastica tribunalia non conuolarent, si quidē nullibi in toto Parmensi, & Placentino statu practicatur dispositio d.c. vlt. de foro compet. in 6.

in 6. prout ab vtroque Reuerendiss. Episcopo fides haberi poterat.

Et ego pro veritate asserebā nunq̄ vidisse, aut audiuisse, solius iuramenti virtute quęquam ad forum Ecclesiasticū in his partibus tractū fuisse; Adeoquòd Serenis. D. Dux, nulla alia cā mot⁹ fuit, nisi pro vitandis subditorū periurijs, vt in præfatione attestatur, quæ mentem, & causam finalem eius declarat. l. fi. de hæred. insti.

Ad tertium, quòd iuramentum in Deū dirigat, & ipsi Deo obliget, respondebam primò, id procedere in iuramento præstito, non in præstādo, in hoc.n. nulla directio, & nulla obligatio cadere

50 pôt; † q̄a nō entis nullæ sunt qualitates; l. eius. ff. si cer. pet. & de tali præstito loqui Fortu. Garz. in oppositū citatū; tractat.n. de annullatione ipsius iuramenti, & sic de in esse deducto.

51 Secundò etiā dicebam, iuramentū nō esse obligatoriū, qn contra bonos mores est, d. c. nō est obligatoriū, de reg. iu. in 6. cū alijs relatis s. in 4. 5. & 6. fundamento, & p̄pea iuramentū, si cōtra legis prohibitionem, & super actu præsumpto doloso, meticuloso, & simulato, etiam legis præsumptione, interpositum fuerit, neque Deo,

52 neque hoībus obligare. † Constat.n. quod à talibus iuramētis nulla est absolutio necessariò petenda, vt de meticuloso cōtractu tradit Cro. cōsil. 53. num. 15. 17. & 18. lib. 1. & Alcia. in c. cum contingat, nu. 47. & seq. de iureiur. & de doloso, non solum dolo vero, sed ēt re ipsa ob enormissimā læsionem. Dec. conf. 180. nu. 6. Gram. consil. ciui. 128. num. 2. vbi de cōi. * Barba. conf. 53. nu. 2 t. lib. 2. Soci. iun. de magis cōi, conf. 3. n. 42. 45. lib. 2. Gabr. concl. 3. n. 38. de arbit. Simoneel. de decre. multos congerens, & de magis communi * pariter attestans lib. 3. tit. 8. nume. 231. Rol. conf. 7. num. 53. lib. 3.

Ad quartum, quòd quando lex ciuilis contradicit diuinæ, vel canonicæ, his standū sit, nō ciuili, fatebar q̄dem assumptū, sed minorē p̄positionē negabam; qn̄quidē cū vtrǫque iure, diuino scilicet, & canonico, nr̄a potiùs conuenit cōstitutio, vetando iuramēti frequentiā absq; necessitate, & vtilitate aliqua; vt in 3. fundamēto abundè dictū extitit, & inferiùs quoq; dicetur, ostendendo omnes iuramenti effectus adhuc perdurare, quos lex canonica pôt prætendere.

53 Ad quintum, quòd super iuramento nequeat lex ciuilis quicquā directò disponere ex allegatis authoribus, de cōi ēt attestantibus, aduertēdū dicebam, Aret. & alios oēs loqui in iuramēto præstito, cuius virtus tolli, & remitti nō pôt, per statutum, quod dat formā aliquā seruādam in contractibus, qua non seruata, illos annullat, ēt iuratos, qui casus longè distat à nostro, quo præstari prohibetur, vt periuria euitentur, quæ est causa admodum rationabilis.

54 Secundò respondebam Doct. in oppositum citatos loqui in statutis directò disponentibus cōtra iuramentū, illud annullando, secùs aūt sentiendū, si p̄ indirectū disponerēt, p̄sumendo, aut fingēdo cōtractus dolo, vel metu, aut simulatè

55 factos, † iuxta relatam doctr. Bart. in d. l. omnes populi cōiter, * & magis cōiter receptam, vt sup. in 6. fundamento ad saturitatē ostensum fuit, Nostram autem cōstitutionem hāc p̄sumptionē, & fictionem facere, ergo validam esse.

56 Ad sextum, de authoritate Bellam. & paucorū tenentium talem legem minimè subsistere, vnico verbo responderi posse asserebam, opinionē Gemin. Bald. Alex. Imol. Felyn. & aliorum sup. relatorum in 7. fundamento, vltra triginta, multùm præponderare, & communem * dici posse, & debere, ideo tenendam.

Secundò, respondebam dicta Bellam. nostram potiùs sn̄iam confirmate, nam nu. 19. firmat regulam p̄ nobis, q̄ postea limitat præsupponēdo principalem causam, & intentionem Principis prohibentis iuramenta esse detrahendi iurisdictioni Ecclesiasticæ, nè scilicet trahantur iurātes ad forū Ecclesiasticum, ex dispositione d. c. fi. de fo. compet. Quæ rō cessat pęnitus in nr̄a specie, quia constitutio p̄mittit effectus oēs iuramenti, & sic additionē fori foro, vt sup. in 2. responsione ad 2. fundamentum contrariū dicebam; cessante ergò rōne, q̄ Bellam. mouit, cessat quoque eius sententia. Subdit quoq; Bellam. aliā rōnē, quia scz non est p̄cludenda via probationibus p̄ viā iuramenti, sed hæc nō tangit constitutionis nostræ dispositionē, quæ non prohibet iuramenta iudicialia, sed potius p̄mittit, vnā cū mul-

57 tis alijs in §. excipimus. † Vltra quod ista rō nō respiceret spiritualitatem, sed interesse ciuile, & politicum, super quo pôt Princeps disponere, vt in terminis considerat Molin. p̄citat⁹ tract. 2. disput. 149. vers. deinde relaxare, & seq.

58 Ad aliud obiectum contra cōstitutionis initiū, quòd Principis munus non sit cōsulendi subditorum suorū animabus, dicebā non videri seriò deductum, sed quasi iocosè, ex quo certissimū est Principes, nedū posse, sed debere subditorū saluti inuigilare, cuius rei innumera habemus exēpla, in li. C. de summa Trinit. & fi. Cathol. De Sacros. Eccles. De Episc. & Cleri. De hæ. & maniche. & † lib. Auth. rub. de Ecclesia. re. alien. De Ecclesiast. titu. De Sanctis. Episc. & alijs.

59 † Quinetiā iu. cano. cautū esse, vt Principes id legibus terrore potestatis efficiant, quod Sacerdotes docendo non possunt, c. Principes sæculi, c. res aūt oēs, & c. incestuosi, c. Rex debet, & per to. 23. q. 5. cum simi. bellè Fortu. Garz. d. tract. de vlt. fi. vtriusq; iu. num. 385. & seq.

Ad vltimum obiectum de clausula (sinceræ, & immaculatæ fidei) q̄ vr̄ idem esse cū iuramēto, & p̄ consequens implicare cōtrarietatē, p̄hibēdo, & p̄mittendo iuramētū in cōtractib. apponi.

60 Respon-

60 Respondetur ergo multùm distare,& diuersum esse iuramentū à fidei pstatione, prout signanter colligit ex c.ad aures,de his q vi, vel me.causa c. puenit de iureiur.& c.1.de sepultu. in 6. vbi de
61 vtroq; alternatiuè tractat, † & certum est alternatiuā inter diuersa cadere,glo.& Doct.in l. vbi pactū,C.de transact.in rub.si ager.vecti.vel emphi.peta.& in Auth.q res,C. de sacrosā.Eccles.
62 † Propterea inqt glo.fi.i c.pen.de iureiu. magis puniri eum,q venit contra iuramentum; quàm q venit contra fidem datā, qa magis contēnere vr; sequitur ibidem Abb.in prim.vers. nota qd licèt & meliùs nu.5.inquens, quòd licèt respectu obseruantiæ,non sit dria,qa pariter obligat promittens,& iurans, tamen in contrauentione est differentia, qa maior pœna, & pœnitentia sponitur ei,q venit contra iuramentum propter maiorem reatum;ad idem est glo.in c.iuramenti,§&
63 ibidē Archid.22.q.5.† & Rot.decis.1.aliàs 180. de iureiu.in anti.decidit, quòd veniens contra iuramentum priuatur beneficio per c.quærelam de iureiu.& c.peruenit de fideiussor. secus tamē si venit tantùm contra fidem datam,cum pœnæ sint restringendæ,& maius reputetur pstare corporaliter iuramētum super librum, quàm fidem promittere,l.3.C.si mi.se maio. dixe.conferunt dicta Bellam.in d.c.cum C.laicus nu.26. vers.5.
64 quærit,& seq.de fo.cōper.in 6.† Et licèt variè in hoc senserint scribentes,& plures hincinde sint
65 authoritates,quas referre non expedit† vera tñ, * & communiter * recepta vr distinctio relata per Alcia.in rub. extra de iureiur.nu.8.9. cum seqq.
66 quòd scz eum fidei uerbum sit ambiguum,& referri possit ad humanam fidem, qua qs ad aliqd se obligat erga alium , q eius fidem sequtur, vt in l.1.tt.si cert.pet.l.1.de const.pec.& l.1. tt. deposit.Et possit ēt referri ad fidem Theologicam , de qua in rub.& toto tit. C.de summ.trin.& fid.ca-
67 tho.& extra eo.tit.†debet pro promittēte in dubio interpratari l.quicquid adstringēdæ de verb. oblig.& ad eum spectet declaratio, q verba ptulit,l.si qs intētione ambigua de iud.& sic i priori sensu. Attenta verò secūda interpretatione. fides iuramentum importat, in dubio ergò non est iusiurandum , Hanc doctrinam sequitur, & exornat Didac. in reper. c. quamuis par. 1.§.2. nu.2.vers.Nonò ad eadem,de pact.in 6. inquens fidē interpretandam esse in dubio, quæ iure naturali,& gentium,etiam Gentiles,Turcas, & Saracenos obligat, vel quæ nobiles præceteris obstringere solet, & debet, & hanc nec iusm esse, nec iuramenti vim,& religionem, cæterosq; effectus habere,presertim periurij,& reatus;quod irrefragabili fundamento , (vt ipse ait) nempè à iuramenti diffinitione,confirmat.Allegat etiā Feli.in c.3.nu.15.vers.tertiò infert, de sponsal. qui post.Do.Card.& alios relatos,voluit, piurij pœnam nunquam locum habere, nisi quando frangitur promissio iurata,expresso verbo(iuro) vt fiat in pœnal.restrictio.

Allegat quoq; Gaiet.2.2.q.89.art.6. qbus addi potest S.Tho.2.2.q.89.art.8.& Nauar.in Manua.cap.12.nu.2,& ex nostratibus. Pinel.in l.2. par.3.cap.1. nu.13. C.de rescind.vend. qua in re latiùs insistit.Rimin.iun. cons.52.nu. 80.vsq; ad fi. videndus.Adeo quòd Doctr. in hoc com- * muniter residenr.

Hæc autem oīa locum sibi vēdicant in casu dubio,quando incertum est de qua fide agatur, sed nos oīno sumus in claris,quādoquidē Princeps intentionē suam manifestè aperuit,quòd de fide humana locutus fuit,nam in præfatione declarauit,uelle periurijs obuiare, quæ ex frequētia iuramenti procedere consueuerant, undè finalis intentio colligitur d. l. fi. ff. de hære. insti. cum uulg.licèt igitur clausulam illam(sub uinculo sinceræ fidei)apponi mandet in contractibus,de fide Theologica non potest intelligi, quia sibi ipsi
68 contrarius fuisset; Contrarietas autem in oī dispositione uitanda est, Bart.in l.fi.§.idem quęsijt de condit.indeb.Crau.latissimè in respon.p genero nu.307. cum seqq.sed apertiùs explicauit intentum in illis verbis(excepto periurio,eiusq; pœnis spiritualibus,& reatu aīæ) nolens ex tali promissione causari verum iuramentū,sed alios
69 tm iuramenti effectus , † in claris igitur non est opus cōiecturis,l.ille aut ille,§. cum in verbis de leg.3.l.Ancillæ,C.de furt.cum vulg. Consequēterq; videtur constitutio, uiribus omnino subsistere,præsertim considerato ipsius fine,& rectissima Principis intentione supradicta.
70 Itaq; his oībus rectè , maturèq; pensatis per Illustriss.& Reuerēdiss.D.Cardinalem, & ab ipso (vt opinor)summatim relatis S.D.N.ego quoq; Beat.suam de negotio rursus allocutus fui,à qua nonnullos post dies ex ore proprio S. S.responsum habui,nil aliud super constitutione tūc Sanctitatem suam decernere, si quid autem in futurum statuere voluerit,id Sereniss. D. Duci significaturum esse; Ideo continuata fuit constitutionis obseruantia. Constitutionis tenor.

Ad consulendum saluti animarum subditorum nostrorum prohibemus, nè deinceps in aliquibus contractibus, aut distractibus, vel quasi, donationibus,tàm inter viuos, quàm causa mortis,etiam inter virum,& vxorem, patrē, & filiū, ac alias personas prohibitas donare, vel inter se se contrahere,mutuis,depositis, & similibus ; & in quibuscunq; actibus extraiudicialib. quouismodo,& quacunq; de causa celebrandis , etiam minorum, & aliarum personarū priuilegiatarū , fideiussionibusque, etiam Iudicialibus corā quocunq; Tribunali præstandis , & per Notarium, seu Notarios rogandis,præstentur à contrahētibus, vel disponentibus,aut ipsorum aliquo exigāt,iuramēta formalia,manu corporaliter tactis scri-

scripturis, prout hactenus obseruatum fuit, & in dies obseruatur in maximum animarum dispendium; nã pauci admodùm sunt, qui statutis temporibus promissa, & conuenta obseruent, & adimpleant; cæteri verò quasi salutis immemores, vt plurimùm iuramenta ipsa negligunt, & paruipendunt. Si quando igitur aduersùs hanc nostram prohibitionem factum fuerit, omnia & singula acta, & gesta, dolo, fraude, & metu extorta, fictaq; & simulata pręsumi volumus, & declaramus, & pro simulatis, nullis, irritis, & inanibus ipso iure censeri, &c.

SVMMARIVM.

1 *Creditor administrans bona debitoris potest propria auctoritate sibi satisfacere, & est communis.*
2 *Et ita fecisse præsumitur.*
3 *Quod procedit etiam in muliere administrante bona remansit in hæreditate mariti, respectu crediti sui dotalis.*
4 *Præsertim si non confecit inuentarium.*
5 *Excipere de iure tertij licet, quando est exclusiuum ipso iure, iuris agentis.*
6 *Exceptio solutionis est de illis, quæ ius agentis ipso iure perimunt.*
7 *Solutione eius, q̃d debetur, tollitur omnis obligatio.*
8 *Obligatio est mater actionis.*
9 *Actio expillatæ hæreditatis contra vxorem, tertio non datur, sed hæredi tantum, ad effectum puniendi eam pœna extraordinaria, quæ succedit in locum pœnæ furti.*
10 *Exceptio faciliùs datur, quàm actio.*
11 *Exceptio iuris tertij opponi etiam potest, licèt non sit exclusiuum ipso iure iuris agentis, quando opponens est in periculo bis soluendi, vel sustinendi indebitè aliquod periculum.*

Pro multùm Magnifico, & Reuerendo D. Gabriele Bombacio Regiense.

EPITOME.

Creditor administrans bona debitoris, potest sibi ipsi satisfacere, & ita fecisse præsumitur. Maximè si non confecit inuentarium, & quilibet ab eo conuentus potest de solutione excipere.

RESPONSVM LXI.

Constat ex processu Regij agitato inter D. Vrsinam Cabalettam, & Magnificum D. Gabrielem Bombacium Regiẽses, quod mulier ista administrando bona remansa in hæreditate q. Peregrini de Dalis eius mariti, domum vendidit, & quatuor tellaria pro scutis centum sexaginta, & alia mobilia quãplura habuit notabilis valoris, ex quibus omnibus satisfieri potuit de dotibus suis. Nec apparet, quòd inuentarium aliquod de dictis bonis confecerit. His duobus in facto suppositis, dico, quòd D. Vrsina triplici ratione pro satisfacta de dotibus suis haberi debet. Primò, q̃a reuera tantum habuit de pecunijs perceptis ex bonis hæreditatijs, aut verosimiliter habere potuit, quantum erat eius creditum, & sibi ipsi sol-
1 uere. † Nec dubitandum, quin in extinctionem
talis crediti cedere potuerint huiusmodi pecuniæ, ex quo creditor administrans bona debitoris sui, potest sibi ipsi propria authoritate satisfacere. l. quoties. §. sicut autem. ff. de admin. tut. vbi omnes not. Ias. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad
* Trebell. Dec. consil. 243. nu. 3. & est cõis * opin.
teste Caualc. in tract. suo de tu. & curat. nu. 179.
vbi multos allegat. Secundò, quia, & si verè non
2 constaret, † quòd integrè solutum fuisset dotale
debitum, ita tamẽ de iure præsumitur, stante administratione bonorum de qua supra, nam, & in quocumque administrante bona aliena hoc ipsum lex præsumit, tex. est in l. sed & si damnum. §. peculium vbi Ang. not. ff. de pecul. Afflict. decis. 13. num. 16. Adden. ad Alex. in l. venditores, in ver. à venditore. ff. de verb. oblig. Crau. cons. 129. num. 5. Neuiz. consil. 57. nu. 11. Caualc. vbi
3 supra, num. 181. † qui in muliere etiam admini-
strante bona hæreditaria, & creditum suum do-
4 tale postea petente, loquuntur. † Tertiò, cũ non
confecerit D. Vrsina inuentarium bonorum administratorum militat contra eam doli præsumptio, & ideo creditum dotale consequi nequit Afflict. d. decis. 13. nu. 17. Caualc. vbi supra nu. 59. 181. & 202. conferunt, quæ scribit Roland. latè consil. 49. in princ. & per to. lib. 1. & sic concludi potest, quòd mulier ista multifariam satisfacta dici potest. Quocirca si contra hæredem mariti ageret, nulli dubium, quin exceptione solutionis submoueri posset, & sicut hæres eã opponere posset, ita quoque potest Magnificus D.
5 Bombacius † cum verissima sit cõclusio, licitum
esse excipere de iure tertij quotiescunque tollit, & perimit ipso iure ius agentis, vt in casu nostro doctr. est Bartol. in l. 2. ff. de excep. re. iud. & in l. indebitè. §. nummi ad fin. ff. ad Trebel. quã vtrobique probant scriben. omnes, & in l. cum seruũ. C. de seruis. fugi. vbi signanter Bal. Castr. Salyc. & meliùs cæteris Aret. traditq́ue Corn. in consilijs per Magnificum D. primum consulẽtem ci-
6 tatis, † & quòd exceptio solutionis sit de his, quę
ius actoris in totum, & ipso iure, perimunt, docet in terminis terminantibus Aret. in d. l. cum seruum, num. 2. in fi. post Specu. & Bald. quos re-
7 fert. † Idq́ue euidenti ratione suadetur, nã cum
solutione eius, q̃d debetur tollatur omnis obli-
gatio

8 gatio in ti.qui.mo.toll.ob. in princ. † & obliga-
tio sit mater actionis. l.licèt. §.ea obligatione.ff.
de procur. sequitur, quòd sublata obligatione,
nulla competere possit actio, sed ius sublatum, &
extinctum remaneat.

Hinc igitur paret responsio ad primum mo-
tiuum doctissimi D. Iudicis, nam cum opposita
fuerit pro parte Magnifici Bombacij inter cęte-
ras huiusmodi exceptio solutionis, & satisfactio
nis, vt paret in processu pag. 12. à fronte, vim nõ
facimus in crimine expillatæ hæreditatis, sed in
9 ipsa solutione, † licèt ergò hæredi tantum com-
petat actio expillatæ hæreditatis, & contra vxo-
rem non detur ad effectum puniendi ipsam cri-
minaliter pœna extraordinaria, quæ succedit, in
locum pœnæ furti, vt in d.l.1. & 2. ff. de cri.ex-
pil. hæredi. non tamen infertur, quin alia exce-
ptio solutionis opposita locum habeat, & tertio
prosit eam opponenti in causa ciuili, per supra-
10 dicta. † Vltra quòd faciliùs datur exceptio, quã
actio. l. nemo inuitus. §. cui damus, vbi Dec. &
Cagn. latè. ff. de reg. iur.

11 Dicit insuper Aret. † loco præcitato in quar-
ta cõclusione vers. fallit reg. quòd qui est in pe-
riculo bis soluendi, vel sustinendi aliquod dam-
num indebitè, potest opponere de iure tertij,
quamuis ipso iure non priuet actorem iure suo,
sed priuandus veniat, & allegat. l.3.§.cum exta-
ret. ff. ad Carbo, & l.quamdiù. ff. de bo. liber. At
periculum est in nostra specie, quòd D. Bomba-
cius iterum soluat creditum dotale D. Vrsinę se-
mel solutum, & satisfactum vt supra, qnodq; in-
debitè damnũ propterea patiatur, nisi exceptio
per eũ opposita subsistat, igitur, &c. sed hoc fun-
damentum sit ex abundanti, ex quo exceptio so
lutionis reuera tollit, & perimit ius agentis ipso
iure, vt supra conclusum fuit.

Secundum motiuum non indiget alia respon
sione, quia cum aliundè constet D. Vrsinam de
dote sua satisfactum fuisse per supradicta, non
opus est circa particularem solutionem scuto-
rum quinquaginta in chirographo comptæhen-
sorum: immorari Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *INterrogatio, quæ fit ad litis præparatio-nem, & responsio sunt actus iudiciales, qui die non feriata, & coram iudice expediri debent.*

2 *Nec tenetur interrogatus extra iudiciũ respõdere.*

3 *Responsio autem fieri debet præstito calumniæ iuramento.*

4 *Iuramẽtum in die tantùm iuridica præstari potest.*

5 *Iudice deferente, vel eo saltem præsente.*

6 *Actus de mãdato iudicis ad certum terminum, seu certa die expediendus, si termino vel die præstituta expediri nequit, potest die prima veridica immediatè sequenti expediri, tam ex dispositione iuris communis, quàm statutorum Parm.*

7 *Præceptum pro certa die, siue hora transmissum, si dies illa, aut hora non fuit iuridica, vlteriùs non arctat.*

8 *Causa qualibet, etiam iniusta excusat à dolo.*

9 *Et per consequens à contumacia.*

10 *Et signanter à pœna. l.fi. ff. de rei vendic. quæ sinè dolo locum non habet.*

11 *Incurrens pœnam d.l.fi. non respondendo interrogationibus, potest tamen vsque ad litem contestatam contrarium fateri, hoc est se possidere, & pœnam negationis euitare, & num. 19.*

12 *Fictio non potest plus quàm veritas operari.*

13 *Confessio ficta ex contumacia resultãs reuocari potest, & erronea probari, sicut vera.*

14 *Imò magis, & faciliùs.*

15 *Negatio ficta eodem modo reuocabilis est, quo ficta confessio.*

16 *Argumentum de confessione ad negationem, & è contra, valet.*

17 *Filius interrogatus an sit hæres patris? & affirmatiuè respondens, insolidum conuenitur, si verò tacuerit subuenitur ei per prætorem, vt respondere possit, & veritatem fateatur, vt pro rata tantùm hæreditaria conueniatur.*

18 *Mendacium magis odiosum est, quàm contumacia, licèt iudicis contemptum hæc secum habeat.*

19 *Contumax in respondendo interrogationibus, potest tamen vsque ad litis contestationem respondere, & illud fateri, quod pro negato habitum fuerat in pœnam contumaciæ.*

20 *Glos. auctoritas maxima.*

21 *Contumacia cessante, cessa pœna contumaciæ.*

22 *Veritatis habendæ gratia, nedum contumacia, sed etiam periurium quandoque remittitur.*

23 *Veritatis quoque fauore, multa alia specialia conceduntur.*

24 *Contumax in respondendo positionibus, an possit purgare moram, & pœnam incursam euitare?*

Pro spect. D. Bernardino Gnabbo Causidico Parm.

EPITOME.

Responsio ad interrogationes litis præparatorias est actus iudicialis, quod die iuridica, coram iudice, & cum iuramento calumniæ expediri debet, & iussus illis respondere pro certa die, vel ad certum terminum, si dies iuridica non fuerit, potest prima die sequenti parere.

Contumax autem in respondendo an possit vsq; ad litis contestationem purgare contumaciam, & pœnam. l.fi. ff. de rei vend. euitare? concluditur affirmatiuè, & efficaciter probatur.

RESPON-

RESPONSVM LXII.

COpiosè, doctissimeq; respõdit Excel-
lentiss. Coaduocatus Dñs Hilarius
Ventura oppositis contra spect. Do-
minũ Gnabum, adeoquòd sola sub-
scriptione contentus esse deberem, quia nihil
intactum ferè reliquit, paucula tamen addam,
nè incassum amici causam tractare videar.

Et in primis cõcludendũ videt̃ nullam ex par-
te D. Gnabi contumaciã subesse, vel inobedien-
tiã, quia cum iussus fuerit interrogationib. par-
tis litis præparatorijs respondere per totã illam
hebdomadã, in qua Ill. D. Iudex ampliùs nõ se-
dit, satis dicitur paruisse, si prima die iuridica
sequenti, & in prima eius sessione, respondit.
Ad quod ostendendũ duas adduco conclusiones
1 in iure verissimas. † Altera est, quòd interroga-
tio q̃ fit ad litis p̃parationem, & responsio quæ
sequitur, sunt actus Iudiciales, qui die nõ feria-
ta, & corã Iudice ipso expediri debent, l. 1. vbi
glo. & l. voluit. §. 1. vbi omnes not. de inter. actio.
2 Abb. in c. pen. n. 24. de iura. calum. † Nec tenetur
interrogatus extra iudiciũ respondere; vt ibidẽ
dixit Abb. nu. 14. & 15. quẽ refert, & multũ cõ-
3 mendat Ias. in §. oĩum, num. 86. insti. de actio. †
quod cõfirmatur ex eo, quòd responsio ista fieri
dẽt præstito calumniæ iuramento. Abb. d. c. pen.
4 nu. 18. † Iuramentũ autẽ in die tm̃ iuridica præ-
5 stari põt cap. 1. vbi oẽs tradunt extra de fer. † &
Iudice deferente, vel saltem eo præsente. Curt.
latè in tract. de iur. iu. propter calum. da. in ver.
cum, & Iudices num. 5. cum seqq.

6 Altera verò conclusio est, quòd actus de man-
dato Iudicis pro certa die, vel ad certum termi-
nũ fiendus, põt ẽt prima die iuridica immediatè
sequenti fieri, si præstituta die, vel termino non
potuit expediri, & hoc vendicat sibi locũ, nedũ
iure cõi, vt not. in c. veniens, & c. meminimus,
de accus. & in c. cũ dilecti, per illum tex. de dol.
& contu. sed etiam ex forma statuti nostri, sub
rubr. quòd citatus in ciuilibus, lib. 2.

Ex his igitur duabus conclusionibus infertur
necessariò, quòd contumax non fuerit D. Gna-
bus in respondendo; qui quãprimũ iuridicè po-
tuit, respondit; quinimò inspecta iuris cõis dis-
7 positione attentari posset, † quòd elapso dicto
termino, præceptũ ampliùs illum non arectaue-
rit, per ea quæ tradit Fely. in c. quoad consulta-
tionẽ, nu. 34. de re iud. & post eum Vant. in tract.
8 nulli. tit. de nulli. ex defect. cit. nu. 65. & 66. † Et
omni in casu negari nõ potest, quin dolo catue-
rit, si vsque ad primam iuridicam respõdere di-
stulit, quia quælibet causa, ẽt iniusta, excusat à
dolo, l. igitur, ibi iustis rõnibus ductus, vel non
iustis de libera. ca. Tiraq. latè in tract. de pœn.
9 cau. 43. † & per consequens, à contumacia, glo.
in l. vni. §. fin. in glo. mag. in fi. ff. si quis iusdi. non
obtemp. & ibi Doct. omnes. Tiraq. vbi sup. n. 6.
10 sicut ẽt excusat à pęna. l. fi. de rei vend. de qua
nos tractamus, quę sine dolo locum habere non
potest. Gabr. latè in suis conclusionibus. de ac-
quiren. possess. conclus. 5. num. 26.

11 Cæterùm datò finè veri pręiudicio, quòd con-
tumax dici posset D. Gnabus, & pœnam d. l. fin.
incurrisse, cum pro negante habeatur, tam ex
dispositione iuris, q̃ ex interlocutoria Ill. D. Iu-
dicis, non tamen dubitabitur, quin fictam hanc
negationem vsq; ad litis contestationẽ reuoca-
re queat, & se possessorem fateri, atque si opus
fuerit, probare, stante quòd negans se possidere,
põt tamen vsque ad litem contestatã cõtrarium
fateri, & pœnam negationis euitare, l. electio,
§. neque de noxa. latè per Rom. cons. 59. in vlt.
dub. & cons. 70. in 2. & ibi Mandos. in additio.
Natt. cons. 381. Rol. cons. 88. nu. 11. in 4. Gabr.
12 d. conclus. 5. nu. 27. cum concord. † Non enim
plus põt fictlo operari, q̃ veritas. l. si filius, vbi
Alex. in princ. si cer. pet. l. Filio, quem pater, &
ibidem etiam Alex. & alij. ff. de lib. & posthum.
Bero. cons. 53. num. 30. in 3.

13 Secundò, quia ficta etiam confessio ex contu-
macia resultans ità reuocari põt, & erronea p̃-
bari, sicut expræssa, glos. in l. quoniam. ff. de his
quib. vt indign. Io. And. in addit. ad Spec. in tit.
de positio. §. 9. vers. verùm per id quod habet̃.
Bald. in l. error, num. 14. C. de iur. & fact. igno.
Butr. in c. ex parte ad fi. de confess. Ang. in l. 2.
C. qui test. fac. poss. Alex. ad Bart. in l. 2. §. quod
obseruari. C. de iur. cal. & cons. 145. nu. 4. in 6.
Imol. in l. creditor. §. iussus, num. 7. de appellat.
Bero. cons. 42. in fi. lib. 3. Ioseph. Ludo. decis. Lu-
cen. 44. num. 44. cum pluribus seqq. & pro hac
est elegans cons. Aret. 146. visa consultatiune in
14 1. dub. † imò verò faciliùs reuocari posse debet
tacita, siuè ficta, quã expressa per ea quæ scribit
Alciat. in tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 22.
num. 7. & latiùs Curt. in tract. positio. breui-
15 loq. 8. nu. 17. 18. † Quòd si ficta confessio reuo-
cari potest, ergò, & ficta negatio, quandoquidẽ
contrariorum eadem est disciplina. l. 1. ff. de his
qui sunt sui, vel al. iu. l. qui accusare, de accus.
cum præsertìm eadem ratio in vtraque militet,
ex quo ab eodem fonte contumacię procedunt,
ex latè traditis per Ias. in rub. de acquir. possess.
16 num. 11. vsque ad num. 18. † & quòd de confes-
sione ad negationem, & è contrà liceat arguere
probat tex. in l. is qui se obtulit de rei vẽd. iun-
ctis quæ scribit Natt. d. cons. 381. sub num. 6.

17 Tertiò, tex. est ferè in terminis in l. si filius, de
interroga. actio. vbi filius interrogatus an sit hæ-
res, si affirmatiuè respondiderit, mendaciter ta-
men, in hoc punitur, quia insolidum tenetur
vti hæres, sin aũt tacuerit, succurrendum est ei
per prætorẽ, vt veritatẽ fateri possit, & pro rata

tantùm

18 tãtùm hæreditaria conueniri; † Vndè Bart. summat eum tex. filius ex mendacio punitur, nõ ex taciturnitate cũ ergo mendaciũ magìs fit odiosũ quàm simplex Iudicis contẽptus, necessariò sequitur, quòd si mendaci conceditur, vt impunè valeat antè litem contestatam pœnitere, & verum fateri, multò magìs contumaci concedatur.

Et tria supradicta fundamenta confirmantur, ex eo, quòd mendacium in materia nostra hẽt annexũ periuriũ, qm̃ respondens interrogationibus huiusmodi, vel positionibus, iuramentũ calũniæ pstare tenetur vt sup. diximus, Periurus aũt Deũ, per quẽ iurat primò lædit, secundò Iudicẽ spernit cõtraueniendo eius præcepto de veritate dicenda, tertiò, partẽ offendit, grauãs eã onere pbandi, & ppeà multas graues subit pœnas, de quibus apud Clar. in sua praxi. crimin. §. periuriũ, p to. Contumax aũt qui non Deũ, nec partẽ lędit, sed solũ Iudicẽ, multò minores pœnas patitur, meritò si periuro indulgetur, cõtumaci quoq; multò magìs indulgendũ erit. Autẽ multò magìs. C. de Episc. & Cler. cum vulg.

19 Quartò, habemus glo. in terminis terminantibus, l. de ætate. §. qui tacuit, in ver. conueniãtur, de interrogat. actio. volentẽ, quòd contumax in rñdendo interrogationibus, possit nihilominus vsque ad litis contestationẽ rñdere, & illud fateri, quod pro negato habebatur in pœnam cõtumaciæ, & allegat bonũ tex. in l. electio. §. neque, de noxal. qui licèt loquatur in negãte expressè, probat tamen ẽt à fortiori in negante tacitè, seù
20 fictè per supradicta; † Quanta autẽ sit glo. auctoritas nemo est qui nesciat, quæ in def. ctũ legum allegari põt, vt inquit Bart. in l. ex oĩbus, de off. præsid. & cunctis alijs interpretibus præfertur. Curt. cons. 64. antiquiss. col 5. vers. transitum faciemus. Rip. in l. re coniuncti, num. 50. de leg. 3. Cora. latissimè in tract. de commun. opin. lib. 2. titulo 9. num. 21. 22.

21 Quintò, & vltimò cessante contumacia, cessare debet pœna contumaciæ, lib. 1. §. si frater, de col. 60. c. ex literis, vbi Innoc. Fel. Dec. & alij not. de consti. & in c. 1. de supplen. neg. præla. vbi Butr. & Abb. in vlt. not. colligunt, quòd cessante contumacia cessat dispositum ob cõtumaciã, ad cuius limites pœna ipsa limitatur, & terminatur, & ad hoc propositum plura allegat, & multa cogerit similia Tiraq. in tract. ces. causa. par. 1. nu. 57. cum alijs seqq. Cũ igitur cesset cõtumacia D. Gnabi per comparitionem, & responsionem prædictam incontinenti secutam, cessare omnino debet pœna memorata.

22 Nec obst. quòd contumacia, quæ delictũ est, remaneat impunita, vt in motiuis cõsiderat Ill. D. Auditor, quia vltra rñsiones Doctiss. Domini Venturæ, benè concludentes, aliam addere possumus, quòd in casu, quo interrogatus contra veritatẽ expressè respondet cum iuramẽto, remanet qnoq; periuriũ impunitũ, quod est maius delictum, vt ex præmissis liquet, & nihilominus toleratur, nec habetur pro absurdo, quòd negationẽ suã periurus reuocare possit, vt veritas in lucẽ prodeat, vt sup. in primo fundamento dictum est, ergò & in casu nostro minùs erit absurdum, quòd contumacia impunita remaneat, qñ ad veritatẽ propalandam contumax statim
23 accedit, † etenim fauore veritatis hæc, & alia maiora permittuntur, vt in materia nostra latè probat Decis. Lucen. præallegata nu. 48. vsq; ad nu. 57. Ideo rectè dixit glo. in d. §. qui tacuit, in ver. cõueniaĩ, quòd cõtumax p pęna põt fateri.

Minùs obst. quòd elusoria reddatur dispositio, d. §. qui tacuit, quia satìs operatur in casu quo loquitur, quando s. conumacia subest, & durat; contumacia aũt cessante, cessare quoq; dẽt pęna ob eam irrogata, ut in ult. fundamento diximus.

24 Ad dictum Franchi, in materia positionum loquentis in simili, in cap. si post pstitum, nu. 21. de confess. in 6. multiformiter fuit p D. Venturam responsum, & rectissimè meo Iudicio, ideò frustra non insistã, sed tm̃ dicã, quòd Franc. ibi finè l. & authoritate loquitur, si rectè ppẽdatur, & contrariũ uerius apparet ex Bero. d. cons. 42. ad fi. & concord. ab eo citatis. Et quòd ubi habemus casum in specie decisum, ut in terminis nostris, cessat argumentum à simili. Item cessat ubicunque militat ratio diuersitatis ad not. in cap. translato, de consti. ubi Dec. num. 24. post Bal. in c. cũ speciali, col. 2. de appel. patẽs autem est rõ diuersitatis in casu nostro, quia positiones fiunt post litẽ contestatã, interrogationes autẽ sunt de præparatorijs litis, in quibus regulariter licita est pœnitentia usque ad litis contest & nõ ultra d. l. is qui se obtulit de rei uend. Rol. d. cõsil. 88. num. 11. 12. Multa alia dici possent, quæ doctissimi D. Iusdicentis acutissimo iudicio relinquo, cum ex supra relatis res satìs, superque dubitatione careat.

SVMMARIVM.

1 *PRocessus factus coram Ordinario, vtè Ordinario, cum sit delegatus, nullus, & inualidus est.*
2 *Delegatis duobus iudicibus, quicquid vnus ipsorum agit solus, nullum, & inualidũ est.*
3 *Amplia etiam si collega mortuus sit.*
4 *Amplia etiã si duo ex tribus delegatis procederent.*
5 *Idem dicitur de arbitris à partibus electis.*
6 *Delegati ad cognoscendum, & referendum, iudicare non possunt, & aliter facientes, nullitatis vitium committunt.*
7 *Nullitatis defectus à nullo sanari potest, nisi à Principe de plenitudine potestatis, & ex certa scientia, in forma etenim communi non sufficit.*
8 *Episcoporum Iurisdictio nõ se extendit vltra primã causarũ instantiã, ex forma Trident. Cõcilij.*

Pro

Pro Reuerendis Monacis Cartusiensibus.

EPITOME.

Processus factus coram Ordinario, vti Ordinario, qui est delegatus, est nullus.

Idem si factus sit ab vno delegato sine interuentu condelegati.

Delegatus ad cognoscendum, & referendum, iudicare non potest.

Nullitas processus non potest ab alio sanari, quàm à Principe, ex certa scientia, & de potestatis plenitudine.

RESPONSVM LXV.

Tripliciter ostenditur processus cõtra Reuerendos DD. Monachos Cartusień. nullus, & inualidus.

1 Primò, quia formatus fuit corã Reuerendo D. Vicario Episcopali vti ordinario, cum tamen sit delegatus. Feli. in cap. cum ex officio, num. 21. de præscript.

2 Secundò, quia cum delegatus fuerit ipse Reuerendus D. Vicarius, vnà cum R. D. Archidiacono, solus tamen processit. c. causam matrimonij,

3 vt ibi glo. & doct. de off. deleg. † Id. n. nulla ratione facere potuit; etiã si collega mortuus fuis-

4 set, c. vno delegatorum eo. tit. † Imò nec duo ex tribus delegatis procedere possunt, tertio nõ vocato c. licet, c. prudentiam, & c. cum causa

5 eo. tit. l. duo, ex tribus. ff. de re iud. † Quod & in arbitris locum sibi vendicat, c. 2. de arbi. in 6. l. si in tres, cum l. seq. ff. eo. tit.

6 Tertiò, quia cum ambo delegati essent, ad cognoscendum, & referendum, fuit tamen ad decisionem deuentum, quod iuri repugnat. l. vlt. C. de offi. præfec. augusta. Bal. in ti. de pa. constan. §. possessiones, in ver. ad cognoscendum.

7 Nulla verò istarum nullitatum potest ab alio tolli, & sanari in præiudicium Reuerendorum Monachorum, quibus est ius quæsitum, quàm à Principe de plenitudine potestatis, c. ad petitionem, cum glo. in ver. prouidemus extra de accus. & ibidem Feli. & alij, Abb. pulchrè in c. cum olim, num. 27. de sen. & re iud.

Et requireretur, quòd etiam Princeps ex certa scientia illud ageret, aliàs in forma communi diceretur disponere, & defectum nullitatis minimè sanaret, ad gloss. in c. per diuersitatem in ver. forma communi, de concess. præben. Aegid. conclus. 116. si petens. Cassa. decis. 9. de rescrip. sed causæ cognitio præcedere deberet. Alex. consi. 123. num. 18. vsque ad fi. vol. 4. Dec. Consil. Lud. Saccæ. latè in rub. extra de confir. uti. uel inuti. nu. 8. vsque ad fi. Bossi. in ti. de prin. nu. 354.

8 Cæterùm Illustriss. & Reuerendiss. D. Episcopus, & Reuer. Congregatio ab eo instituta iura Principis in hac causa nequit exercere, quàm vti Iudex ordinarius tantùm cognoscere potest in prima Instantia, ex forma Concilij Trident. sessio. 24. cap. 20. Igitur frustra tentatum fuit dictas nullitates euidentissimas memoratæ Congregationis authoritate sanare.

Nimirum ad aperiendam cedulam deueniendum est, in qua processus nullus declaretur Reuerendiq; Monaci ab obseruatione iudicij absoluantur, & pars aduersa in expressis condemnetur iuxta vulgatos iuris terminos. Nec aliter iustè iudicari potest.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quæ alteri vnitur Ecclesiæ, transire debet cum omnibus suis iuribus, & actionibus, oneribus, & emolumentis, modo quo transit filius arrogatus in potestatem arrogantis, & vna est quasi mater, & altera filia.*

2 *Ecclesiæ vnitæ cura transit in eam cui vnitur.*

3 *Beneficia curata non debent in simplicia conuerti, & quomodo in Vicariam perpetuam reduci possint ad formam Trident. Conc.*

4 *Qui sentit commodum sentire debet etiam incommodum, & è contra.*

5 *Vnire Episcopatus per totum orbem spectat ad Summum Pont. Vnire verò Ecclesias in singula Diœcesi ad proprium Episcopum.*

6 *Ecclesia restituitur iure, & exemplo minoris.*

7 *Parochiani quoque, seu vicini ipsius restituuntur propter pupillos, & minores, qui inter eos sunt.*

8 *Vniones Ecclesiarum quomodo fieri debeant, ex forma Trident. Concilij?*

9 *Et quomodo earum translationes?*

10 *Præscriptio vnionis ecclesiarum, præsertim curatarum, tempus requirit immemorabile.*

11 *Vnio tamẽ præsumitur longi temporis spatio, quo effectum habuit.*

12 *Beneficium ecclesiasticum, sine canonica institutione possideri non potest.*

13 *Possidẽs diu beneficium ecclesiasticum præsumitur legitimè institutus.*
Et legitimo titulo possidere.

14 *Vnio beneficiorum ecclesiasticorum per annos 40. præscribitur, si titulus præcedat.*

15 *Vnio curatarum Ecclesiarum etiam fieri potest.*

16 *Ad cuius validitatem tria requiruntur, iusta causa, solemnitas, & authoritas.*

17 *Causæ vnionum legitimæ quæ sint?*

18 *Inter solemnitates requiritur precisè Rectorum, & Vicinorum consensus.*
19 *Vnio ecclesiarum ad Ordinarium pertinet.*
20 *Et quod hac in re de Episcopo, & de Ordinario dicitur, in Vicario etiam Episcopi locum habet, quia Episcopus, & Vicarius dicũtur esse vnum, & idẽ caput, & vnum, & idem esse eorum officium.*
21 *Vicarius Episcopi non potest esse secularis.*
22 *Appellatio à Vicario ad Episcopum non datur, quia à se ipso, ad seipsum appellaretur.*
23 *Vicarius Episcopi precedit canonicos, & omnes alias dignitates in Ecclesia.*
24 *Maximè si est in spiritualibus, & temporalibus Vicarius generalis.*
25 *Vicarius dicitur officialis Communis Ciuitatis, ac etiam Episcopus.*
26 *Vicarius quoque Ordinarius nuncupatur.*
27 *Vnionum quinque sunt species.*
28 *Vna quarũ est, quæ fit per modum subiectionis, itaut vna Ecclesia transeat in totum in potestatem alterius. Alia verò, qua vniuntur tantùm Ecclesia quo ad spiritualia.*
29 *Ecclesia vnita retinet tamen sua priuilegia.*
30 *Lex non præteritis, sed futuris dat formã negocijs.*
31 *Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 16. declaratur.*
32 *Relatum est in referente.*
33 *Regula qui sentit commodum, &c. procedit tantũ in connexis, secus inseparatis.*
34 *Rector Ecclesia non potest facto antecessoris contra uenire, quia est successor vniuersalis.*
35 *Item non procedit regula prædicta, qui sentit, vbi non est eadem ratio, & par conditio, & habilitas sentiendi commodum, & incommodum.*
36 *Seminarij fauore data est amplissima authoritas Ordinario cum adiunctis, ẽt applicandi, & vniẽdi ei beneficia simplicia, ex forma Trid. Conc.*
37 *Argumentum à simili non procedit vbi est imparitas, & excessus.*
38 *Archidiaconus de iure communi iurisdictionem exercet, & est Vicarius Episcopi in omnibus.*
39 *Ad eundem pertinet ecclesias parochiales inquirere, visitare, ordinare, & disponere, cum iussione Episcopi.*
40 *Iussio autem vnica sufficit quando ab initio officium accipit, non verò in singulis actibus.*
41 *Præsumitur semper pro officiali.*
42 *Restitutio in integ. non datur absque læsione.*
43 *Etiam Ecclesia.*
44 *Rectori Ecclesia non datur restitutio, nisi cum eo læsa fuerit ecclesia.*
45 *Restitutio in integ. vltra quadriennium nõ datur.*
46 *Fallit in ecclesia læsa per Rectorem, aut Prælatum suum, quia eo viuente non currit quadriennium, sed post eius mortem tantùm, ex communi.*
47 *Restitutio in integ. est in pristinum statum repositio, secundùm cõem diffinitionem, & tantũ tribuit, quantum læsio abstulit, non plus, neq; minus.*
48 *Concilij Trident. sess. 21. cap. 7. declaratio.*

Pro Seminario Clericorum Parmensium.

EPITOME.

Vnionis beneficiorum materia hic plenè agitur.
Quotuplex sit vnio,
Quis vnire Episcopatus, vel Ecclesias possit;
An, & quanto tẽpore præsumatur effectus vnionis.
De Vicario Episcopi nonnulla.
De Restitutione in integrum, quæ datur Ecclesijs.
Et intra quantum tempus.

RESPONSVM LXIV.

DE anno 1545. cum Ecclesia S. Martini de Galega ciuitatis Parmæ esset ruinosa, & paludosa, & ferè destituta à Parochianis, & in ea vix semel, aut bis annis singulis missæ sacrificiũ celebraretur, propinqua autẽ extaret ecclesia S. Appollinaris pariter curata, & vtraq; paucos admodũ parochianos haberet, amborũ rectorũ, ac vicinorum vtriusq; intercedẽte cõsensu, vnita, seù trãslata fuit Ecclesia S. Martini ad aliã S. Appollinaris, mediãte R. Vicarij Epalis authoritate, & Decreto, cũ causæ cognitione, & informationib. desuper assumptis, cum onere tñ Rectori S. Martini ędificãdi nouã capellã in pdicta S. Appollinaris Ecclesia, & missas ibi singulis diebus festis celebrãdi, ita quòd deinceps aĩarum oĩum cura Rectori S. Appollinaris remaneret. Quæ oĩa effectũ sortitę fuerũt per quinquaginta circiter annos. Contigit aũt quòd vacante beneficio prædicto S. Martini Reuerẽdiss. D. Epus illud applicauit, & ppetuò vniuit Seminario. Vndè modernus Rector S. Appollinaris, ac uicini antiqui S. Martini insurrexerũt, prendẽtes illius redditus huic potiùs Rectori applicãdos, & assignãdos fore, ex quo onus curæ sustinet, & plura adducunt.

1 Primò de iure cõi statutũesse, quòd in similibus
vnionib. ecclesia vnita trãsire debeat, cũ oĩbus
suis iuribus, & actionibus, oneribus, & emolu-
mentis. c. quia monasteriũ, de relig. do. Petr. de
Perus. in tract. vnio. c. 2. in princ. quo pacto fi-
lius arrogatus transit in arrogantis potestatẽ, ut
ibidẽ subdit Petr. & quia una est quasi mater, &
2 altera filia. Caccialup. in sim. tract. arti. 2. † Vn-
de est, quòd beneficij vniti cura transit in illud
cui unitur. Idem Caccial. artic. 8. num. 6.
3 Secundò allegant Trident. Conc. sess. 25. de re-
for. c. 16. disponẽs, quòd secularia beneficia cura
ta nõ possint ĩ simplicia cõuerti, neq; in Vicarias
perpetuas, ẽt si Vicario perpetuo congrua por-
tio fructuũ assignaretur. & illas uniones q̃ ab im
memorabili tpe sortitæ fuerũt effectũ ab Ordi-
nario

nario examinari, & si cõgrua portio pdicta non fuerit assignata, mandat assignari, aliàs in antiquum statum ecclesiam vnitam restitui. & sic videtur hic aperta decisio præsentis quæstionis.

4 Tertiò, dicũt naturali rationi repugnare, quòd in Rectorẽ S. Appollinaris onus curæ trãsferir, redditus verò, & emolumẽta alteri sint reseruata. contra l.secundum naturam. de reg.iu. in 6. & c. qui sentit, eod. tit. in 6.

5 Quartò, asserũt vnionẽ memoratã primo loco factã inefficacẽ, ex defectu potestatis; Siquidem vnire beneficia spectat ad Epm.c.sicut vniri, de excess. Prælat. vbi asserit Sum. Pont. quòd sicut vnire epatus pertinet ad ipsũ, ita unire ecclesias ad epm in sua Diœcesi. c. ne in agro. §. ad hæc. de sta.mona. c. relatio.21. q.1. Lamber. de iure patro.lib.1.art.4.q.10.princ.pri.par. nu.3.Caccial.d.tract.art.3.q.5.nu.18.& Pet.de Peru.c.4. n.21. & ita ad ipsum ptinere dr, vt eius Vicario nequaq liceat. vt in terminis docent. Innoc. & Io.And.in c.ad hæc,in ver.ardua,de offi.archid. quos refert, & sequtur Caccial. d.tract.art.3.q.8. nu.3.& Petr.de Peru. d. tract. loco præcitato.

6 Quintò, allegant læsionẽ,tã ecclesiæ,q̃ vicinorũ, & restitui petunt, quatenus opus sit. De ecclesia.n.non dubitaẽ qn iure minoris cẽseatur,& restituaẽ.c.1.de resti.integ.& c.2 eo. ti.in 6. atq; clem.1.eo.& est cõiter receptũ,D.Odd.de resti.
7 in integ.q.3.nu.16.cũ seqq.† & de vicinis idem est iudiciũ, cum inter eos adsint pupilli,& minores, put ex cõi ẽt cõcludit idẽ Odd.d.q.3.art.12. n.76. Hinc seq vr, quòd cũ læsio ferè manifesta ĩteruenerit p supradicta, ope saltẽ restitutionis ĩ integ.debeat act'reuocari,& in pristinũ restitui.

8 Sextò, opponunt ẽt vltimæ vnioni factæ Seminario, quòd non fuit iuxta normã d. Conc. Trident.sess.7.c.6.mãdãtis vniones authoritate Ordinarij, legitimis tm, ac rõnabilibus causis corã eo verificandis, & vocatis quorũ interest, fieri posse, & propterea viribus carere, nisi à Sede Apostolica aliter declaratum fuerit. Hæc enim forma non fuit obseruata. Meritò, &c.

9 Septimò, & vlt. occurrentes tacitæ obiectioni (si fortè ex aduersò diceretur nõ de vnione, sed de translatione agi) idẽ in oĩbus esse iudicãdum ex dispositione Sac. Conc. Trid. sess 21. de reform.c.7. quo cautũ est beneficia simplicia trãsferri debere, cũ oĩbus oneribus, & emolumẽtis in casibus ibi expressis, & aliàs à iure permissis.

10 Prædictis tñ minimè obstãtibus, contrariũ respondendũ est; Primò ex diuturnitate tpis,quo durauit vnio, 9 tẽpus,& si nõ sufficeret ad illam pscribendã, pertim inter curatas ecclesias,cum debeat esse immemorabile, sm Io.And.in c.qui cõtra.de reg.iu.in mercurialib. quẽ refert, & sequiẽ Alex.cons.70.nu.3.lib.3.& Balb.de pscrip.
11 par.4.princ.q.19.nu.1. † Nihilominus ad illam psumendã benè sufficit, ut ibidẽ tenet Io.And. & Balb. post Oldra.Ancha. Alex.& Feli. sequtur Mascard.de pbat.concl.1316.nu.9. & quidẽ cũ oĩbus eius solemnitatibus, vt p eundẽ Mascar.
12 concl.179. n.4.cũ cõcor.† Sic ẽt videmus,quòd diù possidens ecclesiasticũ beneficiũ, licẽt absq; canonica institutione possideri nequeat, c.1. de
13 reg.iu.in 6. † præsumiẽ nihilominus iustè, & cũ legitimo titulo possidere. Menoc.de recup.poss. rem.1.n.300.& de psũp.lib.6.psump.69.n.16.

14 Secundò,non tm præsumptio vnionis legitimè factæ, sed ipsius uera pscriptio in casu isto locũ hẽt, ex quo titulus pcessit, ut ex instro exhibiro, in quo amborũ Rectorũ consensus, vicinorumq; vtriusq; ecclesiæ, & epalis Vicarij authoritas,ac Decretũ causa cognita interpositũ; quo titulo stãte, quadraginta annis cucurrit vnionis pscriptio, prout pulchrè distinguẽdo concludit Fely. cons.2.nu.3. inducẽs tex. cũ gloss. in c. de quarta,de prescrip. Idem tenet Rebuff.in pract. benefi. tit. de vnion. num. 35. & post hos Mascard. concl. 1411. num. 11.

Et cum hac sñia trãsit Conc.Trid.sess.7.de reform.c.6.dans tantùm authoritatem Ordinarijs locorum examinandi vniones à 40. annis citrà factas, innuens de anterioribus vti præscriptis, non esse dubitandum.

15 Tertiò, circũscripta quoq; tã psũptione, q̃ pscriptione, dico vnionẽ ritè,& rectè factã probari. Præsupposito.n. quòd curatarũ ecclesiarũ vnio fieri queat,de quo non est hęsitandũ.Petr. de Perus. d. tract.c.6. Trid. Conc. sess.7.de re-
16 form.c.7.& sessio.21.de reform.c.7.† quodq; ad eius validitatẽ tria requirãtur; Iusta causa, solemnitas, & authoritas, vt per Nauar.cons.22. nu.1.& 3.de præben.li.3. Hæc aũt oĩa hic inter-
17 uenerũt. † Etenim causæ vnionũ plures sunt ecclesiarũ curatarum,vt p Caccial.d.tract.artic.5. Inter quas est destitutio ecclesiæ alicui', seu desolatio, atq; propinquitas ipsarũ, & tpum qualitas, q̃ in hac cõcurrũt, qñqdẽ Ecclesia S. Martini erãt destituta,& ferè desolata, atq; à vicinis derelicta; & ab alia prædicta minimùm distans.
18 †Solemnitas quoq; nõ defuit,qm vocati fuerũt hi oẽs quorũ intererat, vcz Rectores, & vicini pdicti. & cõsenserũt,put reqrebaẽ Petr.à Peru. d.tract.c.5.in princ. Et authoritas superioris interuenit, vt ś. dictũ est. Nam ad Epm spectat in sua Diœcesi Ecclesias vnire,sicuti ad Sum.Pont. vnire epatus in toto orbe.d.c.sicut vnire, cũ cõ-
19 cord. sup. relatis. † Et aliàs dr ad ordinariũ munus hoc ptinere. clem.1.§.ad hæc.de sta.mona. gloss. in c.priuilegium, in ver.Item authoritate superioris, de reg.iu.in 6. & Innoc. in c.2.nu.2. vers. & idẽ videtur,de op.no.nuncia.& cum his cõuenit Trid.Conc. locis pcit. tribuẽs facultatẽ Ordinario conficiendi, & confectas vniones examinandi, & approbandi, seu annullandi, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis.

20 Quod ergo de Epo, seu Ordinario dr̃.in Vica-
rio quoq; ipsius epi verificatur,q̃a eorũ vnũ est,
& idẽ offĩm, & sunt sicuti corpus,& aĩa, nã epus
est aĩa, Vicarius verò corpus, ꝙ ab eo mouet̃,&
quo, velut instr̃o operat̃, vt bellè, & ad saturita-
tẽ tradit Anto. de Præt. in tract.de iurisd.Episc.
defen.c.6. & latiùs in c.seq. ꝑ to. vbi cõcluden-
ter ꝓbat, non duo capita,sed vnũ esse caput,nec
21 duo offã , sed vnũ solum.† & allegat inter cæte-
ra. c.in nona. 16.q.7.dispenẽs expressè. vnum,
& idẽ esse illorũ offĩm,& ideò non posse Vicariũ
esse sæcularẽ , q̃ ipsi associatur in administratio-
22 nib⁹.† Allegat quoq; bonũ tex.in c.2.de cõsuet.
in 6. vbi Sum. Pont. improbat cõsuetudinẽ ap-
pellãdi à Vicario ad Epm, eò q̃a ẽẽt appellare à
23 se ipso ad se ipsum. † & indè infert author p̃di-
ctus Epi Vicariũ oẽs Canonicos,& quascunque
alias dignitates ecclesiasticas præcedere debere.
Ambitionis illos oẽs damnãs,q̃ illũ anterire stu-
24 duerint. † Maximè qñ est in spũalibus, & tp̃ali-
bus Vicarius gñalis, eo.cap.6. n.43. ex quo ma-
iorẽ adhuc hẽt administrationẽ, & authoritatẽ.
25 †Ambo ẽt, Eps, & Vicarius dñr officiales Cõis
Ciuitatis,sũs Ancha. cõs.340.in 1.dub. q̃ refert,
& seq̃tur Surd.decis. 129. n. 12. Et in hac Patria
plus q̃ notoriũ est Epi Vicariũ oẽs alias dignita-
tes antecellere ex antiq̃ssima cõsuetudine, q̃ in
similib. attendit̃, c. cũ olim, de cõsuet.c.ad hæc,
de exces.Prælat.c.auditis,de elec.Purpur.consil.
26 540.nu.10.11.† & quòd Ordinarij nomen rectè
Vicario epali conueniat, ꝓbatur optimè ex tra-
ditis ꝑ Spec.in tit.de off.ordina. §.1.per totum.
Ex his infertur vnionem, de qua s̃. authoritate
superioris sufficienter suffultã fuisse, & sic tertiũ
ẽt requisitũ interuenisse. Cum p̃sertim fuerit ille
Vicarius gñalis, tã in spiritualibus, quã in tem-
poralibus, ut instrumentum cantat.
27 Non obstãt modo in oppositũ adducta, & pri-
mò, quòd ecclesia unita debuerit cũ oĩbus suis
uiribus transire. nam id procedit vbicunq; vnio
fit per modũ subiectionis, ita vt vnita totaliter
supponatur, & subijciatur ei cui vnitur. Sunt.n.
quinq; sp̃es vnionũ, vt declarat Caccial. d.tract.
28 art.2.in princ.& Petr.c.1.nu.5. † inter quas vna
est p̃dicta subiectiua, in qua vniunt̃ in totum, &
vna trãsit in potestatẽ alterius, sicuti filius arro-
gatus in potestatẽ p̃ris arrogantis,vt s̃. diximus,
& hic non est casus nr̃; Alia sp̃es est qñ vniũtur
tm̃ quoad spũalia.& hic est nr̃ casus,ĩ quo vnita
fuit solũ aĩarũ cura, ex causis narratis, in reliq̃s
aũt remãsit beneficiũ S. Martini in suo primæuo
statu, cũ onerib. & honorib. & ampliùs ẽt cum
onere cõstruẽdi capellã, & missã celebrandi cũ-
ctis diebus festiuis ad eam. Vndè ęquum fuit, vt
29 cũ suis redditibus remaneret. † Nam ecclesiæ ẽt
vnitæ retinere solent sua priuilegia, glo. in d.c.
priuilegiũ, circa med. de reg.iu.in 6. Imo, in d.
c.2.n.2. de oper. no. nuncia. Alex. post Bart. in
d.l.inter stipulantẽ.§.Sacram.n.10.de verb.obl.
Minùs ob. secundũ de Cano.Conc.Trid.quia
eadẽ cõpetere põt r̃ñsio, ut procedat in vnione
totali, & potẽtiori ꝑ modum subiectionis, q̃ est
vera, & propria vnio, non uerò in unione spiri-
tualium tantùm, de qua nos tractamus.
30 Secundò, Rñdetur Concilij dispositionẽ nihil
officere vnioni p̃dictæ, ex quo longè post eam
suꝑuenit. Etenim fuit facta vnio de anno 1545.
Concilium aut publicatum de anno 1564.
Lex autẽ non p̃teritis, sed futuris dat formã ne-
gocijs.l.leges, & constitutiones. C. de legi. l.de
31 vsuris. ff. de vsu. † Insuper dũ loq̃tur canon de
aĩarum cura in Vicariã ꝑpetuã conuersa, mãdã-
do certã fructuũ portionẽ ipsi Vicario assignari;
non tangit casum nr̃um, in quo non fuit ecclesia
S.Martini in Vicariã perpetuã data, sed abolita
pęnitus cura,& alibi translata vt s̃. Item præfigit
anni spaciũ, post Synodũ ad id peragẽdũ, quod
nec in tot annis factũ fuit. Vltimò aũt loco si ni-
hil horũ factũ fuerit, ecclesiã ipsã in antiquũ sta-
tũ restitui mandat. In casu aũt proposito nõ fuit
institũ ꝓ reductione ecclesiæ S.Martini ad anti-
quũ statũ, idest aĩarũ curã, sed ipsi⁹ redditus cõ-
cedi Rectori S. Appollinaris, ideo nihil in toto
illo canone dispositũ reperitur, ꝙ ad rem nr̃am
faciat. Nec ommittendũ est, quòd relationẽ ẽt
hẽt ad aliũ sub Paulo III.Pont. Max. editũ, qui
legitur in eo.lib.sess.7.c.7. de reform. remittens
32 id oẽ arbitrio ordinarij. † Ideo cũ relatum sit in
referente, l.asse.toto. de hæred.insti. Satis videt̃
vtriq; canoni satisfactum, cum arbitrio, & de-
creto Ordinarij totum processerit vt sup.
33 Non ob. tertium, de reg. qui sentit cõmodum,
qm̃ procedit solùm in connexis, ut ibi declarat
Cagno.nu.12. nos aũt uersamur in separatis, ex
quo aĩarũ cura iã fuit legitimè separata à bene-
ficio, ut dictum fuit,& probatum. & præsertim
34 assentiẽte Rectore S. Appollinaris, † cui nõ põt
modernus Rector cõtrauenire, quia ẽ successor
vniuersalis, & hæredis locũ repræsentat. c.quia
Ioannes 12. q.5. c.1. vbi glo. & doct. de solut.
Guid.PP.q.629.ferè ꝑ tot. Gig.de pensio.c.47.
35 n.10.q.52.in princ.& q.54. n. 182. † Limitatur
quoq; regula prædicta non procedere ubi nõ est
eadẽ ratio, & par conditio, atque habilitas sen-
tiendi cõmodum, & incõmodum, ut per Dyn.
d.c. qui sentit, quæ limitatio satìs uidetur casui
nostro adaptari, quoniam in applicando cõmo-
do Rectori S. Appollinaris, obstaret diuisio tẽ-
poralium à spiritualibus iam perfecta, cũ om-
nibus suis solemnitatibus, ac etiam præscripta
utsup. ideo non par conditio, neque habilitas.
36 † Vltra quòd beneficiũ post vacans vnitũ fuit se
minario,& ius ipsi q̃sitũ, vndè maior adhuc resul
tat inhabilitas cũ facultas Ordinarij cũ adiũctis
suis ĩ applicãdis beneficijs simplicib. Seminario
sit amplissima, vt legit̃ in Trid.Cõc.sess.23.c.18.
de re-

de reform.& p consequens tractetur hic de iure quæsito tollendo ipsi Seminario.

Ad quartũ de authoritate Vicarij Epalis non idonea ad vniones, rñdeť primò satis esse, quòd titulũ pbuerit, nã quadragenaria pscriptio subsequẽs oẽm tollit difficultatẽ, vt s. in 2. fundam.

Secundò dicitur verius esse Vicarium, psertim gñalem Episcopi, sufficientem habere authoritatẽ vniẽdi p ea q in 3. fundamẽto deducta sũt.

Tertiò, rñdetur reuocando in dubiũ cõclusionẽ pdictã. Caccial.& Petr.de Peru.q fundať solùm sup dicto Innoc.& Io.And. loquentium de Archidiacono, à quo ad Vicariũ arguunt p locũ
37 à simili.† Etenim argumẽtatio nõ pcedit, ex quo Vic. gñalis, est maior Archid. vt in d. 3. fundam.
38 † Quartò nõ esset inconueniens dicere Archidiaconũ quoque, qui de iure cõi, iutisdictionem exercet. c.1. & c. ad hæc, de offi. Archid. & est post Epum Vicarius in oibus. Purp. conf. 540. nu.13. & 15. posse Ecclesias parochiales, & cu-
39 ratas vnire ex legitima cã, † qñquidẽ ipsius propriũ est ẽt offiñ illas inqrere, visitare, ordinare, & disponere, d.§.ad hæc, de off. Archid. c. per-
40 lectis.25.dist.in §.Archidiaconus.† & licèt dicat ibi tex. (cũ iussione Epi) declarat tñ ibi glo. qualis debeat esse ista iussio. in ver. cũ iussione; inquiens vnicã, & gñalẽ ab initio sufficere quãdo offiñ accipit, nè forte in singulis actib. eũ reqri dubitaretur. Et hac rñsione attenta, argumentũ prædictum à simili, pro vnione parochiarum istarum à Vicario facta, concluderet.
41 Quintò, & vltimò cũ p officiali semper præsumatur.l.2.de off.ciui.Iudi.c.nisi essent, de pben. c.in vr̃a, de procur. Alcia. de psumpt. reg.3. præsumpt.9. psumendũ est Vicariũ illius tpis facultatẽ vniẽdi habuisse.& aliter ad illũ actũ nõ processisse. Tantò magis qa tunc erat Epus Parm. Illustriss. & Reuerendiss. Card. S. Floræ Camerarius S.R.E. & Sum. Pont. Nepos in Vrbe ipsa residẽs, qui ppea maximã Vicario suo gñali authoritatẽ contulisse psumendũ est, vt occurrentibus negocijs opportunè prouidere posset.
42 Ad quintum de restit. in integ. rñdetur, eã nõ dari absq; læsione.l.non omnia, & l. quòd si minor.§.1. de mino. l. minorib. C. eo. D.Odd. de
43 resti.in integ.q.4.art.1.† vbi ecclesia ẽt in specie loqtur, sub n. 5. Ecclesia aũt hoc nr̃o casu læsa non est, imò melioris conditionis effecta, eò qa nouã capellã absq; sua impẽsa habuit, cũ beneficijs simplicib. in ea translatis, & missis festiuis vltra solitũ. Neque Rector ipsius læsus dici põt, qa si qd laboris ei adiectũ fuit, habuit quoque emolumenta incerta, q digna sunt conside-
44 ratione, vt testes Seminarij concludunt. † Et si in aliquo læsus dici posset, non tñ restitutionem obtinere posset, nisi ecclesia simul læsa pbaretur. Io.Fab.in §. rursus, insti.de actio.D.Odd.vbi s. quæst.3. artic.8. per tot. & signanter in fi.

Consil. Lud. Sacc.

De læsione Vicinorum minùs constare potest. Siquidẽ cõmodũ potiùs ex vnione nacti sũt, qm ab ecclesia paludosa, destituta, & inhabili ad officia diuina, ad aliã cõmodiorẽ, & habiliorẽ transierũt; & cũ in sua parochiali vnã, aut duas missas singulo anno audire possent, in hac, binas, & plures singulis dieb. festis audire possunt, & alia quoq; diuina officia. Minora quoq; sentiũt dispẽdia in puidendo necessaria ipsi ecclesiæ, quæ vicinos tãgũt, ex quo vicinorũ numerus auctus portionẽ suã fert onerũ, & de primo ad vltimũ nulla subsistẽte læsione, nulli loc⁹ est restitutioni.
45 Secundò rñdetur cessare restitutionẽ, ex quo nõ datur vltra quadriẽniũ.l.fi.C.de tẽpo. appel. c.1.& 2.eo.ti. in 6. & Clem.1.eo.ti. Hic aũt qn-
46 quaginta anni effluxerũt vt s.† Nec obstat quòd viuẽte Rectore Ecclesiæ, q cõtraxit, & ecclesiã
* læsit, nõ cucurrerit quadriẽniũ, fm cõem * opin. quã D.Odd. refert q.19.art.8. qa cõtraria ẽt defendi põt, ut p Bero. d.c.1. n.16.17. de resti. in integ. Verũ ea admissa, qa in iudicãdo, & cõsulendo ita sẽtiẽdũ est, ut fatetur idẽ Bero. d.n.17. iu fi. præsupponiẽ ecclesiã pdictã S. Martini pluries vacasse in illis annis 50. qui post vnionẽ effluxerunt, adeo quòd quadrienniũ indubitãter cucurrit, quo restitutio peti poterat ecclæ noĩe.

Tertiò rñdetur nedũ quadrienniũ, sed quadragesimũ annũ elapsũ; vndè præscriptio subsecuta est, ur in 2. fundamento, & post eam perfectam rursus aliud lapsum est quadrienniũ, intra quod aduersùs præscriptionẽ restitutio peti potuisset. Nimiũ cessare debet omnino istud remedium.
47 Quartò, & vlt. rñdetur, quòd cũ restitutio fit in pristinũ statũ repositio, vt cõiter diffinitur teste D.Odd.q.1. art.4. nu. 43. cũ seqq. post alios relatos, & tñ tribuat, quantũ læsio abstulit, & nõ plus, neq; minùs, atq; in eũ statũ læsum reponat, quo ante læsionẽ repiebaẽ, vt ibidẽ subdit n.45. p infallibili regula, nihil pñt actores hoc remedio cõsequi, qm non petunt se in pristinũ statũ restitui, hoc est ecclesiã S. Martini ad curam reduci, sed illius tantùm redditus dati Rectori S.Appollinaris, quos nunq habuit, & per consequens sunt obaudiendi.

Ad sextũ, q vnioni factæ Seminario obijcitur, rñdetur imò factã fuisse ab Illustriss.& Reuerendiss. Epo, cũ suis reqsitis, ad formã Conc.Trid. in d.c.18. de refor. sess.23. Nec vocandos fuisse vicinos antiquos ecclesiæ S. Mattini, aut Rect. S.Appollinaris, quorũ nihil intererat, cũ iã esset d. Beneficium sinè cura, cũ oneribus tñ de qbus s. quæ Seminariũ ferè non recusat, sed paratum se offert, vti successor vltimi Rectoris.

Ad vltimũ de translatione, ex c.7.21.sess.Trid. Conc. non disputando vtrũ Vnio, seu translatio fuerit, Respõdet, quòd longè post actũ emanauit, & non põt dare formã pteritis negocijs, vt s dictũ est, neque actũ aliàs validũ infringere. Re-

spōdetur et canonē illū loqui in beneficijs simplicibus in prima sui partē, qua mandat ea cum oībus emolumētis,& oneribus trāsferri ad alias ecclesias. In secunda aūt in qua de parochialib. tractat, nihil disponit, nisi de illarū refectione, & si refici non possint pp suā,& Parochianorum paupertatē,quòd ad matrices,seù viciniores ecclesias trāsferantur,de redditibus aūt nullū verbum. Sed aduertēdū est quoq;, trāslatā dici hāc ecclesiā cū suis emolumētis,& oneribus,ex quo factū fuit simplex beneficiū, quod onera sua adhuc sustinet iuxtà conuenta, & ab ordinario decreta, ideo nihil vlteriùs ingrendū esse; Præsertim verò post tanti temporis cursum, quo legitima cōpleta fuit præscriptio, iuxta supradicta.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiasticorum bonorum alienatio substantiā, & formā copulatiuè requirit.*
2 *Fallit in rebus ab antiquo cōcedi solitis, præsertim in emphiteosim. & est cōis.*
3 *Confirmatio actus maiorem addit firmitatem, licet eum non extendat.*
4 *Inuestitura secunda plus continens, quàm prima, & nouas addens qualitates, inuestitura noua censetur.*
5 *Solita concedi bona ab antiquo non dicuntur, nisi bis saltē concessa fuerint, & cursus quadraginta annorum intercesserit. & est communis.*
6 *Confessio procuratoris, quòd bona concedi solita sint, non nocet Prælato.*
7 *Inuestitura facta de rebus Ecclesiæ vltra solitam formam nulla est, & inualida. vtputa si solita concedi ad secundam, & tertiam generationem, cōcedantur in perpetuum, vel concessa pro masculis tantum, concedantur etiam pro fœminis.*
8 *Emphiteosi vni concessa, si postea inter succedentes diuidatur, remanent tamen insolidū obligati.*
9 *Particularis solutio plurima affert creditori incommoda.*
10 *Emphiteosi vna concessa, & inter succedentes diuisa, vnius cessatio, vel deterioratio omnibus præiudicat secundùm magis communem.*
11 *Emphiteosis bonorum ecclesiasticorū concessa (sinè requisitis) vltra solitū modū vitiatur in totū, nō verò sustinetur usq; ad solitū, secūdū magis cōem.*
12 *Præsertim si aliquibus coniecturis appareat, quòd contrahentes non conuenissent sub forma solita.*
13 *Coniectura autem sufficiens indicatur, si recipiens emphiteosim notabile quicq̄ pro obtinenda inuestitura soluerit, aut aliter in damno remaneret, nisi in totum contractus sustineretur.*
14 *Data pro obtinenda inuestitura prædicta modo insolito. si nō valet, repeti nō possunt, sed amissa sūt.*
15 *Emphiteosis ecclesiastica bonorū sterilium concessa pro modico canone, si reuertatur, bonis effectis fertilibus, & fructuosis, concedi non potest iuxta solitum, sed adhibitis tantùm solemnibus, & pro idoneo canone inspecto præsenti tempore.*
16 *Cōtractus ecclesiæ dānosus nullus, & inualidus est.*
17 *Datum pro obtinenda inuestitura bonorum ecclesiæ, debet in eius vtilitatem conuerti, non Prælati, neque etiam Summi Pontificis.*
18 *Emphiteosis differt à liuello.*
19 *Mandati fines diligenter sunt custodiendi.*
20 *Pactū de affrācādo emphiteosim alienōnē cōtinet.*
21 *Pactū de renouādo emphiteosim de nouennio in nouenniū additum, solita forma inuestiturā vitiat.*
22 *Clausula (saluo, & reseruato consensu domini, & non aliter) adiecta contractui, habet vim resolutiuam, & annullatiuam, consensu non secuto.*
23 *Prælatus potest proprium contractum Ecclesiæ suæ damnosum infringere.*
24 *Naturalis inuestiri potest de bonis ecclesiasticis inspecto iure communi.*
25 *Non tamen succedere in inuestitura antiqua maioribus suis facta, nisi expreßim cautum fuisset. & est communis.*
26 *Hodie verò omnino incapax est ex dispositione Bullæ Pÿ Papæ Quinti.*
27 *Lex futuris, non præteritis dat formam negocÿs.*
28 *Emphiteosis ecclesiastica facta pro se, et hæredibus sinè solēnibus alienationis, tanq̄ de rebus alienari solitis, ad hæredes extraneos nō trāsit. & est cōis.*
29 *Ampliatur, etiam si de quibuscunque hæredibus loqueretur, si pro extraneis non erat concedi solita.*
30 *Sequentia declarant præcedentia.*
31 *Hæredū appellatione, descendentes tantùm continentur, quando dispositio aliter contrarietatem, aut repugnantiam continere potest.*
32 *Clausula (pro hæredibus, & descendentibus) vtranq; qualitatem copulatiuè requirit, vt quis vocatus dicatur. & est communis.*
33 *Emphiteota potest meliorationes suas vendere, concurrentibus septem requisitis. & est communis.*
34 *Emphiteota potest ius suum donare, vel legare sinè domini consensu, duraturum tantūmodo durante illius iure, & quatenus se extendit, & non vltra.*
35 *Nemo plus iuris ad alium transfert, q̄ ipse habeat.*
36 *Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris.*
37 *Pactum, quòd emphiteota non poßit aliquem contractum, distractum, vel alienationē facere, sinè expreßa directi domini licentia, seruādum, q̄uis natura contractus in aliquo repugnet.*
38 *E conuerso etiam valet, quòd sinè licentia alienare poßit.*
39 *Contrariorum eadem est disciplina.*
40 *Laudemium soluendum directo domino per nouum emphiteotam acquirentem est quinquagesima.*
41 *Et solui debet nedum in casu vēditionis, sed etiam donationis, & legati, secundùm communem.*
42 *Quod intelligitur pro toto rei pretio, non pro melioramentis tantum.*

43 Con.

43 *Consuetudo tamē locorum attendenda est, quia in aliquibus plus, & aliquibus minus soluitur.*
44 *Veronæ soluitur decima pro laudemio.*
45 *Parmæ verò vigesima æstimationis vtilis dominij, solui consueuit.*

Pro Illustrisſ. & Reuerendisſ. D. Cardinali de Gambara.

EPITOME.

Super inualiditate Emphiteosis Ecclesiasticæ concessæ à Prælato Antecessore, vti concedi solitæ, ac etiam renouatæ à Procuratore moderni Prælati, cum multis alijs in materia alienationis bonorum Ecclesiæ.

RESPONSVM LXV.

Visis duabus inuestituris emphiteoticis, altera ꝑ procuratorē Illustrisſ. & Reuerendisſ. D. olim Card. Gonzaghæ de anno 1564. tunc Commendatarij Abbatię S. Thomę de Aquanigra Brixien. Dioc. altera verò ꝑ Procuratorē, ac Locumtenentem Illustrisſ. & Reuerendisſ. D. Card. de Gambara eius successoris, & sic moderni Commendatarij, de anno 1568. celebrata: Ad primū quæsitum, Contractus validitatē, seù inualiditatē respiciēs; Videt̃ prima facie rñdendū, contractū valere, &
1 tenere; † Nā & si vera sit cōclusio, Duo regulariter in qualibet bonorū immobiliū ecclesiasticorū alienatione copulatiuè reqri, formā scilicet, & iustā cām, c. 2. de reb. eccle. nō alie. in 6. vbi Io. And. & alij not. c. Sicut ecclesia, §. sed notādū, & c. finè exceptione 12. q. 2. glo. pen. & Scrib. in c. 1. de in integ rest. & in c. q̃ in ecclesiarū. de consti. atq; in c. nulli. de reb. eccl. nō alien. quorū opin. cōis, * & ab oībus recepta, vt ꝑ Dec. cons. 142. nu. 4. Clar. in §. emphiteosis, q. 6. & Didac. var. resolut. cap. 17. nu. 2. Redoa. in tract. de reb. eccl. non alien. tit. de condit. quibus anni cen. lici. emi poss. nu. 10. 11. & alibi sæpè.
2 Limitatur tñ nō ꝓcedere in rebus ab antiquo cōcedi solitis, quas Prælatus pōt, si ad Ecclesiā reuertātur, absq; solēnitatib. debitis, iterū alienare, & signāter in emphiteosim cōcedere, vt in specie decisū habemus in Constit. Pau. II. incipiente, Ambitiosæ, in extrauag. cōibus, ac ēt in feudū, c. 2. vbi cano. oēs, extra de feud. & in c. 1. de his q feu. da. poss. Bar. & Scrib. in authen. q rē ad fi. C. de Sacr. Eccl. Dec. d. cōs. 142. col. 1. Guid. Pap. decis. 154. ī princ. Didac. d. c. 17. n. 4. Et hęc est cōis * cōclusio, vt ait Soci. iun. cōs. 169. n. 11. lib. 2. duplicato, ī cōs. 120. lib. 4. Clar. d. q. 6. vers. si verò res ecclesię. Redoa. latè d. tract. tit. de casi. in q bus sit alien. re. eccle. §. solem. §. itē alio casu ꝑdicto. Et dicit Castr. in l. ēt, in fi. princi. ff. sol. Consil. Lud. Sacc. matr. quòd ēt absq; alia cā talia bona sīn cōsuetū modū alienari possūt, adeoquòd neutrū ex dictis reqsitis necessariū vr̃. Vndè cū in casu proposito, bona ista aliàs cōcessa ī emphiteosim fuisse præsupponantur, imò verò solita ab immemorabili tp̃e cōcedi ad affictū perpetuū fassus fuerit ꝓcurator ꝑdicti Illustrisſ. D. Card. Gonzaghæ in instrumento dictæ suæ inuestituræ; Consequens videtur, vt de cōtractus validitate dubitari nequeat, nec respectu formæ, nec causæ.
3 Et tātò minùs, cū accesserit quoq; cōfirmatio, seu noua inuestitura memorati procuratoris Illustrisſ. & Reuerendisſ. moderni Cōmendatarij: Confirmatio. n. actus, maius robur, maiorēq; firmitatē ei tribuit, licèt nō eū extēdat. l. Aurelius. §. testamēto. de libera. lega. Bal. in l. si aduersùs. C. si aduer. rē iudi. & in l. nominationes, in fi. C. de appell. Rui. cōs. 60. n. 3. cōs. 158. n. 16. & cons.
4 208. n. 9. lib. 1. † Quinimo ex quo secunda Inuestitura plus continet, q̃ prima, & nouę qualitates adiectæ repeciuntur, pro noua quoq; Inuestitura habenda est, vt respōdit Rui. cōs. 20. nu. 7. lib. 1. Vndè tantò magis tuti videntur emphiteotæ.
Veruntñ his nō obstātibus, Contractū nullum
5 existimo rōnib. infrascriptis. † Primò qa nō cōstat bona hmōi pro ꝑterito cōcessa fuisse, nisi semel. Ideo solita cōcedi dici nequeunt, qa bina cōcessio necessaria est, cū cursu 40. annorum, ad hoc vt res cōcedi solita dici possit, Iac. de Belui. in c. 1. de his q feu. da. poss. Bald. in l. de quibus, n. 15. & 27. ff. de ll. Imol. d. c. 2. ī fi. de feud. Alex. cons. 9. n. 6. lib. 3. & cōs. 5. n. 4. in 5. Raph. Cum. cōs. 129. qdam, Dec. in d. Authen. q rem. nu. 20. & d. cōs. 142. n. 4. vers. solū superest. Ias. in cons. 155. col. 3. vers. 4. facit, li. 2. vbi neminē dissētire ab hac sñia asserit, & vti cōem, * tutioremq; & ecclesiæ magis proficuā sequitur, & in practica tenendam affirmat. Clar. in §. feudū, q. 13. vers. nunc pro intelligentia. Redoa. d. tracta. tit. de immob. re. eccles. alien. num. 54.
6 Nec obstat cōfessio procuratoris antedicti, qui bona solita cōcedi dixit, qa nō habuit sufficiens mādatū ad ita cōfitendū, ideo nō nocet dño, l. 2. §. fi. cū not. per Bar. Castr. & alios. ff. si cert. pet. l. certum. §. sed ante. C. de confess. Rui. consil. 140. n. 4. 5. lib. 1. Minùs aūt nocere pōt ecclesiæ, ex quo, nec ipsimet Prælati confessio nocere posset, c. fi. vbi doct. oēs, * ex̄ de ꝓsumpt. Castr. cōs. 1. Ego Paul⁹, li. 1. Fed. de sen. cōs. 142. ver. cōfessio facta. Afflic. decis. 168. n. 3. & decis. 245. n. 11.
Secundò contractus nullus dicitur, quia vltra solitum modū concessiones istæ factæ sunt, nam cum antea concessa reperiretur illis de Palūbis, descendentibus à primo inuestito, eiusq; lineā, & generationē egredi non posset, nunc ad plures familias, plures q; generationes extēsa, & ꝓducta fuit; Siquidē nedū D. Mutius, & D. Fabritius inuestiti fuerūt pro se, & descēdentibus legiti-

legitimis, verumetiã, in illorũ defectũ inueſtitæ
fuerunt eorũ matres reſpectiuè pro ſe, & deſcen
dentibus; Et his quoque deficientibus inueſtiti
fuerunt fratres dictarũ mulierũ pro ſe, & hære-
dibus, & deſcendentibus; Etenim vltra dictos
duos fratres de Palumbis, vocata ẽt eſt D. Hip-
polita, de Maſſitijs Mutij mater, quæ in alienam
familiam nubens, & filios procreans, bona eccle-
ſiæ poſſet in eam transferre, quod de D. Cathe-
rina de Zibramontis Fabritij matre ſimiliter in-
ueſtita, contingere poſſibile eſt; Sed & D. Ioan-
nes de Maſſitijs, & D. Alexander Zibramontes
fratres dictarũ mulierũ vltimo loco vocati, alias
quoq; familias, & gñationes includũt, & ad bo-
na p̃dicta admittunt vtſup. Conſequenterq́; no-
uo modo, & cũ pactis inſolitis factæ ſunt inueſti-
turæ huiuſmodi, & in duriorẽ cãm eccleſiæ, quę
diutiùs bonis ſuis magni redditus priuata rema
nebit ꝓ modico canone annuo conuẽto, q̃ re-
manſura fuiſſet, ſi vni tm̃ familiæ conceſſa fuiſ-
ſent, ꝓut antea erãt, Vndè manifeſta cõtractus
7 nullitas reſultat. † Quia cũ forma ſolita prioris
inueſtituræ mutata, & alterata fuerit, ceſſat illa
conſuetudo, ꝑꝑ quã Prælato licitum dr̃ alienare
abſq; ſolẽnitatibus, Doctr. eſt Bart. in d. authen.
qui rẽ, in fi. & Iaco. de Belui. in authen. ſi quas
minas. C. de Sacroſ. Eccleſ. & in d. l. ẽt. Imo. in l.
quod dr̃, in fi. de verb. oblig. Alex. conſ. 17. n. 11.
lib. 4. & conſ. 5. n. 7. lib. 5. & in d. l. quod dr̃ ad fi.
vbi ẽt Aret. ſub nu. 9. Bero. conſ. 77. n. 32. & cõ-
ſil. 122. nu. 14. lib. 1. Rui. conſ. 35. num. 7. lib. 1.
Clar. in §. Emphiteuſis. q. 6. verſ. Scias tñ. Curt.
Iun. in tract. de feud. par. 2. q. 6. princi. num. 2. 3.
Exemplificantes in cõceſſione ſolita fieri, ad ſe-
cundã, vel tertiã gñationẽ, q̃ ad tertiã, vel quar-
tã reſpectiuè, aut in ꝑpetuum facta, non tenet;
Nec non & in conſueta cõcedi pro maſculis tm̃,
q̃ ad maſculos, & fœminas extendi nequit, quæ
exẽpla ad terminos noſtros apprimè conueniũt,
cũ aliàs nõ fuiſſet cõceſſa emphiteoſis ꝓ fœminis,
ſed ꝓ maſculis tm̃, vt ĩ facti narratione ſupponiẽ.
Cumq́; vni lineæ, ſiuè gñationi data fuiſſet, nũc
aũt quinq; vel ſex. & fortè plurib. conceſſa dici
poſſit. Claud. Seiſel. in tract. de feud. tit. q̃ feud.
da. poſſ. verſ. octauo limitatur. Afflict. d. deciſ.
107. col. 2. Rui. conſ. 35. nu. 7. lib. 1. Redoa. d. §.
Item alio caſu, nu. 4. in fi. & num. 19. & 21.
8 Fuit ẽt inſolito modo cõceſſa emphiteoſis, q̃a
cũ prius vnita eſſet, oẽsq́; Emphiteotæ, q̃uis ad
diuiſionẽ inter ſe deueniſſent, inſolidũ tñ obli-
gari forẽt, vt ꝑ Clar. d. §. emphiteoſis, q. 14. nũc
diuiſa reperiẽ in duas partes vt ſ̃. Vndè eccleſia
damnũ ſentit, tã reſpectu ſolutionum annuatim
fiẽdarũ, quas diuiſim recipere cogitur ex forma
9 cõtractus † (particularis aũt ſolutio incommoda
plurima creditori affert, l. planè. ff. fami. herciſc.
glo. in l. q̃ro. §. inter locatorẽ, in ver. inſolidũ. ff.
loca. l. fi. vbi Bar. C. de debito ciui. lib. 11.) q̃ ẽt
devolutionũ, q̃ aliq̃ñ cõtingere poſſent ob cano
10 nẽ nõ ſolutũ, aut rẽ deterioratã. † Enimuerò ſi
vnica eſſet īueſtitura unius ceſſatio, vel deterio-
ratio cœteris coemphiteutis p̃iudicaret, ſm̃ ma-
gis cõem, * & verã ſentẽtiã, de qua ꝑ Clar. vbi
ꝓximè, q. 8. verſ. quæro, quid ſi Emphiteota, &
verſ. ſeq. ea aũt diuiſa, ſecùs iudicandũ, ut oĩb⁹
patet, quia ſunt ſeparati contractus: Cum igiẽ
ſolita forma in hoc ẽt exceſſa reperiatur, tantò
magis nullitas contractuũ apparet ꝑ ſupradicta.
11 Et iſti exceſſus ſoliti modi, & cõſuetæ inueſti-
turæ operãtur, ut nec ualeat cõtractus uſque ad
terminos cõſuetos, ſed in totũ uitiẽ, & ſi diui-
duus ſit, & ſeparabilia cõtinẽs, p̃ſertim in tebus
eccleſiæ, ut ꝑ Iaſ. d. authen. qui rem. col. fin. poſt
Bart. ibi nu. 7. & Lap. alleg. 80. Et ità iudicauit
Conſ. Neap. in d. deciſ. Afflict. 107. rõnibus, &
authoritatib. ibi adductis. Rui. conſ. 86. nu. 8. cũ
concor. lib. 1. Calc. conſ. 125. col. fi. Et hanc opi.
latè defendit Didac. var. reſol. c. 16. n. 5. q̃ ẽt ma-
gis cõem * atteſtatur, Alex. conſ. 143. n. 3. lib. 7.
12 Et hãc ſentẽtiã oĩ ſcrupulo carere certũ eſt, q̃ñ
ex aliq̃bus cõſtat cõiecturis paciſcẽtes aliàs non
fuiſſe cõtracturos, niſi ſub ea forma inſolita. Bar.
conſ. 159. col. 3. Lap. d. alleg. 80. ſub n. 3. verſ. nã
cõductor nõ accepiſſet. Aret. latè in d. l. quòd dr̃,
ſub nu. 9. & ibidẽ Alex. ad fin. & idem Alex. d.
conſ. 17. nu. 11. atq; in l. 1. §. ſed ſi mihi, ubi etiã
Soci. Alcia. & reliqui. ff. de verb. obl. Loffre. cõ-
ſil. 3. nu. 35. Calca. d. conſ. 125. col. fi. & Didac. d.
c. 16. uar. reſolut. ſub nu. 5. uerſ. ſed præmiſſa.
13 Vrgens aũt cõiectura, immò cõcludẽs ꝓbatio
in nr̃a ſpecie colligiẽ, ex quãtitate notabili pe-
cuniarũ ꝓmiſſa ꝓcuratori Illuſtriſſ. & Reueren-
diſſ. q. Card. Gonzaghæ duorũ mille, & qua-
tuorcẽtũ aureorũ ꝓ tali inueſtitura obtineñ. q̃
aliter nõ ſoluiſſent inueſtiti, ut in terminis tra-
dit Didac. loco ꝓximè citato. Hinc. n. ſuadetur,
quòd uel in totũ ualere, uel in totũ irritari uolue
rint. Loffred. d. conſ. 3. n. 35. cũ concord. ꝑ eum
adductis. In caſu aũt nr̃o in dãno remanerẽt in-
ueſtiti ob ſolutionẽ p̃dictã, quã uiriſimiliter nõ
feciſſẽt, niſi oẽs ad emphiteoſim admiſſi fuiſſẽt.
14 Igitur, &c. † Et hic incidẽter ſciẽdũ, quòd pecu-
niæ hmõi datę ꝓ obtinẽda cõceſſione modo in-
ſolito, repeti nõ poſſunt, ſed ſunt amiſſæ. §. ſi ue-
rò ẽt perpetuam, in authen. de non alien. Di-
dac. d. c. 16. eod. uerſic. Sed præmiſſa.
15 Tertiò principaliter cõſiderandũ eſt, nũ prima
inueſtitura facta fuerit (ut crediẽ) de bonis iſtis
eccleſiæ tanq̃ ſterilibus, & infructuoſis, ex quo ꝓ
tã modico canone antiq̃⁹ locata, & cõceſſa dñr,
Nã cũ modernis t̃pibus fertilia, & maximè fru-
ctuoſa ſint, ceſſat cã ob q̃ aliàs in emphiteoſim
data fuere. Et hinc ſeq̃tur quòd & ſi ſolita eſſent
cõcedi, ampliùs tñ cõcedi nequerũt, abſq; ſolẽ-
nitatib. poſtq̃ ad Eccleſiã reuerſa sũt, q̃a ceſſãte
cã, ceſſat effectus, pulchrè Abb. in c. ut ſup. n. 11.

uerſ.

vers. ego crederem, de reb. eccles. non alien. Rebuff. in compen. de reb. eccl. alien. vers. octauus. Redoa. d. tit. de immob. re. alien. nu. 55. 56. cum sequentibus, & in d. §. item alio casu, in princ. & in fin. vbi concord. adducit, & inquit Card. in c. 1. colum. vlt. qui feu. da. poss. hanc esse conclusionem æquissimam, quã sequitur Curt. in tract. feud. par. 2. quęst. 1. num. 10. vers. hinc videmus, & iuribus ac rationibus cõfirmat, Afflict. in Con stit. Baiulos omnes, num. 89. Benint. decis. 13. nu. 8. Consequenter ergo nullæ, & inualidæ sunt etiam istæ concessiones ex hoc capite. Quamuis enim pro talibus bonis modicum quid ab antiquo solui consueuisset, cum tamen reuersa sunt ad Ecclesiam quingentorum circiter aureorum redditum annuum mereri præsupponuntur, Et tamen pro eodem modico canone concessa reperiuntur. Vndè clarissima, & enormissima lęsio Ecclesiæ apparet, quæ contractum nullum reddit; ita in terminis tradit Redoa. d. §. item alio casu, num. 9. & fusius, num. 22. & seq. vbi duos allegat tex. omni cauillatione carẽtes videlicet, d. c. vlt. de feud. in vers. si videris expedire, & d. Constit. Paul. II. in vers. & tunc ecclesiarũ euidenti vtilitate, qui propriè loquuntur in rebus alienari solitis, & vtilitatem Ecclesiæ nihilominus requirunt, idem tradit Curt. d. tract. par. 2.

16 quæst. 1. in fi. † Quòd autem contractus Ecclesiæ damnosus, nullus sit & inualidus, vltra prædicta probatur ex latè deductis per Dec. d. cons. 142. num. 4. & in fin. & latiùs per Redoa. d. tract. sub rub. de causa vtilitatis, per tot.

Et si pertinaciter quisquã tueri satageret con tractus memoratos, non obstante læsione Ecclesiæ, valere, effugere certè non poterit quin per restitutionem in integrum rescindi debeant, per c. 1. cum materia, extra de restit. in integ. glos. in c. cum Apostolica, de his, quæ fiũt à Præla. si. con sen. cap. & in cap. finè exceptione 12. q. 2. Rui. d. consil. 35. num. 35. & seq. Didac. d. c. 17. num. 2. Redoa. d. tract. tit. an & quomodo ex vulg. obli. Ecclesiæ, num. 3. & §. seq. num. 9. & nu. 12. vers. in contractu autem & latius in tit. de rest. in integr. quæ ob lęsionem compe. Eccl. §. 1. 2. & 3.

Nec obstat si opponatur de promissione, seu solutione aureorum 2400. de quibus in concessione procuratoris Illustrissimi Cardinalis Gonzaghę. Tùm quia maximè lęsa adhuc fuit Ecclesia, non obstante huiusmodi solutione, vt ex primo narrata redditum quantitate omnibus ob-

17 uium est, † Tùm etiam quia non cõstat tales pecunias in vtilitatem Ecclesiæ versas, quas non sufficit fuisse prælato solutas, c. 1. vbi Inno. Abb. Imol. & cęteri, extra de deposi. doct. in autẽ hoc ius porrectum. C. de sacros. eccles. Didac. latè d. c. 17. num. 3. Redoa. in d. tit. de causa vtilitatis, num. 213. & seq. vbi restitutionem saltem Ecclesiæ hoc casu competere asserit, ex mente Innoc. in d. c. 1. Quinimò si Summo Pontif. solutæ fuissent, idem respondendũ foret, per tradita à Rui. d. consil. 35. num. 35.

18 Insuper & quartò aduertẽdum est, quòd procurator memoratus Illustrissimi Domini Cardinalis Gonzaghæ mandatum nõ habebat ad concedendum dicta bona in emphyteusim, quamuis ad liuellum posset concedere, sunt enim diuersi contractus, & naturam habent separatam, vt col ligitur ex Redoa. vbi supra sub rub. de signi. ver.

* alienatio. §. pariter, per tot. & est cõmunis * opinio teste Ias. in l. 1. post nu. 29. C. de iure emph.

19 quicquid Bar. & alij nonnulli senserint. † Ex defectu mandati, igitur nulla redditur eius inuestitura. l. diligenter. ff. manda. c. cui de non Sacerdotali, de præben. in 6. Dec. latè, cons. 493. nu. 8. vsque ad fi. Socin. iun. cons. 57. nu. 6. cum pluribus seq. vol. 2. Capr. concl. 112. nu. 23.

Et quod attinet ad confirmationẽ, seu nouam cõcessionem factam per procuratorem, siue Locumtenẽti Illustrissimi D. Cardinalis de Gambara, plures aliæ subsunt nullitates, nã primò continet pactum affrancandi, seu de vendendo, bobulcas centum, dictarum terrarum in emphyteusim concessarum; Ex quo pacto nedũ oritur nullitas, ex quo insolitum est, & præter formam veteris concessionis, vndè totus inualidatur con-

20 tractus per supradicta. † Verùm etiam ex eo, quòd venditionem, & absolutam continet alienationem, communi iure prohibitam, uideatur ad hoc Alex. in terminis in d. cons. 17. num. 8. & 11. lib. 4. & post eum Ruin. consil. 86. num. 4. 5. & 8. libro 1.

21 Secundò continet pactum de renouando inuestituram de nouẽnio in nouennium, & in hoc etiam solitam formam excedit, quod & si ecclesiæ potiùs vtilitatẽ, quàm damnum afferre posse uideatur, fieri tamen non potuit, & contractum inualidum reddit, Curt. d. tract. par. 2. quæst. 6. nu. 5. cum concord. relatis.

22 Præterea, & tertiò aduertendum est, † quòd etiam iste procurator excessit fines mandati, qa simpliciter inuestiuit, nullo reseruato Domini consensu, quẽ omnino reseruare tenebatur uirtute illius clausulæ, (nostro tamen in his omnibus expresso accedente consensu, & non aliter, nec alio modo) undè nullitas insurgit manifesta, per supradicta, & ea quæ in terminis huiusmodi clausulæ tradunt doct. in materia emphyteuiæ, uel uassalli alienantis, (Saluo & reseruato consensu directi Domini, & non aliter, nec alio modo) quam clausulam dicunt esse prorsus resolutiuam contractus, & eius uirtute alienationem ipsam nullam pœnitus, & inualidam remanere consensu non secuto. Bald. in c. 1. §. fin. sub

* num. 5. quæ fuit prima cau. benef. amitt. quẽ sequuntur Doct. communiter, * ut post Rip. attestatur Clar. in §. emphyteusis, q 13. uersic. item quæro,

quæro, & in §. feudum. q.31. verſ.benè verum
eſt, Inualidus ergo remanet contractus, nedùm
quia fines mādati exceſſit procurator, ſed etiam
quia non conſenſit vnquam directus Dominus
huic contractui, prout neceſſe erat, etiā ſi dictos
fines procurator non exceſſiſſet, vt in terminis
latè probat Cęphal. conſ.118. nu.9. cum multis
ſeqq. cum ſufficiat remiſſio.

Poteſt igitur Illuſtriſſimus, & Reuerēdiſſimus
D. Cardinalis de Gambara modernus Abbatiæ
prædictæ Commendatarius, ab Inueſtituris prę-
narratis multis de cauſis recedere, vt Eccleſiæ
23 ſuæ indemnitati conſulat, † quod etiam facere
poſſet ſi ipſemet, ſic vt ſupra cōtraxiſſet, vel pro-
curatoris contractum ratificaſſet, l. iubemus. §.
ſanè, il primò, vbi glo. Bald. & Doct. C. de ſacro.
Eccleſ. c. ſi quis præsbyterorum cum glo. de reb.
Eccleſ. non alien. Dec. d. conſil. 142. num.4. verſ.
& ſecundùm iſtam reg. Afflict. in conſtit. Conſti-
tutionem diuæ memoriæ, num.78.

24 Ad ſequens dubium, † An præſuppoſita vali-
ditate Inueſtiturarum, cōtra omnia ſupradicta,
fratres de Palūbis, inueſtiri de nouo potuerint,
cum ſint illegitimè nati? Affirmatiuè reſpōdeo,
per ea quæ glo. & Doct. tradunt, in c. 1. §. natura-
les, ſi de feud. fue. controuer. Bal. in c. quæ in ec-
cleſiarum, nu.43. de conſti. Iaſ. in l. generaliter.
§. vt autem in fin. C. de inſti. & ſub. Card. Paleo.
25 in tract. de not. & ſpur. c.31. nu.4. † Benè verum
eſt, quòd ex inueſtitura antiqua anteceſſoribus
ſuis facta, admitti non potuiſſent, niſi expreſſim,
ita cautum fuiſſet Bald. in l. generaliter. §. cū au-
* tem, nu.2. C. de inſti. & ſubſt. & eſt communis *
opin. Rip. in lege, ex facto. §. ſi quis rogatus, il pri
mo, num.62. ad Trebell. Paleot. d. c.31. Clar. d.
§. emphyteuſim, quæſt.30 Sed ipſos de nouo in-
ueſtiri non eſt communi iure prohibitum per ſu
26 pradicta, † Ex Bulla autem Pij Quinti, edita de
anno 1571. contra illegitimè natos, benè prohi-
bitum hodie reperitur concedere bona eccleſia-
ſtica, in emphyteuſim, vel feudū, aut alias quo-
modocumque illegitimis, etiam legitimatis, ſed
caſui noſtro non deſeruit, cum emanauerit poſt
27 vtramq; inueſtituram, ſupradictam, † lex enim
futuris non præteritis dat formam negotijs. l. fi.
& ibi Bart. C. de pigno. l. meminimus, vbi Bald.
C. de legit. hæredi.

28 Ad tertium dubiū, nūquid † emphyteuſis iſta
eccleſiaſtica, præſuppoſita adhuc eius validitate,
tranſeat ad hæredes extraneos, ex quo conceſſa
eſt pro ſe, & hæredibus? Breuiter reſpōdetur nō
tranſire, cum præſertim ſeruatæ non fuerint ſo-
lemnitates requiſitę in alienatione rerum eccle-
ſiaſticarum, ſed abſque eis conceſſio facta fuerit,
iuxta prætenſam conſuetudinem, & tanquam de
rebus alienari ſolitis, gloſ. & Doct. in d. l. etiam,
ſol. matr. & Canon. in cap. in præſentia, de prob.
* vbi Dec. num.48. communem * atteſtatur, & in
conſil.171. num.5. quam etiam vti communem
amplectitur poſt multos relatos. Didac. d. c.17.
num.5. verſ. ſecunda concluſio, & verſ.4. conclu-
ſio, ac Iul. Clar. d. §. emphyteuſis, q.28. verſ. ter-
tius eſt caſus, & verſ. ſeq. vbi innumeros refert
communem atteſtantes, & in practica ſeruari aſ-
29 ſeuerantes, † Quinimo ſi de quibuſcumq; hęre-
dibus conceſſio loqueretur, adhuc ad extraneos
non tranſiret, vt poſt Bald. Aret. & Socin. tradit
Deci. d. conſil. 171. num.6. maximè cum pro ex-
traneis olim conceſſa non reperiatur. Clar. d. q.
28. verſ. aut verò erat ſolita, in fin.

Et vltra quòd hęc eſt natura emphyteuſis ec-
cleſiaſticæ ſi verba conceſſionis diligentiùs in-
tueamur, apertiſſima quoque contrahentium in-
tentio patebit, nolentium extraneos hæredes in
noſtra ſpecie admitti, Nam licèt pro hæredibus
ab initio ſtipulata fuerit, in ſequentibus tamen
ad deſcendentes reſtricta eſt, Quia dum grada-
tim inueſtitos admittit, & primo loco Mutium,
& eius filios legitimos, & naturales tātùm vocat,
& poſt eos Dominam Hippolitā eius matrem,
& poſt eam filios ſuos, vnà cum D. Ioanne eius
fratre, manifeſtè oſtendit præcedentia verba de
30 hæredibus ſanguinis, tantùm intelligi, † Sequen-
tia enim declarant præcedentia. l. ſi ſeruus plu-
31 rium, §. fin. & l. qui filiabus de leg. 1. † Et ſi aliter
diceremus, apertiſſima reſultaret contradictio,
quandoquidem ſi hæredes extranei Mutij vo-
cati fuiſſent, impoſſibile foret, illo ſinè filijs dece
dēte, Hippolitam, vtì vocatam in inueſtitura ad-
mitti, Pariterque Hippolita cum filijs, vel ſinè,
decedente, impoſſibile foret d. Ioannem eius
fratrem, pro parte, vel in totum reſpectiuè ad-
mitti, ſi ipſa alium ſibi extraneum hæredem in-
ſtitueret, & inſtituere poſſet.

Ad huiuſmodi ergo repugnantias tollendas,
neceſſe eſt dicere deſcendentes tantùm inueſti-
torum vocatos fuiſſe. l. ubi repugnantia, de reg.
iur. cum uulg. & per conſequens, nedum facul-
tatem, ſed etiam uoluntatem contrahentium de-
32 fuiſse. † Rurſus dum nouiſſimo loco uocantur,
D. Ioannes, & eius hæredes, & deſcēdentes, ma-
nifeſtè conſtat hæredes ſimpliciter non uocari,
ſed ita demum ſi ſint de deſcendentibus, & ideo
utrumque requiri, quòd ſint de deſcendentibus,
& hæredes ipſius, ad hoc ut admittantur Alex.
conſil.44. num.1. lib.1. d. conſil.9. nu.10. lib.2. &
d. l. quod dicitur, num.15. & 21. de uerb. oblig.
Deci. conſil.185. colum.2. Iaſ. in l.2. num.188.
C. de iure emphyt. & in l. ſi non ſortem. §. liber-
* tus, num.35. de condi. indebi. ubi communē * at-
teſtatur, & in conſil.57. colum.1. lib.1. & in hoc
omnes conſentire aſſerit Didac. Varia. reſolut.
c.18. nu.2. uerſ. ſexta concluſio.

Ad quartum de alienatione, Num ſcilicet (re-
tento adhuc præſuppoſito ualiditatis cōtractus)
poſſint inueſtiti meliorationes, & ius ſuum uen-
dere

dere donare, vel legare? Dicimus aliud esse iure
communi, aliud verò partium conuentione at-
33 tenta, iudicandum. † Siquidem de iure commu-
ni potest emphyteuta, septem concurrentibus
requisitis, ad huiusmodi alienationem deuenire,
quæ colliguntur ex tex. glo. & scriben. in c. po-
tuit, de loca. & in l. vlt. C. de iure emphy. vbi Ias.
nu. 13. 14. Et ista est communis regula teste So-
cin. iun. consil. 70. nu. 14. in 3. quam refert etiam
Redoa. d. tract. sub rubr. de caduci. ob rei aliena.
34 §. emphyteuta quoque col. 1. † Ad donationem
autem vel legatum pauciora requiruntur, quia
sinè consensu directi domini donare potest em-
phyteura, glo. & scrib. omnes, in d l. fin. & in d. c.
potuit Clar. d. §. emphyteusis, quæst. 15. Nihilo-
minus aduertẽdum est, quòd nil aliud potest his
omnibus casibus emphyteuta alienare, quã ius
35 sibi competens, † quia plus non potest ad alium
transferre, quàm ipse habeat. l. nemo plus, de re-
36 gul. iur. † & resoluto iure datoris, resolutum cen-
setur ius acceptoris, l. lex vectigali, de pignor. l.
necesse, §. fin. de peri. & com. rei vend. ponit in
terminis Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua, vers.
165. Alex. d. cons. 9. num. 21. vers. pro hoc facit.
37 Verùm conuentionis † iure aliud dispositũ est,
nam ea conditione & pacto facta fuit inuestitu-
ra per procuratorem Illustrissimi quondã Gon-
żaghæ, vt emphyteutæ non possint, aut valeant
facere aliquem contractum, distractum, aut alie-
nationem dictarum terrarum, aut partis earum,
excepta locatione ad nouennium, sinè speciali,
& expressa licentia Reuerendissimi Dñi Com-
mendatarij, aut eius successorum sub pœna cadu
citatis, &c. Cuius pacti virtute planum videtur
omnem alienationem omnino prohibitam esse,
si Reuerendissimus, & Illustrissimus D. Cardina-
lis illius successor licentiam alienandi impartiri
noluerit, vt in terminis tradit Alex. d. cons. 9. nu.
13. vers. tertiò confirmatur, li. 2. Et quamuis hoc
pactum repugnet naturę contractus emphyteu-
tici, seruandum tamen est, prout alia huiusmo-
di, Spec. vbi supra, vers. 138. Ias. d. l. fin. num. 3.
38 † Sic videmus èconuerso valere pactum, Quòd
liceat emphyteutæ alienare sinè licentia directi
Domini, vt per Ias. vbi proximè, Clar. d. q. 13.
39 vers. sed pone, † Contrariorum ergò eadem de-
bet esse disciplina, l. 1. de his, qui sunt sui, vel
alie. iur. instit. eo. tit. in prin. l. qui accusare, C. de
accusa. cum vulga.
40 Ad vltimum dubium, † Quid & quãtum lau-
demij nomine deberetur Illustrissimo Domino
Card. moderno Commendatario, si alienationi
consentire vellet, & nouum emphyteutam ac-
ceptare, & recognoscere? Respondetur vulga-
tum esse tex. in d. l. vlt. C. de iu. emph. quinqua-
gesimam pretij tribuentem directo Domino pro
41 huiusmodi recognitione. † Id quod nedum in
casu venditionis, sed etiam donationis, & legati
locum obtinet, secũdum communem, & ab om-
* nibus receptam * sententiam Ias. ibidem, nu. 68.
vers. sequ itur postea. Guid. Pap. decis. 64. Bertr.
consil. 123. nu. 1. lib. 4. Clar. q. 23. vers. sed quæ-
ro. Redoa. tit. de laudem. in prin. & §. ista autem,
42 num. 1. 3. 4. † Et vtroq; casu, pro valore & æsti-
matione totius rei, vna etiã cum meliorationi-
bus superindè factis soluitur, Spec. d. §. nunc ali-
qua, vers. 119. Ias. d. l. fin. num. 44. post Odofr. &
Alberi. ab eo relatos, Redoa. d. titu. de laudem.
in princip. num. 18.

Et quod de quinquagesima dicitur, procedit tantùm de iure communi, & in locis vbi nulla consuetudo diuersa viget, Sed vbi plùs, aut minùs solui consueuit, secus dicendum, siquidem loci cuiuslibet consuetudo seruãda est, dummodo præscripta sit, Hostien. in summa tit. de loca. §. quid si. vers. & Dominus, Imol. d. c. potuit, col. 7. vers. item quando donatio post Cyn. quem refert in d. l. fin. Redoa. d. tit. de laudem. in princ. num. 3. attestans se vidisse in aliquibus locis solui quinque pro centenario; sed pinguior est Veronẽsi consuetudo, relata per Alex. in d. cons. 5. volum. 5. quæ decem pro centenario, in alienatione bonorum feudalium tribuit directo Domino, Parmensis verò nostra, in alienatione omnium emphyteuticorum, ab immemorabili tempore obseruata, quinque pro centenario solui vult, quamuis multi ex directis etiam dominis, minori summa ex vrbanitate contenti sint. Ad antiquam igitur Abbatiæ memoratæ consuetudinem recurrendum foret, si noua recognitio fienda esset.

Et ita, vt supra in singulis articulis conclusum fuit, iuris esse censeo, Saluo semper saniori iudicio, &c.

SVMMARIVM.

1 *Decretum maioris Magistratus à iurisdictione feudatariorum eximit, & liberat ciues, & eorum colonos.*
2 *Facta nouissima prioribus derogant.*
3 *Priuilegium concessum à Principe intelligitur sinè tertij praiudicio.*
4 *Decretum maioris Magistratus feudatarios iurisdictione sibi antea quæsita priuare non potuit, præsertim quando per viam contractus processerat. ex Ias. & Socin. iun. sententia, sed contrarium vide infra, num. 14.*
5 *Reseruatio quamuis nil noui tribuat, pristina tamen iura in suo robore conseruat.*
6 *Dispositio qualibet ita interpretanda est, vt correctio incontinenti non sequatur.*
7 *Iurisdictio cohæret territorio, cui inest passiuè, & materialiter vti quadam qualitas.*

8 Delin-

8 Delinquens potest in loco originis puniri, licèt extra delictum committat, & est communis.

9 Decretum Maioris Magistratus, licèt ciuium, massarios, & colonos eximat à iurisdictione feudatariorum, non tamen habitantes, & inquilinos.

10 Forum ratione contractus qui sortitur.

11 Collecta pro bonis solui debet in loco, vbi sita sunt.

12 Feudatarij, & eorum Pratores in causis onerũ laniorum, ius in colonos, & massarios ciuium reddere possunt. Decreto Maioris Magistratus non obstante.

13 Decretum praedictum tollit etiam conuentiones, & contractus in oppositum celebratos.

14 Quod valet, & tenet, eò quia per viam legis generalis, & ob publicam vtilitatem conditum fuit.

15 Conuentio, & contractus intelligi debent, rebus sic stantibus.

16 Etiam iuramento non obstante.

17 L. si quis maior. C. de transact. non habet locum sinè dolo, à cuius pœnis, causa etiam iniusta, excusat. ex communi.

18 Et contrauentio debet esse inexcusabilis, atque liquidissimis probationibus de necessitate concludentibus probata, veluti in criminalibus.

19 Hæres contrauenienis contractui defuncti iurato, non incurrit pœnas l. si quis maior. licèt ad obseruantiam ipsius teneatur.

20 Contrauenienis contractui iurato, celebrato in executione laudi lati ab arbitro electo vi statuti arctantis coniunctos ad compromittendum, non incurrit pœnas d. l.

21 Quamuis statutum non arctet ad iurandum, sed tantùm ad compromittendum.

22 L. si quis maior nõ hẽt locum de æquitate canonica, nisi quatenus dãnum, & interesse partis militat.

23 Quod procedit non solùm in foro pœnitentiali, vt aliqui tenent, sed etiam contentioso, ex cõmuni.

24 Nec habet locum in foro mercatorum, in quo æquitas seruatur, vt in foro canonico.

25 L. si quis maior. adeo rigorosa est, & odiosa, vt in practica vix obtinere queat, & per multi iudices nolint eam seruare.

25 Et in Auditorio Principis nunq̃, aut rarò seruatur.

26 Et in omni casu dubio fienda est interpratatio, vt contrauentioni locus non sit.

27 Contrauenienis cõtractui iurato, non perdit dominium, aut ius earum rerum, quæ ex ipso contractu quæsita non sunt, licèt in eo deducta fuerint.

28 Contraueniẽs primo loco, nõ potest aduersus alium contrauenientem ad pœnas d. l. agere, sed ab eo tantùm conueniri.

29 Agens ad pœnas prædictas, tenetur cõcludẽter probare se pfectè, & ad vnguẽ adimpleuisse. ex cõi.

30 Ius opponendi contrauentiones inobseruanti, transit ad hæredes obseruantis.

31 Constitutum an effectum suum operari possit, si cõtractus, cui adiectum fuit non valet? controuersum est. sed negatiua verior, & receptior.

32 Declara tamen procedere quando ab initio nullus fuit, non si ex post resolutus, & annullatus, quia remanet adhuc cõstituti vis in suo robore, secundùm aliquos. sed cõtraria sententia verior, nam annullato contractu, & constitutum nullum est.

33 Constitutum adiectum contractui conditionali, nõ transfert possessionem, nisi purificata conditione.

34 Exceptionibus omnibus sublatis contra instrumentum, nunq̃ sublata censẽtur illa, quæ ex adimplemento eiusdem instrumenti nascũtur, nam opponere de instrumento, non est opponere contra instrumentum.

35 Pœna. l. si quis maior incurrũtur ipso iure, nõ expectata iudicis sententia, nisi declaratoria; Ideo nec pœnitentiæ locus est.

Pro Illustrifs. & Reuerendifs. D. Cardinali de Gambara, & Illustrifs. D. Rainutio eius fratre.

EPITOME.

Tractatur in hoc responso de validitate, & interpretatione Decreti Maioris Magistratus. Et de materia l. si quis maior. C. de transact. Cuius multæ referuntur limitationes, & restrictiones.

RESPONSVM LXVI.

ILlustrifs. & Reuerendifs. Domine mi Colendifs. Dubia per Illustrifs. D. V. proposita, ita mihi de iure breuiter resoluenda vidẽtur. Circa Primum, duplici rõne arbitror contrauentionem nullam Illustrifs. fratri suo D. Rainurio impurari posse, ex lite per eum mora pro exẽptione Massariorũ à iurisdictione Illustrifs. D. Sforriæ. Altera quia extat instrumentum celebratum de anno 1528. exemptionem Illustrifs. D. Virginiæ, ac filijs, & hæredibus suis tribuens pro bonis ei relaxatis, & colonis eorundem bonorum, ab oĩbus oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, carrigijs, & honorantijs Illust. DD. Pallauicinorum, & iurisdictioni eorum. Vndè vr̃ casus decisus, cum coloni bonorum pdictorum sint liberati à iuris-
1 dictione memorata. † Altera quia priuilegium ciuilitaris post omnes transactiones antedictas vobis Illustrifs. filijs, & hæredibus D. Virginiæ superuentum, eandem exẽptionem, & immunitatem operatur, ex Decreto Maioris Magistratus in hoc statu vigente, in §. quinimo nec eos, & alibi per totum.

Verùm quia cuilibet rationi dupliciter objici posse sentio, ideo ad maiorem veritatis elucidationem, singulis objectionibus occurrere decreui. Instrumento igr̃ pdicto uĩ in primis obstare

stare transactio inita de anno 1558. qua D. Virginia redijsse ad terminos prioris transactionis anni 1528. dicitur, eamq; in oībus, & ꝑ omnia (exceptis nonnullis) cōfirmasse, in qua expressim reseruata fuerat iurisdictio DD. Pallauicinis in illa clausula cap. 3. (saluis semper, & exceptis
2 &c.) † Certum est .n. pacta nouissima attendi, prioribusq; đrogare l. pacta nouissima. C. de pac.

Secundò etiam vrgere vr̃, quòd in eodemmet instrumento exemptionis anni 1528. posteriore loco adest similis reseruatio iurisdictionis, in illis verbis (saluis, & exceptis sale, & iure salis iurisdictione, &c.) per quæ res videtur prorsus clara, & aperta.

3 Quo verò ad priuilegium Ciuilitatis, & Decretum Maioris Magistratus, de voluntate, ac potestate Principis dubitari pōt, de voluntate qm̃ priuilegium ipsum sinè tertij ꝑiudicio intelligi debeat. l. 1. §. si quis à Principe, & §. meritò. ff. nè quid in lo. pub. & præsertim iuris quęsiti, ex contractu, quod difficiliùs tollitur, ad not. per Scrib. in l. id quod nr̃um, de reg. iu. in l. rescripta. C. de ꝑci. Impera, offer. & in c. q̃ ecclesiarum, de
4 consu.. atq; alibi sæpe. † De potestate aũt, quòd Decretũ maioris Magistratus feudatarios iurisdictione sibi legitimè q̃sita priuare nequeat, vt ꝑ plures efficaces rōnes consuluit. Soci. iun. consil. 126. nu. 11. vers. nec obstat, vsq; ad num. 26. vol. 3. & ꝑsertim qñ per viã contractus illã obtinẽt, vt in casu nostro. Ias. latè cons. oīum primo, in 3. dub. princ. Vndè infertur quòd DD. Pallauicinis iurisdictio adhuc competat, quã nedum ante priuilegium, sed etiam ante Decretum memoratum, in colonos, & Massarios bonorum, de quibus agitur, iuridicè obtinebant.

Cæterùm his obiectis nō obstantibus, vtramq; rōnem subsistere arbitror. Ad primum. n. respōdetur, nullo pacto recessum fuisse per D. Virginiã ab exẽptione memorata, licèt ratificauerit, & approbauerit transactionẽ, & conuentionem ꝑdictam anni 1528. Quandoquidẽ in eodẽ capitulo reseruauit sibi oīa sibi assignata per Dños Pallauicinos, inter q̃ cadit exemptio supradicta; pariterq; reseruauit oīa bona, & iura per eã tenta, & possessa, vel quasi, tpe contractus, videlicet de anno 1558. Sed exemptio illa erat inter iura quasi possessa per eã, ex quo post instrumentum super ea celebratum, & clausulam constituti in eo appositi, cōtinuauit in dicta sua quasi possessione exẽptionis; Ergo in claris versamur, & res
5 oī caret difficultate. † Reseruatio namq; licèt nihil noui tribuat, pristina tñ iura in suo robore cōseruat. l. at si quis. §. pleriq; de relig. & sumpti. fu. l. 3. §. 1. qui. mo. pig. vel hipothe. solui. Craue. cons. 29. nu. 8. cons. 33. nu. 17. cons. 127. num. 7. consil. 144. num. 15. cum simil.
6 Ad secundum tuta etiam datur respōsio, Nam & si D. Pallauicini posteriore loco, iurisdictionẽ sibi reseruauerit in instrumento exẽptionis, non tñ de illa iurisdictione intelligi pōt, à qua bona D. Virginiæ eorumq; colonos in pręcedentibus verbis exemerant, & liberauerant, nè incontinenti correctio sequatur, contra l. nam ad ea, de condi. & demonstr. & ita in terminis reseruationis arguit in materia statutaria. Alex. cōs. 30. col. fi. & in materia contractuum. Rui. cons. 30. nu. 1. & 2. vol. 5. & plura cumulat Alcia. in tract. ꝑsump. reg. 2. præsumpt. 28. vbi regulare id esse in omni materia affirmat.

Quod tãtò magis in nostra specie obtinere dẽt cũ iurisdictio reseruata multifariã operari possit absq; coertione colonorum, qa cum bona remãserint de territorio Curtis maioris, prout erant
7 ante contractum, † cumq; territorio cohereat iurisdictio, cui inest passiuè, ac materialiter, vtī quædã qualitas, sm̃ Bal. in l. 1. §. in initio, nu. 2. de offic. præfec. vrb. & in l. data opera, num. 28. in fin. & seq. C. q accus. non poss. Ias. in l. 1. n. 12. cum seq. Boer. latè decis. 227. nu. 5. & seq. par. 2. Hieron. de Mon. in tract. fi. regun. c. 11. num. 28. benè facit tex. in l. pupillus. §. territoriũ, de verb. sign. necessariò sequitur, quòd licèt in prædictos colonos exerceri non possit propter obstaculum
8 Decreti memorati, † in alios tñ exerceri queat, maximè in criminalib. videlicet in originarios ex illis locis, quos certum est forum inibi sortiri pro delictis ẽt alibi cōmissis, l. assumptio, §. iurisprudentibus, & ibi not. ff. ad mu. Spec. in tit. de iud. compet. §. 1. vers. 40. Soci. iun. cons. 37.
* nu. 8. vol. 1. & est cōis * opin, siue per inquisitionem, siue per accusationem procedatur. Boss. in tit. de for. compet. n. 152. Pariterq; in delinquẽtes ibidem, authen. qua in prouintia. C. vbi de cri. agi. opor. Castr. in l. oēm. de iud. Mars. in
9 sua pract. §. postq̃, nu. 92. † Quinimo & inhabitantes super dictis bonis, dũmodo nō sint massarij, vel coloni ipsorum, quia de illis non loqtur instrumentum exemptionis, sic ẽt contingit in decreto maioris Magistratus, quod licèt Massarios, & colonos bonorum ciuium eximat, non tamen inquilinos. Boss. de fo. compet. num. 23.
10 † Sed & in ciuilibus idem dicendum, in quibus exteri, & cæteri habitantes vtsup. ratione ꝓprij contractus forum sortiri poterunt, iuxta tex. in cap. romana. §. contrahentes, de fo. compet. in 6.
11 Præterea, reseruatio iurisdictionis antedictæ deseruit ꝓ solutione onerũ, quibus bona D. Virginiæ remanserunt obstricta, vnà cũ alijs eiusdem generis, in territorio, & iurisdictione Curtis maioris existentibus, l. forma. §. si vero, de cēsib. l. 1. vbi Bar. & alij. C. de mul. & ī quo lo. lib. x. ac ẽt pro illis, quibꝰ coloni bonorum ciuiũ regulariter tenentur, vt potè quæ à Principe immediatè proueniũt, quæ oīa ad exonerationẽ alio-
rum bonorum, & incolarum dicti Castri, & eius
12 territorij tendunt. † Quinetiam in causis onerũ,

saltem

ſaltem leuioribus ius reddere poſſent Prætores
dicti loci, in colonos prædictos exemptione nõ
obſtãte, vt in ſtatu Mediolani obſeruatur Decre-
ti antedicti non obſtante exemptione teſte Boſſ.
loco præcitato, nu. 12. & hoc cauſa vitãdi abſur-
di, de quo per eum, Vndè manifeſtè liquet exẽ-
ptionem ſupradictam iuriſdictioni poſtmodum
reſeruatæ nequaquam repugnare. Conſequẽter
correctionem memoratã tantò magìs vitandã.

Ad tertium de volũtate Principis, vnico verbo
reſpondetur, verum eſſe, quòd in dubio nõ præ-
ſumitur velle tertio præiudicare, ſed nos eſſe in
caſu claro, quo manifeſtè cõſtat eum voluiſſe Il-
luſtriſs. Dños fratres de Gambara ciues eſſe Par
menſes, & ciuium priuilegijs in omnibus, & per
13 oĩa potiri, & gaudere, † conſequenterq́; ipſos,
& eorum bona, colonoſq́; & maſſarios eorundẽ,
maiori tñ magiſtratui ſubeſſe, iuxta formã de-
creti prædicti, quibuſcumq; conuentionibus nõ
obſtãtibus, quas omnes tollit, & annullat ipſum-
met Decretum in verſ. Mandantes etiam.

14 De poteſtate verò minus incidit dubiũ, quan-
doquidem potuit Princeps per viam generalis
legis, abſq; recõpẽſatione, ius tollere feudata-
riorum ſuorum, iuriſdictionem ipſorũ moderan
do, ex traditis per Alex. conſ. 190. nu. 15. 16. vol.
2. repetito in conſ. 108. in 3. & per Dec. in c. quæ
in eccleſiarum nu. 93. de conſtit. Gozad. in conſ.
5. nu. 21. Boſsi. in tit. de princi & priuil. eius. nu.
201. & in proprijs terminis huius decreti eundẽ
Boſsi. in tit. de for. compet. nu. 49. poſt Brun. quẽ
refert in conſ. 2. col. 10. verſ. cõſiderari, & ſeq. &
conſ. 11. col. 8. Quod maximè tenendũ eſt, quia
iuſta cauſa publicam vtilitatem concernẽs Prin-
cipem mouit, ad legem illam promulgandã, vt
in præfatione legitur; qua cauſa ſubſiſtente, con-
cluſio memorata ab oĩbus paſſim recipitur, vt le-
gere eſt apud Gabr. in tit. de iur. quæſit. non toll,
concluſ. 2. in princ.

Ex quibus omnibus aperta patet reſponſio ad
rationes adductas per Iaſ. & Soci. in oppoſitum
citatos, ideo circa ſingulas non eſt fruſtra inſiſtẽ
dum, Cum præſertim Decretũ hoc Maioris ma-
giſtratus in ſtatu iſto Sereniſs. D. Ducis Parmæ
inuiolabiliter hactenus obſeruatum fuerit, & in
dies obſeruetur; minimè etenim mutanda ſunt
quæ certam interpretationem diutiùs habue-
runt, l. minimè, ff. de legi.

Licèt igitur inſtrumentum exemptionis ante-
dictæ non extaret, aut effectum antedictum nõ
operaretur, prout re vera operatur, abſolutũ eſt
quod priuilegium ciuilitatis ſuperuentum poſt
dictam tranſactionem, anni 1558. eius vim, ac
15 robur tolleret. † Oĩs enim contractus, & conuẽ-
tio intelligi debet, rebus ſic ſtãtibus l. tale pactũ,
§. fi. de pac. l. qui ſeruum, de verb. ob. l. ſi Corne
lius de ſolu. l. fi. vbi Bal. Saly. & alij. C. de nõ nu-
mer. pec. c. cum interp. vbi Butr. & Imol. de re-
nun. Dec. in c. 1. in 2. not. de iud. & in conſ. 135.
nu. 3. Barb. conſ. 38. lib. 2.

16 † Quod procedit ẽt iuramento non obſtare, à
quo ex cauſa de nouo ſuperueniente licitè rece
ditur. l. quemadmodum de iureiur. Pariſ. conſil.
97. num. 51. lib. 1. Rol. conſ. 7. num. 57. lib. 3. Pe-
ruſi. deciſ. 64 num. 17. par. 2.

17 Ex abundanti quoq; libet ſubiungere, quòd ſi
nec inſtrumentum, nec priuilegium à iuriſdictio
ne Illuſtriſs. D. Sfortiæ ſtricto iure maſſarios, &
colonos prædictos liberaret, non propterea Illu
ſtriſs. D. Rainutius ob litem ſuperinde motam à
cõmodo contractus tranſactionis antedictę anni
1558. cecidiſſet, cum veroſimiliter crediderit ſe
ius fouere, ſinè dolo enim, non incurruntur pœ-
nę, l. ſi quis maior, C. de trãſact. ſed quælibet cau
ſa etiam iniuſta, contrauenięẽtem excuſat, vt ſcri
bentes oẽs inibi tradunt præſertim Curt. nu. 3.
4. Parp. num. 97. 100. cum duobus ſeqq. Cagno.
nu. 128. qui de communi atteſtatur Alex conſil.
92. col. fi. lib. 1. Bero. conſ. 57. num. 38. 39. & 41.
vbi cõem aſſerit, & maximum eſſe frenũ feroci-
tati, & aſperitati, d. l. inquit Rol. conſ. 57. nu. 6. &
47. lib. 1. Cepha. conſ. 370. nu. 2. 3. & Gabr. in ti-
18 tu. de tranſact. concl. 1. in 1. limi. † contrauentio
enim debet eſſe inexcuſabilis, & liquidiſſimis
probationibus probata, & de neceſſitate conclu-
dentibus, veluti in criminalibus, Parpal. vbi ſu-
pra num. 103.

19 Secundò, non cecidiſſet à commodo cõtractus
D. Rainutius, quia ipſe non cõtraxit, ſed mater:
nec ſufficit eum fuiſſe hęredem pro ſua dimidia,
quandoquidem nec hęres contraueniens cõtra-
ctui iurato per defunctum pœnis d. l. ſubijcitur,
per c. veritatis, vbi Cano. tradunt de iureiur. &
in hanc ſñiam poſt longam diſceptationem incli
nat Parpa. vbi ſ. nu. 93. vſq; ad nu. 97. quam au
dacter tenet Cagno. eam ab omnibus obiectis
defendens à nu. 200. vſq; ad 208. inquiens ſub
nu. 203 fundamentum huius opin. nõ in arena,
ſed in tenaci calce poſitũ, quia iuramentum ex
parte iurantis eſt perſonale, & animam tantùm
15 Cogitabam igitur fi dici poffet fententiā ferendam fuper legitimatione Illuftrifs. D. Alexandri ad feudum memoratum, ius quoad oēs facturā effe, ex quo perfonæ ftatum refpicit, & pro affirmatiua quoq; prima facie videbatur concludendum per tex. cum materia fua, in l. ingenuum, ff. de ftat. hom. vbi Bart. fignanter voluit fufficere, quòd cum iufto cōtradictore tale iudicium agatur, ad hoc vt omnibus fententia præiudicet, fequitur ibidem Bal. poft num. 3. poft Cyn. atq; in 2. lect. in verf. extra no. vbi in terminis legitimationis fpecificè loquitur, & idem Bal. & alij Doctò. in d. l. 2. C. quibus res iud. non no. ficut etiā loquitur Abb. in d. c. pen. num. 18. de re iudic. & Fely. colum. 3. verf. de fententia, Tiraq. in tract. res inter al. ac. lim. 27. Dicunt tamen neceffariò requiri, quòd iudicium factum fit cum eo cuius intereft principaliter, quia aliàs non dicitur cum iufto, & legitimo contradictori fieri quoad effectum præiudicandi omnibus; & prædictis adde Io. Fab. in §. præiudiciales nu. 38. & Iaf. num. 27. Infti. de actio. Alex. in l. fæpe num. 58. & 60. poft Imol. Butr. & alios per eum relatos, ff. de re iud. omnino videndum, & præfertim dum confutat opi. Inno. in d. c. caufam quæ, qui fi. fint legi. vbi tenuit fentētiam in caufa legitimitatis nullo cafu facere ius quoad alios, licèt in caufa filiationis fecus fit. Videtur autem in themate nro principaliter intereffe Illuftrifs. D. Sfortiæ, quòd Illuftrifs. D. Alexander non fit rectè, & ritè legitimatus ab Imperatore ob feudum prædictū, ex quo prętendit fe proximiorem de agnatione, & vocatum in inueftituris antiquis, poft Illuftrif. D. Plūbini, fi finè filijs legitimis, & naturalib[9] decedat. Nimirum fi fententia contra ipfum lata pręiudicare debet eius filijs, & defcendentibus, qui in confequentiam poftea admittendi viderentur. Verum tamen diligentiùs fcripta doctorum pōderando, & perfcrutando, crediderim non finè
16 difficultate hoc tranfire. † In primis. n. confidero doctr. Bald. in d. l. 2. fub nu. 6. qui in terminis noftris declarat quando iudicium fieri dicat cum eo, cuius intereft principaliter, quòd tunc verificari inquir, quando eft inter patrem, & filium, & fic cum ipfo fonte generationis, fecus autē vbicunq; effet inter pares, putà inter fratres, vel alios tranfuerfales, quia tunc non præiudicat fententia nifi litigantibus; & cæterorum omnium refpectu dicitur res inter alios acta; & pro dicto allegat Petr. de ruue, & Cyn. in d. l. ingenuum. fequitur Sali. in ea. l. 2. nu. 2. verf. & hæc quando inter patrem, & filium, vbi verba Bald. ad vnguē recitat, & cum eo concurrit. Idem in effectu firmat Ioan. Fab. in d. §. præiudiciales, num. 38. inquiens regulā iftam quòd fententia lata in præiudiciali actione faciat ius, obtinere tantummodo ubi agit ille, cuius principaliter intereft, velu ti pater, fecus fi alius, vt frater, vel cognatus; & rursùs nu. 40. fubdit in propofito noftro hęc verba. (Poffet tamen dici, quòd fi patre agente, vel defendente pronuntietur, quòd fententia faciat ius, quia hæc caufa par eft quæftioni filiationis, vt ff. de lib. agno. l. fi neget. Sed fi inter alios fit quæftio, & pronuntietur, non facit ius, vt dixi in fuperioribus.) Idem quoque expræfsè tenet, tam in caufa filiationis, quàm in caufa legitimationis, Abb. d. c. penult. num. 17. & feq. cum quo tranfit ibidem Felin. loco præcitato, Alexand. poft Imol. d. l. fæpè num. 60. Iafon. remiffiuè d. §. pręiudiciales num. 27. poft Arer. & alios quos adducit, & Tiraq. d. limitat. 27. Vndè cum lis pdicta agenda fit in cafu nro inter confan-

consanguineos, & transuersales, vcz inter Illustriss. D. Alexandrum, & Ill. D. Sfortiam, non vr̃ sententia posse quoad oẽs ius facere; necesse.n. foret, quòd cum Illustriss. D. Plumbini eius genitore litigaret, vt talis effectus sequi posset, iuxta prædicta, nã ille est, cuius principaliter interest habere filiũ legitimum, uel non, ut notũ est, cum de eius successione, tã respectu feudi, quàm aliorum bonorum tractãdum sit. Hæc igitur me dubium reddunt, & ancipitem in proposito cõsultationis articulo, adeò vt vix fieri posse existimem, vt sententia memorata plenum allatura sit p̃iudicium descendentibus Illust. D. Sfortiæ. De quali quali verò p̃iudicio secus sentio, quandoquidem certum est rem inter alios actam aliqualem præsumptionẽ facere, ẽt contra penitus extraneos, & illorũ ius vacillans reddere. Tiraq. d. tract. limit. 19. Quod tantò magis contra descẽdentes obtinebit, per supradicta, & quia causatum quædam considerari potest cõnexitas, cũ idem tm̃ ius competiturũ videatur ipsius descendentibus, quod priùs ascendenti cõperijt ex natura inuestituræ, quod q̃dẽ plurimũ solet in proposito o p̃ari. Tiraq. vbi sup. limit. 22. cũ cõcord. Posset ẽt dubitari, an iudicium hoc intẽtari posset viuente Illustriss. D. Iacobo nunc Plumbini Domino, ex quo videtur esse super iure de futuro, quod in iudicium deduci non potest. l. non quemadmodum, vbi Doct. oẽs. ff. de iud. quia tractus futuri t̃pis non spectat ad iudicem. l. 1. C. de vsu. Cagno. in l. in oĩbus, la prima. nu. 16. de reg. iu. Sed difficultatem istam tolli posse existimo per ea, quæ plenè scribit Roder. Soarez alleg. 4. per to. & ad casum nr̃m adaptari possunt. Et hæc oĩa dubitando dicta sint, vt cæteri prudẽtiores Aduocati Illustrissimorum Dominorum, vota sua maturiùs proferre queant.

SVMMARIVM.

1 *Recusatio Iudicis inscriptis fieri debet, porrecto recusationis libello.*
2 *Item peti, & instari debet, vt arbitri eligantur, vel in ipso libello, secundùm aliquos, vel saltem intra triduum, ex communi.*
3 *Et citari debet aduersarius pro tali arbitrorum electione.*
4 *Recusans iudicem, iurare debet ipsum habere suspectum, non sponte, & ex se, sed iudice deferente.*
5 *Item causas exprimere debet iure canonico inspecto, licèt de iure ciuili dubium esset.*
6 *Quinimo post ius canonicum emanatum, vt supra idem tenendum est fuisse iure ciuili dispositum.*
7 *Et de consuetudine ita seruatur.*
8 *Ius canonicum in terris ecclesiæ, etiam mediatè subiectis, seruandum.*
9 *Lex loci vbi iudicem agitatur, seruari debet in modo procedendi, & in ordinatorijs, sed in decisorijs attenditur lex, vel consuetudo, aut mos loci litigantium, ex communi.*
10 *Iudex sæcularis seruare debet statuta, & consuetudines suas, etiam in causis clericorum coram se litigantium.*
11 *Iudex appellationis seruare debet leges, & consuetudines sui fori in præparatorijs, licèt diuersæ sint à vigentibus in patria litigantium, & Iudicis primæ instantiæ.*
12 *Idem recipitur in iudice delegato.*
13 *Atque delegato Cæsareo.*
14 *Præparatoria iudicij sunt, quæ litis contestationem præcedunt.*
15 *Appellatio ab interlocutoria, quæ friuola, & cauillosa est, processum non impedit, nec Iudicis manus ligat.*
16 *Argumẽtum de appellatione ad recusationẽ valet.*
17 *Recusatio nulla, & minùs solemniter facta, non ligat manus iudicis recusati.*

Pro Illustriss. & Excellentissimo Plumbini Domino.

EPITOME.

Recusatio iudicis qua forma fieri debeant, tam de iure canonico, quàm ciuili?

Lex loci vbi iudicium agitur seruandum est in ordinatorij tantum, in decisorijs autem lex, consuetudo, & stilus loci litigantium, siuè iudex sit ordinarius, siuè delegatus, vel appellationis.

Argumentum de appellatione ad recusationem valet.

Recusatio nulla manus Iudicis non ligat.

RESPONSVM LXX.

Serenissimi D. Ducis Parmæ Cæsarei delegati in causa status Plumbinensis recusatio facta per procuratorem Illustrissimi Domini Sfortiæ, venit ex pluribus reijcienda.

1 Primò, quia non est formiter facta, nun enim oretenus, sed inscriptis fieri debet, porrectoq; recusationis libello, est tex. in l. apertissimi, vbi glo. in ver. libellum, & ibi Odofred. Bal. Salyc. Ias. & communiter Scrib. & in l. fin. vbi etiam Odofred. Bart. Bald. Salyc. Fulg. Castren. Ias. & alij. C. de iudi. tradit glo. in c. quoniam contra, in verb. recusationes, vbi ẽt Hostien. Ioan. And. Barba. Bal. & doct. cõiter de probat. in c. secũdo requitis, in ver. corã, vbi ẽt cano. de appel. Specul. in tit. de recus. § qualiter, in princ. Io And. in c. le-

in c.legitima, de appella.In 6. Aufre.in suo tract.
2 de recusat.nu.2.†Insuper in tali libello peti dēt,
vt arbitri eligantur ex sñia Odofred. formã hu-
iusmodi libelli tradentis in d.l. apertissimi, n.1.
& licèt non defuerint, qui hoc remitti arbitrio
ipsius recusantis asseuerent, oẽs tamen consen-
tiunt huiusmodi petitionem fieri saltem debere
intra triduum. Bal. & Salyc. in d.l. apertissimi.
iste nu. 8. ille nu.5. & tradunt oẽs Scribentes in
p̃citata l.fin.per illum tex. Neuiz.cons.36. nu.2.
3 cum concord, † Et est citandus aduersarius pro
huiusmodi electione faciẽda.Ferrat.in sua prac.
tit. de for. decli. iurisd. in ver. item suspectum,
nu.5. Verùm hmõi petitio, nec in libello, q̃ da-
tus nõ fuit, nec infra triduum, à die recusationis
fuit facta; Ideo nõ obstante huiusmodi recusa-
tione ad vlteriora procedi debet.
4 Accedat, quòd vbi recusatio ista fieri potest si-
nè causæ expressione, iure ciuili inspecto, ut in-
fra dicendum est, iuramentum tamen saltẽ req-
ritur per iudicẽ ipsum deferendum; nec sufficit
recusanti spontè, & ex se ipso iurare, prout in
casu nostro factum fuit, vt doctè consuluit Rui.
cons.6. num.6.7. in 4.
5 Tertiò considerandum venit, quòd in libello,
ẽt recusatorio, causa suspicionis exprimi debet.
Nã licèt de hoc olim iure ciuili fuerint opinio-
nes inter glosatores, vt refert glo. in d.l.apertis-
simi, & magis cõiter Scriben.in eam deuenerint
sententiam, quòd inspecta sola dispositione Iu-
ris Ciuilis, non esset opus expressione alicuius
causę, ut est videre per Bar.Bal.Saly.Fulgos.Ca-
stren.Ias.& alios in d.l. apertissimi, nihilominus
postq̃ superuenit Ius Canonicum requirens ex-
pressionẽ causæ suspitionis, d.c. suspitionis. d.c.
secundo requiris, & in d.c. legitima. cõtrariũ ab
oĩbus recipitur, ut in eisdem locis doct. oẽs tra-
6 dunt.† Quinimo defendi potest, quòd iure quo-
que ciuili, post cõfectionẽ Iuris canonici, sit ex-
primenda suspitionis causa, prout subtiliter, &
pulchrè declarat Barba. omnino vidẽdus in d.c.
suspitionis nu.2. veriorem sententiam asserens,
quòd à Iure canonico declaratum fuerit, nõ cor
rectum ius ciuile, rationesq́; optimas adducit,
quas breuitatis causa nolo transcribere. Specul.
in tit. recusa.§ qualiter autem, num. 5. Castr.in
l.item suspectus.ff.de procur. Dec. in c.cum spe-
7 ciali, nu.4. extra de appel.† Et de consuetudine
ita seruari, scribit Aufre. in tract.de recus. nu.1.
vers.& licèt ista sit.Iodoc.in sua prax.ciui.c.125.
nu.17.quibus consentire vr̃ Delphi. decis. 727.
8 in fi.† Et vbi ẽt dubitatio ista Iuris ciuilis à Iure
canonico non fuisset declarata, aut ẽt cõtrarium
esset in hoc, iure canonico, attamen causæ in nr̃a
specie recusationis exprimi debebant, ex quo
ius cano. in hoc iudicij loco seruandum est, qui
ecclesiæ subest mediatè, vt tradunt communiter
canonistæ, in c. 1. de oper.no. nuncia. & in tali
casu de ciuitate Ferrariæ, & ipsa subiecta Eccle-
siæ, quoad directũ dominium. Aret. in cons.64.
circa princ. & Porti. Imolen. in cons.16.& 17.
9 Nec dubitationẽ ingerere debet, quòd de im-
periali feudo, & inter subditos Cæsaris tractet̃.
Imperatorq́; in ea manum per delegationẽ ap-
posuerit, & ideo secundũ iuris ciuilis dispositio-
nẽ causa sit decidenda, iux.c.si duobus, in fin.&
c. vt nostrum de appell. c.ex transmissa, & c.ve-
rùm, de fo.compet. qm̃ hæc dubitatio tollitur ex
cõi, glo. & Doct. conclusione, quòd in spectan-
tibus, & concernentibus ordinem, ac præpara-
toria Iuditij, & modum procedendi, semper lo-
cus Iuditij attendendus est, etiam si diuersus es-
set mos, uel consuetudo patriæ, uel fori litigan-
tium quamq̃ in decisorijs (quo in casu proce-
dunt obiecta) contrarium statutum reperiatur,
glo. est in l.1.& ibi Iacob. de Aren. Cyn.Bart.&
alij in l.cunctos populos.C.de Sum. Trin. & fide
Cathol. Io.And.in rub. de consuetu. col. 3. qui
hanc sententiam communem dicit, vbi ẽt Bart.
nu. 5. & 14. eam communem affirmans Barba.
num.62. de cõi quoque attestans, tradunt quo-
que cõiter cano. in c. quòd clericis, de fo. com-
pet. Alex. in cons.164.num.3.vol.6.communẽ
quoque affirmans Capr. in suis cõibus conclus.
reg.24. nu.14. & isti oẽs optima iura, ac plures
10 doct. authoritates congerunt. † Hinc videmus
quòd si clericus agat coram Iudice sæculari ser-
uatur statutum, & consuetudo Iudicis secularis,
q̃uis clericus non sit ei subditus. Cyn. in l. cum
clericis. C. de Episc. & Cler. & alij supra citati.
11 † Iudicis quoque appellationis leges, & consue-
tudines in præparatorijs, & ordinatorijs seruan-
tur, licèt diuersa sint à vigentibus in patria liti-
12 gantium, ac Iudicis prioris instantiæ.† Et in ter-
minis quæstionis nr̃æ de Iudice delegato. Ioan.
And.post Compostel.in rub.de consue.col.pen.
vers. quid de delegato, & ibi etiam But.num.8.
& 15. Barb. num. 63. & alij Cano. latè idẽ Bar-
13 bat. cons.31.in 2.dub.volum.3.† Et in terminis
Cæsarei delegati. Rol.à Val.cons.49. per to. il-
lud cons. lib.3. vbi ad saturitatem, est quoq; de
mente Innoc. & aliorum in cap.conquæstus, de
fer. qui dicunt delegatum teneri seruare ferias
suas; Ideo cum hic versemur circa præparatoria
14 Iuditij, attendi debet ius cano. † præparatoria
enim Iuditij sunt ea, quæ litis contestationem
præcedunt Doct. in rub. extra de Iudic. & in
rub. C. de eden.

Concludendum est igitur recusationem hanc
de Serenifs. D. Duce nostro factam à procura-
tore D.Sfortiæ, tanq̃ frustratoriam, & friuolam,
& ad protrahendam, differendamq́; litẽ propo-
sitam, reijciendam fore, & ad vlteriora proce-
15 dendum; † sicuti de appellatione ab interlocu-
toria, & ante sententiam friuola, cauillosa, &
gratia protrahendi facta, dicitur, quæ nec impe-
dit pro-

dit proceſſum, nec Iudicis manum ligat, c. cum appellationibus, de appellat. in 6. & habetur in
16 l. ante ſententiam, de appell. recip. † & à qua ad huiuſmodi recuſationem argui poteſt, c. cum ſuper eo. & ibi glo. & doct. de appellat. l. fin. & ibi
17 Salic. & alij. C. de Iud. † & quòd recuſatione nulla exiſtente, & abſq; debitis ſolemnitatibus facta, procedere poſſit, & debeat iudex delegatus in cauſa, eiuſq; proceſſus, & ſentẽtia valeãt, reſpondit Rom. conſ. 220. circa princ. ſub n. 7. 8. Rui. d. conſ. 6. per to. & Neuizza. d. conſ. 36. ſimiliter per to. quibus ſufficiat remiſſio. Pronunciatum fuit eſſe procedendum ad vlteriora, ſed lis poſtea per tranſactionem ſopita.

SVMMARIVM.

1 Summus Pontifex tolerare poteſt, quòd Iudæi fœnus exerceant ad egentiũ Chriſtianorum vtilitatem, & ad maius malum euitandum, ex communi.

2 Nec non Principes ſæculares cum eiuſdem Sum. Pont. conſenſu, & eſt communis.

3 Et ità practicatur, à qua obſeruantia inueterata non eſt recedendum.

4 Imò poſſunt ijdem Principes ex ſe tolerare, nõ quidem concedendo, ſed non puniendo vſuram moderatam hebræorum in ſuis dominijs.

5 Statutum, ſiuè Decretum, quòd Iudæi non poſſint recipere per vſura, niſi tot denarios pro centenario ſingulo menſe valet.

6 Et iſta eſt communis obſeruantia totius Italiæ Sedi Apoſtolicæ nota, & ab ea tolerata.

7 Iudæi ab omnibus Regnis Catholici Regis expulſi.

8 Statutum quòd Iudæi venientes ad habitan. in Ciuitate ad mutuãdum ad vſuras tractentur vtì ciues, valet.

9 Vel quod gaudeant aliqua immunitate.

10 Et quòd non cogantur reſtituere pignus furto ſubtractum, ſuper quo pecuniam ignorantes ad vſuram dederint.

11 Vſurarij Chriſtiani inteſtabiles ſunt.

12 Iudæi licèt publicè, & manifeſtè fœnerentur factionem tamen teſtamenti habent.

13 Meretrices tolerantur, & in ſua turpiſſima arte viuere permittuntur, vt maiora peccata euitentur.

14 Homicidium decalogi præcepto vetitum, ex pluribus tamen cauſis vtilitatem publicam concernentibus, toleratur.

15 Vſura inter Chriſtianos, ob bonum publicum, aliquando toleratur.

16 Præſertìm in ſponte dantibus.

Pro Hebræis in agro Parmen. & Placentino habitare volentibus, & fœnus exercere.

EPITOME.

Hebræi tolerari poſſunt exercere fœnus moderatum, ad maius malum euitandum. & ita de conſuetudine obſeruatur, ex permiſſione Sedis Sanctæ Apoſtolicæ.

RESPONSVM LXXI.

Dominus labia mea aperiet, vt in præſenti conſultatione viam veritatis inueniam.

IN eam facilè ſententiam concedendum eſſe exiſtimo, quàmuis contra-
1 dictoribus omnino non careat, † vt Sum. Pont. tolerare poſſit, quòd Iudæi fęnus exerceant ad publicam egentiũ Chriſtianorum vtilitatẽ, & ad maius malum euitandum, vcz vſuram ipſam Chriſtianorum, q̃ aĩas fidelium perderet, Iudæorum verò perdere non non poteſt, qui iã dannati ſunt, & de quibus nihil nobis curandum, quia de his qui foris ſunt, nihil ad nos. c. Gaudemus, extra de diuort. cap.
2 multi 2. q. 1. † Et quòd huiuſmodi diſpenſatio fieri poſſit à Roma, Pontifice, vel à Principibus ſæcularibus, cum eius aſſenſu, tradit Bal. in l. 1. num. 3. C. de Summa Trin. & Fid. Cathol. Alex. in conſ. 57. nu. 5. 6. & 7. lib. 1. & conſ. 1. per tot. vbi ad ſaturitatem, lib. 2. & in conſ. 107. ꝑ inueſtigatione eod. lib. Ancha. conſ. 243. incipien. Chriſtianiſſime Princeps. Vbi plures adducit rationes pro hac opin. multùm cõcludentes latiſſimè Iaſ. in d. l. 1. in vtraq; lectura, ubi ꝑ plures columnas materiã ꝓſequitur, & plenè quoq; Barba. in conſ. 16. qui omnino videndus eſt, & ſignanter col. 8 verſ. & ſic apparet, ex ſupradictis, nu. 6. vbi de cõi opi. fidem facit, quam tenendam, & ſequendam aſſerit. vol. 4. Bologni. in add. ad conſ. Ana. 70. vbi poſt Caſtr. allegatum refert emanaſſe ſuperinde priuilegia Martini V. & Eugenij IIII. Pariſ. conſ. 2. col. 3. vol. 4. Pic. in rep. l. qui ſe patris, nume. 6. C. vnde lib. Carrer. in tract. de Hære. c. 2. num. 18. pulchrè Soci. iun. conſ. 108. per totum, vbi quamplures literas Apoſtolicas refert, permittentes vſuras Iudæis habitantibus in ſtatu Eccleſiaſtico, etiã vſque ad vigintiquinque pro centenario ſingulo anno, & pro dicto allegat Card. Imol. & Ancha. in clem. 1. de vſu. cum plurib. concordan. Cagnol. in l. curabit, num. 7. C. de ac. emp. Rui. conſ. 196. vol. 1. Cotta in ſuis memor. in ver. vſuræ poſſunt permitti. Ferret. conſ. 37. nu. 12. vbi de

vbi de pluribus literis Apoſtolicis mentionē facit, tolerantibus uſuram prædictam, & vſque ad triginta ꝓ ſingulo cētenario, & anno, Marquar, in tract. de Iud. c.11. nu. 14. verſ.quid ergo dicendum? Rol. à Val. conſ. 25. nu. 15. lib. 3. ex
* quibus oībus liquidò conſtat hāc eſſe cōmunē *
3 Legiſtarum, & Canoniſtarum opi. † q̃ in practica quoque obſeruatam paſſim videmus, tam in terris Eccleſiæ, q̃ alibi per totam Italiam, meritò non ſunt mutanda, q̃ certam, & diuturnā interprætationem habuerunt. l.minimè. ff.de ll. vt in terminis dixit Barba. vbi ſup. n.6.& qui aliter ſentiunt, & de S. Sedis Apoſtolicæ poteſtate diſputare intendunt, atq; illam de hac inueterata obſeruātia rep̄hendere, procul à nobis recedāt,
4 Sed nec omiſerim, permultos ſummæ authoritatis viros tenuiſſe Princeps quoq; temporales abſq; diſpenſatione prædicta poſſe, ſi non concedendo, ſaltem tolerando, & non puniendo certæ, & moderatæ vſuræ exactionem, Iudæis concedere, pro quo ſolet in primis allegari, glo. in clem.1. de vſur, & ibidem D. Card. q.20. &
5 Imol. † qui valere ſtatutum, ſeù decretum, præſupponunt, quòd non recipiant Iudæi ꝓ vſura plusq̃ tot denarios ſingulo menſe, pro qua opi. conſuluit Caſtr. in conſ. 174. num. 3. verſ. ad ſecundam, vol.2. & conſ.335. incipien. quoddam commune conuenit, col. 1. in antiq. & ante eum idem tenuit Bal. in auth. & omnino num.7.C.nè vxor pro mar. quem ponderat Alex. d.conſ.57. num.7. in prin. Iaſ. d.l.1. col. 12. verſ. vltra ꝑ eū, pulchrè Afflict. in Conſtit. Regni vſurariorum
6 notab. 13. 14. & 15. † & iſta eſt cōis obſeruantia totius Italiæ, ēt Sedi Apoſtolicæ nota, & ab ea tolerata, teſte Aret. in conſ. 158. nu.6. verſ. circa tertium, Barba. d.conſ. 16. ſub nu. 3. verſ. modò Iudæus, & nu. 5. Soc. conſ. 70. vbi de conſuetudine Thuſciæ in ſpecie atteſtatur, vol. 3. Bologni. in add. Ana. d.conſ. 70. ſub num. 4. Soc. iun. Præceptor d.conſ. 108. num. 2. Rui. d.conſ. 196. Clar. in ſua pract. crim. in ver. vſura, ſub num. 7. verſ. ſed certè quicquid ſit. Ferret. d.conſil. 37. nu. 12. verſ. & ſecundum, qui Ferret. per totum illud conſil. concluſionem hāc, quòd Principes ſeculares Iudæos fœnerantes tolerare poſſint, abſq; alia Summi Pontificis noua diſpēſatione, cum illam ſemel à Principe conceſſiſſe videātur fuſiùs, atq; elegantiùs cæteris oībus, quos viderim, defendit; & authoritate Legiſtarum, Canoniſtarū, Theologorum, Romanorumq́; Pontif. fundat; vltrà Iura, & rationes permultas, quas adducit, reſpondetq́; egregiè omnibus obiectis cōtraſentientiū; ſufficiat igitur ad ip̄m remiſſio.

Hinc videmus extare in d. Regno Neapolitano prædictam Conſti. vſurariorū. Iudæis, ſub forma
7 prædicta vſuras moderatas permittentē, † q̃uis ab omnibus Regnis Regis Catholici fuerint poſteà in totum expulſi.

8 Ad prædicta benè facit, quod dicunt Doctores, valere ſtatutum, quòd Iudæi venientes ad habitandum in Ciuitate ad mutuandum ad vſuras, nè quibuſdam habeantur pro ciuibus. Bal. in d. authent. & omnino nume. 7. C. nè vx. pro mari. quem ſequuntur Alexan. d. conſil. 57.
9 num. 7. & Iaſ. d.l. 1. in loco proximè citato, † vel non puniantur niſi vt ciues, vt conſuluit Rui. d. conſil. 196. lib. 1.

10 Nec non aliud ſtatutum valere, quòd non cogantur Hebrei reſtituere pignus furto ſubtractū, ſuper quo pecuniā fenori dederint, q̃uis in ignorantibus tm̄ rem furtiuam verificetur. Archid. in cap. hac ratione, in fi. 31. q. 1. cremen. ſing. 81. Ana. d.cōſ. 70. & ibi latiùs Bologni. in addit. Boſ. in tit. de indi. & conſid. antè torturam, num. 62.

11 Confert alia notabilis Noſtratū deciſio, quòd licèt inteſtabiles ſint oēs Chriſtiani vſurarij ma-
12 nifeſti, vt eſt tex. in c. quanq̃ de vſur. in 6. † Attamen Iudæi publicè, & manifeſtè fenerātes factionē teſtamenti habere dicantur, de iure ciuili in terris ſubiectis Imperio, prout cōſuluit Aret. d.conſ. 158. per totum, & poſt eum Soc. d.conſil. 70. cum duobus ſequentib. vol. 1. & Natta conſil. 621. lib. 3.

Nedùm verò Iudæis, ſed Chriſtianis quoque aliqua tolerantur, toleratione permiſſiua, & cōparatiua maioris mali vitandi gratia, quæ pec-
13 catum ēt continent, † vt de meretricibus ſolet exemplum paſſim afferri, quæ in ſua turpiſſima arte viuere permittuntur ſub quadam diſſimutione Eccleſiæ, nè adulteria, inceſtus, ſacrilegia, & alia nefanda crimina perpetrentur, c. Nerui. 19. diſtint. glo. & Scriben. in c. inter opera, ex̄ de ſponſal. Afflic. in d. Conſtit. vſurariorū, n. 31.
14 † Sic videmus, quòd licèt ex diuino præcepto decalogi prohibitum ſit homicidium, nihilominus ex plurib. cauſis vtilitatem publicam reſpicientib. tolerari ſolet, quarum nōnullas in propoſito refert Ferre. d.conſ. 37. num. 15.

15 Et in terminis vſuræ, quòd quandoq; ad bonū publicum toleretur inter Chriſtianos, vltra allegata per Doct. memoratos, adduco ego ſingulare dictum Bal. in d.l. 1. nu. 4. verſ. & ſic videtur, quòd præſtatio, q̃ ſit Florentiæ. C. de Sum. Trin. & Fid. Cathol. & Barb. ibi in addit. vbi volunt, quòd ſi ciues coguntur mutuo dare pecuniam Communitati, vel Principi, poſſunt certum q̄d annum vltra ſortem recipere, ſub prętextu lucri ceſſantis, q̃uis quicquid vltra ſortem aliàs ꝑcipitur, dicatur eſſe vſura, iuxtà ea quæ habētur, & notantur in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cer. peta. & tradita ab Ancha. in conſ. 19. in princ. & Alex. in l. diuortio, num. 23. ubi latè. ff. de ſolut. matri. & conſ. 34. col. penult. lib. 1. Et dictum Bald. ſequitur Abbas poſt Io. And. in c. in ciuitate n. 8. extra de vſu. inquiens ita tenere modernos oēs
16 *cōmuniter.* † Quinimo & in ſponte dantibus,

idem

idem voluit Bal. in c. 1. ad fi. extra de iur. iuran. & Io. And. in d. c. in ciuitate. Ang. in l. si sibi, in princ. ff. de pac. & Ancha. in q. sua incipien. antiquis, & modernis temporibus, vbi refert Oldrad. ità consuluisse, & dicit Ang. in loco præcitato, ita fuisse determinatum, secundùm conscientiam plurium Theologorum.

Ex præmissis igitur concludendū videtur, non absonum esse dicere, quòd Serenis. D. Dux nr̄ in futurum quoque possit absq; alia Sum. Pont. dispensatione, de nouo obtinenda, tolerare Iudæos in agro Parmensi fœnerantes.

Et hoc tantò magis cum extent literę Illustrifs. & Reuerendifs. Card. Camerarij, datæ sub die quarta Septemb. 1565. in confirmatione capitulorum cōcessorum per prædictum D. Ducem memoratis Iudæis cōmorantibus in agro Parmeñ. beneplacitum Sedis Apostolicæ probātes. Nihilominus vt tutiùs, & religiosiùs (more suo) agat, vt optimum Principem decet, cōsulerem, vnà cum Barba. in d. conf. 16. vt priuilegiorum illis concedendorum cōfirmationem ab ipsa Sede Apostolica denuò impetraret, quam de facili obtinere poterit, prout aliàs obtinuit. Et ità iuris esse arbitror, veritati tamen, & decisioni Sanctæ Matris Ecclesiæ me subijciens. L. D.

SVMMARIVM.

1 *RApa assertio in his quæ à voluntate sua pendent pro veritate habenda est, & præsertim in beneficialibus.*
2 *Quid autem in alijs Principibus, & alio bonorum genere disponatur, vide remissiuè.*
3 *Ecclesia, & beneficia Monasterij concessa intelliguntur pleno iure data.*
4 *Relatio in dubio fit ad proximiora.*
5 *Relatio non fit ad omnia præcedentia, quando dispositio aliqua fauorabilis restringeretur.*
6 *Priuilegium secundum non tollit primum, nisi cum speciali derogatione.*
7 *Etiam si haberet clausulas generales derogatorias.*
8 *Clausula reseruatiua, nullum ius tribuit, sed tantam, illud quod competit conseruat.*
9 *Ecclesia subiecta alicui Monasterio in temporalibus, & spiritualibus, potest tamen in aliquibus Episcopum Diœcesanum recognoscere.*
10 *Papa concurrit cum omni inferiore collatore beneficiorum, & totus mundus est eius Diœcesis.*
11 *Et est omnium beneficiorum dominus, eorumq; plenam, & liberam habet dispositionem.*
12 *Et vbi ipse manum apposuit, cessat omnis inferiorum collatorum authoritas.*
13 *Beneficiorum omnium in curia vacantium, collatio ad ipsum solum spectat.*
14 *Quasi possessio conferendi beneficium operatur, vt nominatus cæteris præferatur, & instituatur, reseruato tamen iure in proprietate cuicunque meliora iura prætendenti.*
15 *Idem in quasi possessione eligendi.*
16 *Et in quasi possessione præsentandi.*
17 *Præsertim verò, si sit antiqua, & titulata.*
18 *Actus collatiuus, vel alterius generis prædictorum, qui effectum non habuit, non tribuit quasi possessionem.*
19 *Fundamento destructo, corruit totum superadificatum.*
20 *Promissio de beneficio iurispatronatus facta à Summo Pont. quod fuit in manibus suis resignatum, tenet; sed contradicente patrono irritatur.*
21 *Iuri patronatus laicorum, licèt possit Papa derogare, difficulter tamen derogat, quod in dubio nunquam facere velle præsumitur; & si in gratia adsint clausulæ generales derogatoriæ.*
22 *Priuilegium conferendi beneficium, quomodo per non vsum amittatur; remissiuè.*

Pro RR Monialibus S. Alexandri Parmæ.

EPITOME.

Ecclesiam S. Iacobi de Fodego Parmen. Diœcesis, ad Reuerendas Moniales S. Alexandri Parmæ, pleno iure spectare, non verò in temporalibus tantùm, licèt in aliquibus Episcopum possit etiam recognoscere.

Papa cum quolibet inferiori collatore concurrit, & conferendo, nemini præiudicat; neque in petitorio, neque in possessorio.

RESPONSVM LXXII.

SI Magnificus, & Excellens Aduocatus Illustrifs. & Reuerendifs. D. Epī Parmeñ. priuilegia omnia RR. Monialibus S. Alexandri, per Sum. Pontifices concessa, quæ collationem Beneficij sancti Iacobi de Fodigo tangunt, inspexisset, pariterq; subsecutas eius collationes, vtiq; in contrariam sententiam iuisset. Enimuero priuilegij Celestini III. solumodo mentionem facit, emanati de anno 1195. ponderans illa verba (pro quarum sustentatione, & gubernio concessa sunt) & alia sequentia (salua Sedis Apostolicæ authoritate, & Diœcesani Episcopi canonica iustitia) super quorum interpretatione superfluò non est laborandum. Sed sat est præcedentium priuilegiorum tenorem referre, quorū alterum fuit Innoc. II. de anno 1178. quo sub sua, & Apostolicæ Sedis protectione recipiens Monasterium prædictum, cum ecclesijs suis, ac bonis

tempo-

tẽporalibus, narrat inter cæteros Ecclesiã istam
S. Iacobi de Fodigo, iustis, & legitimis titulis à
d. Monasterio possessam. Alterùm verò Alexan
dri III. de anno 1178. in quo eadẽ ad lr̃am legũt
verba. Quæ in supradicto quoque Celestini re-
perita sunt. quãuis alia supra in oppositũ põde-
rata inferiùs ẽr subiũgat, quæ in duobus præce-
1 dentibus minimè aderant. † Si igitur Ecclesiam
istam iustis, & legitimis titulis per Monasterium
possessam narrant, & exponũt Summi Pont. &
in beneficialibus versamur, in quibus plenissimã
habent potestatẽ, & quorũ dispositio à mera il-
lorũ voluntate pendet, succedit certè dispositio
clem. 1. de ꝓbat. vt pro veritate haberi debeat.
Adeo quòd dubitari non põt de tituli prædicti
2 validitate. † quicquid in alio bonorũ genere, &
in alijs Principib. disputare nr̃ates cõsueuerint,
de quibus apud Crau. signãter in tract. de antiq.
temp. par. 1. n. 42. cum seqq. vt alios ommittam.
3 † Non est ergo verum, quòd in tp̃alib. tantũ ad
Monasterium pertineat, vt exaduersò asseritur,
cũ absolutè loquãtur priuilegia, q̃ pleno iure in-
telligi debent. c. visis. 16. q. 2. Butr. Abb. & alij in
c. de Monachis, de præben.

Ex abundanti tñ aduertendum est, verba me-
morata (ꝓ earũ substẽtatione, & gubernatione)
in priuilegio Celestini addita nihil officere, siq-
dẽ non ad ecclesias ibidem enumeratas, sed ad
possessiones immediatè nominatas referuntur.
Inquit. n. (Nulli ergo hoĩum liceat prædictum
Monasteriũ temerè perturbare, aut eius posses-
siones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seù
q̃buslibet vexationib. fatigare, sed oĩa integra,
& illibata seruentur, earum pro quarum substẽ-
tatione, & gubernatione concessa sunt, vsibus
4 oĩmodis profutura) † relatio nãq; ad proximio-
ra fit regulariter. l. si idem. §. fi. de iurisd. om. iud.
5 l. 1. §. deinde, de postul. † Et si aliter interpræta-
remur, sequeretur præcedentiũ priuilegiorũ fa-
uorabilium restrictio cõtra iuris dispositionem.
Gabr. in suis com. tit. de claus. concl. 9. lim. 21.
6 num. 30. † Vndè deberet potiùs, si opus esset, vl-
timum restringi, quia non derogat primo, nisi
specialiter exprimatur. Put. decis. 109. nu. 2. 3.
7 lib. 1. † Item tolleretur ius quæsitum Monasterio
ex præcedentibus priuilegijs, quod non est ad-
mittendum, ẽt si vltimũ haberet clausulas gene-
rales derogatorias, quas non habet. Sed opus
esset speciali, & indiuidua derogatione. Fed. de
Sen. cons. 233. per to. Dec. cons. 165. nu. 2. vers.
nec obstat quòd imo. Craue. cons. 21. ad fin.
& Put. vbi supra.

8 Minùs obstat illa clausula reseruatiua (salua
Diœcesani Epi Canonica Iustitia) nam si nullũ
ius ampliùs illi cõpetebar, reseruatio nihil tri-
buit, quæ solũ effectum iuris cõpetenris cõser-
uandi hẽt. l. si quis legauerit. de leg. 1. l. at si q̃s. §.
pleriq; de relig. & sump. fu. l. pen. de aq. quo. &
æsti. l. item fiet. de testa. mi. Dec. cons. 516. nu. 18.
in fi. Crau. cons. 29. nu. 8. cons. 70. n. 6. cons. 127.
num. 7. & cons. 144. num. 15.

9 Vltra quòd nõ inconuenit, quòd aliqua Eccle-
sia Monasterio subiecta sit in tp̃alibus, & sp̃ualí-
bus, & tñ Ep̃o ius aliquod in ea supersit, vt ad li-
terã probat tex. & ibi tradit glo. in c. qm̃, in ver.
vtroque iure. de priui & ibidem Abb. in fi. & in
c. venerabili, de cens. & glo. in d. c. visis, in ver.
traditæ. Et his fundata remanet Reuerendarum
Monialium intentio super iure cõferendi bene-
ficij, & Rectoris instituendi, stantibus illarũ pri-
uilegijs. glo. fi. in d. c. de Monachis, de præben. in
glo. ma. in vers. in alijs verò casib. & ibi ꝑ Scrib.

Accedat insuper earum quasi possessio, Siqui-
dem verum non est, quòd unica uice usque de
anno 1504. illud contulerint, D. Antonio Mariæ
de Canoscia, vt ex aduersò supponitur, Nã eo
vita functo, contulerunt ẽt D. Augustino de Va-
ghis, de anno 1516. & eo vacãte per istius mor-
tem, contulerunt D. Gaspari de Bonellis, de an-
no 1538. Abindè verò citra resignatum pluriès
fuit in manibus Sanctiss. D. Papæ qui diuersis
Sacerdotibus illud consulit, & vltimo loco Dño
10 Camillo de Butijs nuꝑrimè defuncto. † Etenim
Sum. Pontifex cum quolibet inferiori collatore
concurrit, & totus mundus est eius Diœcesis,
c. cuncta per mundum, & c. per principalem 3.
q. 2. Alex. cons. 74. num. 24. lib. 4. Put. decis. 48.
11 nu. 7. 8. lib. 3. † & est oĩum beneficiorũ dominus,
eorũq; plenã, & liberã hẽt dispositionẽ clem. 1.
12 in fi. vt li. penden. c. 2. de præben. in 6. † Et vbi
ipse manũ apponit, cessat oĩs inferiorum autho-
ritas, cap. ut nostrum, de appel. c. studuisti, de
13 offi. lega. † Vltra quòd cum vacauerit in Curia
per resignationẽ sic vt sup. factam, eius collatio
ad ipsum Sum. Pont. solum spectabat, d. clem. 1.
14 in fi. & c. 3. de præben. in 6. † Ex his tamen col-
lationibus nullum factum fuit præiudicium pri-
mæuo iuri Reuerendarum Monialium. Sed suã
quasi possessionem conferendi retinẽt, cuius vi-
gore instituendus est Rector ab eis nominatus,
ẽt si in proprietate ius nõ fouerent, prout fouẽt,
c. cum olim, vbi oẽs extra de cã. poss. & ꝓpriet.
15 † Sic uidemus electionẽ ab eo factam, qui est in
quasi possessione eligendi, valere, & tenere,
16 c. querelam, de elect. cum materia sua. † Idem
in præsentatione facta ab eo, q est in quasi pos-
sessione præsentandi, c. consultationibus, de iu-
17 repatro. † Et tãtò magis ex quo possessio est an-
tiqua, iusta, & titulata, q̃ præualere deberet, cui-
cunque Illustriss. D. Epi, si qua probaretur, per
tradita à Menoch. de retinen. possess. remed. 3.
18 num. 715. & 725. cum seqq. & num. 733. † Sed
re vera nulla quasi possessio ipsius adducitur, qm̃
nulla eius collatio vnq̃ effectum habuit, & actus
collatiuus qui effectũ non sortitur, quasi posses-
sionẽ non tribuit ad not. in d. c. cõsultationibus,

& in

& in c. cum Ecclesia sutrina. de cau. poss. & pro pri. Cald. conf. 12.& 13. in ti. de iu. patro. Ferret. conf. 22. num. 4. in princ.

Apertissimè igitur tolluntur oĩa ex opposito deducta, quorum fundamentũ, & basis erat, quòd sola temporalium administratio fuisset, ex priuilegio concessa Monasterio, sed sublatum fuit
19 tale fundamentum. † Nimirum consistere non potest machina superedificata. cap. veniens, de presb. non baptiz. c.cum Paulus, pri.q.1.& presertim quod deducitur cõtra ius patronatus Monasterij. Nam non nititur iure patronatus, sed iure conferendi, & instituendi.

20 Nec etiam obstat dec. Put. 412. in pri. quæ presupponit prouisionẽ factã à Sum. Pont. de beneficio irritari contradicente patrono, licèt fuisset in manibus eius resignatum, quasi quòd eãdem reuocationem tentare debuissent, Reuer. Moniales, quod cum non fecerint, à sua quasi possessio ceciderint, & forsan priuilegium suũ amisserint. Quoniam loquitur Put. in prouisione facta de canonicatu resignato in manibus Papæ, quinimo retorquetur; cum præsupponat gratiæ validitatem absq; cõsensu patroni factam. Et licèt asserat irritandam, contradicente patrono, non tamen diceret irritandam cõtradicente inferiore collatore, q habet ius debilius, quàm patronus, stante quòd cum collatore concurrit Papa vtsup. & sic beneficium confert iure suo absq; derogatione iuris tertij; cum patrono autẽ non concurrit, qui solus hẽt ius pñtandi, nec ualet
21 Papę collatio absque derogatione iuris ipsius, † quam licèt facere possit, difficulter tñ facere cõsueuit, & in dubio nunq̃ facere velle præsumitur, nec generales clausulæ derogatoriæ sufficiunt; de his omnibus plenè apud Lamber. in tract. de iurepatro. lib. 2. art. 1. & 2. quintæ q. ptinc. par. 3. Nil mirum ergò si tenuerunt Põtificiæ collationes, & effectum fuerunt sortitæ absq; Reuerendarum Monialiũ reclamatione, & expressa derogatione iuris ipsarum, quia iure suo vtebatur Papa, & illorũ iurib. nullũ inferebatur piudiciũ.

22 Minùs ob. consil. Crau. 322. quandoquidẽ fuit ibi collatum beneficium nõ à Summo Pont. sed ab Ordinario ad præsentationem pñsorum patronorũ, & quidem multoties, scientibus, & tacentibus Monialibus illis, & priuilegium suum non allegantibus in terminis edictorum publicorum, quod propterea spreuisse, neglexisse, & amisisse dicũtur, p ea q̃ scribit ibidem Crau. sub num. 2. 3. Et licèt semel tantum, & de recenti eo vsæ fuissent, nihil tamen illis prodesse poterat, eo priùs amisso, & extincto. At in casu nostro totum oppositum in omnibus contigit. Nam Reuer. Moniales nõ semel tantùm, & de recenti, sed pluriès, & ab antiquo proprio priuilegio vsæ fuerunt; & quando cessauerunt, non ab Ordinatio, neque ad alicuius patroni præsentationem, nec propositis edictis: sed à Sum. Pont. simpliciter collatum fuit. Meritò prouisionibus prędictis acquieuerunt, prout acquiescere tenebantur. Cessat igitur omnis proposita difficultas & omnia plana remanent pro hoc Venerabili Monasterio, cui etiam ob eius summam religionem, & morum sanctitatem, plurimùm fauendum est.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia curata debent per concursum conferri, iuxta forma Conc. Trident.*

2 *Beneficia omnia iure cõi, & illorum primæuo statu inspectis secularia sunt.*

3 *Literæ Pontificiæ Regulari Prælato directæ super prouisione alicuius beneficij, de seculari, non de regulari debent intelligi.*

4 *Beneficia regularia conferre secularibus clericis, & secularia regularibus absurdum est, & euitandum, nè confusio generetur.*

5 *Beneficium non dicitur regulare ex eo solo, quòd collatio ad Regulares spectet.*

6 *Beneficia curata possunt regulares obtinere, illorum natura minimè mutata, licèt de simplicibus aliter iudicetur.*

7 *Beneficium regulare per præscriptionem 40. annorum seculare affici potest, & multò magis per centenariam.*

8 *Fallit si ex priuilegio Sedis Apostolicæ prohibitum fuerit conferri, cum decreto irritanti.*

9 *Beneficia quæ sunt de mensa Prælati nunquam vacant.*

10 *Beneficiorum quæ sunt de mensa, fructus non ad Rectores, qui manuales sunt, aut firmarij, spectant, sed ad Prælatos, qui de mercede, aut alimentis eis prouidere tenentur.*

11 *Consuetudo immemorabilis habet vim tituli, & priuilegij.*

12 *Status vltimus, in beneficialibus præsertim attenditur, & continuandus est.*

13 *Actus vnicus præsentationis, quasi possessionem tribuit præsentandi.*

14 *Idem de vnico actu electiuo.*

15 *Per quem de vno ad alium potest ipsa quasi possessio transferri.*

16 *Geminatio verò talium actum multò magìs effectum prædictum operatur.*

17 *Geminatio actuum multos effectus producit, remissiuè.*

Pro

Pro Reuerendis Abbate, & Monacis Sancti
Sixti Placentiæ.

EPITOME.

Beneficia curata debent per concursum conferri, iuxtà formam Concilij Trident. licèt collatio ad regulares pertineat; Possunt tamen tā regulari, quàm seculari conferri.

Regularia beneficia possunt per præscriptionem secularia effici.

Status vltimus in beneficialibus attenditur.

Ecclesiam S. Mariæ in Burghetto Placen. ad collationem Reuer. Abb. & Monachorum S. Sixti eiusdem Ciuitatis spectare, & pertinere.

RESPONSVM LXXIII.

1 SI beneficium curatum S. Matiæ in
Burghetto Placeñ. cui⁹ collatio, pro-
uisio, atque Rectoris electio, & insti-
tutio ad Reuer. Abbatem, & Mona-
chos S. Sixti, eiusdem Ciuitatis spectat, & per-
tinet, esset Regulare, & monoculare, defendi
posset, quòd sub dispositione Trident. Concilij
sess. 24. c. 18. incipien. Expedir maximè. nō cō-
2 præhenderetur. † Sed beneficia omnia iure cōi,
illorumq; primæuo statu inspecto, secularia sūt.
Dom. in c. cum de beneficio, col. 3. vers. aut non
expedit, de p̄bēn. in 6. Rot. decis. 2. aliàs 32. fuit
dubitatum, vers. & q̄a consuetudo, & vers. facit
sm̄ eum, de præben. in no. & per consequens de
talib. in dubio dēt dicta dispositio intelligi, &
3 qualibet alia. † Nam & Pōtificiæ literæ Prælato
Regulari directæ, sup̄ prouisione beneficij, de
seculari tm̄, non de regulari disponunt, Feli. in
c. in nostra, corrella. 40. vers. septimò nota. de
rescrip. Io. de Selu. in tract. de benef. par. 3. q. 11.
4 num. 119. & seq. † Et si aliter diceremus, maxi-
mū sequeretur absurdum, nempe quòd regula-
rium, & secularium beneficiorum natura cōfun-
deretur, & regularia secularibus, seculariaq; re-
gularibus conferri sæpe contingeret, si ad con-
cursum oīa indifferenter prouideri deberent, &
idoneiori conferri; q̄ est de directo, contra tex.
in d. c. de beneficio, & c. possessiones, de reb. ec-
cles. non alien. c. ea quæ. de sta. mo. c. inter qua-
tuor, de relig. do. Bella. decis. 172. collatio facta,
& Feli. vbi s̄. vers. octauo nota, cum concord.
5 Verùm dubito, quòd beneficium memoratum
nullo pacto regulare censeri debēt, nam licèt ad
regularium collationem spectet, non tamen re-
gulare iudicari debet. Rot. decis. 49. quidam im
petrauit de rescri. in no. Feli. loco præcit. vers. 7.
6 not. Io. de Selu. d. q. 11. & nu 129. † Nec officit
quòd regularib. aliq̄n datum fuerit, vt publicis
constat documentis, q̄nquidem secularia quoq;
beneficia curata regulares obtinere possunt, il-
lorum natura haud immutata, c. quod Dei timo
rem, vers. & per antiquos canones, & ibi glo. &
doct. & c. cum monasterium de sta. mona. cap.
priscis. 55. distin. c. doctos. 16. q. 1. Feli. d. corre-
la. 40. vers. 10. & vltimò. Fed. de Sen. cons. 136.
per to. vbi latissimè. De simplicibus autem se-
cùs iudicandum, ut per præallegatos.
7 Imò verò si regulare quādoque dici posset ex-
titisse, attamen ex quo à centum annis citra, vt
præsupponitur, secularib. semper prouisum fuit,
& ex monumentis publicis constat, proculdubio
seculare euasisse præscriptione diceretur, quæ si
quadragenaria tm̄ esset, eundem operaretur ef-
fectum. d. c. cum de beneficio, vbi Cano. omnes.
Rot. d. decis. 2. de præben. in no. Feli. d. correl-
la. 40. vers secūdò not. & Io. à Selu. d. q. 11. n. 22.
8 vsque ad 28. † Vix. n. contrarium admitti posset,
vbi regularis Prælatus speciale Papæ priuilegiū
haberet, mandans beneficium aliquod regulari
semper, & nunq̄ seculari clerico conferri, cum
Decreto irritante, & annullante, ut per Dom. &
alios in d. cap. cum de beneficio.
9 Minùs verò attentari potest, quòd hoc benefi-
cium sit de mensa Abbatis, q̄m talia nunquam
vacant clem. frequens. §. quidam ēr, & ibi gloss.
in ver. ad mēsam. & in ver. vacant. de exces. p̄la.
clem. 1. §. præmissa. vbi glo. in ver. de mensa, de
sup. negli. præla. Ferret. cons. 52. num. 17. lib. 1.
Hoc autem tū resignatione, tum morte Rectorū
sæpissimè vacasse ostendunt scripturæ publicæ.
10 † Et beneficiorum, quæ de mensa sunt alicuius
Prælati, fructus, non ad Rectorem, qui manualis
esse solet, vel firmarius, spectāt, & pertinēt; sed
ad ipsum Prælatum, qui de mercede, siue alimē-
tis ipsi firmario prouider. glo. in d. clem. frequēs.
in ver. ad mensam. & ibi Scrib. Inno. Abb. & alij
in c. vt super. de re. eccle. non alien. Ferret. d. cō-
sil. 52. nu. 18. Fructus autem huius beneficij Re-
ctores, qui pro t̄pe fuerunt integrè perceperūt,
& de illis ad libitum disposuerunt, meritò de
mensa dici nequit. Vndè sequitur quòd merè
seculare existat, & sub dispositione Concilij p̄ci
tati cadat, & per concursum prouideri debeat.
Cæterùm animaduertendum est, quòd eorum
qui examinati fuerint, & idonei reperti, electio
Reuer. D. Abbatis, & Monacorum esse dēt, non
11 verū Reuerendiss. D. Episcopi Placentini, † q̄a
antiquitùs, & ab immemorabili t̄pe citra ipsi
semper elegerunt. & scripturæ iā antiquæ, quā
modernæ hanc esse cōsuetudinem antiquissimā
attestātur; quæ habet vim tit. & priuilegij. l. hoc
iure. §. ductus aquæ, de aq. quor. & æsti. c. super
quibusdam. §. præterea, de verb. sign. cap. 1. de
præscrip. in 6. Ctau. de antiq. temp. par. 4. n. 127.
& 147.

& 147. cum seqq. † & per eam plenum dominiũ directũ acquiritur, ut per Crau. ibidẽ n. 173.

12 † Addatur quòd cũ hac pręscripta consuetudine concurrit pñs status, ex quo vltimæ vacationis tpe, quæ fuit de anno 1580. facto concursu, idẽ R.D.Abb. & Capitulum monachorum elegerũt D.Paulum Botium modernum Rectorem, & de d. Beneficio prouiderunt; In quo actu nil aliud ex parti Reuerendiss. D.Epi interuenit, q̃ Vicarij eius, & Synodalium examinatorũ Dyploma fidẽ faciens, quòd p̃dictus D.Paulus in contursu examinatus repertus fuit idoneus ad dictã Ecclesiã obtinendum, regendũ, & gubernandũ. Vltimus aũt status, p̃sertim in beneficialibus attendendus est, d.c. cum de beneficio, vbi Dom. & Archid. Bal. in l. si mater, in 3. not. C. ne de sta. defunct. Bart. & doct. in l. si prius, de no. op. nũc. Rot. decis. 49. de præben. & decis. 22. de probat. in antiq. atque decis. 2. de rescrip. in no. Ferret. d. cons. 52. nu. 16. Fely. d, corrella. 40. vers. quinto nota. Io. à Selu. d. q. 11. num. 127. Ias. in l. 2. nu. 147. C. de iu. emphi. Franc. de disput. peti. & posse. dub. 2. nu. 6. 7. Dec. cons. 124. nu. 1. & consil. 126. in princ. Gabr. in suis Com. ti. de feud. concl. 3. nu. 6. Bursa. cons. 127. num. 23.

13 Sed nedum status, verùm ẽt quasi possessio eligendi utsup. ex vnico actu p̃dicto resultare posse dr̃, cum simus in his, quæ iure amicitiæ, aut facultatis concedi non solent. Vt de iure p̃sentandi habeĩ, & not. in c. consultationib. de iure patro. & tradit Dec. d. cons. 124. col. 1. & per to. & cõs. 126. in princ. Lamber. in tract. de iurepat.

14 lib. 2. par. 1. q. 3. princ. arti. 11. per to. † Et de iure eligendi habetur, in c. quærelam, vbi Innoc. Compost. & alij, de elect. in c. cum Ecclesia sutrina, vbi Bal. nu. 13. de causa posses. & propri. Fed. cons. 102. nu. 3. Dec. cons. 129. sub num. 2. vers. sed p̃dictis non obstant. Lambert. plenè d. q. 2. princ. arti. 16. num. 7. vsque ad nume. 16.

15 † Quo loci magistraliter quoq; tradit, ex vnica electione, quasi possessionẽ iuris eligẽdi de vno ad aliũ transferri. Adeo quòd si Reuerendiss. D.Eps antea in quasi possessione eligendi fuisse dici posset, quod nullibi apparere posse dicitur, adhuc tamen quasi possessio R. Abbatis. & Monachorum præualere deberet, & ab eis electus beneficium assequi, prout assecutus fuit D. Paulus modernus Rector, qui renuntiare intendit.

16 Confirmantur prædicta ex pluribus alijs similibus electionibus ab eisdem Reuerendis factis, qñ alia similia beneficia curata vacauerunt, illorum collationi reseruata, prout fuit Ecclesia sancti Laurentij, & Georgij de Credarola Parrochialis, & alia SS. Iacobi, & Christophori de Cereseto iurisdictionis Bardi, & Complani Placen. Diœcesis, de anno 1579. Nec non S. Ambrosij de Tidulo eiusdẽ iurisdictionis, de anno præterito 1586. ad quas oẽs vacantes elegerũt Rectores in examine repertos idoneos, & effectum tales electiones habuerunt, absque vlla Reuerendiss. D.Epi contradictione. Vnde non vnicus actus, sed multiplices dici possunt, cum sint eiusdẽ generis; & per consequens firmior, & certior resultat quasi possessio ex geminatione, & actuum prędictorum iteratione. vt in proposito considerat Dec. d. cons. 129. nu. 3. 4. post Bal. quem refert in d.c. cum Ecclesia sutrina, nu. 17.

17 † Nam & in qualibet materia actuum geminatio actum magis reddit efficacem. vulg. l. Balista. ff. ad Trebell. l. cum scimus. C. de agri. & censib. lib. 11. glo. in c. in literis, in verb. admonita, de diuor. Dec. latè in cons. 181. nu. 2. vers. secundum est, & cons. 185. nu. 10. vbi de geminationis effectu multa legi possunt. Ex prædictis igitur clara resultat propositę dubitationis decisio.

Consil. Lud. Sacc.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum Principis mandans iustitiã fieri, non derogat rei iudicata, ita vt de nouo causa sit reuidenda, & est cõis, & æquior opi. vt infra num. 7. 8.*

2 *Ampla etiam si in rescripto dictum fuisset (non obstante sententia) absque tamen speciali derogatione rei iudicata.*

3 *Ampliatur etiam si Princeps mandasset causam reuideri, vel de nouo cognosci, sinè speciali derogatione pradicta, & num. 6.*

4 *Menoch. sententia, qui contrarium tenuit de arbi. iud. q. 52. impugnatur.*

5 *Auocari causa non potest. qua non pendet.*

6 *Rescriptum mandans iustitiam fieri, multùm differt à mandante, causam reuideri.*

9 *Res iudicata quandoq; potest de iure cõi infringi.*

10 *Rescriptum ociosum potiùs esse debet, quàm tollere ius quasitum per rem iudicatam.*

11 *Principis sola scientia non tollit obstantia, nisi verè constet eum velle tollere.*

Pro PerIllust. D. Comite Salæ, &c.

EPITOME.

Quid requiratur vt Princeps per suũ rescriptum rei iudicatæ deroget, & causam reuideri mandet? Qua in re ab opi. Menoc. author dissentit, & eam improbat.

RESPONSVM LXXIIII.

1 Rescriptum per Borellam impetratum in hãc formam (Cõsil. nr̃m audiat, & iustitiam faciat) nõ derogat rei iudicatæ, nec iurisdictionẽ tribuit cognoscẽdi super meritis causæ iã terminatæ in fauorẽ PerIll. D. Com. Salę, cui ius est quæsitũ mediãte

probant,l.ſæpè cum materia,ff.de re iud. glo. in
l.2.in ver.exhibere,ad fi.& ibi Scriben. oẽs ma-
ximè Rip.nu.26.C.de eden.Bar. & alij in l. cum
lite,ff. iudi.ſol. l. ſed & ſi poſſeſſori, §.fi.& l.ſeq.
de iureiu. c. inter dilectos de fi.Inſtru. rub.& to.
titu.C.res inter ali.ac. cum vulg. Multis igitur
modis euitatur hoc quoq; fiſci fundamẽtum.Id-
circo concludendum eſt carceratos à carceribus
Turris Claræ in quibus detinentur in præſentia-
rum non eſſe amouendos L. D.

SVMMARIVM.

1 *ALternatiua requirit tantùm alteram partem verificari.*
2 *Aſſerenti id quod nunc eſt,aliàs nõ fuiſſe, incumbit onus probandi.*
3 *Diuinationes à iure improbatæ.*
4 *Data inſtantia corruit fundamentum.*
5 *Coniecturis locus non eſt in re clara.*
6 *Allegare inconuenients non eſt ſoluere.*
7 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
8 *Exceptionis proprium eſt declarare in quibus terminis regula procedat.*
9 *Exceptio non poteſt facere,quòd ſub regula comprahendantur,qua aliàs non comprahenderentur.*
10 *Interpratatio qua cõtrarietatem inducit fugiẽda.*
11 *Vltima pars ſententia precedentibus aduerſans illis derogat.*
12 *Origo rei magis attendenda,quàm accidens.*
13 *Probationes ſuas quis impugnare non poteſt.*
14 *Caſus ommiſſus diſpoſitioni iuris relinquitur.*
15 *Aquam in fundo meo oriẽtem poſſum pro libito quo mihi placuerit diuertere.*
16 *Sententia reuocata nullum effectum parit.*
17 *Copula cadit inter diuerſa.*
18 *Verba enunciatiua propter aliud emiſſa non probant quando ſuper enunciato diſputatur.*
19 *Res inter alios acta,non praiudicat tertio.*
20 *Non entis nulla ſunt qualitates.*
21 *Incertitudo probationem vitiat.*
22 *Paria ſunt non eſſe,& non apparere.*
23 *Mutationes demonſtrationum rei, non præſumuntur,etiam in antiquis, niſi probentur.*
24 *Pluralitas rerum præſumitur.*
25 *Identitas rerum ab allegante probanda eſt.*
26 *Veriſimilitudo eſt cognata natura, & quod veriſimile non eſt,falſitatis habet imaginem.*
27 *Noluiſſe quiſq; dici debet id quod non dixit,quan-*

do

do facile ei erat exprimere.
28 *Verba sententia, & cuiusq; dispositionis non debent esse ociosa, & sine effectu operandi.*
29 *Demonstrationes plures vincunt pauciores.*
30 *Reus in casu dubio absoluendus.*

Pro Perillust D. Giberto Sanuitali Salæ Comite, &c.

EPITOME.

De interpretatione antiquarum sententiarum, & aliorum instrumentorum, ac testium, accuratè, & subtiliter agitur, dum de identitate, & diuersitate riui, & fontium quorundam in antiquissima lite, dispendiosaq; disceptatum fuit, in Serenis. D. Ducem Octauium nouissimè compromissa.

RESPONSVM LXXVIII.

PRo resolutione motiuorum in hac ardua cā contra Perillust. D. Salę Com. exhibitorū, multa possent adduci, tū ex innumeris testibus, instr̄is, & sñijs antiquis hincinde productis, tùm ex natura rei, atque oculari inspectione, desumpta; sed rem breuibus perstringam, vt Illust. Dominus Auditor, citiùs, ac faciliùs Serenis. D. Duci N. causæ statum referat, qui sua indicibili prudentia, controuersiam istam iam ducentis annis, & vltra vigentem, dirimere, & de immortali mortalem reddere valeat.

Primū igitur de sñia Lanterij, & Pauini, qbus adfuisse fontes in Riuozenę, siue Casfedei pręsuponi vr̄, qui nō sunt nunc in Riuo superiori, sed tm̄ inferiori; non solum tollitur, sed retorquetur duplici rōne. Altera quia contrariū in facto veri° est, qñquidē in superiori quoq; riuo in ea parte quæ nunc exsiccata est, fons vnus perennis, & abūdās cōspicit̄, & paulò superiùs vbi aqua adhuc defluit, pluta scatet in eodē riuo sortumina, quę aquam ipsum surgere faciunt, & quodammodo bullire, vt ad oculum patet; Altera q̄a ali° adest in territorio zenæ riuus, cui nomē Recolętę, in quo multa quoq; Sortumina oriuntur eundē superiorem riunm statim ingredientia, vt intuentibus ēt patet, quæ post ingressum p̄dictum pars ipsis dici pñt, vt in 6. & vltimo motiuo fatetur Illust. D. meus etiam ante ingressum, de riuo fontium Zenæ tractans, & hoc quod oculis cernitur aliàs quoq; verissimum fuisse suadetur ex deductis, & prolatis per Reuerendos Canonicos aliàs coram Romano, in quo iudicio capitularunt, & probarūt multa oriri sortumina in dicto riuo recolentæ, quæ in riuū memoratū cadebāt, & decurrebant, conquerebantq́; de D. Morello de Parma tunc zenæ dño, quod illa diuertebat, & ad solitū cursum ad locū Casadei fluere impediebat. Cum igr̄ sñiarū verbis satisfiat, demonstrando nedum aquas scaturientes in territorio Zenæ, in alueo recolentæ, quæ statim subintrant in riuum ipsum, sed ēt aliàs originaliter scaturiētes in ipsomet riuo, cessat oīno prædictum obiectum, quod solet esse principale fundamentum Reuer. Canon. quodq́; Rotā induxit malè informatā, & horū oīum sortuminū ignarā, ad deciden. fontes zenæ contineri in primo capite sententiarū, cū re ipsa sub secundo tm̄, & tertiò cōtineantur, in quibus condemnantur in primis Zenæ Domini ad perpetuā riuorū oīum purgationem in territorio suo decurrentium, & scaturientium, & eis deinde vsus scaturientium vt s̄. concedit̄ indistinctè pro irrigandis terris suis ad saturitatē, non verò ꝓ tribus tm̄ diebus singulæ hebdomade, vt in pri. capite de solo riuo loq̄nt e.

Insuper pro rñsione huius primi dubij aduertatur, quòd sententiæ memoratæ non p̄supponunt pro constanti fontes in riuo Zenæ adfuisse tunc tpis, sed loquuntur alternatiuę in riuo, siue loco 1 zenæ. † & ad verificationē alternatiuę verificari sufficit alterā partē l. si hæredi plures de cond. instit. l. hæc scriptura de cond. & demonstr. l. si is q. ducenta, §. vtrum de re. dub. cum vnlg. & huic responsioni applaudent, quæ inferiùs retulit Illust. Dominus meus in dicto sexto motiuo de quo loco suo agemus.

Secundum principale dubiū ellicitur ex duobus p̄suppositis, quorum vnum venire videtur in cōsequētiā alterius quòd. s. tpe sñiarū Molendinū zenæ non adesset, nec riuus superior; nam si illud non aderat, vtiq; nec istum adfuisse eredendum est. Et quòd Molendinum de Pellatis prope zenæ Castrum per ictum balistæ extabat, vt ex actis apparet, incompatibile cum dicto molendino zenæ; ob nimiam vicinitatem, fuisset.

Quòd aūt vnicus riuus adfuerit ex eo quoque suadetur, quòd in tot scripturis antiquis in hac causa productis de vno solo fit mentio, nunc riuo zenæ, num Casedei simul, nunc aliter nuncupato, & si aliter diceremus, ineptè se gessissent Lanterius, & Pauinus pluralitatem riuorū p̄sertim ità vicinorum, & in eundem riuum postea desinentium, clariùs non distinguentes.

Pro responsione autē huius secundi motiui bipartiti. Vtrumq; præsuppositum à veritate alienum dicimus. Quoad predictum. n. molendinū zenæ, ante sententias extitisse constat ex instr̄o locationis de eo speciatim factæ per Morellum vsq; de anno 1442. in actis ꝓducto, ex ipsius edificij vetustate; antiquissimum namq; & vetustate penè ruēs appatet, vltrà quòd iuris præsumptione, id q̄ nunc est in præteritum quoq; fuisse credi-

creditur, nisi contrariũ probetur † ita quòd asserenti rẽ q̃ nunc est aliqñ nou fuisse incũbit onus probandi l. ex persona, vbi doct. C. de probat. l. si hi qui adulterij, C. de adult. l. 1. §. si magistrat', ff. de magi. conue. Aleia. in tract. præsumpt. reg. 2. præsump. 26. Vndè cum molendinum istud nunc sit, & quidem antiquissimũ. Reu. aũt Canonici id ipsum certo tpe minimè fuisse asserant, & negatiuã hanc non probent, facilè succumbere debent. Nec faciunt negociũ, quæ aduersùs instrumentũ locationis memoratæ adducũtur, † cũ diuinationes sint iure nostro improbatæ l. si putator ad l. Aquil. Minusq; officit coniectura sum-
1 pta ex vicinitate molendini de Pellatis, tùm quia veritati cedit, vt inferiùs dicemus, tum quia idẽ molendinũ semper fuit inter partes controuersum, & aliqñ à Dñis zenæ destructum, vt sententiæ memoratæ p̃seferunt, imò expressim dictãt, vndè facilè datur intelligi, quòd ipsi zenæ Dñi nolebant illud stare pp detrimentũ quod molẽdino suo inserebat. Sed apertiùs confirmatur dicta coniectura, ex quo scriptura mentionem fa-
2 ciens, de vicinitate prædicta, confecta fuit per viginti vnũ annos post locationẽ prædictã. Enimuero relatio Iacobi de Carcano, q̃ designat sitũ molendini de Pellatis propè Castrum zenę per ictũ balistę, vel circa, emanauit de an. 1463. vt in registro Perillust. D. Com. fol. 282. & 284. locatio aũt molendini zenę facta fuit de anno 1442. sed accedat, quòd eadum relatio manifestum facit dictum molendinũ de Pellatis tũc nouiter
3 fuisse constructum, & paulò ante ipsam relationẽ, ac super fundo dicti Morelli à Reu. Cano. indebitè occupato sic quod in odium Dñi zenę, & contra eius voluntatem constructum apparet lõgè post molendinum zenæ, ideò coniectura in oppositum considerata innauis redditur.

Sed posito, (citra veri p̃iudiciũ,) quòd molendinũ zenæ tunc tpis constructum nõ fuisset, vbi nunc est, non tamen sequitur riuũ quoq; supiorẽ non adfuisse, quia verũ non est, riuum ipsum ad nil aliud deseruire, vt in motiuo supponitur, q̃ dicto molendino, quandoquidem irrigationi circũstantiũ agrorum aptissimum sit, imò necessarium, cum sint multùm eleuati, & à riuo inferiori multùm depresso, irrigandi beneficium habere nequeant, sed à superiori tñ, vt ad oculum
4 patet, † data ergo instantia corruit fundamentũ d. l. si is, qui ducenta, §. vtrum de re. dub.

Secũdũ aũt præsuppositũ, quòd riuus superior non adfuerit, sed inferior tñ, falsum ẽt ostendiẽ (vltra prædicta) cùm iuris præsumptione memorata, alio pręsertim nõ docto p Canonicos, quibus onus probandi incumbit vt s̃, tum ex antiquissimis arboribus ab vtraq; parte consistentibus, tum vel maximè ex pluribus locis antiquorũ pcessuum ab ipsismet Canonicis productorũ videantur q̃so testes ad eorum instantiã examinati corãm Magistris intratatũ Placen. de anno 1510. primus Io. de Montanarijs depon̄s aquã fontis existentis aliquantulũ supra Castrum zenæ decurrere consueuisse per canale ipsius fontis, & deponens deinde de riuo superiori in eodem territorio zenæ, quem appellat il Canale delli Frati, & per quẽ decurrisse asserit aquas Cereti, & Carpaneti, & de sexaginta annis pręteritis idem affirmans, ex cuius dicto manifesta colligitur riuorum diuersitas, & separatus eorũ cursus, iste testis est in registro Cano. fol. 236.

Secundus aũt fol. 240. deponit signanter de riuo fontium zenæ, & de riuo zenæ, siue Casedei, quartus fol. 249. asserit aquam fontium appellari la fontana bassa, & decurrere, & labi iam annis 30. in Canale zenæ, siue Casedei, prout nunc quoq; labitur quando Perillust. D. Comes ea nõ vtitur pro irrigandis terris suis, quod esse non posset, si dictum canale, siue riuus cecidisset in fontibus, & vnicũ riuũ constituisset, vt exaduersò præsupponitur, octauus pag. 261. idẽ deponit, & nonus pag. 265. distinguit duos riuos vltra riuũ zenæ siue Casedei. Primũ appellat fontis superioris, quem clusatũ fuisse qñq; asserit p Dominos zenæ pꝑe molendinum Cereti, & sic denotat hos esse fontes Cereti, sm̃ appellat la fontana di sotto, in quo clusam aliam similiter factam asserit, nè in riuũ Casedei laberet̃, & de 30. annis antecedentibus pariter loquitur. eosdẽ tres riuos distinguit xiij. pag. 271. & 273, decimusquintus pag. 278. & seq. & clarius, decimussextus pag. 281. & seq. atq; decimusnonus pag. 288. inquiens fontes zenæ oriri secus riuũ zenę, siue Casedei, non in riuo ipso, vt in contrarijs p̃supponitur. Ad idẽ quoq; videatur. Vigesimus primus testis pag. 293. & de duobus riuis fontiũ superioris, & inferioris decurrentibus in alium sępè dictũ deponit quoq; xxv. pag. 312.

Sed & ipsimet Reu. Cano. in contradictione facta de an. 1495. coram Regijs intratarum magistris tpe confiscationis bonorum Traiani de Parma, Morelli filij, expressim nominant cauum, & aquam fontis zenæ, & est pag. 169. dicti registri. Et in sententia superindè lata contra quendam Brandolinum conductorem, eadem verba repetita sunt pag. 176. successiuè quoq; in alia instantia coram Referen. Placen. eadem replicãt Can. pag. 216. quiquidem Referendarius in sua quadam pronuntia postmodum pag. 723. nominat riuum appellatũ, la fontana, territorij zenę, sed & sententia, seu laudum Lantetij pluralitatem riuorum supponit in illis verbis (per modum finè omni pęnitus impedimento ipsa aqua per dictũ alueum, seu lectum in suis riuis.

Extant quoq; duo Instrumenta publica de anno 1474 confecta, q̃ de riuo fontis zenę mentionem faciunt, Alterum venditionis factę per D. Vgolinum Christianum Antonio Milano, Alterum

rũ verò donationis factæ p filios Morelli p̃dicti eidẽ Antonio,& funt infra nouiter reperta,atq; in præsenti iudicio compromissorio producta.

Extant deniq; quamplures testes PerIllust. D. Comitis in hac causa examinati sup 3. cap. vsq; ad nouum exclusiuè,deponentes nedum de existentia riui fontiũ zenæ separati à riuo Casedei, siue zenæ,sed ẽt de antiquissima, & immemorabili quasi possessione dominorum zenæ vtendi aqua dictorũ fontiũ pro irrigandis eorũ prædijs ad libitũ.qui falcem ad radicẽ p̃ntis controuersiæ ponunt,tantò magis q̃a testes RR. Canonicorum, qui contrarium deposuerunt falsum deposuisse conuicti,& confessi fuere,& de falso puniti,vt in processu criminali Romæ agitato , & in præsenti causa reproducto.

Non est igitur hæsitandum,quin plures riui per territorium zenæ fluxerint,tàm sententiarũ tempore,quàm ante,& post,prout nunc quoq, fluũt de quatuor.n.constat nempè de riuo molẽdinorum,q̃ zenæ,siue Casedei nuncupatur , de riuo Recolentæ,de riuo fontiũ Cereti, & de riuo fontiũ zenæ,meritò sublatũ penitus remanet secundum dubiũ,vnicũ riuũ p̃supponens; coniecturis

5 in oppositũ perpensis non obstantibus, † quibus in re tam clara locus non est,l. ille , aut ille §. cũ in verbis de leg.3. cum vulg. quamquam illis ẽt singulis tutum patet responsum. Nam ad primã de molẽdino zenæ aliàs non extante, satisfactũ fuit superiùs. Ad secundam, quòd in scripturis antiquis nulla sit mentio pluriũ riuorum contrarium apertissimè liquet ex tot proximè relatis.

6 Ad tertiam aũt de ineptitudine sententiarum p̃dictarum, dicimus quòd allegare incõueniens non est soluere legem l. is qui reus de pub. iud. vbi Bal.& in l.si pr̃,C.de noua.Dec.in l.singularia nu. 16.si cert.pet. Sed,& secundo loco dicimus satis aptè,& distinctè illas loqui,nisi cauillẽtur,cum diuidant vsum aquæ riui zenæ, siue Casadei inter dominos zenæ,& Cano. per tres, & quatuor dies singulæ hebdomadæ,vt in eis legitur , & aliarum omnium in territorio scaturientium vsum tribuant zenæ dñis pro terris suis ad saturitatẽ tm̃,& pro ressiduo dictis Cano.

Et hic quæso aĩum intendat Ill. D. meus, quia germanum sensum harum sententiarum explicare intẽdimus. Nullibi.n.in eis legitur,quòd alĩ qui fontes vel Sortumina scaturientia in territorio zenæ decurrere debeant ad locum Casedei, nisi postq̃ Dñi zenæ eis vsi fuerint ad saturitatẽ.

Nã tria sunt capita circa has aquas disponentia,& in primo illo capite, in quo se fundant Cano.datur eis tñmõ aqua riui zenæ,siue Casedei pro quatuor diebus , nulla facta mentione fontiũ,aut fortuminũ,In sequenti aũt capite,vbi cõdemnantur Morellus, & successores ad p̃petuò purgandum alueum riui prædicti,& fontanellas in dicto loco zenæ,seu alueo prædicto scaturiẽtes,vt in laudo Lanterij, & similiter vbi cõdemnãtur ad purgationem dicti riui , & aquarum in loco dicto,seu alueo scaturiẽtium , vt in sentẽtia Pauini,non propterea ius aliquod tribuit Caoonicis in ipsis fontibus,& alijs aquis, siue furtuminibus; Dum aũt ambò illi Iudices subdunt, modum,& qualitatẽ purgandi in hæc verba (Per modum quòd sine oĩ impedimento , ipsa aqua per dictum aluem, siue lectum ipsius riui ad dictum molendinnm terras,& bona Casedei labi, & decurrere possit) & Pauinus ẽt addit,& aquarum,ibi (ipsius riui,& aquarũ.) Nihil etiã iuris tribuunt Canonicis in fontibus,& furtuminib⁹, tum quia de eis non loquuntur, sed de aquis dicti riui iam diuisis,tum etiã quia huiusmodi purgatio non tolleret, quin Domini zenæ vti possent hoc aquarũ genere pro terris suis ad saturitatem , prout vterq; Iudex in tertio cap. statim subiungit,sed satis esset, quòd ex purgatione resultaret habilitas lapsus aquarũ oĩum,itavt nullũ haberent impedimentum pro illo tp̃e, quo labi permittuntur, videlicet pro quatuor diebus respectu aquæ riui zenæ, siue Casedei , de qua in p̃cedenti cepitulo, & pro tp̃e quo Dominis zenæ,opus aqua oon fuerit respectu fontiũ,& fortuminũ , si modò in hoc 2.cap.de ipsis fontibus, & fortuminibus tractari voluerimus, vt in 3.

Difficultatis ergo non nihil facere tm̃ videtur illa exceptio,seu reseruatio facta per modũ parenthesis (saluo vsu aquæ dicto Morello dictis tribus diebus vt p̃mittitur) quæ priùs in laudo leguntur, & in sententia repetita fuot in personis filiorũ,& hæredem ipsius Morelli, vĩ namq; ista exceptio tacitè ius tribuere Canonicis pro

7 quatuor diebus in oĩbus aquis,† quasi quòd regulam in non exceptis confirmet ad ipsorum beneficium,l.nam quod liquidè de pen.lega.sed re ipsa non est hic verus sensus, quia nil aliud voluerũt Iudices in illa reseruatione,seu exceptione,nisi declarare, quòd per grauamen iniunctũ Morello,& hæredibus purgandi continuò , & in perpetuũ alueum riui,& aquarum vtsupra, nolebant tamen ipsis præiudicare in iure, & facultate eidem superiùs data retinendi,s. aquas riui tribus diebus, & tribus noctibns cuiusq; hebdomadæ pro irrigandis eorum terris. Enimuero absq; huiusmodi declaratione,p̃babilis dubitatio oriri poterat super interpretatione sententiarũ,quę manifestam contrarietatem comprehendissent, siquidem facultas vtendi aqua riui pro certo tẽpore,& sic clusandi riuum pro diuersione,& irrigatione,directò repugnare vr̃ oneri purgandi taliter ipsum riuum continuò,& in perpetuum, quòd aqua per eum fluere,& labi possit ad inferiora loca, nimirum tali declaratione opus fuit ad ambiguitatẽ, & repugnantiam tollendam,& hoc est proprium exceptionis officium, declarã di,scz in quibus terminis regula procedat Imol, in l.

in l.filio ꝑterito,de iniu. rup. testa. Com.consil. 195.col.1.vol.1.Feli.in c. qñ frequẽter in prin. vt lit.non cõtest.Cagno.in l. 1.nu. 32. post alios adductos de reg.iur. Virtus.n.exceptionis inqt ipse sub nu.33.duplex est,eximere,extrahere,& virtutem indefiniti,seu obscuri sermonis,& præcedentis dispositi declarare,l.fin.§.cui dulcia, de tri.& ob. leg.

9 Præterea non possumus dicere, quòd ista exceptio quoquomodo ius tribuat Canonicis in fontibus,& fortuminibus,quia nedum regulã in cęteris firmaret,sed ampliaret, & extenderet ad ea quæ aliàs sub regula præcedente non comprehenderentur,q iuris regulis repugnat,l.in generali,§.vxori,de vsufr. leg. & ibi Bart.l.Lucius,§. hæredibus, vbi Ang.& Castr.ff. ad treb.l. qntus, de a u.& argen.leg.plenè Rui.conf.23.& 29.li.1. consf. 18. & 129.in a.Cagno.alios citans d.l.1. no.34.35.36.Cauendum est ẽt ab illa interpretatione,q a sequẽti capitulo vtriusq; sñiæ manifestè repugnaret,cõcedẽti Morello,& successorib⁹ vsũ oium aliarũ aquarũ scaturientiũ in territorio zenæ; vltra riuum prædictum, pro irrigãdis terris suis ad saturitatem , & condemnati eosdem ad permittendũ illas tñ decurrere ad bene ficium Canonicorum , postquam sic eis vti fuerit,si.n.in riuo fontium zenæ,vel scaturientibus in dicto territorio ius haberent Canonici pro quatuor diebus, & noctibus, contrariaretur ex diametro facultati prædictæ concessæ Dominis zenæ. Ideo fugienda est talis interpretatio l. vbi repugnantia cum materia de reg.iur.

Aut saltem sequeretur, quòd vltimum hoc caput sententiarum ꝑcedentibus aduersans, & eis derogans,attendi deberet per glo.nor. in termi nis in c.ꝑdicatur in ver.imò 16.q.1.quam sequitur Bal.in l.1.ve.s.sed iuxta præmissa, & ibidem Ias.nu.25.& seq. C. de fur.& idem Bal. in l.non dubium in 5.oppos.C.de legi. Imol. in l. Iudex posteaquã col.1.& ibi Ias.nu.3. de re iud. Alex. conf.90.col.fi.vol. 1. Abb. in cap.innotuit in 6. not.de elect.& in c.accedens nu.9.vt li.non con test.Feli.in c.qualiter il 1.nu.30. vers. fallit 2.de accus.nu.4. C.de pact. Rom. cons.14.& ibi latè Mandos.in addi. Vndè quoquo se verbant Reu. Canonici nullum ius vigore sententiarum prædictarum in aquis extra riuum scaturientibus habere possunt,nisi quatenus irrigatione prędio rum Dominorum zenæ superfuerit.

Tertium principale dubium à similitudine reliquæ partis riui desumptum retorquetur,nam cũ riuus origiuem à flumine Cherio ducat,ut Reu. Canonici capitularunt, & eorum testes deposuerunt,& usq; ad Molẽdinum zenæ vniformis sit, quia totus manufactus,& eiusdem fere magnitudinis,vtiq; dicendum est, quòd eousq; idem nomen retineat;Nec curandum,quòd post dictum molendinum maior existat riuus, qñquidem id fit ex accidenti propter alios riuos prædictos in eum subintrantes hyberno saltem tpe, & maio-

12 ri alueo egentes. † origo namq; rei magis attenditur,quàm accidens l.q habet,ff. de tutel. cum sim. Prętereà ad hanc coniecturam frustra recurritur,cum planam,& apertam habeamus riuorũ fonrium distinctionẽ à riuo Casedei , siue zenę, vt exprobatis per ipsosmet Reu.Canonicos su-

13 periùs patuit; à quibus ipsi recedere nequeunt vulg.l.si quis testibus,C. de testi. cum sim.

Quarrum dubium ex verbis pluriũ iustforum antiquorum elliciebatur,quæ reuera parùm,aut nihil ad rubũ faciunt.Nam laudum Pictoris tribuẽs ius in aqua, q decurrit per riuum Casedei Dñis zonæ pro duobus diebus,& totidem noctibus,ac ẽt ꝑ tpe quindenæ, & pro reliquo Canonicis,nil releuat,quia non cogit ipsos zenæ Dominos ad permittendũ, quòd aquæ scaturientes in fundo proprio per dictum riuũ decurrãt, nec impedit,quin eas aliò diuertere possint pro sua

14 vtilitate. † Est igitur casus hic omissus ,quod iuris cõis dispositioni relinquitur l.si cum dotem,

15 ff.sol.matri.l.commodissimè de liber. & posth.† qua attenta,possunt de eis disponere ad libitum,

16 l.aquã cũ materia,C.de serui.& aq, † Præterea reuocata fuit ista Pictoris sententia perPauinũ, ideò nullum pôt super ea fundamentum fieri , l. 4.§.condemnatum,ff.de sent.& re iud.

Ad instrumentum inter Bulsanum , & Fulgosiũ celebratũ,in quo ceduntur iura in fonte,& riuo, & alueo, qui riuus appellatur Casedei per duos dies,& duas noctes; vndè colligi vř, quòd Dñi zenæ ius non habebanr in fonte,nisi pro duobus diebus,& totidem noctibus, & quòd fons,& riuus Casedei,sunr vnum,& idem. Respondetur non habeñ. esse in consideratione quoad limitationem rpis prædicti,cum sententiæ Lanterij, & Pauini,q transitum facere in iudicatum,contrarium determinent vtsupra, cumq; ex alio instrumento antiquiori ab ipsismet Can. producto videlicet locatione facta de anno 1382. per Leonardum Dulzanum, Petro de Guarinonibus,cõ stet de iure Dominorum zenæ in aquis riui Casedei pro tribus diebus,& totidem noctibus, & est in registro Cano.fol.52.

17 Quo verò ad vnitatem riui;retorquetur,quandoquidem diuersitatem illorum manifestè probat virtute copulæ positæ inter fontem, & riuum ad not.in rub. de iur. & fact. igno. & quia riuum bis nominat ibi(in fonte,& riuo,& alueo & riuo,&c.) & apertiùs etiam probat in sequentibus,dùm loquitur in plurali de ipsis iuris,ibi , (& alueo ipsorum) & paulò inferius (quod ius habendi aq ipsorũ)& est in reg.Cano.fol.332.

Ad laudum Hieronymi Landi, in quo fit mentio de fontana,siue riuo Casedei prope pontem

18 lapideum, & stratam mõtanariam, † vltra quòd sunt verba enũciatiua propter aliud emissa,quæ non

non probant, quando super enunciato disputatur.l.optimam. C.de contrahen.& commit.stip. Bald. in l.ad probationem colum.2. C.locat. & in l.fin.circa fin. C.si à non compet. Iud.Alexan. consi.136.num.2.lib.1.& consi.202.lib.2.Crau.
19 & in tract.de antiqui.temp.par.1.nn.57.† Et qđ laudum ipsum est res inter alios acta, quæ non præiudicat tertio rubr. & to. ti. C. res inter ali. act. respondetur quoque nō constare vbi sit locus ille designatus, nec sciunt adhuc illum Reuerendi Canonici ad oculum demonstrare; ideo
20 nihil probare potest, † quia non entis nullę sunt qualitates. l. eius qui inprouincia. ff. si certum
21 petat.† & ratione incertitudinis probatio vitiatur.l.non hoc.c.vnde cogna.cap.in præsentia de
22 probat.† & paria sunt non esse,& non apparere. l. in lege. ff.de contrahend. empt.l.duo sunt Titij, de testam.tute.

De testibus coram Lanterio examinatis ad R. Canonicorum instantiam nulla ratio habenda est, quia nihil prorsus contra supradicta concludunt, & si quicquam deponerēt aduersùs tot alias probationes, etiam per ipsosmet Canonicos inductas, nullam mererentur fidem. Ex alio etiam fide carent, quia coram eodem Lanterio arbitro reprobati fuere tanquam inimici D. Morelli de Parma tunc Zenæ Domini, interuenerāt enim homicidio cuiusdam eius nepotis, & vxorem conuitijs, & insultu cum armis affecerant, vt in visis dicti laudi legitur pag. 281. registri PerIllust. D. Com. & latius pag. 349.

Instrumentum Dulzani super venditione facta Ziliano idem continet, quod laudum Pictoris, loquitur namq; de duobus diebus,& duabus noctibus, ideo tollitur eisdem responsionibus, quibus sublatum fuit ipsum laudum, atque instrumentum Dulzani celebratum cum Fulgosio, quas non repeto.

Alia duo instrumenta,in quorū primo fit mentio de riuo Casedei,& strata Carpaneti cohęrentibus prædio vendito, & in secundo de eodem riuo, atque de Castro dirupto submouentur eisdē rationibus,quibus laudum Landi, & signanter ex loci incertitudine, nullibi enim apparent ista loca,quibus demōstrationes in dictis instru-
23 mentis relatæ conueniant, † & tamen cum in eis se fundent Canonici, suæ erant partes identitatem locorum probare cum suis cōfinibus, & demonstrationibus,mutationes enim nunquā pręsumuntur, etiam in antiquis,nisi probentur.l.in finali. ff.fi.regun. l.2.& ibi gl.C.eodem tit.Hier. de mon.in tract.fi.regun.c.21.nu.1.& per to.

Insuper quod attinet ad vltimum dictorū instrumētorum de Castro dirupto loquens,in quo multùm se iactare consueuerunt Canonici plures aliæ suppetunt responsiones,nam primò considerandum est, non constare illud loqui de Castro Zenæ nunc extante;hoc est,quòd eodem loco fuerit ędificatum vbi erat illud antiquum demolitum. Nec obstat,quòd rerum,& sic Castrorum pluralitas non præsumatur, vt ex aduersò allegatur,quoniam regula ista non facit ad propositum, nō enim dicimus nos plura extare Castra Zenæ nuncupata, sed tantùm asserimus non constare de identitate loci, in quo Castrum antiquum,& modernum fuerit extructum:sed præsupposito, citrà veri præiudicium, regnlam huiusmodi ad rem facere, certè contrarium verius
24 asserere possumus, † hoc est pluralitatem rerum imò præsumi per ea, quæ scribit Ioā.And.quem cęteri sequuntur Cano.in c.auditis de pręsump. & Alex.post multos relatos, in consil.134.nu.3. lib.2.Ias.in l.2.in fi.C.de bo.pos.secundùm tab. Rui. cons.46.num.16.in 4. Crau. latè cons.112. num.34.& per tot.

Et si admitteremus pluralitatem rerum non præsumi, non tamen sequeretur præsumi identitatem, sed cum vtraq; sit facti, verius esset dicere neutram præsumi per reg. l. in bello. §. factæ
25 de capt.& post l. reuer. † & modo hāc modo illam proban. esse prout fuerit allegata; quare cū Canonici identitatem nunc allegent, & in ea se fundent, capitulare, & probare illam debebant, Bart.in l.1.num.3. C.si vnus ex plur. Dec.d.cōs. 109.num.2.cum concord.Menoch.consil.21.in fin.Sed vt apertiùs res ob oculos ponatur,dispiciendum est tempus,quo factum est instrumentum illud, in quo de Castro dirupto fit mentio, qui fuit annus 1356. ante quod tempus stabat Castrum Zenæ vtsupra de anno 1352. vt ex instrumento inuentarij bonorum cuiusdam Dulzani legitur in extractu fol. 276. Vndè colligitur, quòd cum non constet de demolitione postea secuta, & reędificatione superuenta, præsumatur idem Castrum nunc esse, quod tunc erat per supradicta,& tantò magis cum isti actus sint adeo notabiles, vt verisimiliter eorum memoria extare debuerit, & si extitisset verisimiliùs est Reuerendos Cano.alioquin multùm in hac causa Solertes, probationem hanc minimè fuisse
26 omissuros, † Quod autem verisimile non est,falsitatis habet imaginem,prout è contra verisimilitudo dicitur cognata naturæ, pro legeq; habetur Crau.post relatos cons.61. num.9.consil.73. num.41.consil.15.num.24.consil.135.num.33. consil.269.nu.4.& latiùs in tract.suo de antiqui. temp.par.1.nu.213.vsq; ad numerum 219.

Deniq; cum de præterito in pręsens pręsumatur vtsupra probauimus, stat iuris præsumptio memorata, quòd Castrum Zenæ consistens de an. 1352. in suo esse perseuerauerit nedum de an. 1356. sed longè postea,& vsq; in præsens,& qui secus dixerit probandi onus assumat per supradicta,sed Reuerendi Cano.nil circa hoc probarunt, ergo.

Quintum dubium ex multitudine sententia-

rum

rũ deponi dr̃, q̃ in fauorẽ RR. Canonicorũ latæ fuerũt; sed qa de singulis sñijs spãliter tractatũ fuit,& eas poti⁹ in fauorẽ DD.Zenæ cãtare ondi mus,& pſertim Pauinã ab ambab⁹ partib⁹ acce ptatã ad partes ideo ponẽdũ est hmôi dubium, vel potiùs contra RR.Canon. retorquendum.

Sextũ,& vltimũ fuit supadditũ post aliorũ editionẽ,in quo pôderanť sñiarũ verba pnarrata cõ dẽnãtia Dños Zenæ ad perpetuò mũdari facien. fontanellas in alueo, siue loco Zenæ scaturiẽtes, vt in laudo Lãterij,ac ẽt mũdari faciendũ alueũ, siue lectũ dicti riui,& aquarũ in loco Zenę scatu rientiũ,vt in sñia Pauini, p modũ quòd labi pos sint ad iferiora loca ad beneficium Canonicorũ, ex q̃bus colligiť fontes Zenę cõtineri sub primo gñre aquarũ in dictis sñijs expssarũ, vt in sacro Rotæ Auditorio(salua tamen reuisione) declaratum extitit. Vndè sequitur, quòd DD. Zenę nõ possint eis vti,uisi pro tribus diebus,& trib⁹ noctibus ad instar aquarũ riui Zenæ, siue Casedei.

Sed ex supradictis clara patet huius dubij solu tio, p ea q̃ in tollendo 2.dubio abũdè dixim⁹, nil etenim aliud iportãt pdicta verba nisi onus pur gãdi oẽs riuos ad effectũ,ut aqua p eos labi possit tpibus,& modis in sñijs ipsis expssis: nõ verò cõ dẽnãt Zenæ Dños ad pmitttendũ aquas oĩum ri uorũ,& fontiũ labi ad beneficiũ Canonicorũ p quattuor dieb⁹,& quattuor noctibus singula hebdomada, put de aquis solius riui Zenę, siuè Ca sedei dispositũ fuerat. Hui⁹ aũt interptationis ve ritas tã ex ppṙietate verborum,quàm ex rõnib⁹ iam relatis manifestè patet,quas non repeto.

Verũtñ ex abũdãti, & ad maiorẽ rei dilucidationẽ addo,quòd cũ Iudices antedicti in primo capite sñiarũ suarũ aquas riui Zenę,siuè Casedei tm̃ diuiserint modo pdicto,& de alijs de quibus inferiùs mentionẽ faciũt,nihil tale disposuerint, quod facere potuissent,& sciuissent,si voluissẽt,
27 cõcludendum est eas noluisse diuidere,nec in di cto primo capite cõprehẽdere p l.si seruũ, §. nõ dixit Prętor, ff. de acqui.hęred.l.vni,§ fin aũt ad difficiẽtis,C.de cad.tol.c. ad audientiã de deci. Addo secũdò quòd laudũ Lãterij in eodẽ 1.cap. dũ mentionẽ facit de fontanellis in lecto,siue al ueo riui scaturiẽtib⁹,in q̃bus verbis potissimum iaciũt fundamẽtũ RR.Can.duo psupponit,alterũ,quòd sint parui fontes, qa vtiť diminutiuo,al terũ verò,quòd ĩtra ipsũ riuũ Zenę siuè Casedei orianť,sed nullũ horũ verificať in fontib⁹ Zenæ, q magni sunt,& copiosã aquã statim emittunt, quæq; eẍ riuũ pdictũ nascunť,& ppriũ hñt riuũ vt s dixim⁹,& vtrũq; ad oculũ patet,ergo ĩ his fõ tib⁹ verificari neqť,sed ĩ alijs poti⁹ supi⁹ expssis. Addo tertiò,quòd si interptatio ex aduersò data pcederet, ita quòd oĩũ aquarũ ĩ territorio zenę scaturientiũ vsi essent RR. Can. p quor dieb⁹,& quõr noctibus,tolleretẽ pęnitus, ac destrueretẽ ef fectus,& õpatio tertij capituli earũdẽ sñiarũ,dũ in eo Dñis zenę relinqť vsus oĩum eẍ riuũ zenę, siue Casedei scaturientiũ p terris suis ad saturitatẽ,deseruireq; devẽto pars illa sñiæ,imò totũ
28 illud capitulũ,si rectè ppẽdať,quod maximè ab surdũ reputať nõ solũ in sñijs,sed in oĩ dispõe ẽt de vna dictione,l.si quando, vbi doct.de leg. 1.c.si Papa de priuil.in 6.glo.in l. 1.ff.quod met. cau.Bal.in rub.C.de contrah.emp.q.9.Crau.latè cons.197.nu.4.cum concord.Igitur,&c.

Nñ̃a aũt interptatio oẽm difficultatẽ,oẽm cõtrarietatẽ,oẽm ambiguitatẽ,& cõfusionẽ tollit, qa primũ caput aq̃ solius riui zenæ,siue Casedei di uidit p noctes,& dies vt s̃. Tertiũ oẽs alias aquas in territorio zenę scaturiẽtes aliter diuidit,solis enim Dñis zenę illas tribuit p vsu pdiorũ suorũ, & q̃ superest Reu.Canon.cõcedit,secũdũ verò, & sic mediũ inter hæc duo capitula dictos Terrę Dños grauat ad riuorũ,& fontanellarũ purgatio nẽ p totũ eorũ territorium,& nil aliud disponit.

Accedat 4.quòd sẽtẽtia Pauini cõcedit D.Mo rello,& hr̃dib⁹ vsũ aq̃ de qua in 1.cap. p dieb⁹, & noctib. pdictis ab vna parte tm̃,hoc est versus flumen Regij,q̃ est plaga occidẽtalis,qua in re p supponit talẽ aq̃ ex diuersò ẽt oriẽtẽ versùs du ci posse; Hæc aũt demõstratio ĩferiori riuo idest fontiũ zenæ repugnat,qui versùs flumen Cberij nullo modo deriuari põt,vt ex loci aspectu manife stissimè depręhendiť; ergo in dicto primo capitu lo riuus iste contineri nequit, nè in superfluitatis vitiũ incidamus contra iura, & authoritates proximè relatas, frustra enim prohibitũ fuisset, quod natura impossibile erat.

Accedat 5.quòd si oẽs aq̃ pdictæ diuidẽdæ fuis sent inter partes iuxtà formã primi capituli,diffi cillimũ fuisset, & ferè impossibile clusare oĩ heb domada riuũ fõtiũ p ducẽda aqua ad pdia DD. Zenę,atq; desclusare p ea relaxãda RR.Can.stã te quòd maximo cũ labore, & impẽsa,clusa fieri põt in riuo tã laro,& pfundo, vt ĩferiùs diceť, & expẽtia docet. Nè igiť diuisionẽ pdictã effectu carere oĩnò cõtingat,cõcludẽdũ est sẽtẽtias loq de aqs q̃ singula hebdomada cõmodè diuidi pos sint,quales sunt aquæ riui zenæ,siue Casedei.

Accedat 6.quòd dũ ĩ tertio cap. s̃.relato vtraq; sñia Dñis zenę vsũ tribuit oĩum aliarũ aquarũ, & fortuminũ in territorio suo scaturientiũ,vltra riuũ pdictũ,p irrigãdis eorũ terris ad saturitatẽ, & q̃ supfuerit mãdat decurrere debere p lectũ, & alueũ suũ ad terras,prata,& pprietates Casedi, quõr ĩ facto necessariò supponit, primũ q̃ hmôi aq̃ deseruire possĩt irrigationi pdiorũ Zenæ, sm̃ quòd aq̃ sint in q̃ritate notabili,vt verisimile fue rit sufficere posse irrigationi dictorũ pdiorũ, & vltra,tertiũ quòd illæmet aq̃ hẽant vnũ lectũ,seu alueũ p quẽ separatim dcurrãt,quartũ quòd post irrigationẽ pdiorũ zenæ ad terras, & pprietates Casedei labi possint. Cæterũ si verũ esset,quòd RR. Canonici cõtẽdũt,nullũ horũ verificari pos set, nã nulli alij adsunt fontes, aut fortumina in toto territorio,q memoratorũ pdiorũ irrigationi

inseruire valeāt, vnus etenim Recolētæ, cū suis fortuminib.ī riuū zenæ, siue Casedei statī cadit, vt vix aliò possibile sit eū ducere. & si ducat, nę minimā qdē dictorū pdiorū partē irrigare potis est, cū modicā admodū aquā æstiuo tpe habeat, q̄ sim destruit p̄suppositū. Alia aūt fortumina, q̄ in dicto territorio ondere solēt RR.Canonici, ꝓ tollēda hm̄oi difficultate; in inferiori parte illius existēte prope territoriū Casedei, primo repugnāt p̄suppofito. sūt ēt adeo exigua, & tenuia, vt vix cōspici possīt, tm̄ abest, vt aquā in tā notabili quātitate ꝑducāt, & hoc ēt destruit secundū p̄suppositū; Nullū hn̄t alueū ꝓpriū, sed ꝑ fossata pdiotū iter faciūt, q̄ tertio cōtradicit p̄supposito, & quia modica est aqua æstiuo tpe, quo irrigatione opus est, & de quo sn̄iæ loquūtur, terra arida eā absorbet, ideo ad ꝓprietates irrigādas Casedei ꝓdesse neqt, vt experiētia docuit; nunq̄.n.his vsi fuerunt Canonici pro eis irrigandis, prout verisimiliter fecissent, si possibile fuisset, & hoc quartum destruit suppositum.

Sin aūt de aqs riui fontiū capitulū istud loqui dixerimus, ꝑut re vera loqr, oīa hæc verificanē p̄supposita, siqdē irrigationi pdiotū zenæ aptissimæ sūt, vt experiētia quotānis oñdit, q̄ primo cōgruit p̄supposito, sunt insup in quātitate notabili, vt ad oculū patet, & grādis ēt septa, quā clusionū vocant, ad earū diuersionē fieri solita, demōstrat, quod secūdo consonat p̄supposito, lectū hn̄t propriū satis amplū, vt videri pōt; q̄ tertio applaudet p̄supposito. Demūq; fluunt ad riuū Casedei, siue zenæ, si clusionē sustuleris, vt RR.Canonici fieri perunt, & è riuo ad terras, & ꝓprietates Casedei cōmodè duci possīt, vt ipsimet Canonici fatētur, q̄ quarto conuenit præsupposito, ergo oīa plana ꝓcedūt, oēs verificanē demonstrationes, ad intentionē Perill. D. Coi iuuādā, Reuerēdorūq; aduersantiū impugnādā.

Accedat septimò, & vltimò, quod dn̄ ipsi vnitatē riui allegāt, & riuū superiorē in riuū fontiū tpe sn̄iarū cecidisse contendunt, tres aliæ haūd spernēdæ demōstrationes repugnāt, ex suotū testiū depositionib. desumptæ, quos olim coram Romano ꝓduxerāt, & examinari fecerunt. Prima dū testificantur D.Morellum clusasse in totū riuū zenæ, siue Casedei de pātano, & letamine, & sic diuertisse ei⁹ aquas à sōlito cursu, & in ꝓptios vsus cōuertisse. Talis.n.clusa impossibilis est in riuo fontiū, q̄ ita patēs, & depssus est, vt maximo cū misterio clusari eū oporteat, cū plurib. tabulis ligneis, & pallificatis; Vndè clusoni ēt nomen obtinet, riuus aūt superior, q̄ paruus est, facilè de letamine, & pātano claudi pōt, & in totū auuerti. Secunda dū deponunt riuū zenæ, siue Casedei, si immōditijs nō purgetur agros, stratas, & nemora conuicina innudare, sed riuus fontiū, est ita depssus, & amplus suapte natura, vt impossibile sit, quòd aquas ꝑ dicta loca effundat, vt ex eius aspectu clarè dignoscitur, & experiētia quoq; docet, ex quo clusa, tàm grandi opus est pro aqua ex eo hauriēda; riuus aūt superior, q̄ facilè claudit, vt s̄. & in loco est eminētiori, aptissimus est ad huiusmodi innudationē. Tertia dū testificātur riuū zenę, siue Casedei tūc tpis expurgatione indiguisse, in qua libras tercē tū expēdere oportebat. At inferior riuus nulla indigere pōt simili expurgatione, ex quo aqua perēnis, & in notabili quātitate ꝑ eū labitur, & purgatū cōtinuò reddit. Superior verò ꝑ quem aqua æstiuo tpe nunq̄ ferè labitur, quiq; ob frequētes clusas superiorū locorum facilè repletur, verisimiliter egere potuit expurgatione, prout nostris quoque temporibus eget.

29 Si ergo vera est Iuris cōclusio, quòd in cōcursu multarū demōstrationū plures vincūt pauciores, vt docet Batt. quē Alex. & cæt. sequuntur, in l.demōstratio falsa, de cōdi. & demōst. Castr. Soci. & alij in l. in testō, la prima, eod. tit. Alex. cōs.73.n.8.col.3.cōs.35.n.5.& cōs.38.n.4, in 5. Crau.conf.269.nu.5.Soci.in l.si qs in fundi vocabulo, nu.6.de leg.1. Bero.q.48.n.6.Hiero.de Mon. d.tract.fi.regun.cap.87. n.2.3.4.& 8. Menoc.de arbi.iud.li.2.casu 105.n.12. Card. Alba. in lucubra.ad Bar.in d.l.demonstrō, sub n.2. qd porrò in hac cā cōcludendū, & iudicaudū est, in qua tot, tanq; claræ, & aptæ demonstrōnes intētioni fauēt Per Ill. D.Co: & cū Reuerendorū aduersariorū intētione pugnant? Pro istis aūt nulla penitùs militat, q̄ eiusdē D.Co: sensui pariter nō deseruiat? Nulli certè dubium, qn is à petitis per eos absoluēdus veniat, qui in casu etiam dubio absoluēdus esset. l.fauorabiliores, de reg. iu. cum vulg. Laus Deo Altissimo.

SVMMARIVM.

1 *Executio ab eodem Iudice, qui sententiam tulit, sinè citatione fieri potest, quando in eadem re, qua in condemnationem venit, fieri debet, secùs si in alia, & est communis distinctio.*

2 *Executio pro credito pecuniario, primo in mobilibus, & animalibus, & in defectum, in rebus soli fieri debet.*

3 *Principaliter quod sit attendendum est, non quod in consequentiam venit.*

4 *Cessante ratione legis, cessat eius dispositio.*

5 *In executione facienda pro satisfactione debiti pecuniarij, tres actus cōsiderantur, captio pignorū, subhastatio, & alienatio, si in datio in solutum non reperto emptore, quorum actuum duo primi citationem non requirunt; Tertius verò sic.*

6 *Executor merus datus ad exequendum, sinè citatione partis, regulariter exequitur.*

7 *Fallit tamen si possessorem inuenit, quem sinè citatione non deijcit.*

Pro

Pro Ill. DD. Fratribus de Valentis Mantuanis.

EPITOME.

Sententia à iudice qui illam tulit, ſi venit exequenda, & in eadem re, quæ in cōdemnationē venit, citatione partis opus non eſt, aliàs ſic.

Executio autem fienda pro debito pecuniario tres habet terminos, quorum duo primi ſinè citatione, vltimus autem cum citatione expediuntur.

RESPONSVM LXXIX.

POſt doctiſſimas rñſiones Excellentiſſ. Aduocati D. Alexādri Battaini ad dubia contra Ill. DD. Valētes in executione sñię, ſeu laudi Ducalis excitata, parũ, aut nihil allegari poſſe vr̄. Nihilominus, nè fruſtra cauſæ huic manũ appoſuiſſe videar, non nulla ꝑ ſolutione quarti dubij ĩ quo maior (meo
1 iudicio) verſat̄ difficultas, addere ſtatui. † Doctrina igr̄ Bart. in l. à diuo pio, §. in venditioue de re iud. tradētis citationē partis reqri vbi agitur de sñiæ exequēda ab eodē Iudice, in q̄titate, & nō in ſpecie, nihil officit, ſi rectè ꝑpendat̄; qñquidē in caſu loqtur, quo cōdēnatio in q̄titate facta erat, execeutio aũt in ſpeciebus petebat̄ ſm̃ ordinē d. §. in vēditione, & ſic in alia re, q̄ q̄ in condēnationē venerat, & ſanè verba Bart. clara ſunt, Inqt .n. Ego dico, ſi qdē facta eſt cōdēnatio ĩ q̄titate, vel gñre, ita quòd executio reqrit, quòd capiant̄ alię res ſm̃ ordinē nr̄i. §. tũc d̄bet pars citari. † Vis ergò decisionis hui⁹ ĩ eo nō ſtat, quòd executio vel cōdēnatio ĩ pecunia cōſiſtat, ſed quòd ĩ alia re condēnatio ſit, & ĩ alia executio petat̄, & ita Bart. ĩtelligũt, ac referũt Scrib. oēs q mr̄iã examināt, & ꝑſertim Alex. ibi n. 31. in oppoſitũ citat⁹, q
2 diſtīctionē illã Bart. cōem⁹ ita atteſtat̄; quòd aut fieri petit̄ executio in eadē re, & citatione partis opus nō eſt, aut in diuerſa, & cōtrariũ iudicat̄, q̄ diſtinctionē verè cōem dicere poſſumus, vt colligere licet ex q̄ plurimis adductis nouiſſimè per Gabr. ti. de cita. cōclu. 1 amplia. 29 ſub nu. 123. & q̄ cōem atteſtant̄ Fely. in c. ex rōne col. fin. de appel. & ibidē Dec. nu. 70. & Caſſad. deciſ. 6, nu. 2. in tit. de cã poſſe. & propriet. Rol. conſ. 20. nu. 15. li. 1. vbi omnes ita tenere affirmat, & idē Gabr. loco præcitato; quibus in locis, & ſi aliquæ ēt limitationes afferantur, nullus tamen eſt q de ſupradicta mentionē faciat, quādo in pecunia, &c.

Quapropter cũ in nr̄a ſpē cōdēnatio facta reperiat̄ in pecunia, & in pecunia etiã executio petatur, vt in motiuo ſupponitur, certum eſt hanc abſq; partis citatione relaxandam fore.

2 Quòd ſi obijciatur, executionē hãc in pecunia petitã, fieri tñ debere in alijs rebus, ex qbus pecunia redigi poſſit, vcz primò in mobilib⁹, & aïalibus, & ſi ea nō ſufficiãt, in rebus ſoli iuxta ordinē d. §. ĩ vēditione, & ſic obſtat̄ adhuc doctr. Bar. Conſil. Lud. Sacc.

Tripliciter rñderi pōt, vltra rñſiones ꝑ D. Ad-
3 uocatũ adductas, † primò attēdi debere, q principaliter ſit, nō quòd in conſequētiã venit l. ſi q̄s nec cãm, & l. rogaſti, ff. ſi cer. pet. cũ vulg. principaliter nãq; intēdit pars, & intēdit Iudex pecuniã à debitore exigere, ſi ergo pignoratione mobiliũ, aut immobiliũ mediãte, & legis præcepto, hoc fieri debeat, curandũ nō eſt. Secundò negari nō pōt, qn executio ſaltē cōcedēda veniat in pecunia Ill. debitorũ vbicũq; reperiat̄, qa hoc mō nō dicetur executio fieri in diuerſa re, q̄ q̄ in cō-
4 dēnationē venit; † ceſſante etenī rōe, ceſſat diſpoſitio l. adigere, §. q̄uis de iu. patr. c. cũ ceſſante de appel. Tertiò, & vltimò dato nō cōceſſo, quòd ad ꝑficiendã executionē citatione partis op⁹ ſit, cũ exequendũ venit, nō in pecunia, ſed in alijs reb⁹
5 ad effectũ pecuniæ cōſequēdæ vt ſ, † eſt tñ aïaduertendũ nō eſſe neceſſariã citationē ab initio, qñ Iudex cōmittere vult captionē pignorũ. Tres .n. actus cōtinet hm̃oi executio, captionē pignorũ, ſubhaſtationē, & alienationē, vel adiudicationē in defectũ emptoris, & qa duo primi act⁹ ſũt reparabiles, & modici p̄iudicij, ſinè partis citatione expediuntur, tertius verò, in quo de trãſlatione dñij, & ſic p̄iudicio irreparabili tractat̄, citationē reqrit anteq̄ Iudex alienationis, aut adiudicationis decretũ ferat, ita tenet Alber. de roſa. in l. creditor ꝑ illũ tex. C. de diſtr. pig. benefacit. Glo. in l. debitores, C. de pigno. & eſt deciſ. ſacr. cōſ. apud Afflict. 358. nu. 3. & ita practicari teſtatur Maran. in ſuo Spec. par. 6. actu 3. nu. 19. & ſeqtur Aſin. in ſua prax. §. 7. cap. 5. limit. 9. n. 8. vſq; ad nu. 14. eſt mihi pag. 147. Quapꝑ ambigendũ nō eſt, qn Ill. D. Gubernator Placētiæ petiiã captionē pignorũ mãdare debeat parte nō citata, ēt ſi ordinarij Iudicis, aut mixti executoris offō fungeretur; Sed qa merus executor eſt, & mãdatũ Sereniſſ. D. Ducis nr̄i exequit̄, tãtò prōptior eſſe debet; qa nullã cauſæ cognitionē habet, ſed ſimplex miniſteriũ exequēdi tanq̄ ad hoc in ſpē delegatus tex. eſt in l. ſi vt ꝑponis, & ibi gl. Bart. Sali. Caſtr. & alij, & alter tex. in l. errorē vbi etiã doct. C. de execu. re. iud. atq; in c. fi. §. vltimo de offi. deleg. Benè fateor, quòd ſi poſſeſſorē inuenit meus executor, illũ nō citatũ priuare non debet Ancha. cōſ. 275. ad declarationē ꝑ tex. in c. licèt ep̄s, cũ glo. de p̄ben. in 6. Card. in cōſ. 54 & conſ. 86. Reu. Pr̄ Feli. in c. fi. col 6. verſ. fallit ſecundò, vbi materiã laicè proſequitur. In cæteris autem doctiſſimè ſcripta per D. Aduocatum approbo, & tanquam iuri conſona confirmo.

SVMMARIVM.

1 *SVccedens in feudo antiquo dicitur primo acquirenti ſuccedere, nō vltimo mortē. ꝑſertim quādo de vna linea fit tranſitus ad aliã, et inf. ꝑ to. et maximè n. 31.*

2 *De Regno ad feudum arguitur, & è contra.*

3 *Linea vna vocatorum deficiente, oēs aliæ ſuccedũt*

 aequa-

æqualiter in feudo antiquo.

4 *Nepotes cũ patruis admittuntur in successione feudi antiqui. & unm. 18.*

5 *Agnati omnes in infinitum succedunt in feudo antiquo, q à primo descendunt acquirẽte, excluso directo domino, ac ẽt excluso filio vltimi possessoris, ob delictum priuati. Nouum autem feudũ ad dominum reuertitur.*

6 *Feudo stipulato pro masculis, & in defectũ pro fœminis, si filia vltimi possessoris cũ nepote, & fratre concurrat, is præfertur, si feudum est antiquũ, in nouo autem filia præferetur.*

7 *Descendentibus suis vnusquisq; prospicere præsumitur, potiusquàm agnatis.*

8 *Feudo paterno apud vnum ex tribus fratribus existente, si vnus refutationem ei fecit pro se, hæredibus, & cui dederit, & possidens absq; liberis decesserit, succedunt ambo fratres superstites, non obstante renunciatione prædicta.*

9 *Renuncians alieni iuri, excluditur ad eo alicuius beneficium fuit renunciatum.*

10 *Antiquum feudum paternum vocatur.*

11 *Nomina debent esse rebus consonantia.*

12 *Argumentum ab ethymologia valet.*

13 *Origo, & principiũ attenditur, & oĩa ad id referũtur, vndè incipiunt, & originem ducunt.*

14 *Causa prima intuenda est, secunda verò tãtũ operatur, quantum sibi à prima influitur.*

15 *Primus feudi acqsitor portat illud ad posteros suos, velut radix ad ramos, & palmites proprios, & quasi fons riuulos.*

16 *Argumentum ab effectu validum est.*

17 *Transuersales in feudo nouo non succedũt, nisi vsq; ad septimum gradum.*

18 *In antiquo autem in infinitum, & est communis, ac vera distinctio.*

19 *Transuersales in omni legitima successione, vsq; ad limitatum graduum numerum succedunt.*

20 *Descendentes verò in infinitum succedunt.*

21 *Argumentum à consequenti destructo validũ est.*

22 *Transuersalis in feudo nouo non succedit trãsuersali, & est communis.*

23 *Feudo duobus fratribus concesso, si linea vnius extinguatur descendentes ab altero non succedunt in portione defuncti.*

24 *Prima, & ordinata charitas à se ipso incipit.*

25 *Dilectus magis præsumitur infeudanti primus acquisitor, quem nouit, quàm eius posteros, quos non cognouit, sicuti, & testatori primus hæres quàm cæteri vlterioris gradus.*

26 *Propter vnum quodq; tale, & illud magis.*

27 *Successio in feudalibus cõtinet tacitam legalẽ substitutionẽ, qua vna linea alteri, & vnus gradus alteri à lege subrogatur, & substituitur.*

28 *Substitutus directo, etiam post multos gradus, dicitur nihilominus primo hæredi substitutus.*

29 *Argumentum ab æquiparatis valet.*

30 *Feudũ antiquũ, & fideicõmissũ ꝑ inter illos de familia successiuè restituendum est æquiparantur.*

31 *In fideicommisso succeditur testatori non grauato.*

32 *In feudo antiquo succeditur primo acquirenti, non vltimo possessori, & supra nu. 1. & per 10.*

33 *Ampliatur, vt procedat ẽt in feudo mixto antiquo.*

EPITOME.

In feudo antiquo primo acquirenti succedi, non vltimo morienti defenditur, iuribus, rationibus, & authoritatibus.

RESPONSVM LXXX.

REquisitus in causa maximi momenti, an in feudo antiquo succedatur primo acquirenti, an vltimo decedenti, sic respondi.

Quãuis cõtrouersus sit articulus iste, vtrũ in feu
di antiq successione primo acqrẽti succedaᷓ, vel
1 vltimo possessori? Nihilominus verior opinio
est, quòd primo acquirẽti, de cui9 vera, & ꝓpria
successione tractari dᷓ, nõ vltimi possessoris, præ
sertim quando de vna linea ad alterã foret tran
situs ob extinctionẽ ipsius lineæ, in qua nouissi-
mè decedens reperiebatur, & probatur hæc sen-
tentia iuribus, rationibus, & authoritatibus.

In primis per fortem tex. in c. licèt ex̃. de vo.
vbi de succedendo fratri sinè sobole morienti
35 Secundò principaliter adducitur communis ſtilus, & practica huius fori Parmeñ. nedum Illuſtribus D.D. Conſiliarijs notiſſima,ſed omnibus etiam parumper in eo verſatis; Nempè producendi verbaliter omnia iura parte citata in termino ſtatuti, & illa poſtmodum dandi, & conſignandi Notario ſoli, extraiudicialiter, & abſque partis citatione, ad effectum vt pars ea
36 poſſit inſpicere, & (ſi voluerit) impugnare, † Et vltra quòd notoria, & vulgatiſſima eſt iſta communis practica, & ſtilus, poſſunt ijdem Illuſtres Domini in thalamo ſuperinde informationes accipere, vt in terminis ſcribit Aſin. poſt innumeros relatos in ſua prax.§.22.cap.16.in fi. Et talis ſtilus attendendus, & ſequendus eſt, vt per eum ibi in tertia limitatione, vbi multos citat concord. quem etiam ſequutus eſt, approbauitq; Illuſt. Dominus Comes Aduerſarius in præſenti iudicio, in quo iura ſua verbaliter produxit, iudicialiter ſub die quarto Maij 1579. & nunquam ampliùs citauit Illuſtres Dominos Pallauicinos pro reali productione. Nimirùm indebitè conquæritur ſe non fuiſſe citatum in
37 reali productione iurium partis aduerſæ. † Quia quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, ipſe eodem iure vti debet, rubr. & toto titulo.ff. quod quiſque iur. cum vulg.

Sequuti

Sequuti fuere Illust. Pallauicini, necnon, & Illust. D. Auditor Ciuilium deputatus ex forma constitutionum ad instruen. processum, in actu celebrato sub die 24. Nouembris 1579. in quo ad instantiam ipsorum statuit terminum dietũ quindecim Ill. D. Hæredi prædicto ad producendum realiter iura, verbaliter producta, quæ tamen nunquam exhibuit citata parte.

38 Memoratamq; practica producendi verbaliter tantùm in termino, non est à iure cõi aliena, vt colligitur ex relatis per Asin. d. §. 22. cap. 5 & signãter decis. Rot. 32. de iud. in nou. † Pariterq;

39 practica consignandi scripturas, & iura soli notario à iuris trramite non videtur recedere, p ea, quæ tradit plenè Dec. in c. qñ contra, num. 16. cum seq. de probat. vnà cum permultis cumulatis per Asin. d. cap 16. num. 12.

Si ergo facta verbali productione tantùm, non requiritur alia citatio pro reali, multò minùs requiri potest, quando exemplum saltem in termino realiter productum reperitur, vt in casu nostro authen, multò magis, &c.

Quibus sic præsuppositis, nõ obstant contraria; Nam ad primum dicitur, nullo modo tolli defensionem aduersario, quia potuit, & adhuc põt petere sibi statui terminũ ad opponendũ Instro, & eius habere copiam vtsup. quamq̃ re ipsa iam habuit, & opposuit q̃cquid potuit, vt diximus.

40 Ad secundum de confirmatione, clara pater responsio per infrascriptam distinctionem, Aut n. confirmatur actus citationem requirens, q priùs erat nullus omnino, & inualidus, & tunc citatio necessaria est, vt in actu ipso principali; Quia prior ille actus non est in consideratione, nec vllum potest operari effectum. Marf. in l. de vnoquoq; nu. 50. de re iud. & in sing. 274. incip. li-

41 cèt. † Imo verò confirmationis nomen nõ conuenit, quia quod nullum est cõfirmari non põt, sed potiùs est actum denuo facere, Bart. in l. & quia, de iurisd. omn. iud. Bald. in l. 1. C. de codicill. Dec. in rub. extra de confir. vti. vel inuti. num. 2. vsq; ad n. 6. Et ita procedunt l. adoprio, & seq. in quibus de cõfirmanda adoptione nul-

42 la penitus, & inualida tractatur. † Aut verò actus p̃dictus confirmandus, est validus, & robur obtinet, sed mediante alio p̃ficitur, & iustificatur, vt in casu nostro, quo productio exempli facta in termino probatorio, est valida, & efficax, & cui exemplo virtus p̃bationis adscribitur, non verò authentico roboranti, & iustificanti, & tũc citatione opus non est, per ea quæ scribit Bald. in marg. in ver. confirmatio, vers. 4. & Gabr. tit. de citatione, conclus. 1. num. 495. post Innoc. & Guid. quos refert, & iste est casus noster.

Et ita etiam procedit, quod de examinatione testium dicebatur, post terminum facienda, quo mediante perficitur eorum testimonium, & executioni demãdatur promissio, & obligatio facta tempore iuramenti de veritate dicenda, & nihilominùs sinè citatione partis expeditur per supradicta.

43 Ad tertium, & vltimum de doctrina Bero. in d. c. licèt causam, num. 86. animaduertant quæso Illust. DD. Consiliarij, ipsum loqui in diuersis terminis, nẽpe In casu quo terminus non erat datus ad probandũ simpliciter, vt in nostra specie, sed ad producendum, & examinandum testes, quem casum prosequitur, à num. 79. vsque ad nume. 86. tenens, & multis rationibus probans, non sufficere testes, tunc in termino iurare, nisi etiam deponant, cum terminus expresssim cantet ad examinandum, quo elapso, præclusa est via examini.

44 Et licèt eodem retento themate, inferat deinde Bero. num. seq. citandam esse partem, non solùm ad videndum produci, & iurari testes, sed etiam ad illorum examinationem, & ita communiter practicari, nõ propterea repugnat conclusioni Bald. & aliorum de quibus supra. Tùm quia stante termino dato ad producendum, & examinandum, rationabiliter citatur pars ad vtrumque actum, vt intelligat nil eorum omitti, quæ Iudex intra tempus limitatum fieri mãdauit, nè possit deinde opponere, quòd extra illud testes examinati fuerint. Quæ ratio cessat in casu nostro, in quo terminus ad probandum tantùm datus est, intra quem sufficit testes iurare, cum virtus probationis in iuramento consistat, ad quod depositio refertur, & retrotrahitur, vt Bald. & alij latè probant, nec potest eis obijci, quod in termino non deposuerint per

45 supradicta. † Tùm etiam quia non præsupponit Bero. duas fieri debet citationes, alteram scilicet ad videndum iurare testes, & alteram ad videndum eos examinari, nam vltima feruiret de vento (cum citatus non possit interesse examini) quod fit secretò, & partibus ipsis absentibus, l. nullum, & l. si quando, vbi gloss. & Docto. C. de testibus, glo. & Docto. in d. c. 2. de testibus.

46 † Præsupponendum est igitur ipsum loqui, de vnica citatione ad vtrumq; actum. Separatim autem ad videndum testes deponere superflua, & inutilis esset, ergò omittenda, quoniam lex, & natura nihil frustra operantur, l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. no. caue. l. qui bis idem, de verb. obligat Ex quibus apertissimè patet Bero. hucusq; nihil aduersari intentioni nostræ.

Verùm, quia sub nu. 86. in fi. ver. subdit p̃dicta etiam procedere in tertio casu ab eo, post Abb. proposito, vcz quando datus fuit terminus ad probandum simpliciter, & allegat Bart. & Roman in d. §. Sabini, considerare debemus, ipsum habere relationem ad ea tantùm, quæ dixit non in illatione prædicta, sed in principali articulo, in quo tenuit non sufficere testes in termino iurare,

iurare, præsertìm quando producens non protestatur per se non stare, sed per Iudicē in his etenim terminis loquuntur. Bar. & Rom. ab eo cit. tati, ideo sūt allegata intelligi, & declarari dn̄t, iuxta doctr. Bart. in l. non solùm. §. liberationis, de libera. lega.

Et si aliter ipsum Bero. intelligeremus, malè sētiret, & nihil pro dicto allegaret, sed finè lege, & authoritate loqueretur cōtra tot præclarissimos authores, & innumeras ferè rationes, & vrgētia fundamenta ab eis adducta, & contra denique communem * opi. & cōem totius orbis practicā per eosdem relatam, quā in patria nostra vigere nemo ignorat. Retorquetur igitur argumētum contra aduersantes, nam si in examine testium fiendo, post terminum probatorium, citatione opus non est, vt ipsi erroneè, præsupponebant, ergo nec in productione authentici, post exemplum in termino productum.

Sufficit itaque dimissum fuisse pęnès notariū, qui eius copiam parti fecit, & sufficeret etiam in quacunque causa, coram Iudicibus ordinarijs
47 pendente, per supradicta. † Multò magis autem sufficere dēt coram excelso Consilio, quod potest quandoq; ex facultate procedendi sola facti veritate inspecta, citationem ēt omittere, corā alijs Iudicibus necessariam, per ea quæ scribit Marsil. in d. l. de vnoquoque, num. 88. & refert Gabr. in suis conclus. tit. de cita. concl. 1. n. 341.
48 & seq. concord. adducens. † Sed nec omittendum, quòd ex eo solo, quòd in actis mentio facta sit de Instrumento p̄dicto, posset validè ferri sententia relatiuè ad ipsum, quāuis in actis nullo mudo productum fuisset, per doctr. Saly. in l. 3. nu. 2. C. de sent. quæ si. cer. quan. profer. vbi ēt Bal. nu. 12. Alex. in l. ait prætor. §. 1. nu. 12. per illum tex. ff. de re. iud. & Fely. in c. cum venerabilis, nu. 41. post Innoc. & alios adductos, extra de except. Tot autem concurrentibus, quot sup. vidimus, cui dubium, quin alacri animo sententiam suam Excelli Patres, iuxta formam, & dispositionem ipsius Instrumenti producti, & reproducti per Illust. Dominos Pallauicinos proferre debeant?

SVMMARIVM.

1 *Allodialia omnia præsumuntur, nisi feudalia probentur.*
2 *Amplia etiam in castro cum iurisdictione concesso à Principe, & pertinentijs.*
3 *Amplia quoque si dignitas comitatus, aut alia Regalis vnita sit.*
4 *Dacium etiam allodiale præsumitur.*
5 *Res solita vendi, aut insolutum aßignari pro libera, & allodiali talis præsumitur.*
6 *Regalia licèt finè Principis cōceßione poßideri nequeant, non tamen feudalia præsumuntur.*
7 *Regalia nedum poßideri possunt, sed ēt præscribi.*
8 *Quem de euictione tenet actio eūdem agentem repellit exceptio.*
9 *Periurus à limine iudicij repellitur.*
10 *Amplia nedum quando directo quis periurus est, sed etiam vbicunq; periurium quoquomodo causam tangit, de qua agitur.*
11 *Precium rerum ex reddito tantùm non debet iudicari, & æstimari.*
12 *Res tantum valet, quantum vendi potest.*
13 *Licitatio iustum rei precium, seù redditū indicat.*
14 *Non tamen præsumptionem iuris, & de iure facit, sed vehementem.*
15 *Incertitudo lucri, & damni in contractibus, præsertìm locationum, admittitur.*
16 *Publicani dicuntur quasi publicè peccantes.*
17 *Temeritatis, & audaciæ plena sunt eorū fictiones.*
18 *Publicanorum nomen Deo, & hominibus odiosum.*
19 *Stant vtì canes aduersùs transeuntes.*
20 *Nautæ caupones stabularij peßimum generis hominum.*

Pro Ill. D. D. Mario, & Martio Pallauicinis de Pollesino.

EPITOME.

Dacium allodiale in dubio præsumi non feudale, quamuis de regalibus esse dicatur.
Illius autem valor, & precium vndè colligatur?

RESPONSVM LXXXIII.

AD primum dubium vtrum datium sit quid feudale, & pro tali in dubio censeri debeat?

1 Pro negatiua respondetur, ex generali regula, quòd omnia præsumuntur allodialia, nisi feudalia p̄bentur, c. 2. vbi oēs not. si de feud. fuer. contr. c. 1. iuncta gloss. 2. de contro. inter masc. & fœm. tradunt omnes in c. nimis de iureiur. Curt. latè cons. 25. colum. 2. & consil. 75. Dec. cons. 269. in princ. 468. num. 6. 498. n. 2. 3. 588. nu. 8. Brun. consil. 1. in princ. Silua. cons. 3. nu. 75. Curt. in consil. 41. num. 7. & consil. 104. num. 4. Alcia. in tract. p̄sump. reg 2. præsump. 3.
2 Rol. cons. 1. num. 46. lib. 1. † Quæ regula locum habet, etiam si Castrum cum iurisdictione, & pertinentijs suis à Principe concessum reperiatur. Curt. d. cons. 75. circa princ. Ias. in l. si priùs, vers. 4. conclu. de oper. no. nuncia. Dec. d. consil. 269. in princ. & 468. nu. 1. vers. & quia de Castris, & n. 6. Iacob. à S. Geor. in sua inuestit. feud. in ver. de Castro montis rubei, vers. itē q̄ro, an Castrū. Alba. cōs. 16. n. 12. Rol. cōs. 50. n. 33. li. 3.

3 † Nec

3 † Nec diuersum est quamuis dignitas Comita-
tus, aut alia de Regalib. sit ipsi Castro, & iuris-
dictioni vnita. Bal. in c. significauit, nu. t. & ibi
Abb. in 3. not. de rescri. Dec. d. cons. 269. sub
num. 3. Corn. cons. 16. in fin. vol. t. Alcia. vbi s.
4 num. 4. Rol. d. cons. 50. num. 33. † Non est ergo
dubitan. quin allodiale quoque psumi debeat
5 dacium memoratum. † Quod eo magis proce-
deret, ex quo venditum fuit pro allodiali, &
libero, seu insolutum assignatum Illust. D. Fran-
ciscomariæ, vt ex instrumento exhibito; nã cũ
possidẽtes illud sint in quasi possessione alienã-
di, vtique præsumitur allodiale, nisi cõtrarium
probetur Afflict. decis. 267. sub num. 3.

6 Nec obstat, quòd dacia sint de regalibus, quia
non sequitur, ergo sunt feudalia, sed inferri for-
san potest. Ergo sinè Principis concessione pos-
sideri nequeunt. l. si quis, vbi Salyc. & alij. C. de
vecti. com. Antib. in tract. de mu. §. 4. nume. 46.
Berta. in tract. de Gabel. par. 3. princ. num. 33.
bonus tex. in c. super quibusdam. §. pterea, vbi
glo. & Abb. num. 2. 3. de verb. signi. & nedum
possideri possunt, sed etiam præscribi, ut habet.
& not. in d. §. super quibusdam, & tradit Bart.
in l. si publicanus. §. fi. de publi. Dec. consil. 341.
num. 14. Abb. in c. cum nobis, col. 1. de rescrip.
Bossi. in tit. de fis. & priui. eius. num. 57. Verùm
Principis concessio non semper feudalis est, sed
potiùs in dubio contrarium præsumitur, & iu-
dicatur ex supradictis. Igitur, &c.

7 Sed quid in his immoramur, si idem met Illust.
D. Octauianus, qui nũc feudale dacium allegat,
illud pro libero, & allodiali vendidit, seu inso-
lutum assignauit vt sup.? Nonne de euictione
teneretur, si ab alio inseruitutem feudalem vin-
8 dicaretur? † Succedit ergo communis resolutio,
quem de euictione tenet actio, eundem agentẽ
repellit exceptio. l. vendicantem, de euict. Rom.
cons. 457. col. 2. Ioan. de Ami. cons. 3. num. 15.
Bella. consil. 24. num. 13.

Præterea nonne cõtra factum proprium venit,
& contra proprium iuramentum, ex quo rẽ ven
didit pro allodiali, & nunc feudalem contendit,
vt præcium illius augeat, seq; læsum in contra-
9 ctu ostendat? † est itaque obaudiendus c. debi-
tores, vbi Ioan. And. & alij extra de iureiu. doct.
* in c. t. vbi Fely. n. 20. eo. tit. & est cõis * opin. te-
ste Paris. cons. 26 nu. 5. vol. 3. & cons 5. nu. 160.
10 in 4. † & regulare est, quòd vbicunque periuriũ
quoquomodo tangit cãm, de qua agitur, numq̃
periurus audiri dẽt, sed à iudicio arcendus est,
c. dilecti, vbi Dec. in 3. notab. de except. Bald.
cons. 18. præmittendum est, col. 2. lib. 4. Crau.
cons. 191. sub num. 7. in casu autem nostro ee-
dum aliqualiter tangit causam, sed principali-
ter, vt ex prædictis patet. Igitur, &c.

Ad secundum dubium, vtrum æstimatio dacij
fienda sit habito respectu ad quantitatem red-
dituum pceptorum per publicanos, & condu-
ctores, vel ad pensionem, quam Domini habue-
runt? Existimo, nec ad illam, nec ad istam ità
respiciendum fore, vt exinde certum, & iustum
11 præcium necessariò colligatur, † qnia oõ sequit
de necessitate, res est tanti redditus, ergo tanti
valoris, ut doctè concludit Cagno. in l. 2. sub
nu. 233. ver. quæ conclusio. C. de rescin. veodi.
sed si altera earum attendenda foret, vtiq; peo-
sio domini potiùs, quàm lucrum conductorum
inspici deberet, cum præsertim pluris locari non
12 potuerit sub hasta positum dacium. † quemad-
modum enim res tanti valet, quantum vendi
potest. l. 1. §. si hęres. ff. ad treb. l. si seruus, de con-
di. fur. l. præcia, ad l. falci. & his in locis, Bart. &
alij, ita tanti sunt redditus dacij quantum locari,
13 seu annuatim uendi possunt, † tantò magis, q̃a
licitatio iustum rei precium, seu redditum indi-
cat. l. 1. c. de pdi. Curia lib. 10. Bal. & Ang. in l. 1.
C. de præscrip. 30. an. Fabia. in tract. de emp. &
vendit. q. 5. princ. op. 89. in fi. & 90. post Ioan.
14 And. & Marti. de Fan. † & licèt ex licitatione nõ
semper insurgat præsumptio iuris, & de iure, q̃
probationem in contrarium nõ admittat, vehe-
mentem tamen Iuris præsumptioenm, ex ea in-
duci nemo negat decis. Afflict. 340. per tot.

15 De lucro autem conductorum nihil omnino
curandum videtur, tum quia ab incerto euentu
pependit; potuissent nanq; & damnum pati; In-
certitudo autem in omni materia reprobatur,
præsertim verò in locationibus, & peosionum
perceptione. l. si merces. ff. loca. Spec. in tit. de
loca. §. nunc aliqua, vers. 59. & 62. tum quia ex
operibus, iodustriaq; publicanorum, & maxima
vigilantia procedere potuit; & forsan ex eorum
dolo, & fraude, quibus publicani, maximè verò
16 portinarij, de genere nautarum, vti solent. † Di-
cuntur nanq; publicani, quasi publicè peccãtes
glo. in l. 1. §. hic titulus, de publica. Io. And. &
17 post eum Abb. in c. nouit de iud. † & quantæ
temeritatis, quanteq; audaciæ sint eorum fictio-
nes, nemo est qui nesciat, l. quantæ. ff. eod. tit.
18 † estq; publicanorum nomen, Deo, & hominib.
odiosum, vt habetur Matthe. 18. & not. Scrib. in
d. c. nouit. Hæc, & alia contra publicanos legi
possunt apud Franc. Luca. conciuem nostrum, in
tract. de fis. & priui. eius par. 4. num. 1. 2. 3. vbi
19 † inter cætera, inquit eos stare, vti canes aduer-
20 sùs transeuntes; † de nautis autẽ tritum est ada-
gium. Nautæ caupones stabularij pessimum ge-
nus hominum. l. 1. cum not. ff. nau. caup. stab.
Si ergo his artibus, & personali seruitio totius
anni dicti conductores, qui publicani, & nautæ
officium simul exercuerunt, aliquid vltra peo-
sionem superlucrati sunt, quisnam iustus Iudex
iustum dacij preciũ inde colligi posse existimet?

Sed aduertatur ex abundanti, quòd tale lucrũ
minimè concludenter probatum fuit de tempo-
re con-

re contractus, nec in tanta quantitate, quanta requirebatur vt Illust. D. Octauiano prodesse possit, vt in prioribus scriptis abundè dictũ fuit. Quibus me remitto, nè eandem cantilenam canere videar. Cætera suppleat Ill. D. meus pro sua eximia integritate, & doctrina.

SVMMARIVM.

1 *Filius intrat in locum patris, & eius personam repræsentat in successionibus hæreditarijs, quãdo tempore mortis illius, de cuius successione tractatur, pater ipse mortuus est.*

2 *Conceptus post mortem eius, de cuius hæreditate agitur, minimè potest ad illam admitti.*

3 *Momentum temporis illud attenditur in successione hæreditaria, quo quis moritur, & eius hæreditas defertur.*

4 *In successione verò obueniente ex cõtractu habente tractum successiuum, prout feudum, & emphiteosis, admittuntur descendentes nulla adhibita distinctione, an pater superuixerit primo acquirenti, aut filium procreauerit post huius obitum, vel ne?*

5 *Feudo pro se, & liberis stipulato, si filius, & nepos acquirẽtis repudient, ad feudum ipsum pronepos, etiam cõceptus post mortẽ acquirẽtis, admittitur.*

6 *Successorium edictum legis, aliter regulariter, quã successorium edictum conuentionis.*

7 *Descendentes omnes in feudalibus vocati in inuestituris, admittuntur ex propria persona, vel per viam repræsentationis, vel transmissionis, ex cõi.*

Pro Ill. D. D. Mario, & Martio Pallauicinis.

EPITOME.

Successorium edictum legis, aliter regulatur, quàm successorium edictum conuentionis in admittẽdo remotiores in gradu cum proximioribus, atque conceptos post mortem eius, de cuius successione tractatur.

RESPONSVM LXXXIV.

VLtra doctas responsiones Excellen. D. Zoboli ad ingeniosissimum motiuum Illust. D. Auditoris propositum contra Illust. DD. Marium, & Martium Pallauicinos, pro clariori veritatis elucidatione distinguen. est, vt infra.† Aut enim tractatur de successionibus hæreditarijs, & tunc verissima est conclusio Salic. in Auth. post fratres,

Consil. Lud. Sacc.

la prima, in princ. C. de leg. hæred. & sequentiũ, nempe filium tunc demum repræsentare personam patris, & in eius locum subintrare, quando tempore mortis illius, de cuius successione agitur, pater ipse mortuus est, vt rectè colligitur ex eo, tex. & simile est quod legitur in §. sui. instit.
2 de hæred. qualit. & diffe. † Nec minus vera est alia conclusio relata per Bursa. in cons. 170. n. 31. in motiuo citatum, videlicet cõceptũ post mortem eius, de cuius hæreditate tractatur, ad eam minimè admitti posse, pro qua est etiam text. in l. 1. §. sciendum, & l. titius. ff. de su. & leg. Et ha-
3 rum decisionum patens est ratio, † nam in successione hereditaria inspicitur momentum illud temporis, quo quis moritur, & eius hæreditas defertur, ad dignoscendum quis ad eam admittatur? l. si alienum, in princ. & §. primo, de hæ-
4 red. institut. cum vulg. † Aut verò tractatur de alijs successionibus, quę aliunde nobis obueniũt, putà ex contractibus habentibus tractum successiuum ex maiorum prouidentia, vt in emphiteosi, vel feudo pro se se, & descendentibus acquisitis, & in talibus successionibus indistinctè admittuntur ipsi descendentes, nulla adhibita differentia, an eorum pater superuixerit primo acquirenti, & illos post eius obitum procreauerit, vel ne? Hæc fuit Bart. distinctio in l. item Prætor. ff. de su. & leg. & in l. quod dicitur, vbi
5 Imo. Alex. & alij. ff. de verb. obligat. † Quibus consonat, quod scripsit Bal. in l. si in personam, num. 4. 5. C. de fideicommiss. quòd si Titius acquisiuit feudum pro se, & liberis, si filius, & nepos repudiant feudum, admittitur pronepos,
6 etiam conceptus post mortem Titij, † quia successorium edictum legis aliter regulatur, quàm successorium edictum conuentionis, quod dictum refert, & sequitur Dec. in rub. C. de success. edict. num. 2. 3. & in consil. 445. num. 21. alios citans concordantes. Et hanc ipsam distinctio-
* nem latè comprobat, & communem,* attestatur Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. nume. 89. cum pluribus seqq. & signanter num. 91. & 92.
7 ad quem sufficiat remissio. † Quin etiam descendentes omnes ex propria quoq; persona admitti debent, per viam repræsentationis, vel transmissionis, vt ex innumeris authoribus, subdit
* ibidem Tiraq. num. 93. communem * referens. Cum itaque in præsenti causa tractetur non de hæreditaria successione, sed de feudali, & de feudo quidem paterno, auito, & antiquo, dubio procul admittendi veniunt Illust. DD. Marius, & Martius, quamuis longè post mortem Domini Ioan. Manfredi primi inuestiti, cõcepti fuerint; & per viam repræsentationis, vnà cum Illust. Domino Octauiano eorum patruo, concurrere debent, vt in prioribus allegationib. abundè satis demonstratum fuit. L. D.

SVMMARIVM.

1 Banno, vel statuto imponente pænã amissionis merciũ, & bestiarum, cum quibus cõducta fuerint à non soluente daciũ, si in commissum inciderit frumentum cum bobus currum vehentibus, non tamen currus ipse, & facci, in quibus frumentum repertum fuit, cecidisse intelliguntur; & nu. seq.
2 Licitum per illicitum non confiscatur.
3 Si verò bannum mentionem faciat de curru, non confiscantur boues.
4 Statuta vectigalium odiosa sunt, & ideo non trahuntur de similibus ad similia, & contra exigentem in dubio interpretantur.

EPITOME.

Licitum per illicitum non confiscatur. Ideo vectigalium leges non possunt quoquomodo extendi, sed ad verborum limites restringuntur.

RESPONSVM LXXXV.

Stante banno ita concepto in Terra Brixilij (*che ogn'vno, che condurrà, ouero farà condurre robbe, & mercantie di qualsiuoglia sorte sopra carri, caualli, muli, asini, & altri animali, & persone, per la terra di Bersello, ouero trauerso, non pagando il datio, cascchi in pena di lire cinquanta imperiali, & perda esse robbe, & bestie*) dubitatur vtrũ cõducens frumentum absque solutione datij super curribus, cum bobus, & sic incidens in commissum, amittat frumentum, & boues tñ, an etiam amittat currus, & saccos? † Ista quæstio est decisa per Bart. in l. cotem. §. dominus. ff. de publica. vbi determinat quòd licita per illicita nõ cõfiscantur, & vna res non venit in commissum in consequentiam alteriùs, pro quo allegat text. in l. si publicanus. ff. eo. ti. in vers. & si quid illicitè, sed voluit allegare vers. vt si quid ampliùs; quẽ etiam ibidem perpendit ad hoc Bart. & vtrobiq;
2 sequuntur Scrib. † Apertiùs, & magis in terminis deciditur à Bal. in l. cũ proponas, quæ est 3. num. 4. C. de nau. fœno. inquiens quòd licitũ per illicitũ nõ cõfiscatur, & ideo Iudex, vel alius officialis fisci ex suo capite nõ põt confiscare, nec incorporare licitũ pp illicitum, quia separatorũ, separata est ratio, & paulò infra nu. 6. subdir, quòd statuto confiscanre farinam, vel triticũ nõ intelligantur sacci confiscati, quia in pœnis stricta sit interpratatio, & ppea res, quæ congruo modo separari pñt, absque corruptione subiecti
3 separantur, & nõ confiscantur, † idem firmat, & latiùs distinguendo persequitur. Salyc. ibidem à num. 2. vsq; ad num. 5. vbi in terminis nostris signanter decidit, quòd licèt statutum, vel bannum disponat, quòd currus cõfiscentur, cũ quibus illicita vehuntur, non tamen boues illos trahentes confiscabuntur, quia sunt quid separatũ. Vndè è contra cum disponat bannum memoratũ, quòd confiscentur boues, & de curribus nihil loquatur, non venient currus ipsi in confiscatione. Hos sequitur Firma. in tracta. suo de Gabel. par. 9. q. 8. & 9. cum pluribus seqq. & Bossi. in rit. de fraud. vectig. num, 14.
4 Confirmantur autem præmissa ex generali nostratum theorica passim asserentium, statuta vectigaliũ, tanq̃ odiosa, & ratione carentia minimè trahi de similib. ad similia, & contra exigentẽ in dubio interpratari. Aret. consf. 92. n. 2. post Bald. quẽ refert in l. 1. C. quæ sit longa consuet. Corn. cõs. 199. col. 4. lib. 1. Soci. cons. 302. col. 2. sub nu. 2. lib. 2. Crau. cons. 231. nu. 17. Nat. consil. 274. nu. 8. lib. 2. Bossi. in tit. de vectig. nu. 10. cum duobus seqq. Et ex his concludo bannum suprascriptum pœnale nõ cõpræhendere currus, licèt boues compræhendat. Itidemq; non compræhendere saccos, licèt frumentum in eis existens compræhendat, satis enim superq; plecti videtur is qui banno contrauenit, si pœnas in eo expræssas patiatur, pecuniariã scilicet lib. quinquaginta, vnà cum amissione frumenti, & bouũ, absq; eo quòd alijs pdictis, nequaq̃ specificatis afficere eum tẽtet publicanus Brixilieñ. L. D.

SVMMARIVM.

1 Confessio authoris præiudicat successori, si ante ius quæsitum ipsi successori emanaverit.
2 Quasi possessio parentelæ, & antiquioritatis de familia, sufficit ad obtinendum in quocunque iudicio, in quo de iure competenti antiquiori de tali familia agatur.
3 Et habet fundatam intentionem, donec de contrario apertissimis probationibus doceatur.
4 Aetas probatur ex fide Baptismatis.
5 Proximior esse dicitur, qui se proximum docet, si alius in contrarium non probat se proximiorem.
6 Identitas rei probatur ex verificatione duorum confinium.
7 Inscriptiones antiqua probant.
8 Possessio antiqua distribuẽdi legata testatoris, præsumitur legitimo titulo prouenisse, videlicet testatoris voluntate, vel superioris authoritate.
9 Aliud est esse talem, aliud haberi pro tali.
10 Testes debent concludere per necesse.
11 Testes singulares non probant.
12 Res iudicata pro veritate habetur.
13 Sentẽtia quæ statũ persona tangit, facit ius quoad omnes, vtputa super agnatione, vel nobilitate, & alijs qualitatibus personæ cohærentibus.

14 Idem

14 *Idem ſi ſuper ætate.*
15 *Sed an contra teſtium plenè probet, vel ſemiplenè, vide remiſſiuè.*
16 *Probationes imperfectæ iunguntur ad plenam probationem faciendam.*
17 *Mors omnia ſoluit.*
18 *Reſoluto iure dantis, reſolutum quoque eſt ius accipientis.*
19 *Vtile per inutile non vitiatur.*
20 *Renunciatio eſt ſtricti iuris, & in dubio nunquam præſumitur.*
21 *Error potiùs præſumitur, quàm renunciatio.*

Pro Mag. D. Gabriele Gherardutio.

EPITOME.

Antiquiorem aliquem eſſe de domo, & familia, quomodo probetur? & an ſufficiat eſſe in quaſi poſſeſſione antiquioritatis? & ex quibus actibus ipſa quaſi poſſeſſio probetur?

RESPONSVM LXXXVI.

IN cauſa mota per D. Gabrielē Gherardutium, vti ſeniotem de domo, & agnatione ſua, & q. Leonis de Gherardutijs pro obtinendis redditibus Prędij, de quo agitur ad finem eos diſpenſandi in alimoniam pauperum Chriſti, iuxta formam Inſtrumenti emphiteotici in actis producti, vnū
1 ante omnia præſuppono, † videlicet narrata, & confeſſata, per q. D. Conſtantinum Gherardutium authorem Petri Antonij Caualli, tā in Inſtrumento dictæ emphiteoſis, q̄ in alio Inſtrumento donationis factæ D. Petro Antonio, pro veris, & indubitatis cenſeri debere, & eidē donatario indubiè præiudicare, cum ante ius ipſi quæſitum præceſſerint, l. ſi ſuperatus. §. fi. ff. de pigno. l. facta. §. ſi hæres, cum not. maximè per Caſtr. nu. 3. ff. ad Treb. latè Crau. de antiq. temp. par. 1. nu. 78. cum multis concord. Vndè infert, quòd diſpenſatio, & errogatio dictorum fructuū nunc, & imperpetuū ſpectet ſeniori pro tpe, domus, & familiæ Gherardutiæ, & illius quidē lineæ, & parentelæ, de qua extitit olim Leo de Gherardutijs, cuius teſtamentū prę manibus habemus, quā ſic in vtroq; dictorū Inſtrorū ꝑſuppoſitū, & confeſſatū fuit per d. D. Conſtātinum.
Secundò præſuppono, quòd D. Gabriel eſt in quaſi poſſeſſione maioritatis, & antiquioritatis ꝑdictæ, inter modernos hoīes familiæ Gherardutię, de linea, & patentela dicti q. Leonis, quod multiformiter probatur; nam primò eſt in quaſi poſſeſſione ꝑſentandi ad beneficium S. Stephani fundati in Eccleſia S. Trinitatis Parmę, quia pręſentauit D. Rugerium Vrſinum, & eius pſ̄tatio habuit effectum, etiam in contradictorio iudicio, vt ex proceſſu exhibito; & huiuſmodi pſ̄tatio pertinet ad antiquiorem dictæ domus, prout ex teſtamēto d. Leonis inſerto in ꝓceſſu fol. 122.
Eſt quoq; in quaſi poſſeſſione cōcedendi amore Dei habitationē domorū in Vicinia S. Trinitatis exiſtentium, quæ fuerunt eiuſdem Leonis, iuxta mentem, & ordinationem ipſius.
Eſt denique in quaſi poſſeſſione prædicta, ex depoſitione teſtium in cauſa dictæ præſentationis examinatorum, & in ꝑſenti reproductorum. Nam D. Hercules Maſerius id expreſſim deponit, fol. 144. & idem virtualiter deponit Mag. Antheus de Moriſchis, fol. 139. & Mag. Octauius de Guidinis, fol. 143. aſſerentes hunc Dominum Gabrielem babitum tractatum, & nominatū fuiſſe pro agnato proximiori à D. Gaſpare de Gherardutijs tunc ſeniore, & antiquiore familiæ ſuæ ptędictæ, de cuius antiquioritate ēe conſtat ex præſentatione dicti beneficij aliàs per ipſum facta, & in proceſſu regiſtrata, fol. 73.
2 Hinc infero, quòd iſta quaſi poſſeſſio patētelæ, & antiquioritatis ptædictæ, ſufficit D. Gabrieli ad obtinendum in quocunque iudicio, etiam ſi de ſuceeſſione, vel hæreditate, aut alio quouis iure ageretur, glo. & Scriben. in l. neque natales. C. de ꝓbat. & in c. licèt ex quadā, vbi bonus tex. extra de reſti. Alex. conſ. 182. nu. 7. lib. 7. Iacob. à S. Georgio in l. quidā ad fi. de probat. Calca. conſ. 8. nu. 2. 3. Afflic. deciſ. 25. in princ. & hanc eſſe cōem * teſtatur Pariſ in conſ. 10. nu. 70. cum ſeq. lib. 2. ac Dec. conſ. 54 ſub nu. 4. Crau. de antiq. temp. par. 1. nu. 306. & conſ. 249. nume. 2. 3. Alba. conſ. 83. nu. 21. 22. & nouiſſimè Burſa. cōſil. 98. nu. 2. 3. 4. cum multis cōcord.
3 † Nam fundatam habet intentionem ſuā, niſi contrarium apertiſſimis probationibus doceatur, ex relatis per Alba. d. n. 22. & Burſ. vbi ſup. nu. 6. At in caſu noſtro nihil exaduersò ꝓbauit reus conuentus; Nimirū pro ipſo D. Gabriele pronunciandū eſt. Cum ꝑſertim in antiqs verſemur, in quibus indicia quoq; & cōiecturæ, læueſq; ꝓbationes ſufficere d̄berēt. l. cēſus. cū not. de ꝓba. c. cū cām eo. ti. c. cū olim, de cēſi. Alba. cit. conſ. n. 2. cū multis ſeqq. Crau. d. trac. par. 1. ꝑ to. & ſignāter nu. 320.
His ſtantibus non obſtant ſubtiliter motiuata, & primò, quòd non probauerit ſe antiquiorem domus ꝑdictæ D. Gabriel, quod eſt fundamētū intētionis ſuæ, nā ſufficit quòd pro tali habeat̄, & teneatur vtſup. & tanq̄ talis actus prædictos huc uſq; geſſerit, vndè cōſtituitur in quaſi poſſeſſione memorata, q̄ ſufficit, nec eſt neceſſe, quòd cōcludēter, & ꝓ neceſſe talē ſe ꝓbet, vt retuli-
4 mus. † Sed & 2. loco dicere poſſumus ſe ſeniorē ꝓbaſſe, cū cōſtet eū eſſe de domo, & agnatione ꝑdicta, & amplius ēt ex fide Baptiſmatis cōſtet eū eſſe annorū 65. cui fidei ſtādū eſt. Dec. cōſ. 682. nu. 16.

nu. 16. Alcia. de ꝓsump.reg.7.præsump.14.n.10.
5 Perusi. decis.55.n.7.† ex eo,n.quòd non constat
alium esse ipso seniorem, id satis probare dici-
tur, vt de proximiori consuluit Corn.cons.197.
per to. Rui. cons.154. num.4.lib.3. Cæpha. cō-
sil.133. nu.53. Bursa.d.cons.98.num.1.

Non ob. secūdò, quòd domus supradictæ, quas
D.Gabriel pauperibus concedit vtsup. non pro-
bentur esse illæmet, quas Leo in suo testamento
distribui, & concedi mandauit, qm̄ contrarium
6 affirmare possumus † ex quo non solùm duę de-
monstrationes verificantur, q̄ sufficiunt ad iden
titatem probandam, iuxta doctr. Bart. & com-
* munem, * in l. demonstratio falsa. ff. de condit,
& demonstr. sed etiam plures.

Prima est, quòd sunt in Ciuitate Parmæ; Secū-
da, quòd sunt in vicinia S.Trinitatis; Tertia est,
quòd sunt plures simul iunctæ, & contiguæ;
Quarta, quòd habent viam cōem versus septen-
trionem; Quinta, quòd habent dugariam ver-
sus meridiem; Sexta, & valde notabilis, & sin-
gularis, quòd pauperibus hucusq; consueuerunt
concedi gratis, & amore Dei. Et quòd satis su-
perq; probata dicatur, ex his identitas liquidò
constat ex traditis per Silua.cons.57.ferè per to.
& signanter sub nu. 13.14. vbi de identitate do-
mus in specie loquitur, & multò pauciores de-
monstrationes sufficere concludit, & concord.
adducit. Sed quid in hoc dubitari potest, si sup
eisdē domibus extat adhuc antiquissima inscri-
ptio, quæ vix legi potest, declarās has ipsas ędes
fuisse q. Leonis de Gherardutijs, & in eius testa-
mēto legatas fuisse pauperibus tradendas gratis?
per hæc carmina (Mille quadringentis iam tum
currentibus annis, legauit proprias, Leo Ghe-
rardutius istas, Tradi pauperibus gratis domos,
atque semper familiæ instaurari sumptibus.)
huiusmodi enim inscriptiones antiquæ probāt,
cap. cum causam, cum not. de probat.

8 Minùs obstat, quòd domus istæ ex forma dicti
testamenti per fideicōmissarios primò, & dein-
de per hæredes, & non per seniorē de familia di-
stribui deberēt, quia cū hanc interꝑtationē diu-
tissimè receperit legatū illud, & ab antiquo tpe,
& in possessione fuerint, & sint hacten⁹ seniores,
distribuendi, & concedendi domos ipsas, pręsu-
mitur quòd legitimo titulo, & ex ꝓsumpta vo-
luntate testatoris, vel superioris authoritate pro-
cesserit, puta Epi, vel alteriùs potestatē habentis.
Dec.cons.152.nu.3.4.Crau.de antiq.tēp.par.3.
nu 27.28. vsque ad fi. vbi multa adducit similia.

Non obstat tertiò circa quasi possessionē iuris
p̄ntandi, de quo sup. quòd aliqui testes in cā be-
neficiali deposuisse videātur, alios extare senio-
res de domo Gherardutia, qa nihil in effectu cō-
cludunt, nā primus, q de D.Georgio loquitur,
9 dicit tm̄ eū haberi, & teneri ꝓ seniore,† & aliud
est esse talē aliud haberi ꝓ tali. l. mercis. de verb.
sign. Ias. latè in l. prætor ait. §.1. de no.oper.nun-
cia. Secundus verò, qui de Andrea testificatur,
inquit eū esse de senioribus, & sic non excludit,
10 qn alius possit esse ipso antiquior. † Testes autē
debent necessariò probare, & concludere, c. in
11 p̄ntia, de proba. cum vulg. † Vterque ēt est sin-
gularis in dicto suo, ideo nihil probant, c. nihi-
lominus, 3. q.9. c. tàm literis, de testi. Gabr. in
suis conclus. de testi. concl. 2. Vndè iure merito
fuit cōfirmata p̄ntatio per D.Gabrielem, utī an-
tiquiorē facta, nō verò facta ab aliquo ꝑdictorū
Georgij, & Andreæ, vt ex sententia in actis pro-
ducta; q̄ D. Iudex in paruo processu inuenier, &
12 quæ iamdiu transitum fecit in iudicatum, † & sic
ꝓ veritate hr̄. l. res iudicata, vbi Dec. & Cagno.
de reg. iu. l. ingenuum, vbi Scrib. ff. de sta. hom.
Nec officit, quòd sit res inter alios acta, quoniā
quoad ꝑiudicium D.Georgij, & Andreæ, qui in
13 iudicio interuenerunt, cessat obiectū, † quo ve-
rò ad reū in præsenti causa conuentum, idem vr̄
dicendum, quia ista sententia statū personæ vr̄
tangere, vndè facit ius, quo ad oēs, d.l. ingenuū,
cū materia, prout ēt dicimus de sententia super
agnatione lata, vt per Ang. in l. ius aūt agnatio-
nis. ff. de pac. Cagno. vbi proximè sub num.3.&
super nobilitate, vel ignobilitate. Fab. in §. præ-
iudiciales, nu.25. Insti. de actio. & de alijs per-
multis qualitatibus personæ cohærētibus, tradit
Alex. in l. sæpè, nu.62.63. ff. de re iud. & remissi-
uè Tiraq. in tracta. res inter alios ac. limit. 18.
14 † & propius ad terminos nr̄os, qn̄ super ætate
fertur sententia, quòd faciat ius quoad omnes
probatur in l. de ætate, cum gloss. & Scrib. de
mino. & per Alex. d.num. 62.

15 Et quatenus etiam semiplenè tm̄ probaret cō-
tra istum reum, vt permulti tenuere, vel minùs
quoque iudicis arbitrio, ex relatis per Menoch.
de arbitr.iud. ca.11 t. per tot. nulli dubiū, quin
iunctis alijs probationibus antedictis, Testium
scilicèt, fidei Baptismatis, ac distributionis do-
muū, plena, atque exuberans probatio resultet.
16 † Coniunguntur n. plures probationes, q̄uis im-
perfectę ad plenam probationē faciēdā, ad glo.
in l.2. in ver. legitimis, vbi doct. de execu. tu. &
in cap. cum causam, de proba. Gabr. latè in suis
conclus. tit. de proba. concl. 1. Et vltra hæc oīa, q
proprietatis iudicium tangunt, sola quasi posses-
sio senioritatis memorata sufficeret ad victoriā.

Ad obiectum subsequens, quòd ante locatio-
nem emphiteoticam, de qua in processu, non
consueuerit petia Terræ concedi pauperibus per
seniorem de domo; vndè infertur, quòd ille, qui
primò hoc introduxit, potuerit quoque reuo-
care, & subsequentibus senioribus præiudicare.
respondetur contrarium verius esse, ex quo
Dominus Constantinus locator in ipso locatio-
nis Instrumento, præsupponit per tempus im-
memorabile consueuisse fructus illius errogari
paupe-

pauperibus per genitorem suum, & alios suos antecessores, & ipsi D. Constantino, vti seniori data fuit licentia per ordinarium locandi, cum hac conditione, quòd canon percipiendus per seniorem pro tempore existentem, distribui, & erogari deberet, iuxta consuetum, vtsup. Et in Instrumento donationis postea factæ Petro Antonio prædicto, non tamq̃ D. Constantinus simpliciter, sed tanq̃ senior de domo Gherardutia donat, & concedit; Ex quibus arguitur ipsum donatorem, nec potuisse, nec voluisse aliter disponere; non enim potuit, quia fassus est solitũ, & consuetum ab antiquo, cui contrauenire non poteft. l. minimè, de leg. cũ vulg. & sub hac conditione licentiam obtinuit, de qua supra, q̃ conditio debet in forma specifica adimpleri. Noluit autem, quoniam vti senior contraxit, exprimẽdo qualitatem hanc, nè in dubium reuocari posset, quo noĩe donauerit, & concesserit, & contrarium dicere, vel allegare non potest donatarius, per ea, quæ ab initio dicta sunt.

Vndè cum per mortem ipsius D. Constantini desierit, & resolutum fuerit ius concedentis,
17 † mors nanque omnia soluit. §. deinceps in au-
18 then. de nup. l. Neratius de reg. iu. † resolutum quoque est ius accipientis l. lex vectigali, de pigno. l. 3. ff. qui mo. pi. vel hippo. sol. l. fi. §. fi. C. com. de leg. cum vulg.

Vltimum obiectum contra sententiam memoratam, quòd bis lata ab eodem Iudice appareat, multùm distat ab antedictis, in quibus D. Iudex asserebat nullam sententiam vidisse; Ego sanè vnam tantùm vidi, cuius mentionem sup. feci. Sed præsupposito, quòd bis fuisset à iudice promulgata, & sic etiam instante D. Gabriele, nulli dubium, quin prima valeat, quamuis secunda
19 nulla esset, † vtile nanque per inutile non vitiatur. l. hac consultissima. §. fi. de testam. l. 1. §. sed si mihi, de verb. oblig. l. siue generalis. ff. de iu. do. Et quòd propter hoc D. Gabriel diceret primæ sentẽtiæ renunciasse, nullibi probari video, nec
20 probari posse reor, † ex quo renunciationes sũt stricti iuris, & in dubio nunquã præsumuntur, c. super hoc, & c. sanè, de renuncia. l. sunt. §. non
21 videtur, q mo. pig. vel hip. sol. † & error potiùs, quàm renũciatio præsumitur Dec. in l. cuius per errorem, nu. 2. de reg. iu. cum concord. Sed in his frustratoriè non immorabor, quandoqdem non ex hac sententia solùm pendet ius D. Gabrielis, sed aliunde quoq; ut ꝓbauimus. Est igitur iuxta per ipsum petita pronũciandum; tantò magis, cũ agatur etiam de exoneratione cõscientiæ rei conuenti, qui cum non sit, pauper, vt notorium est, non debet pauperum cibũ comedere, est enim quodammodo sumere panem filiorum, & mittere canibus contra legem Dominicam. Et ita iuris indubitati esse sentio, & ita iudicatum.

Consil. Lud. Sacc.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad domum solita habitationis alicuius operatur, ac si fuisset citatus personaliter, quia præsumitur habere notitiam citationis, & est communis.*
2 *Maximè quando nõ est prima citatio, sed alia præcessit, cuius vigore comparuit citatus, nam tunc potest ad domum citari, etiam vsque ad executionis perfectionem.*
3 *Restituere debens hæreditatem, & ob id citatus, si se absentat habetur hæreditas pro restituta.*
4 *Hæreditas, ẽt verbo restitui potest per procuratorẽ.*
5 *Hæreditatem restitui non potest procurator petere sinè speciali mandato.*
6 *Fallit vbi iam constat de voluntate hæredis fideicommissarij acceptãtis hæreditatẽ, cũ suis onerib.*
7 *Item fallit quando hæres grauatus iam adiuit hæreditatem spontè, & non debet cogi adire per Senatus consultum trebel.*
8 *Actiones tamen in his duobus casibus nõ transeunt in fideicommissarium, nisi secuta ratificatione gestorum à procuratore non speciali.*
10 *Index potest mulctam indicere non parenti suis præceptis.*
11 *Etiam si sit delegatus, dummodo à Principe.*
12 *Missio in possessionem bonorum contumacis, & excommunicatio non sunt pœna, sed medicinæ, quia potest quilibet incõtinẽti se liberare sequẽti die.*
13 *Missio in possessionem potest cum mulcta concurrere ob magnam contumaciam.*

Pro Ill. I. C. & Equite D. Io. Baptista Baiardo.

EPITOME.

Citationem ad domum solitæ habitationis sufficere, maximè quando non est prima.

Citatus pro restitutione hæreditatis verbali, si se absentat, pro restituta habetur.

Restitutio per procuratorem fieri potest. Peti autem sinè speciali mandato non potest, sed hoc in pluribus fallit casibus.

Missio in possessionem bonorum contumacis, & excommunicatio non sunt pœnæ, sed medicinæ.

RESPONSVM LXXXVII.

De confirmatione præcepti transmissi Ill. D. Ioanni Garsio Caualchæ, pro restitutione hæreditatis verbali, non
1 est quòd dubitari possit, † cum fuerit ad domũ solitæ habitationis dimissũ, quo casu illũ afficit, q̃uis abẽtẽ, & cõtumacẽ reddit, si nõ cõparuerit i termino, pinde, ac si fuisset ꝑsonlr appræhẽsus, ꝑsumit. n. imò fingitur eius hre notitiã. l. 4. § ꝑtor ait, vbi Bar. & Scrib. ff. de dam. ifec. glosf.

gloss. in l. & si legibus. C. de Episc. aud. Franc. in c. 1. §. contrahentes, in fi. de fo. compet. in 6. & in cap. bonæ, num. 2. de appell. Marian. latissimè in tract. cita. art. 17. nu. 17. & num. 23. cum alijs seq. vbi de cōi,* & I notab. casu, nostro huic valde simili, respondit Fulg. cons. 76. per to.

2 Eò magis verò in hac nostra specie procedit cōclusio, qm̄ non incipit iudicium istud executionis ab huiusmodi præcepto, sed iā diu cœptum fuit, & in eo quandoq; cōparuit D. Ioānes personaliter, & q̄nque per procuratorē, post primā citationem habitam, constitutum; quod q̄dem operatur, vt ad domū sufficiat deinceps ipsum indistinctè citare, vsque ad totalem iudicij executionis perfectionē, per tex. in l. ab eo, vbi Bal. nu. 10. C. quomodo, & quando iud. Bart. in d. §. prætor ait, col. 1. & in l. 1. num. 3. de lib; agno. Maria. d. artic. 17. num. 24. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 91. Maran. in suo Spec. titulo de citat. num. 126. in fine.

3 Quo stante, stanteq; absentia prædicti D. Ioannis in actis allegata, & probata per D. Scipionē eius filium, vltra prædicta, sequitur q hæreditas pro restituta haberi, & pronunciari debeant, per tex. in l. pen. §. 1. C. ad treb. cum not. Contra id quod Excellens D. Aduocatus prædicti Domini Ioan, contendit.

Nec obstat, quòd Imperator ibi req̄rere videatur, quòd hæres grauatus restituere, contumaciter, & per dolum se se celauerit, vel ante, vel post litem contestatam. Nam ad hoc sufficit ipsū semel legitimè citatum fuisse pro restitutione facienda, scientiamq; citationis habuisse, cætera nanque lex præsumit, vel fingit, vt sup. & cū ad iudicium vocatus non venit, sed absens reperit, habetur hæreditas pro restituta, vti declarat ibi glo. in ver. per contumaciam, quā sequitur Bart. inquiens satis esse, quòd ex processu appareat citationem ad eius notitiam peruenisse, & Bald. nume. 5. in fi. subdit quoque Castren. sufficere, quòd cōstet ipsum habuisse notitiam citationis ad domum executæ, & sequitur Salyc. sub nu. 6. ac Corne. num. 2. 3. affirmans * Doct. cum hac doctrina transire.

Cum igitur citatus iamdiu fuerit D. Ioannes pro executione sñiæ, quæ hæreditatē per eū restitui mandabat, & sic pro restitutione ipsa faciēda, & cōparuerit, ac se se opposuerit, tam p se, q̄ per procuratorem, vt sup. Et nunc demū tp̄e restitutionis faciendæ legitimè adhuc citatus absens, & contumax sit, certum est locum esse dispositioni dicti §. 1.† quā si volebat ipse D. Ioan.

4 quacunq; causa absuturus, euitare, debebat p curatorem idoneū constituere, ad hæreditatem restituendā. quod facere poterat. l. restituta, in fi. princ. ff. ad trebell. Spec. in tit. de cessio. ac. §. 1. vers. item quæritur, sub num. 20.

Et per hęc clarissimè tolluntur oīa, q̄ ex aduersò per Mag. D. eius Aduocatū allegantur ad ostendum, quòd dolus cesset, & vera contumacia.

5 Ad aliud dubium, quod excitabat contra procuratorē D. Baiardi, qui adhuc in iudicio executionis pro dicta restitutione instat sinè speciali mandato, quod sibi licere non vr̄, per doctr. Castren. in l, qui ita, §. 1. ff. ad trebel. multiplex pa-

6 tet solutio.† Prima, & verissima est, quòd loquitur Castr. in eo p curatore, qui incipit petere restitutionē nomine hæredis fideicommissarij, de cuius voluntate antea non constat; Et incertum est an ipse velit hæreditatē acquirere, & oneribus hæreditarijs subiacere, vel ne? Nam si nolet, & sic non haberet ratum factum procuratoris, resultare posset præiudicium illud hæredi grauato, quod considerat Iurisconsultus in eod. §. 1. quia scilicet oneribus prędictis implicitus remaneret; sed nos sumus in casu quo D. Baiardus iamdudū ab initio vsque motæ litis in causa principali, acceptauit hæreditatem, sibiq; restitui petijt, & sic oneribus hæreditarijs, spōtè se supposuit, ideo dubitari ampliùs non pōt de pręiudicio heredis grauati, & p consequens diuersi sunt termini, & cessat hic ratio pp quā diuersum ius statuitur in casu contrario, & idem esset si aliter quōcunque de ipsius fideicommissarij voluntate euidēter cōstaret, vt in eo. §. 1. probatur, ibi, si non euidens voluntas absentis esset.

7 Secunda ēt non minùs vera subiungitur, contrarium scilicet procedere in hærede grauato, q nondum adijt, sed adire cogitur p Senat. Trebel. & timet periculum memoratum; At quando iā adijt, cessat metus instantis periculi; Quoniā si q præiudiciū incurrere pōt, iā illud ex aditione causatū est, ideo cuicunq; p curatori restituenda

8 venit hæreditas; † sed tñ non transeūt actiones hr̄ditariæ in fideicōmissariū, nisi eo tp̄e, quo ipse ratū habuerit, vt ad lram inq̄t, ibi tex. in fi. p hęc verba (Quod si fortè adierit hęreditatē, nō magna captio est, sed actiones, si nō mādauerit, trāsibūt eo tp̄e, quo ratū habuerit.) Cæterū adiuit iamdudū D. Ioan. imò hæreditatē tanq̄ suā tutari conatus fuit, vt in processu, igitur, &c. Propterea dixit etiam gloss. in d. l. restituta, q̄ Bart. & Alex. ibi sub num. 3. & alij sequuntur, quòd procuratori simplici fienda est restitutio, quod dictum ad casus istos adaptari videtur optimè.

Tertia quoq; addit̄ sñio, obiectū nēpe cessare vbicūque euidēs est volūtas hr̄dis fideicōmissarij, ēt absentis, quòd p curatori petēti restituat̄, vt colligit ex eo. tex. aptissimè ibi, (si nō euidēs uoluntas absētis esset.) Ex actis aūt pcedētibus, tā in cā principali, & appellōnis, q̄ ēt executionis, euidens, & manifesta est D. Baiardi volūtas, vt restitutio fiat procuratori suo in pñti iudicio cōparenti, & eius nomine agenti, & petenti, cuius petitionem, & gesta pluries ēt psonaliter in hoc ipso iudicio comparēdo, ratificauit igr̄, &c.

Ad

Ad vltimum, de mulcta, quam delegatus indicere nõ posse asseritur, nisi quatenus lege cautum est, respondetur primò Illust. D. Mentuatũ vices gerere ordinarij iudicis, est enim causa ista de reliquijs sui Auditoratus; Nam ipsi ꝑ rescriptum Principis, iniunctum fuit, quòd non obstãte fine officij, illã cognoscat, & terminet, &c. & sic gerit adhuc in hac parte vices Auditoris,
10 in cuius locum subrogatus est, † Ideo mulctam arbitrio suo indicere potest. l. 1. cum materia. ff. si quis ius dicen. non obtemper.

11 Secundò, si delegatus esset, cum à Principe delegatus sit, eandem habet mulctandi facultatem, quàm ordinarius, vt tradunt Cano. in c. de causis, de off. deleg. vbi Abb. num. 12. & 13. & Dec. nu. 82. de cõi * attestantur, & Cagno. in d. l. 1. num. 54. si quis ius di. non obtemp.

12 De missione aũt in possessionẽ non est ambigẽdum, quia non est propriè pœna, sed interesse partis concernit, sicuti ẽt excommunicatio, quæ medicina est potiùs; vndè excommunicatus, & passus missionem, si vult sequenti die parere, & satisfacere, nullam pęnam sustinet. Abb. in d. c.
13 de causis. num. 11. † imò potest etiam cũ mulcta concurrere, ob magnam cõtumaciam, vt ꝑ Abb. & alios in c. qm̃ frequenter. §. in alijs, vt li. non contesta. in oppositum citato. Cætera suppleat Illust. Dominus meus.

SVMMARIVM.

1 *IVdices solent cogere contumaces ad parendum, & primò per mulctam, quod est proprium, & frequentiùs remediũ.*
Et in quacunque parte iudicij, & pro qualibet inobedientia,
3 *Item per missionẽ in possessionẽ bonorũ cõtumacis.*
4 *Et hanc missionem patitur etiam minor, qui cum curatoris authoritate legitimè non comparet.*
5 *Et est modici præiudicij, quia potest contumax ab ea se incontinenti comparendo, liberare, secùs in mulctato.*
6 *Iudex mulctans, non potest mulctatum liberare, nec mulctam minuere, nisi paupertatis causa.*
7 *Iudex potest præcipere hæredi grauato, vt restituat verbo hæreditatem fideicommissario, sub pœna, quòd alias habeatur pro restituta.*
8 *Mulctæ locus non est, vbi non est vera contumacia, quæ non contrahitur, vbi citatus non fuit personaliter apprahensus.*
9 *Citatio ad domum non sufficit, quando agitur de magno præiudicio.*
10 *Missio in possessionem bonorum contumacis, est leuis præiudicij, & seq.*
11 *Contumacia procuratoris licèt nõ possit facere cadere dominum in pœnam mulctæ, potest tamen causare immissionem in possessionẽ bonorum principalis, ex communi.*
12 *Hæreditas restituenda fideicommissario tunc demum habetur pro restituta, quando hæres grauatus dolo se absentat, ante, vel post litẽ cõtestatã.*
13 *Citatio ad domum inducit dolosam contumaciam vbicunque constat citationem ad notitiam citati, ex iuris præsumptione peruenisse.*
14 *Citatio domi executa, quæ ad manus filij peruenit, præsumitur etiam ad patris notitiam deuenisse.*
15 *Idem si ad manus vxoris peruenit.*
16 *Quibus casibus verus contumax citatus efficitur.*
17 *Citatus personaliter potest de cætero domi citari.*
18 *Citatus pro executione cõformium, qui comparuit, & opposuit, & sic litem contestatus est, potest exinde citari ad domum.*
19 *Absens extra prouinciam domi citari potest, maximè post primam citationem.*
20 *Præsertim quando captum est iudicium, & lis contestata, nam dolosè præsumitur se absentasse.*
21 *Procuratorem dimittens ad defendendam causam, non potest vlteriùs domi citari.*
22 *Fallit si non dimisit ad faciendũ omnia necessaria vsq; ad finẽ iudicij, & ad parẽdũ iudici in oĩbus.*
23 *Facere aliquid debens, non excusatur, si dimittit procuratorem qui non facit.*
24 *Procurator dimissus ad defendendum nõ dicitur, à quo non potest aduersarius id consequi, quod à principali consequeretur.*
25 *Procuratorem non dimittens ad ea, quæ verosimiliter credere non debeat se teneri, excusatur.*
26 *Iuris ignorantia habet latam culpam admixtam, ideo non excusat.*
27 *Præsertìm quando circa lapsum tẽporis à lege præfiniti, vel renunciationem tacitam, aut expressam versatur.*
28 *Supina ignorantia, etiam facti, non excusat,*
29 *Causa executionis est summaria.*
30 *Causa contra absentem dicitur summaria.*
31 *Citatio ad domum sufficit in causa summaria.*
32 *Et in omnibus alijs, in quibus celeritas requiritur.*
33 *Et in quibus litis contestatio non est necessaria.*
34 *Litis contestatio in causa executiua nõ requiritur.*
35 *Consuetudo citandi ad domum valida est, & iure concessa, etiam in causis criminalibus, & in praxi ita seruatur, ex magis communi.*
36 *Pœna, & mulcta eodem ordine regulatur in ciuilibus, & criminalibus causis.*
37 *Periculum vbi maius est, cautiùs ibi est agendum.*
38 *Statutum mandans citationem fieri personaliter, vel ad domum, operatur, vt eodẽ modo valeat, vt aliquid addat iure cõi, & est magis cõis opin. licèt aliqui distinguant inter ea, quæ sunt grauis præiudicij, & ea quæ sunt leuis.*
39 *Excusator allegans absentiam, debet petere tẽpus ad certiorandum, & faciendũ citatũ comparere.*
40 *Excusator allegans absentiam non admittitur, nisi in ciuilibus, vt processum impediat.*

41 *Præsertim ad impediendum missionem in possessionem.*
42 *Pœnis legalibus contenti esse debemus, & alias non addere.*
43 *L.pen.§.1.ad treb.nō continet pœnalē dispositionē.*
44 *Mulcta indicitur arbitrio iudicis pro causæ, & psonarū qualitate, dūmodo non sit nimis excessiua.*

Pro eodem Illust. Domino Baiardo.

EPITOME.

De materia præcedentis responsi latissimè tractatur pro resolutione dubiorum D.Iudicis, in qua permulta in praxi vtilia, et notatu digna reperies.

RESPONSVM LXXXVIII.

1 SOlent Iudices multis modis cōtumaces ad comparendum, suisq; parendum præceptis cogere, quorum duo frequentiores sunt, alter scilicèt per mulctam, vt l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & est proprium remedium cōtra inobedientes, vt parere discanr, secundum Bossi. in tit. de mulc. in fi. ideoq; ter possunt pro eadem causa mulcta-
2 ri. l. eos. C. de mo. mulct. † & pro quacunque inobedienria in quacunque parte iudicij. d. l. 1. §. 1.
3 vbi Bar. in summario, & alij Scriben. † Alter verò per missionem in possessionem bonorum cōtumacis, c. 1. de do. & contu. c. fi. de eo qui mir. in poss. l. consentaneum. C. quo, & quando, iu. l. si quis emptionis. §. sed, & si quis. C. de præ-
4 script. 30. an. † & hanc missionem patitur etiam minor, qui cum curatoris authoritate legitimè non cōparet. l. si minor. ff. de bo. autho. iud. possi.
5 † & hoc remedium parùm, aut nihil præiuditij generat ipsi contumaci, quia in ipsius potestate est ab eo se incontinenti eximere, & liberare, cōparendo, scilicet, & parendo. l. 4. §. prætor ait, vbi glo. in ver. prætor. Castr. & Alex. in summario, & Bar. col. pen. vers. veritas est ista. ff. de dam. infect. & idem Bart. in l. q̃uis, eo. tit. Butr. in cap. causam, nu. 7. de do. & contuma. Abb. in cap. de causis, num. 1 t. de off. deleg. Cano. oēs in d. c. fi. Ias. Aquen. & post eos Cagno. in d. l. 1. §. si pro-
* curator, num. 6. vbi de cōi, * & in hoc differt remedium istud à præcedenti, quia parendo non
6 pōt mulctatus à mulcta se eximere, † imò nec pōt Iudex, qui eum mulctauit, eam minuere, nisi paupertatis causa. d. l. eos in fi. cū not. Ambobus ergo his remedijs vsus est Ill. D. Mentuatus iudex executionis in causa Baiarda, dum præcepit D. Ioan. Caualchæ, vt pro execurione sententiȩ D. Io. Baptistæ fideicommissario hæreditatem quon. Capir. Mercurij, verbo restitueret, sub pȩna pecuniaria fisco applicanda, atq; immissionis eiusdem D. Io: Baptistæ in possessionē bonorum p̄dicti D. Ioannis. Quocirca cū nedū non paruerit, sed nec cōparuerit D. Io. & eius cōtumacia fuerit debito t̄pe accusata, nulli dubiū q̄n possit Illust. D. Iudex alterutro, vel vtroque etiā remedio cōtumacem cogere, & ad parendū im-
7 pellere. † Et q̄a in inculcatione, & reiteratione eiusdem præcepti ad ipsum in maiori mora, & contumacia constituendum, emanati, comminatum quoque fuir, quòd nisi ipse D. Ioan. restitueret, hæreditas ista pro restituta ipso iure haberetur, & censeretur ad commodum, & beneficiū D. Baiardi, quod legali ēt dispositioni, in terminis nostris congruit, vt colligitur ex l. pen. §. 1. C. ad Senat. treb. in prioribus scriptis citata, pōt certè Ill. D. Iudex iuxta cōminationem huiusmodi declarare; & hoc quoque modici, imò nullius prȩiudicij futurum est, ex quo nihil prorsùs aufert D. Ioanni, sed id solùm factum præsupponit, quod ipse facere tenetur, & tergiuersari non potest, stante re iudicata; Et sic tria sunt remedia quibus D. Baiardi indemnitati consuli potest, & vnum quodque legale.

8 Nec obstanr doctissimè in oppositum ab Illust. D. Iudice motiuata, & primò, quòd mulctæ locus non sir, nisi vera detur contumacia, quæ in casu nostro deficit, stante q̄ præceptum ad domum tātùm non personalitèr executum fuit, ad not. in l. 1. §. si procurator, & §. fin. vbi Cagno. num. 20. ff. si quis ius dicen. Rol. cons. 47. nu. 16. cum seq. lib. 2. & Bursa. cons. 225. nu. 23. & 35.
9 † quod cōfirmari videtur ex eo, quòd citario ad domum non sufficit in casibus in quibus de magno præiudicio agitur ad not. in d. §. prætor air, & in d. c. fi. de eo qui mittit. in poss. & per Soci. in tract. de citat. art. 17. num. 23. & hic videtur agi de magno præiudicio, q̄m mulcta quinque millium ducatorum indicta reperirur.

Nam pro responsione plura suppetunt, & in primis, quòd si mulctæ locus non esset, non propterea alia remedia cōminata missionis, & declarationis, de quib⁹ sup. euirari possent, in quibus paruum, aut nullum præiudicium versatur,
10 vt probauimus. † Et circa primum de missione habemus decisionem, Bart. in terminis, in d. §. prætor, col. pen. vers. veritas est ista, vbi distinguendo inter ea, quæ sunt læuis præiudicij, & ea quæ sunr grauis, ad effectum, vt dignoscatur in quibus citatio ad domum sufficit, exemplificat læue præiudicium in missione in possessionē ex primo decreto, & Bart. sequūtur ibi Doct. com-
* muniter, * præsertim Castr. & Alex. in summa-
11 rio, & per texr. iuncta gloss. in ver. præter. † Et hinc est quòd, & si propter procuratoris contumaciam, mulctari nequear dominus, d. l. 1. §. si procurator, paritur tum immissionem, quia lȩuis est præiudicij, vt ibi docet Cagno. sub nume. 6.
* de communi * attestans post plures relatos.

12 Et

12 Et hac ratione concludere quoque possumus
declarationi memoratæ locū fore, cū graue prę-
13 iudicium non inferat. † Nec obstat, quòd text.
in d.l. pen.§.1. requirere videatur, quòd hæres
grauatus contumaciter,& p dolum se se celaue-
rit ante, vel post litē contestatā, & dolus in casu
nostro cessare videatur, ex quo psonaliter non
fuit appręhensus D.Ioan. Nam ex citatione do-
mi executa dolosa contumacia inducitur vbicū-
que ad notitiam citati cōstat citationē peruenis-
se, ēt iuris p̄sumptione, vt in terminis tradit ibi-
dem Corn. nume. 23. post Bart. Bald. & alios.
14 † Cæterùm ex processu constat primum p̄ceptū
domi transmissum ad notitiam D.Scipionis filij
D. Ioan. peruenisse, vndè patris scientia præsu-
mitur, glo. in l.licèt. C. de repud. Fulg. consil. 76.
nume. 3. versic. hæc etiam scientia, & naturalis
15 æquitas. † Item constat ex secūdo p̄cepto in ma-
nibus Mag. D. Leonoræ vxoris, per nuntium, in
scriptis dimisso in domo cōis habitationis, quia
pręsumitur illud ad notitiā viri detulisse, ex no-
ta. decis. Guid. PP. 445. per to. quam sequitur
Tiraq. in tract. lignag. §.9. gloss. 1. num. 6. & Rol.
16 cons. 32. num. 29. lib. 1. † Huiusmodi.n. scientia
perinde afficit, ac si personaliter quis fuisset ap-
præhensus, nam verus contumax dr, & si domi
tantùm citatus sit, vt latissimè probat Rol. ex ad-
uerso citatus in cons. 47. nu. 22. cum seqq. lib. 2.
& Bursa. d. cons. 225. num. 151.

Alijs etiam de causis efficacia censeri debent
hæc præcepta domi transmissa, nedū ad effectū
declarandi hæreditatē pro restituta haberi; ve-
rū ēt missionem faciendi, & mulctandi vt supra.
Quarum prima est, quòd iudicium istud execu-
tionis, in quo hæc restitutio incidit, iam erat cę-
17 ptum, † & in eo personaliter, atque per procu-
ratorem cōparuerat D. Io. quo casu personalis
citatio vlteriùs necessaria non est, sed domi suf-
ficit, l. ab eo, vbi Bald. num. 10 C. qño, & qn iud.
Bart. in l. 4. §. prætor ait, col. 1 de dam. infec. & in
l. 1. nu. 3. de lib. agno. Maria. in tracta. de citat.
arti. 17. nu. 24. Maran. in suo Spec. tit. de citat.
nu. 126. in fi. Vant. de nullit. ex defec. cita. n. 91.
Tiraq. de retract. ligna. §. 9. glo. 2. num. 45. & 47.
Asin. in sua prax. §. 6. c. 2. limit. 7. & 9. cū cōcord.
18 Secunda, quia in huiusmodi iudicio lis erat iā
contestata, ex quo multa ad impediendum exe-
cutionē pro parte D. Io. opposita fuerāt, Innoc.
d.c. vlt. col. 2. Bart. d. §. prætor ait, col. vlt. & in
l. 1. §. 1. de lib. agno. vers. & dico. Cyn. Bal. & alij
in d. l. ab eo. Soci. latè in tract. cit. artic. 17 sub
nu. 24. & latiùs Tiraq. d. glo. 2. num. 46. atque
Asin. d. §. 6. cap. 2. limit. vltima.
19 Tertia, quoniam non est pñs D. Io. sed absens,
extra prouinciam, vt ex probatis in processu per
D. Scipionē eius filiū liquet, vndè seqtur, quòd
domi citari potuerit, p̄sertìm tpe secundi præ-
cepti, post dictas probationes emanati, text. est
in l. autem qui aliter. §. & si fortè quod vi, aut
clàm, & in d. §. prætor ait, vbi glo. Bart. & Scrib.
* omnes, * & in c. causam, vbi Cano. omnes not.
de do. & contu. Bal. in d. l. consentaneum, nu. 2.
Soci. d. arti. 17. nu. 23. Asin. d. §. 6. cap. 2. limit. 8.
20 † & tātò magis cū absentia secuta sit post cęptū
iudicium, & litē contestatā vt sup. quo casu do-
lus faciliùs præsumitur, & contra talē absentem
domi citatū vlteriùs procedi pōt, ad ea ēt, quæ
sunt grauis præiuditij, & latitationē aliàs requi-
* runt, secundum communem * opi. de qua testa-
tur Alex. d. §. prætor ait, sub n. 19. & Alberic. n. 3.
21 Nec obstabit his tribus fundamentis, obiectū
Illust. D. mei in motiuis adductū, quòd ex quo
D. Ioan. procuratorem in causa dimisit, qui eum
defenderet, non potuerit domi citari, vt in d.c.
causam, & d.c. si. habetur, & not. nam hoc tolli-
tur triplici ratione, primò quia aliud est, quòd
dimiserit procuratorem ad contradicendum, &
opponen. executioni, & quòd dimiserit ad re-
stituen. hæreditatem, quam restituere tenebatur
casu quo in dicta contradictione, & oppositio-
22 ne succubuisset, put succubuit; † debebat enim
constituere procuratorē, qui oīa necessaria vsq;
ad finem inditij executionis peragere posset, nā
non dicitur Iudici paruisse, qui vsque ad extre-
mum Iurisdictionis suæ non paruit, & ob id etiā
mulctari pōt in quacunque parte iudicij, siue in
principio, siue in medio, siue in fine, tex. est ele-
gans in d. l. 1. §. 1. ff. si quis ius dicen. & ibi Doct.
not. præsertìm Cagnn. in princ.
23 Secundò, quia qui tenetur facere aliquid non
excusatur constituendo procuratorem, qui non
facit, vt per eundem Cagno. d. l. 1. §. si procura-
tor, num. 4. cum concord.

Ideo D. Ioannes, qui hæreditatem restituere
tenebatur, debebat specialem ad id procuratorē
constituere, vt in prioribus scriptis diximus; nec
excusatur ob procuratorem dimissum, qui nec
restituit, nec restituere potest, cum sufficiens
mandatum non habeat.
24 Tertiò, quia non potest dici D. Ioan. procura-
torem constituisse, qui eum defenderet in iudi-
cio executionis, ex quo pp absentiam suā nunc
læditur pars, quæ non pōt ab illo procuratore
dimisso consequi, quod à principali conseque-
retur, restitutionem scilicet verbalem, sinè qua
ad vlteriora in iudicio p̄dicto progredi nequit.
l. restituta, & l. facta, in prin. ff. ad treb. Tali enim
casu dr non dimisisse, qui cum defenderet, per
tex. in l. 2. §. defendi. ff. ex qui. casu. in posse. ea.
qui propriè loquitur in terminis missionis in
possessionem de qua nos agimus in secundo re-
medio supradicto.
25 Minùs obstare videtur, quòd credere non de-
buerit D. Io. executionē fore relaxandam, & ob
id iustam causam habuerit non cōstituendi pro-
curatoris ad restituendum, & sic à contumacia
excusari

excusari debeat, & à mulcta, vt per Doct. in d. l. 1. si quis ius dicen. & Rol. citato cons. 47. n. 16. atque Bursa. d. cons. 225. nu. 78. Quoniã respondetur hoc esse allegare iuris ignorantiam, nã cũ sciret, vel scire deberet sententiam ptimã transitum fecisse in iudicatum, nedũ p desertionẽ appellationis, verumetiam per renunciationem, vt in processu clarissimè apparuit, vtique nil aliud expectare debebat, quã quòd euenit, & per cõsequẽs, si absfuturus erat, debebat procuratorem idoneum relinquere ad faciendum hunc actum verbalis restitutionis, vt iudicium executionis
26 ad finem perduci posset, † quod cum non fecerit, iuris ignorantia non excusatur, quia latã culpam admixtã hẽt. l. 1. & l. regula, in princ. de iu. & fac. igno. l. constitutiones, C. eo. tit. l. latæ culpæ, de verb. sign. glo. in l. liberorum. §. notatur de his qui not. infam. Bart. in l. genero, in prin.
27 ff. eo. & l. quod nerua. colum. 6. ff. deposit. † præsertim quãdo circa lapsum temporis à lege præfiniti, vel renunciationem tacitam, aut expræssam versatur, vt in casu nostro, l. 2. C. de iu. &
28 fac. igno. † Supina etenim tunc vr̃ ignorantia, q̃ ẽt si facti esset, non excusaret. l. nec supina, & d. l. regula. §. sed facti. ff. eo. Verùm datò, & nõ cõcesso, quòd à mulcta ob hanc ignorantiã excusari posset, nõ propterea à missione in possessionem, & declaratione p̃dicta immunis foret, quæ pęnalitatem non sapiunt, prout mulcta, nec prę iudicium inferunt D. Ioãni, vt sup. diximus, sed indemnitati tantùm D. Baiardi consulunt.
29 Quartò, causa ob quã præceptum domi executum sufficit, ea est, quòd in iudicio sũmario versamur, executionis scilicet, q̃ summatim expeditur. l. à diuo pio. § si sup rebus. ff. de re iud. vbi Bart. & Doct. oẽs not. & idem Bart. in l. litibus, col. pen. C. de agric. & cens. lib. 11. Asin. in prax.
30 §. 3. cap. 31. num. 13. † tantò magis aũt summaria efficitur causa ista, ex quo cõtra absentẽ agitatur per glo. Bar. & Scrib. in l. 1. c. quo. app. non
31 recip. Asin. d. c. 31. nu. 23. † Quòd autem in causa summaria citatio domi sufficiens, & efficax sit, tradit Bald. in cons. 118. vol. 1. & post eum Asin.
32 d. cap. 2. limit. 6. † Et idem est in omnibus alijs causis celeritatẽ desiderantibus. Bart. in d. §. prę-
33 tor ait, col. penul. vers. fallit in causa. † Similiter sufficit citatio ad domum in oĩ causa in qua litis contestatio non requiritur. Cum. in d. §. prætor ait, num. 10. Alcia. in l. absentem, de verb. sign.
34 Asin. d. §. 6. limit. 4. cum concord. † In causa aũt executiua certum est litis contestationẽ non requiri, ad not. per Bart. & alios in l. intra. ff. de re iud. Asin. d. prax. §. 1. cap. 3. num. 40.
35 Quinta causa colligitur ex notoria consuetudine, nedũ huius Ciuitatis, sed generali, citandi ad domum habitationis in oĩbus, ẽt criminalib. causis, non solùm ad effectum mulctandi; verumẽt banniendi capitaliter, & confiscandi oĩa citatorum bona, iuxtà delictorũ grauitatem, & si vsq; ad relegationem tm̃, nonnulli id permitti contendant; quã consuetudinem iuri quoque consonam Doct. attestantur, & in specie Gand. in tract. malefic. tit. de cita. nu. 5. Bart. & Imol. in l. inter accusationem. C. de pub. iud. vbi Bart. hãc esse meram veritatem asserit Bald. in l. & post edictum, in princ. de iud. & in d. l. consentaneũ, vbi ẽt Bart. nu. 104. Ang. in tracta. malefi. in ver. Iudex commisit quòd causis, num. 12. Bart. & Salic. in l. absentẽ. C. de accu. Alberi. in l. 1. n. 22. C. de hæred. instit. & in tracta. stat. par. 4. q. 51.
* Alex. in d. §. prætor ait, nu. 3, vbi de magis cõi * attestatur Blanc. in pract. crim. fol. 11. num. 24. Nel. in tract. banni. par. 3. primi temp. q. 3. Soci. d. arti. 17. num. 30. Foller. in sua pract. crimin. in ver. vel eos verbaliter citari faciat, num. 28. post Rebuff. quem citat in 3. tom. consti. tract. de citat. gloss. 3. artic. 2. in princ. quod ita practicari in toto Regno Franciæ, affirmat Tiraq. latè in tract. ligna. §. 9. glo. 2. nu. 2. & nu. 39. 40. Bossi. in ti. de cita. nu. 17. vbi de hoc disputandum non esse inquit, qm̃ practica ita dictat Clar. in prax. crim. q. 31. nu. 18. vbi p contraria opi. primò arguit, & Rol. citat in d. cons. 47. in motiuis allegatum, sed ab ea discedendum postea ostendit, & nostras tuetur partes, tam de Iure, quàm de
36 consuetudine. † Nec dubitandum, quin tam in ciuilibus causis, q̃ in criminalib. eodem ordine procedendum sit ad pœnas, & mulctas; q̃ incidunt per ea, quæ in terminis scribit Gand. loco præcitato, num. 1. per tex. in l. absentem, de pęn. in l. in accusatore, de pub. iud. & in l. qui crimẽ. C. de accus. Bossi. in ti. quomodo procedi p pręcep. num. 2. Quinimo si in criminalibus citatio ad domum tenet, ubi de grauiori præiudicio agi põt, multò magis in ciuilib. tenebit, vbi de minori tractatur, authen. multò magis. C. de Epis.
37 & Cler. † nam ubi maius est periculum, cautiùs est procedendum, l. vbi periculum, de elect. in 6. & ita virtualiter argumẽtanr̃, pleriq; ex p̃citatis.
38 Sexta, & vltima causa validitatis pręceptorum consurgit ex statuto nostro dictante citationes personaliter, vel ad domũ fieri debere, quo stan-
* te, tenẽt magis cõiter * Scriben. citationẽ ipsam ad domum regulariter, & indistinctè admitti, vt tale statutum aliqd iuri cõmuni addat, q̃ plures huius opi. authores grauissimos recenset. Tiraq. d. §. 9. gloss. 2. num. 56. sed innumeros ferè citat
* Asin. d. §. 6. cap. 3. & de magis cõi * attestatur, & licèt nonnulli distinguant inter ea, quæ grauis præiudicij, & ea quæ sunt læuis, ut in illis non sufficiat citatio ad domum, in istis verò sufficiat, quos refert Tiraq. eodem in loco, sub num. 57. & Asin. d. c. 3. ad fi. Quæ distinctio in duobus ẽt remedijs antedictis D. Baiardi intentioni deseruiret. Nihilominus communi quoque calculo,
* ac magis cõmuni * reprobatur teste Asin. ibidem in vers.

in vers. Attamen, vt vidimus', vbi ēt contrariam
sñiam eò magis procedere affirmat quotiescūq;
causa summaria agitur qualis ista est, vt probaui
mus. Et re ipsa statutum nr̃m Parm. hāc semper
habuit interpretationem, vt oīum certissimū est.
Ill. D. meus Mentuatus, qui dum Magistrat⁹ suos
in hac ciuitate honorificè, sanctèq; gessit, infini-
tos propemodum domi tm̃ citatos contumaces
reputauit, mulctauitq;, ac alijs remedijs parere
coegit, & legalibus pœnis subiecit.
39 Nec facit negocium cōparitio pręd. D. Scipio-
nis ad allegandum, & probandum causas absen-
tiæ pr̃næ, duplici rōne, altera quia nō petijt sibi
statui terminum ad illum certiorandū de præce
ptis transmissis, minusq; promisit ipsum facere
in termino statuendo cōparere, prout tenebatur
Bald. in rub. ff. in ius voc. vt eant in lect. anti. &
post eum Castr. nu. 2. qui hoc perpetuò mēti te-
nendū inquit, & ibidem Alex. nu. 1. atq; Ias. n. 2.
Castr. in l. filius fam. nu. 2. per illū tex. qui in filio
signanter loquitur, ff. qui satisd. cogan. & ibi latè
40 Alex. nu. 2. 3. Ias. nu. 2. † Altera quia defensor cō
parens tm̃ ad allegādas causas absentiæ, licèt im-
pediat processum in criminalibus, iuxta gl. not.
in l. in eo. §. nemo, & ibi Scribē. maximè Dec. &
Cagno. ff. de reg. iu. non tñ impedit in ciuilibus
41 causis, † & præsertim missionē in possessionē bo-
norum absentis l. in possessionem, ff. qui. ex cau.
in posse. ea. glo. in l. si quis instituatur, §. fi. de hæ-
redi. insti. Bald. pulchrè in l. neq; impuberes, in
vtraq; lect. ff. de in ius voc. Dec. d. §. nemo in fi.
42 Et vltimo loco non obstat, quòd præcepta trāſ
mitti non potuerint sub pœna in eis commina-
ta; immissionis scilicet, & mulctæ aureorū 5000.
cum habeamus certā pœnā à lege constitutā cō-
tumaci, de qua in d. l. pen. § 1. C. ad Treb. q̃a con
tenti esse debemus pœnis legalibus, & respectu
mulctę est tex. in l. aliud, est fra⁹, §. 1. vers. q̃nimo,
ff. de verb. signif. & Rol. d. consil. 47. nu. 47. in 2.
Quoniā respondetur primò dispositionem d. l.
pęn. §. 1. nō esse pœnalem, sed prouisionē tm̃ cō-
tinere indemnitati fideicommissarij, vt actiones
sinè restitutione transeant in ipsum, ne verbalis
restitutio illi fienda per iuris subtilitates, & cauil
lationes vltra q̃ par sit, differatur, & protrahatur,
quod manifēstissimè deprehenditur ex eo quòd
idem, q̃ disponitur ibi contra hæredē contuma-
cem, vnica ēt determinatione disponitur contrà
eundē sinè hærede mortuum, ac ēt cōtra p̃dictū
fideicommissariū, cui restituta fuit ex trebellea-
no hęreditas, cum tñ certissimum sit nullā pœnā
in duobus vltimis casibus cadere posse, vbi nul-
lum est delictum vnica. n. determinatio vnifor-
miter, & pariformiter determinare debet. l. nam
hoc iure de vulg. & pup. l. quāuis, C. de impub.
l. eum qui ædes de vsucap. cum vulg. vndè ar-
guitur, quòd si translatio actionum hæreditario-
rum in duobus istis casibus pœnam nō irrogat,
nec in primo irrogare potest.

Secundò respondetur immissionem quoque in possessionem bonorū absentis citati vt s̃, esse legalem pœnam, si modo pœnæ nomen meretur, quia lex eā fieri mandat, vt ab exordio supra diximus, & probauimus, ideo non excluditur, sed re vera est potiùs medicina, qua pœna, & interesse partis concernit, vt rectè dixit Abbas in d. c. de causis num. 11.

De mulcta aūt, certum est, eam esse arbitrariā, & legales terminos excedere posse, de quibus in d. l. eos, dummodo excessiua nimium non sit, inspecta qualitate personarū, & causæ. dispositio, namq; d. l. vendicat sibi locum qñ iudex in pręcepto certā pœnā non taxauit per tex. iuncta gl. fi. in l. si quis reū de cust. reo. Oldra. cōs. 15. Alex. Ias. & alij in d. l. 1. si quis iusdicen. Rol. d. cōsi. 47. nu. 14. Et saltèm de consuetudine non seruatur, quia iudices oēs arbitrio suo mulctas indicunt Cagno. ibidem in princ. nu. 19. cum concord. & Bossi. d. tit. de mulcta nu. 9. Ex his satis superque patere arbitror quolibet ex tribus remedijs ante dictis consulere posse Ill. D. Iusdicentem indemnitati Ill. D. Baiardi q̃ pro iustitia factur ū quoq; speramus, ac plenè confidimus. L. D. Per transactionē causa fuit terminata, & D. Baiardo fuerunt bona fideicommisso supposita iuxta conuētionem assignata, & tradita.

S V M M A R I V M.

1 *EXceptio rei iudicatæ non obstat vbi noua causa, & noua actio in iudicium deducitur.*
2 *Noua etiam causa sufficit.*
3 *Noua autem causa sufficiens dicitur, si possessio de nouo fuerit per reum acquisita, vel si conditio aliqua post primum iudicium fuerit purificata.*
4 *Dictiones (donec, & vsquequo) conditionem important.*
5 *Pactum recuperandi rem alienatam importat conditionem.*
6 *Pactum recuperādi rem alienatam, ad hæredes regulariter transit.*
7 *Conditio potestatiua ad hæredes non transit.*
8 *Fallit quando ex implemento eius, aliquid est peruenturum ad eum, qui debet obligari, putà preciū rei recuperandæ.*
9 *Sententia est stricti iuris, & ab eius verbis non est recedendum.*
10 *Et ad limites petitionis restringi, & declarari.*
11 *Pacta personalia ad hæredes non transeunt.*
12 *Taxatiua dictio adiecta personis in pacto nominatis reddit ipsum personales, & personalissimum, et ad hæredes minimè transitorium.*
13 *Multò magis si alia persona, in genere sint exclusa.*

14 Clau-

14 *Clausula (& non aliter, nec alio modo) conditionē importat.*
15 *Conditio verè, & in forma specifica impleri debet.*
16 *Cessibile q non est, nec etiam transmissibile est.*
17 *Qua regula infallibilis est si negatiuè concipiatur vt supra.*
18 *Pactum factum cum vna persona tātum alteri cedi non potest.*
19 *Hæres repræsentat personam defuncti, & vna eademq; persona cum eo indicatur.*
20 *Renuntianti, seu cedenti ius suum, non datur ad illud regressus.*
21 *Transactio fit super re, qua controuersa est, vel controuerti verosimiliter potest.*
22 *Argumentum à consequenti destructo valet.*
23 *Cōtractus vt reputetur fœneratitius ex pacto de retrouēdendo, quæ cū eo concurrere debeāt? remiss.*
24 *Obligatio qua continet rem tradi est indiuidua.*
25 *Promissio de retrouendendo pluribus simul facta, est indiuidua, ita quòd prauētioni locus est inter stipulatores, & est communis.*
26 *Alternatiua inter duos reos credendi ius tribuit cuiq; insolidum.*
27 *Præueniens in recuperando rem quam duo possunt insolidum recuperare, tenetur tamen præuento cōmunicare, ipso partem suā pcij soluti offerēte.*
28 *Fallit vbi rei credendi non sunt socij obligationis, sed ex causa lucratiua ius eorum procedit; quia præueniens totum retinet, & consocio nō cōicat.*

Pro Perillust. DD. Victoria, & Isabella de Pallauicinis sororibus.

EPITOME.

Noua causa quæ dicatur ad impediendam exceptionem rei iudicatæ?

Pactum de restituendo, vel retrouendendo, an, & quādo ad hæredes trāseat, vel alios successores?

Cum pacto de retrouendendo quæ concurrere debeant, vt contractus dicatur vsurarius?

Pactum prædictum ad commodum plurium appositum, cuilibet insolidum prodest, & præuentioni locus est. Sed tamen retro emens tenetur alijs portionem suam precij offerentibus, communicare. Quandoq; tamen totum retinet vigore præuentionis

RESPONSVM LXXXIX.

Visa informatione copiosa super differentia bonorū domus Blancæ, & consideratis dubijs ellicitis, concludedū vī quoad primum, sñiam latā à Serenifs. D. Duce nostro, nō operari; quòd Illustrifs. D. Sfortia non possit agere ad bona assignata Illustr. q. D. Camillæ, & subrogara in locum prędictorum domus Blancæ, postquā ab Illustr. DD. Victoria, & Isabella redempta, & recuperata ab hęredibus D. Vicecomitis emptoris fuerint, nec ēt parere exceptionē rei iudicatæ aduersùs eum sic agentem. Enimuero actio primo loco intētata personalis fuit, vt notū est, nam cogi petebat Illustr. Dñas sorores prædictas ad recuperandū cum pecunijs oblatis bona supradicta ad ipsius commodum; intentanda verò realis erit, ex quo bona prædicta subrogata vēdicabit vtī successor Illustr. D. Hieronymi de Curtemaiori, vel saltèm alia personali aget actione; petendo il las cogi ad sibi retrodādum, & retroassignādū; offerendo offerenda. Insuper ex recuperatione fienda per Illustr. Dñas prætendit Illustrifs. D. Sfortia ius de nouo sibi acquiri, q tempore præ-
1 dicti iudicij non competebat, † nimirū cum noua actio, & noua causa tunc concurrant, si cessabit rei iudicatæ exceptio l. cū quæritur, cū duab. seq. ff. de excep. rei iud. & ibi not. oēs l. neq; C. ad exhiben. vbi ēt Glo. & Doct. latè Bal. in l. 1.
2 nu. 3. C. de lega. cum concord. † Quinimo sufficere vī, quòd ex noua causa agatur ad hoc, vt exceptioni prædictæ locus non sit l. si mater, §. eadē vbi Bar. Castr. & alij, ff. de except. rei iud. & est etiam tex. in d. l. neq; vbi bona glo. in uer. litis, & in l. hæreditas, C. de petit. hæredit.
3 Noua autem causa in specie nostra considerari poterit, tum ex possessione domus Blancæ nouiter acquisita per Illustr. DD. sorores, tum etiam ex conditione purificata post primum iudiciū, quorum utrumq; sufficit iuxta doctr. d. glo. in
4 uer. litis cum qua doct. ibi pertranserunt; conditio uerò prædicta apposita fuit in instrumento assignationis, & subrogationis antedictæ per illa uerba (donec, & usquequo præd. Ill. D. Hieronymus redemerit, & recuperauerit) illa. n. uerba (donec, & usquequo conditionē importare l. pater seuerinam, §. 1. de condi. & demon. l. qui concubinam, §. uxori de leg. 3. Bal. in l. 2. in prin. C. de lega. Bart. in l. 1. col. 6. uers. & quarto de dictio
5 ne (donec) de cond. & demon. & quod tale pactum conditionem cōtineat, probat optimè tex. in l. 2. C. de pact. in. emp. & uend. Purificari autē conditionem hanc prætendit Illustrifs. D. Sfortia offerendo precium erogatum pro recuperatione bonorem domus blancæ Illustr. Dominabus sororibus, facultatē eorum restituēdi tunc habentibus, allegādo se repræsentare personam Illustris. D. Hieronymi, cui uniuersaliter succesfit; sibiq; licere uti eodem iure quo ipse D. Hie-
6 ronymus poterat; † cū præsertim soleat tale pactum de restituendo, uel retrouendendo, ad hæredes transire d. l. 2. cum glo. in uer. hæredes, ubi Scrib. oēs C. de pact. inter empt. & uend. nam licèt

licèt conditio pdicta sit potestatiua, cuius imple mentū regulariter ad hrdem nō transit, vt docet Bart.in l.si decē in fi.quē cæteri sequuntur, ff.de
8 ver.ob.& signāter Iaf.sub nu.12. † Nihilominus qñ ex implemento conditionis aliquid est puen tutū ad eū,q debet obligari;puta pcium rei recu perandæ, tunc ius implendi transit ad hæredes actiuè,& passiuè per d.l.a.& l.si pdio,ff de in.di. adiec.vt post Bart.Imol.& alios tradit Iaf.vbi s, nu.14.& Cagno.d.l.a.num. 6. qui alios citat,& optimā rōnem subdit; inqens quòd commodū, & emolumentū percipiēdum ex implemēto cō-ditionis,potiùs habitū fuit hoc casu in considera tione,q̄ persona implentis, nimirum si ad hære-
9 des transit. † Nec vř quoqnomodo sñia pdicta D.Ducis trahi,& extēdi posse ad casum in ea nō expressum, cum sit stricti iuris,& ab eius verbis nō sit recedendū l.si.fi.plu.vna sent.glo.& Doct. in l.Iulianus verū debitorē de cond.indeb. & in l.Paulus respondit eos,ff.de re iud.Alex. consil. 174.nu.3.li.2.Abb.in c.dilectus in 2. not. Extra
10 de offi.ordi. Nicell.in concord.glo.43.nu.208.† Et si verba ēt in generalitate sui ad casum istum extendi possent,deberent tamen ad limites peti tionis restringi, l. vt fundus, ff.com. diui.l.fi.C. de fideicom.libert.& tradunt Scrib. in l.vinum, vbi Dec.plura cumulat nu.17.ff.si cert.pet.

Tota igr difficultas consistere vř in perscrutandonum conditio memorata impleri possit p hæ redē,vel vniuersalem successorē, quia si p affirmatiua concluserimus,licèt exceptio rei iudicatæ non obstiterit,poterit tñ Illustriss.D. Sfortia,
11 vti actione carens repelli,& submoueri.† Vndè considero in primis,quòd pacta merè personalia ad hæredes, & successores minimè transeūt l. & hæredi in prin.l.idem in duobus verf.personale, & l.si vnus,§.ante omnia,ff.de pact. & ibi Bar.& cæt.Scrib.Spec.in tit.de treu.& pa.in fi. Curt.in cons. 1.nu.78.subinde animaduerto pactum ini tum cum Dño Vicecomite super retrodatione, & retrouenditione bonorum domus blācæ,personale, imò personalissimū (vt nři aiunt) fuisse, virtute taxatiuæ pluriès in eo repetitę dum Vice comes ipse promisit (retrodare, & retrouēdere Illustr.D.Hieronymo,& Illustr.D.Camillæ,& fi lijs suis tm,ita quòd nec filij filiorum comprehēdantur,& non aliter,nec alio modo, & ad benefi cia,& vtilitatem prædictorum iugalium, & filio rum suorum tantùm,& non vltra, nec aliatū per sonarum) cui enim dubium quin sit huiusmodi pactio ad personas nominatas restricta?

12 †Etenim dictionis taxatiuę natura est reddere pactū merè psonale,& ad hrdes minimè transito riū per l.nisi in vet.dumtaxat vbi Bart. in fi.Bal. in prin.& alij Scrib.not.ff.de pact. Bar.in l.si sic, col.2.in ver.fallit si esset apposita aliqua dictio taxatiua,ff.de ver.obl.& est optimus tex.in l.nō solum la 2.§.tale vbi ēt Bart.& cæteri oēs * not. ff.de liber.leg.& idem Bart.in l.q in futurum,§. 1.in fi.ff.de pac. Et in terminis pacti nři de quo supra tradit latè Cagno.in d.la 2.nu.47. vbi con trasentientium obiectis respondet, & eleganter
13 conclusionē nostrā tuetur.† At verò considerandum est, quòd nedum adest in casu nostro taxatiua, quæ dispositionem restringit, vt diximus, sed expressim reperiuntur oēs aliæ personæ, præ ter nominatas,exclusæ à iure recuperandi, quo casu cessat oīs difficultas de persona hæredis, & cuiuscunq; successoris, vt in ppria specie docet Cagn. loco pcitato in fi.cui sufficiat remissio.
14 Sed accedat vis clausulæ ipsius(& nō aliter,nec alio modo) appositæ pacto, quę conditionē importat,ut per glo. 1.in l.si quidē, quam doct. ibi signant,C.de except. & consequenter tollit fa-
15 cultatem oībus alijs psonis eā implēdi † ex quo verè,& in forma specifica implenda venit l. Meuius,& l.qui hæredi,ff.de condi.& demonstr.
16 Confirmantur hæc oīa uehemēter ex cōi * illa Theorica,quam Bart.& Doct. colligunt ex l. ex pluribꝰ de admin. tut. nempe quòd cessibile nō est,nec ēt transmissibile esse,quam refert, & seq tur Rom.cons.484.in fi. Alex.in l. si stipulatꝰ fue
17 rim illud,aut illud, ff.de uerb.obl.† & infallibilē esse,si negatiuè concipiatur ut s,tradit Iaf. in l.3. nu.2.uerf.nota etiam unum,C.de fideicō. Curt. iun.cons.130.nu.4.Soci.in l.qui Romæ,§. cohæ redes,de uerb.obl.& in terminis pacti nři de retrodando,seu retrouendendo,Rui.cons. 72.nu. 4.uerf.nec obstant allegata uol.1.& Cagno.d.l.
18 2.nu.38.C.de pact.inter empt.& uendit.† Cessibile aūt non erat ius pacti de quo s,quia factum cum una persona tm, cum alia locum nō habet per d.l.si unus,§.ante oīa, ff.de pact. cū cōcord. adductis;& negari non pōt,quin fuerit pactum personale,imò personalissimū in casu nostro, ut prędiximus,nimirum alteri cedi nō poterat, ut ex pluribus comprobat Rom.dicto cons. 484.p tor.Dec.cons.463·nu.4.& hoc absq; dubio procedit stante dictione taxatiua superiùs pondera ta,ut in propria specie firmat Cagno. d.l.2.n.42 conferunt latè congesta per Tiraq.de retract. ligna.§.26.glo. 1.nu.1.cum seq.

Neq; omittendum est,quòd nec fuit hęres eius dem Illust.D. Hieronymi, sed tantùm ex transactione inita cum Illust. Dña Camilla tutorio noīe filiarum suarum antedictarum, bona obtinuit, seu partem bonorum in illius hæreditate remansorum,cum pactis, & conditionibus de q bus in ipsa trāsactione. Ideo sumus extra omne dubium,quia hæsitari tantùm uidetur de persona hæredis,quæ repręsentat defunctum, & una
19 eademq; persona,cum eo iudicatur,§.1.in auth. de iureiu.à morie. præsti, & quia in ipsū hæredē omnia iura,omnesq; actiones actiuæ, & passiuæ transeunt l.cum hæredes de acquir.possess. ut in proposito argumentatur pro rationibus dubitādi, Ca-

di, Cagno.d.l.2.nu.43.44.& 45. Vndè tantò magis sumus in claris, quòd Illustriss. D.Sfortia nõ potest bona domus blancæ ex persona, & iure Illustr.D.Hieronymi redimere.

Hinc etiam sequitur, quòd nec poterit ad bona subrogata quoquomodo aspirare, qñquidem conditio suprascripta redimendi bona domus blancæ defecit per mortem D. Hieronymi, qui nec redemit uiuens, nec ius redimẽdi ad hr̃des, & successores transmittere potuit ꝑ supradicta.

Verùm dubitari adhuc põt, an saltẽ ex conuentione, & transactione inita cum Illustr.D. Camilla, suo, & tutorio filiarũ noĩe, admittẽdus sit, ꝑut ꝑtendere uĩ. Quapropter pro clara, & euidenti huius dubij explanatione, supponendũ est, quòd transactio ista facta fuit super hæreditate Illustris q. D. Hieronymi, & bonis, ac iuribus, q̃ per eũ aliàs possidebanĩ, q̃ oĩa cessa fuerunt Illustriss. D.Sfortiæ, cum pacto inter cætera, quòd ipse ratificaret, & approbaret, prout re ipsa approbauit, & ratificauit in primo transactionis capite, oẽs assignationes, & contractus factos per eundẽ D. Hieronymum cum Domina Camilla vxore sua, & in specie assignationẽ, & subrogationẽ bonorum factã loco, & scontro bonorum domꝰ blãcæ per eã alienatorum ad beneficium mariti, & rursus in 13.cap.idem in effectu confirmat, etiã pro
20 omni iure priùs sibi competenti. † Nimirũ hac ratificatione, & approbatione stante, certo certiꝰ est, nullum ius ampliùs competere posse D.Sfortiæ contra huiusmodi bona, ex quo illud à se, si quod habuit, abdicauit l.quæritur, §. si vẽditor, ff.de edili.edic.l.Herennius in princ.ff. de euict. l.quoties ab oĩbus, C.de fideicomm. Dec.consil. 389.n.10.Crau.cons.24.nu. 4. D. meus, Soc.iu. cons.129.nu.21.vol.3. Et hoc maximè, quia nõ potest ipse bona domus blancæ redimere, & restituere hæredibus D.Camillæ, cum ius redimẽdi restrictum fuerit ad personam D.Hieronymi; & ad hæredes minimè transmissibile. Nec dicatur cessionẽ factã in dicto primo capite transactionis per D.Camillã proprio noĩe, & vtì tutricẽ filiarũ tribuere ius redimendi D. Sfortiæ, ex quo quælibet ipsarum redimere poterat virtute pacti supradicti inito cum Vicecomite; quoniã dupliciter responderur. Primò cessionem istam non posse extendi nisi ad bona, & iura hæreditaria, seu quæ tempore mortis possidebantur per D.Hieronymum, & post eius mortem adhuc durabant, de quibus erat contentio. Ius verò redimendi bona domus blancæ finitum erat cũ persona D.Hieronymi, & competebat tantùm iu-
21 re proprio ꝑdictis D. Camillæ, & filiabus uts̃, † ideo ad illud non põt referri cessio, & trãsactio, quæ suꝑ rebus controuersis tantummodò facta fuit l.1.cũ materia, ff, de transact. & ita in propo-
22 sito argumentatur, Cum.cons.24.sub nu.3. † Et si aliter diceremus, sequeretur, quòd oĩa bona propria D. Camillæ quę possessa fuerunt per D. Hieronymum dum vixit, tit.dotis, vel aliter, cõpręhensa quoq; forent in cessione ista. absurdum est, & falsum, ergò, & antecedẽs l.nã absurdũ de bo.liber.l.apud antiquos, C.de fur. cum vulg.

Secundò responderur, quòd si cessio memorata ad hoc ius redimẽdi quoquomodo trahi posset, aut ex verbis, aut ex mente contrahentiũ, ꝙ omninò negatur, nulla tamen, & prorsus inualida existeret, ex defectu potestatis cedentiũ, cum 25
tale ius fuerit restrinctũ ad personas in pactione nominatas, & nullatenus cedi queat vt supra clarissimè demonstratum est.

Sed vltra prædictas responsiones tutissimas, tertia quoq; resultat ex verbismet istius pacti, dum limitat facultatẽ redimẽdi D. Sfortiæ cõcessum, ad casus, in quibus nullum damnum, nullumuè præiudicium aliqua ex ꝑdictis Dñabus matre, & filiabus sentire possit, enimuerò si redimeret D. Sfortia bona domus blancæ, priuarẽtur hoc tꝑe Illustr.DD.Sorores facultate, & iure iãdiu quęsito ea redimendi, & damnum non modicum sentirent, cum eorum precium valdè auctum sit, & multò plus valeant, quàm expendi debeat in eorum recuperatione, vt notorium est, meritò dicendum, ius istud saluum, & illæsum illis remansisse, non verò in Illustriss.D.Sfortiam quoquomodo translatum fuisse.

Decimumtertium quoq; caput trãsactionis disponens, quòd D.Sfortia habeat facultatem redi 26
mendi, & consequendi quælibet bona dummodo indè nullum inferatur damnum, aut præiudiciũ ꝑdictis Dñabus matri, & filiabus, & cuilibet ipsarum eisdem rationibus tollitur, quæ repetere superfluum est. Cõcludamus itaq; quòd neq; uti successor Illustr.q D̃. Hieronymi, neque vtì cessionarius Illustr. Dñarum Camillę, & filiarum audiri poterit Illustr.D. Sfortia recupare volẽs.

23 Circa secundum dubium, an contractus factus cum D. Vicecomite fuerit fœneratitius? breuiter respondeo, quòd non; ex quo non supponitur in facto modicitas pręcij in venditione tẽpore cõtractus, neq; consuetudo fęnerandi in emptore, quæ ambo cum pacto de retrodando, vel retrouendendo concurrere debent, vt contractus vsurarius præsumatur, secundum vnam opi. vel saltem modicitas prædicta vsq; ad enormissimam læsionem, secundum aliam opi. quas ad plenum excutiunt doct. in d.l.2.C. de pac. inter empt. & ven. vbi Cagno. latissimè nu.50.cum plur.seq.& Cano.in c.ad nostram extra de emp.& uend. Paris. cons.55.nu. 30.li.3. Natt.cons.198 nu.8.& 18.uol.1.Gramm.decis.76.per tot. quibus suffi- 27
ciat remissio.

24 Quoad tertium utrùm scilicet una ex prędictis Illustr. Dñabus sororibus possit totam recuperare possessionem domus blancæ, offerendo integrum ꝑcium, & locus sit ꝑuẽtioni inter eas? stãte,

pro-

promissio est de retrodando facta ad ambarum
beneficium,concludo pro affirmatiua;nam q̃uis
facta simpliciter fuisset ad ipsorum beneficium
nõ adiecta sequẽti clausnla(seu illius ex eis &c.)
liceret tamen cuilibet redimere in totũ, quoniã
obligario ista, quæ continet rem tradi, indiui-
dua est,ad not. per omnes * in l. stipulationes nõ
25 diuiduntur,per illum tex.de verb.obl.† & ita in
proprijs terminis nostris tradit Fulg.in l.quòd si
nolit in §.idem Marcellus,ff.de edil.edict. Paul.
de Castr.I l.quod aũt in recol.floren.ff.de in diẽ
adiec.Soci.in l.1.§.sed quotiens nu.4.ad trebel.
& latiùs in cõs.16.per tot.vol.4.Ias.in d.l.stipu-
lationes nu.21. & pulchrè Horman.in l. 4. §. ca-
to.nu.181.cum duob.seq.eo.tit.Boer.decis.251
Rub.cons.9. Tiraq.latè in tract.de retra. cõuen.
§.1.glo.6.num.31.vers.postremò Rui. cons.82.
nu.4.li.1.& pulcherrimè Cagno.d.l.2. nu. 103.
depac.interemp.& vend.vbi quæstionẽ ad par-
tes disputar, & hanc opin. ab omnibus obiectis
defendit,& communem * affirmat, & optimis ra
tionibus,& fundamentis suffultam asserit;acerri
mè reprehendens quendã iudicem,vtì dure cer-
uicis,qui secundùm eam iudicare noluit tempo
ribus Soci.illam defendentis. Vndè licèt aliqui
sint qui contrarium teneant, illorum tñ sentẽtia
minimè sequenda est,prout secutus non fuit Io-
seph.Ludo.qui pluries pro opi. prædicta iudica-
uit,vt refert in sua decis.112.ad fi.li.2. quã post
26 hoc meum responsum redditum,edidit.† Sed in
casu nostro cessat oĩs hæsitatio, & controuersia,
ex quo promissio nõ fuit facta simpliciter de re-
trodando,seu retrouendendo prædictis DD.so-
roribus,sed addita fuit clausula(seu illius ex eis,
quæ precium soluet) quæ operatur, vt cuilibet
ipsarum insolidum ius redimendi comperat, qa
virtute alternatiuę(seu)duo rei credendi consti-
tuuntur,& ille est potior,qui priùs litem conte-
statur,l.si titio aut seio,ff.de leg.2. vbi Bart. Bal.
Castr.& alij,l.si ex toto,§.1. vbi Castr. & alij, ff.
de lega.1.l.1.C.de duo.reis l.qui res,§. qui stipu
latur,l.si titius,& seius,cum not.ff. de verb.ob.l.
ex duobus la 1. vbi latè Aret. ff.de duo. reis, &
not.Scriben.in l.frater à fratre in glo.magna, ff.
de cond.indeb.Quare cõcludendum est, locum
esse præuentioni inter has Illustr.DD.sorores ꝓ
redimendo bona supradicta.

Quartũ modo dubium hinc insurgit ex infor-
matione exhibita, vtrũ sequuta recuperatione,
cogi possit ea quæ recuperauerit ad communicã
dum cum alia sorore,partem suam precij postea
27 offerente? Et videtur dicendum,quòd sic,vt in
propria specie scribit Cagno.d.l.2.n. 103. vers.
ad primum motiuum. Quinimo sentite videtur
Ias.d.l.stipulationes sub nu.21. quòd volẽs totũ
recuperare debeat cautionem offerre de dando
partem consocio,si voluerit; præsertim per tex.
in l.1.§.si pecuniã in sacculo,ff.deposi.vbi vnus
ex hæredibus deponentis potest insolidum repe
tere rem depositam, præstita cautione de dando
partem cohæredibus,& per tex.in l.fistulas, §.q.
fundum de contrahen.empt.vbi dispositum est,
quòd alter ex cohæredibus emptoris soluendo
rorum precium potest agere ex empto. vt res
sibi rradatur,q̃ tamen tex. de cautione prestãda,
& de communicatione inter cohæredes, nullam
mentionem fecit, & ita parùm facit ad proposi-
tum,& cum Ias.transire videtur Cagn.vbi supra
ante num. 104.& dicit glo.in d.l.si Titio,aut Se-
io.in glo.fi. quòd qui totum in similibus casibus
habuit,tenetur partem dare cõsocio actione ne-
gociorum gestorum allegans not.in d.l.1. C.de
duo.reis ad idem gloss. in d.l.frater à fratre post
princ.glo.mag.Aret.post Bart.in d.l.reos sub nu.
17.vers.3.adde in quantum de duo.reis.
28 Diligentiùs tamen intuenti contrarium in no-
stra specie videri debet, siquidem doctrina pro-
ximè relata non passim procedit, sed tantummo
do in casibus, in quibus rei credendi sunt socij
obligationis,vel ex causa onerosa creditum eo-
rum procedit; secus verò vbi socij non sunt, &
ex causa lucratiua stipulatio procedit, quia tunc
alter totum exigens,nihil alteri reddere tenetur;
sed vi præuentionis totum lucratur.Hæc est ele-
gans distinctio Bart. in d. l. si Titio, aut Seio,in
d.l.in lege Falcidia hoc esse obseruandum in d.
l.reos in 8.q.ff.de duo. reis, & in l.ex duobus la
2.colum.6.vers.dic ergo latiùs eo. titu. atq; in l.
qui hominem,§.si duo,ff.de sol. Bal. in d.l.si Ti-
tio,Castr.in d.l in lege falcidia num.2.Aretin.in
d.l.reos sub nu.6. vers. circa tertiã quæstionem,
Alex. d. l.in lege nu.2.in fi.vbi concord. refert,
& communem * opin.asserit Castr.in d.l.si Titio
sub num.2. At in casu nostro,nulla fuit societas
obligationis contractæ per D.Vicecomitem em
ptorẽ versùs Illust.DD.sorores,quia nedum cõ-
tractui nõ interuenerunt, sed nec in rerũ natura
erant.Item ex cã onerosa talis obligatio nõ pro
cedit respectu earundẽ Illust.sororum, à quibus
nihil habuit D. Vicecomes, sed habent hæ cãm
merè lucratiuã virtute stipulationis factæ ꝑ pa-
rentes,& Notarium ad earum beneficium.Ergo
præuentioni inter ipsas locus erit absque onere
communicandi per supradicta,& ita iuris esse ar
bitror, saluo;&c. L. D. Illust.D.Isabella in-
tegrũ preciũ restituit, & prædium domus Blãcæ
magni valoris recuperauit, absq; sororis inter-
uentu,& sinè communicatione.

S V M M A R I V M.

1 *VXor habet vtilem rei vendicationem in subsidium contra bona empta de pecunijs dotalibus.*

2 *Quod tamẽ intelligi debet de emptis per mari-*

maritum, non per extraneum, & declaratur Bal. in l. in rebus nu. 8. C. de iu. do.
3 *Sequentia declarant præcedentia.*
4 *Vnica determinatio non debet difformiter determinare.*
5 *Doctoris dictum intelligi debet secundùm legem, quem allegat.*
6 *Doctoris dictum sine lege, ratione, & authoritate loquentis non attenditur.*
7 *Creditor habens hypothecam expressam præfertur creditori habenti solam actionem personalem.*
8 *Remedium subsidiarium quod competit mulieri in bonis emptis de pecunijs dotalibus, est contra iuris regulas, & strictè interpretandum.*
9 *Bona omnia vxoris, sunt tacitè hypothecata marito pro dotis solutione.*
10 *Dos datur pro sustinendis oneribus matrimonij.*
11 *Subueniendum magis est ei, qui in periculũ incidit ex necessitate, quàm ei qui voluntariè.*
12 *Nec non ei qui ob publicam vtilitatẽ aliquid agit, quàm quod ob priuatam.*
13 *Mulier volens vti dicto remedio subsidiario, tenetur in primis excutere bona mariti.*
14 *Excussio bonorum mariti, & aliorum etiam quomodo, & qua forma fieri debeat ex forma statutorũ Parmensium.*
15 *Exceptio est intentionis exclusio.*
16 *Creditor non habens creditum liquidum, non potest impedire executionem alterius creditoris liquidi; sed tantùm petere cautionem de restituendo, in euentum, quo meliora iura ei competere declaratum fuerit.*
17 *Actio personalis contra hæredem competit.*
18 *Via quam quis agendo elegit, sibi patere debet.*
19 *Depositum bonam fidem præcæteris contractibus requirit.*
20 *Bona fide quod procedit, non est ad perfidiam retrahendum.*

Pro D. Petro Delphino.

EPITOME.

Mulier non habet vtilem rei vendicationem subsidiariam in bonis emptis de pecunijs dotalibus, si emptio facta sit per extraneum, sed tantùm quãdo per maritum, aduersùs Soc. sententiam.
Et quæ seruanda sint vt possit dicto remedio vti?

RESPONSVM XC.

IN causa D. Petri Delphini petentis executionem instrumenti depositi, cõtra bona relicta per q. Io. Baptistã de Balestrerijs depositarium, in qua comparuit pro suo interesse D. Antonia de Zarottis ad impediendã ipsam executionẽ, Mag. D. Aduocatus huius mulieris, ut respondeat vr-
1 gentissimis motiuis Illust. D. Auditoris confugit ad remedium subsidiarium, de quo per Socin. in cons. 224. col. 1. uers. ad hoc respondeo li. 2. post Bald. in l. in rebus nu. 8. uers. secundum remediũ C. de iu. do. qui uidentur uelle, quòd mulieri cõpetat utilis rei uendicatio rei emptæ de pecunijs dotalibus per l. uxor marito, de do. inter uir. & uxo. etiam si empta sit per extraneum, ut in casu nostro, & consequenter præferatur ipsa creditoribus, etiam anterioribus emptoris.

Sed fragile admodum est istud remedium (iudicio meo) multipliciterq; tolli potest in nrã spe-
2 cie. † Et in primis si dicamus Bal. loco præcitato minimè dicere illud ad quod allegatur, quandoquidem loquitur ibi de emptione per maritũ
3 fienda. † quod ex sequentibus uerbis apertissimè colligitur l. si seruus plurium, §. ult. de leg. 1. dum parificat hos casus, quòd maritus fingatur emere à muliere, uel ab alio dotante, & quòd emat ab extraneo; si. n. aliter intelligeremus, non procederet æquiparatio emptoris in utroque casu, sed in uno loqueretur de emptore, in alio de uẽ-
4 ditore † ultra quòd unica determinatio non determinaret uniformiter contra reg. l. nã hoc iu-
5 re de uulg. & pup. † Item declarari debet secundùm legem quam allegat doctr. Bart. in l. non solum, §. liberationis de lib. leg. At allegat Bal. l. uxor marito loquentẽ de marito emente ab extraneo igitur, &c.

His autem stantibus, non est curandum de Soci. dicto, q̃ nil allegat ultra Bald. nihil de hac re loquentem, aut. n. debet secundùm authorem citatum intelligi iuxta præallegatam doctr. Barr. in
6 l. non solum, §. liberationis de libe. leg. † aut sinè lege, ratione, & authoritate loquitur, & consequenter de eius authoritate parùm curandum ad not. in l. 1. ff. si cert. pet.
7 Remanet ergo firmum motiuum Illust. D. mei, quòd huic mulieri competierit tantùm personalis actio, contra Io. Baptistam, cui credidit pecunias suas dotales, si modo dotales dici possunt, & per consequẽs præferatur ipsi D. Petrus deponẽs, tanq̃ creditor habens expressam hypothecam. l. scripturas in fi. C. q̃ poti. in pigno. habea.
8 † Et tantò magis adducor ad ita sentiendũ contra Soc. ex quo lex, q̃ concedit istud remedium subsidiarium mulieri in bonis emptis per maritum de pecunijs dotalibus, quæ est d. l. uxor marito, ff. de don. inter ui. & uxo. hoc tribuit in priuilegium, ut ibi legitur, & not. & est cõtra generalem dispositionem, l. ex pecunia, C. de iu. dot. meritò nõ potest ad alios casus extendi, l. quod uerò, ff. de ll. Item à Soci. dissentio, quia manifesta considerari põt ratio diuersitaris, quare in uno casu, magis fauẽdum sit mulieri, quã in alio.

Nam quando dat pecunias dotales marito, id facit

facit ex necessitate, quia ex permissione facta te-
9 netur, & cōpelli pōt ad soluendum, † imò sunt
oīa eius bona tacitè hypothecata, p satisfactio-
10 ne dotis promissæ. l. 1. C. de rei vx. ac. † Promis-
sionē aūt facere cogitur, vt virum inueniat, qui
onera matrimonij subire velit. l. 2. ff. de iu. dot.
& hoc quippe necessarium ei est, l. 1. ff. sol. matr.
l. pro oneribus. C. de iu. do. cum vulg.
11 Sed qñ pecunias suas alteri dat, aut quoquo-
modo credit, hoc facit nulla obligatione præce-
dente, vel necessitate cogente; meritò magis ei
subueniendum est in primo casu, q̃ in secundo,
per reg. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satis
cogan. & l. 2. §. si quis caut. cum similib. vtrobiq;
12 per glo. adductis. † Quod cōfirmatur, ex quo pri
mo casu soluit ex causa concernēte publicā vti-
litatem, d. l. 1. de iu. do. & d. l. 1. sol. matr. Secun-
do verò non; ideo maius priuilegiū meretur in
illo, quàm in isto, vt per Scrib. oēs in locis pro-
ximè citatis, & fac. Spec. in ti. de instru. edi. §. in-
strumentum, nu. 21. vers. item opponitur, quòd
tabellio. ac Bart. in l. quemadmodum. C. de agri.
& censib. li. 11. & Dec. in l. fi. nu. 20. cū concord.
C. de eden. Ex his igitur concludo non posse
D. Antonium impedire executionem petitā per
D. Petrum, sed vti debere alijs remedijs, de qui-
bus in d. l. ex pecunia, q̃ ipsi D. Petro nō obesūt.
13 Ex abundanti autem addo pro secunda respō-
sione, quòd cum remedium memoratū sit sub-
sidiarium, non posset habere locum, nisi facta
excussione bonorum omnium mariti, cui fuit
primo loco dos data, ac ēt Io. Baptistæ filij, cui
videntur postea creditæ pro emptione domus,
per tex. in d. l. vxor marito, cum ibi not. p Scrib.
& in d. l. ex pecunia, atque in l. si vt proponis. C.
de rei vendi. & ita expressim dicunt Bal. & Soci.
exaduersò citati. Excussio autem eo modo, quo
Mag. Aduocatus partis factā deducit, nulla est,
14 & informis. † Debebat. n. respectu bonorū ma-
riti fieri iuxta formam statuti nostri positi, sub
rub. de alimentis præstan. mulieribus, li. 2. &
bonorum filij, seruata solēnitate alterius statuti,
sub rub. de excuss. princi. debito. eo. lib. q̃ cū nō
interuenerint, cessat remediū ipsū p supradicta.
15 Tertiò considerandum est, quòd iudiciū nr̄um
est cōtra bona oīa in gn̄e relicta per q. Io. Baptā,
exceptio aūt rem particularē concernit, ideo in-
tentionem nō excludit, prout excludere debet.
l. 2. ff. de except. meritò retardare non pōt pe-
titam executionem in genere, qua obtenta, vte-
tur postmodum Delphinus, prout iuris fuerit.
Quartò, animaduertēdum est ad hanc pulchrā
responsionem. Nempe quòd dicta mulier venit
ad Iudiciū, tanq̃ tertia pro suo interesse, & sibi
cōpetere vtilem rei vendicationē in domo em-
pta, de pecunijs suis dotalibus prætendit, per d.
l. vxor marito, in qua actione p binas cōformes
sñias ire dēt, priusq̃ executionem consequatur.
Consil. Lud. Sacc.

Instrumentum aūt nostrum paratam hēt execu-
tionem, tam ex dispositione iuris cōis, q̃ ex for-
16 ma statuti. † Idcirco nō pōt retardare executio-
nem nostram, sed tm̄ petere cautionem de resti-
tuendo eidem domū, in casu victoriæ, per tex.
celebrem, in l. si à quo, & l. seq. ff. de rei vend. cū
ibi latè congestis per Doct. & in l. à diuo pio. §. si
super rebus. ff. de re iud. vbi Ias. signāter colum.
pen. & fi. & per Can. in c. veniens, il secōdo, vbi
Feli. num. 8. & in c. cum super de re iud. & pul-
chrè Didac. pract. quæstio. cap. 16. num. 3.
Quintò, & vltimò perpendo, quòd acta diuer-
simodè cātant, ab eo. quod Mag. Aduocatus par
tis ptendit; nam non reperio deductum in iudi-
cio istud remedium subsidiarium cōpræhēdens
realem actionem, vt prædiximus, sed petitum
tantummodo satisfieri D. Antoniæ de pecunijs
suis dotalib. expēditis in emptione domus prę-
dictæ, antequā D. Petro satisfiat de credito suo,
17 † & sic personalis actio cōtra hæredes Io. Baptæ
fuit intentata, iuxta terminos l. 1. & tertię. C. de
hæred. actio. & per consequens propositum fuit
18 remedium ordinarium, d. l. ex pecunia. † Via igr̄
electa pateat, l. mulier. ff. quod me. cau. Obaudiē
da est igitur, & iure quidem meritò, postq̃ col-
ludit (vt opinor) cum nepotibus, ad fraudādum
19 creditorem hæreditarium, in causa depositi, † in
quo bona fides præ ceteris cōtractibus versatur,
20 l. bona fides. ff. depos. † & quod ex bona fide ori-
tur, non est ad perfidiam retrahendum, ex præ-
cepto Imperatoris, ī terminis emanato, in l. pen.
C. depo. Et ita fuit iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Filia renuncians hæreditati paternæ, seu maternæ ad beneficium fratrum suorū censetur fauore agnationis ducta, & propterea deficientibus parentibus sine filij masculis succedere potest, ac si nullam fecisset renunciationem, & aduersus dispositionē eorūdem parentum legitimam petere, siue legitima supplementum, & est communis. Et de hac materia vide plenè in tribus consilijs sequentibus.*

2 *Amplia etiam si pars fratrum tantummodo decesserit, parente viuente, quoniam ad ratam mortuorum annullatur renunciatio.*

3 *Ampliatur ēt si renunciatio facta fuerit simpliciter, & sinè masculorum mentione, quia deficientibus ipsis succedere potest filia, tam ex testamēto, quàm ab intestato, ac etiam contra testamentum.*

4 *Amplia adhuc, ēt si tpe renunciationis nulli extiterint masculi, sed tantummodo spes eos suscipiēdi.*

5 *Filia exclusa à statuto propter masculos, si ipsi non extent, vel nō instituantur à patre, sed extranei, pōt ipsa succedere, & paternum testamentum cōtratabulare, quia cessat fauor agnationis, q fuit finalis causa statuti, & est cōis, & æquitate plena.*

6 *Filia renūcians successioni ab intestato, si instituatur in*

tur in re modica, puta decẽ solidis, põt nihilominus petere supplemẽtũ legitimæ, pinde ac si nõ r̃ tiasset.

7 *Amplia etiam si legatum diceret pro omni eo, & toto, quòd filia petere possit, & legatum acceptatum fuisset.*

8 *Renunciatio simpliciter facta, intelligitur de causa intestati tantùm.*

9 *Facta verò etiam causa testati, potest tamen capere ex testamento, propter mutatam voluntatem parentis relinquentis.*

10 *Testamentum inter liberos cum derogatione futurorum testamentorum, non reuocatur per subsequens, etiam si contineat mentionem generalem dispositorum ad beneficium liberorum, quia necessaria est specialis reuocatio, vt disposita ad illorum commodum annullentur.*

11 *Legitima filiæ debetur inspecto valore bonorũ tempore mortis parentis, non tempore renunciationis, & est verior, æquior, & magis communis opin.*

12 *Præsertim circumscripto iuramento, vel habilitatione ab eo impetrata.*

13 *Pactum renunciationis futuræ successionis parentũ improbatur, tanquam contra bonos mores, licèt iuramento firmetur.*

14 *Habilitatione autem impetrata, filia potest petere legitimam, vel eius supplementum, ac si non renunciasset.*

15 *Mater non potest alienare bona sua in præiudicium legitimæ filiorum, ex dispositione statuti Parmæ.*

16 *Statuto prædicto stante, donata filia non computatur in legitimam.*

17 *Habilitatio à iuramento, non est necessaria, subsistente enormissima læsione.*

18 *Contractus minorum aliàs inualidi, non firmantur iuramento, stante statuto Parm.*

19 *Renunciatio facta metu reuerentiali, nulla est, & inefficax.*

20 *Et si continet enormissimam læsionem, præsumitur meticulosa, saltèm metu reuerentiali.*

Pro Multùm Mag. D. Constantia Rubea de Burallis.

EPITOME.

Filia renuncians hæreditati paternæ, vel maternæ cum iuramento ad beneficium filiorum masculorum natorum, vel nasciturorum, eis deficientibus, vel non natis, potest legitimam suam, seu eius supplementum petere.

Idem si in renunciatione non sit facta masculorum mentio, Quæ renunciatio intelligi debet pro successione tantùm intestati, licèt expressum non sit.

Legitimæ quantitas sumitur ex bonis relictis tempore mortis, non renunciationis, nam auctis bonis parentum, augetur quoque legitima.

Subiungitur etiam an, & quando habilitatio à iuramento necessaria sit? cum alijs in materia scitu dignis.

RESPONSVM XCI.

DOctissimum motiuũ Illust. D. Iudicis de renũciatione facta p Mag. D. Cõstantiã Rubeã minorẽ, cũ iuramẽto, decreto Iudicis, & competentis dotis receptione, multis potest modis dilui.

1 Et primò ppendẽdo cãm ipsius renũciationis, q̃ apparet fauore filiorũ masculorũ D. Amphroni, & D. Smiraldæ eius parentũ, factã fuisse; hoc enim depręhẽdit̃ ex instr̃o curę p̃cedẽtis, in quo Iudex potissimũ mouetur ad dandũ curatorem ipsũ, q renunciarioni cõsentiat, ob numerũ masculorũ filiorũ tã existentiũ, q̃ futurorũ, & ẽt ex ipsamet renũciatione, q̃ expressim facta fuit ipsis DD. Amphrono, & Smiraldæ stipulantib. p se, & ad fauorẽ filiorũ suorũ masculorũ, tã natorũ, q̃ nasciturorũ. Quo stãte, cũ D. Smiralda nullis relictis filijs masculis, neque ẽt fœminis, p̃ter D. Constantiã, defecerit, nullũ penitus effectũ põt renũciatio opari, vtpote cessãte cã ipsius finali. Nulla etenim alia de cã inducta fuit ad renunciãdũ, neq; Iudex ad interponẽdum decretũ renunciationi tã opulentarũ hr̃ditatũ, nisi fauore filiorũ p̃dictorũ, & agnationis cõseruandæ; ppea seqtur, quòd ita debeat filia hoc tpe mr̃i succedere, sicuti successisset, si nulla fuisset facta renũciatio; & p cõsequẽs legitimam petitã, siue eius supplementũ oĩno cõsequi; ita in terminis decidit Bal. in l. pactũ q dotali, nu. 3. C. de collat. & ibidẽ Castr. nu. 6. Corn. nu. 11. vers. 7. limita. & Dec. nu. 9. Dominic. in c q̃uis, col. vlt. vers. sed pone, de pact. 16. & ibidẽ Gemin. & Nat. col. 10. in 8. limit. n. 24. Salic. in l. pactũ dotali, n. 5. in fi. C. de pac. Bal. in cons. 137. sub nu. 2. vol. 1. Alex. pulchrè cõs. 29. n. 3. & 5. lib. 3. Mars. in rub. de fideiuss. nu. 225. Imol. in l. Qui supstitis, col. 1. & ibidẽ Aret. col. 3. limit. 3. ff. de acqr. hæred. Benedict. in c. Rainutius, in ver. duas habens filias, nu. 297. Afflic. in c. si qs inuestierit, n. 25. de feud. dat. in vic. l. com. Corn. cõs. 291. col. 2. vol. 4. Maran. in sua dispur. 10. n. 15. Soc. reg. 150. in 2. fallen. Capic. decis. 190. n. 2. Tiraq. in tract. cess. cã, par. 1. in ver. renũciationis cã cessante. Paris latè cons. 26. nu. 19. 20. in 3. Crott. in l. stipulatio hoc modo cõcepta, nu. 58. post Alex. ibidẽ nu. 11. de
* verb. obl. & hãc cõclusionẽ verã, & cõem * dicit Bertran. in cons. 60. vol. 1. quẽ refert, & sequitur alios adducẽs cõcordantes. Gabr. in tit. de iur.
* dot. cõcl. 1. n. 35. cõem * ẽt attestat̃ Cachera. Pedemont. decis. 98. n. 11. & Didac. oĩno vñdus in relectione dicti cap. q̃uis, par. 3. §. 3. n. 4. xui. cõs.
2 204. in 1. dub. li. 1. vbi † in fortiorib. terminis cõ-

suluit

ſuluit, quòd ſi pars, tantummodo fratrũ deceſſe-
rit viuẽte parente, ad ratam mortuorum ceſſet
effectus renũciationis, idẽ tenet Boer. deciſ. 62.
in fi. poſt Soci. quẽ refert; & benefacit Rim. iun.
conſ. 71. num. 18. 19. & conſ. 37. nu. 36.
3 Et ſciendum quòd nedũ vendicat ſibi locũ pręmiſſa concluſio ſi renuntiatio exp̃ſſim facta fuit
ad fauorẽ filiorũ maſculorũ, vt in caſu nr̃o, verũ
etiã ſi ſimpliciter, & abſolutè facta fuerit ipſis pa-
rentibus; nam præſumitur mens, & intentio cõ-
trahentiũ eſſe intenta ad conſeruationẽ agnatio-
nis, qua ceſſante, non eſt credendum filiam renũ
tiaſſe, minuſq; parẽtes renuntiationẽ affectaſſe,
aut acceptaſſe; vt in ſpecie docet Caſtren. d. l. pa
ctum nu. 6. & Corn. poſt Roman. n. 11. in fi. Bal.
in conſ. 137. ſub nu. 2. vol. 1. & Salic. loco præci-
tato ante nu. 6. Dominic. & alij in d. c. quamuis,
Alex. d. conſ. 29. nu. 3. & 5. Crott. d. l. ſtipulatio
n. 58. Maran. d. diſput. 10. n. 37. & nouiſs. Didac.
ſupra citat⁹ in verſ. 4. ſi paterna, &c. vbi egregiè
declarat; & filiam tam ab inteſtato, q̃ ex teſtamẽ
to, & contra parẽtis voluntatem, admitti docet;
4 & hoc procedere aſſerit, etiã ſi tempore renũtia-
tionis non adfuiſſent filij maſculi; ſed ſpes tantũ
eos habendi. Vndè cum in noſtra ſpecie nedum
ſpes maſculorum naſciturorũ adſuerit, ſed tres
iam nati, & d. l. Smiralda p̃gnans, vt inſtrumẽtũ
cantat, & non ſimplex renuntiatio ad commodũ
parentum, ſed ad fauorem, & beneficiũ maſculo
rũ ſtipulata, certò certius eſt renuntiationẽ ipſã
5 eſſe reſolutam, † ſimile eſt qñ filia dotata exclu-
ditur à ſtatuto propter maſculos, nam ſi maſculi
non extent, uel extent, ſed non inſtituãtur à pa-
tre, ceſſat ſtatuti diſpoſitio, ita quòd inſtitutis ex
traneis, filia ipſa contratabulare põt teſtamentũ;
vt pote ceſſante fauore agnationis, propter quẽ
ſtatutum ipſam excludebat Dec. latè conſ. 297.
num. 2. verſ. ſed tamen, vſq; ad fi. & eſt opi. ma-
* gis communis, * & ęquitate plena, vt aſſerit Be-
ro. poſt Alex. & Soci. quos refert in c. Rainutius,
num. 237. de teſtam.
6 Secundò tollitur dubitatio, conſiderãdo verba
eiuſdẽ renuntiationis reſtrictæ ad ſucceſſionem
ab inteſtato, ibi, (ita quòd nullum alium regreſ-
ſum vnquã habere poſſit, ad ipſorum Mag. DD.
parentum ſuorũ, vel alterius eorum bona, & hæ-
reditatem aliquo iure, vel cauſa, & ex quauis ſuc
ceſſione ab inteſtato) & ſimul conſiderãdo, quòd
non ab inteſtato, petit D. Conſtantia legitimã,
ſeu ſupplementũ prædictũ, ex quo in vltimo te-
ſtamento mater fecit ei legatũ, ẽt iure inſtitutio
nis, q̃uis modicæ ſummæ, vcz decem ſolidorum,
adeo quòd ſumus in caſu ommiſſo in renũtiatio
ne, & diſpoſitione iuris cõis relicto; qua attenta
certũ eſt ſupplemẽtũ ipsũ legitimę deberi; hęc ẽ
notabilis doctr. Salic. in d. l. pactũ ꝑ dotali nu. 5.
verſ. aut paciſcit̃ filia, & in auth. nouiſs. C. de in-
off. teſt. & ibi Purpur. in addit. & ibidẽ Iaſ. n. 58.

& idẽ Iaſ. d. l. ſtipulatio hoc mõ n. 13. & 14. vbi ẽt
Crott. nu. 41. & 42. Corn. conſ. 48. n. 7. lib. 2. pul-
cherrimè Soc. conſ. 30. nu. 35. & conſ. 150. n. 29.
li. 2. Tiraquel. in tract. de contin. poſſeſſ. par. 2. de
clar. 8. Card. Flor. cõſ. 22. redẽptoris ꝑ to. Marãr.
vbi ſ. n. 36. qui notabiliter loq̃tur, & nouiſſimè
Gabr. innumeros citans d. cõcl. 1. in 3. limit. ſub
nu. 27. cui ſufficiat remiſſio. ¶ Nec hr̃ in conſide
ratione, quòd ſumma legata ſit modica, vt conſi
derat Maran. & latiùs Dec. in l. fi, n. 24. C. de edi.
di. Adr. toll. & in conſ. 407. nu. 16. ¶ Nec dr̃ filia
hoc caſu impugnare teſtm̃ mr̃num, ſed potiùs il
lud conſeruare, & exequi, ut conſiderat Soci. d.
conſ. 150. n. 29. poſt Bal. & alios citatos, & Cur.
7 conſ. ult. n. 5. † Minus obſtat, quòd ſumma p̃dicta
legata fuerit pro oĩ, & eo toto, ꝑ D. Conſtãtia iu
re legitimæ conſequi poſſit, & legatũ ſit accepta
tũ, quia nihilominus põt ſupplemẽtũ peti ꝑ tex.
* in l. ſi qñ, §. fi. ubi Bal. Caſtr. Iaſ. & cæteri oẽs * no
tant, C. de inoff. teſt. Alex. conſ. 8. nu. 15. in 3. &
conſ. 89. ad fi. uol. 4. Soc. conſ. 1. nu. 5. li. 4. ubi de
* hoc nullatenus dubitandum aſſerit, & eſt cõis *
opin. teſte Maran. loco p̃citato nu. 19. uerſ. & in
tantùm, ac Didac. in c. Rainutius. §. 1. nu. 8. in fi.
extra de teſtam. Vltra quòd legatum cum prote-
ſtatione conſequendi ſupplementũ acceptatum
fuit, ut ex libello producto conſtat, & non aliter;
undè ius proteſtanti illæſum permanſit.
8 Et quia dixi renuntiationem factã fuiſſe ex cã
tm̃ inteſtati, ut inſtr̃m cantat, nõ ommitto, quòd
ſi ſimpliciter etiã facta fuiſſet, nulla facta mentio
ne de cauſa teſtati, uel inteſtati, adhuc tñ de ſuc-
ceſſione inteſtati ſolummodo, intelligẽda foret,
Saly, d. l. pactum dotali, nu. 5. uerſ. aut paciſcitur
filia, Afflic. deciſ. 350. n 8. poſt Bal. Imol. & alios
9 quos refert, & Maran, ubi ſ. nu. 35. † Quin quod
magis eſt, ſi cauſæ quoq; teſtati renuntiatum fuiſ
ſet expreſsè, poſſet tamen filia ex teſtamento ca
pere; quãdo quidẽ pr̃, ſiuè mr̃ eã inſtituens, cen-
ſeretur à priori uoluntate receſſiſſe, & iuramen-
tum remiſiſſe ad Iaſ. d. l. ſtipulatio hoc modo nu.
13. 14. & ſeq. & Crot. nu. 43. cũ cõcord. Sed hæc
ex abundanti, ut clariùs oſtendamus, quantũ de
roget d. Smiraldę teſtm̃ renũtiationi memoratę.
10 Tertiò reſpondetur, teſtamentum anterius D.
Smiraldæ, in quo filiã inſtituit in bis millibus au
reis, cũ ſit inter liberos, hẽre clauſulã derogato-
riã, nedũ ad p̃cedẽtia, ſed ẽt ad ſequẽtia teſtamẽ
ta auth. hoc inter liberos, C. de teſta. §. ſi quidẽ ĩ
auth. de teſta. imperfec. & niſi in ultimo exp̃ſſim
reuocatũ fuerit ſub cõmemoratiene diſpõnis ad
cõmodum liberorum factæ, non eſſe ſublatũ; ut
probatur in d. §. ſi quidẽ iuncta glo. in uer. uolun
tatẽ, & dicit Bal. in d. auten. hoc inter liberos in
princ. num. 4. quòd ſi non probatur ſuperueniſ-
ſe cauſa mutandi primam uoluntatem, teſtm̃ il-
lud attẽditur, quod eſt liberis fauorabilius. Hoc
tñ iudicis arbitrio remiſſum cẽſeo, q̃ cõſideratis

considerãdis, dijudicare potest, an verè pœnituerit testatricẽ prioris voluntatis, & an secundum testamentum ad importunitatẽ factũ, vel alia de causa dici queat, ex his q̃ Bart. & alij scribunt in l. si quis in princ. test. ff. de leg. 3.

11 Quartò. Respondetur non esse verã cõclusionẽ in motiuo præsuppositã, quòd tps renũtiationis attendatur ad cognoscendũ verũ integram legitimã filia habuerit nec nè. Qm̃ tps mortis potiùs attendi debet, quo legitima ipsa debetur, etiã si facultates auctæ sint; vt innumeris rationibus, & authoritatibus probat nouissimè Ceph. conf. 34 per to. in 1. & conf. 165. nu. 16. vsq; ad nu. 34. li. 2. & veriorem cõiorem, * & æquiorẽ opinionẽ affirmat; sufficiat ipsum pro multis citasse.

12 † Et circumscripto iure, dubiũ non est, quin passim, & cõiori * calculo recipiatur, vt docet Ias. in oppositũ citatus in auth. nouiss. nu. 9. cũ seq. C. de inoffi. testa. Didac. in c. Rainutius §. 1. n. 8. atq; in d.c. quis in 3. parte, §. 1. n. 2. & Vasq. de success sio. cre. progres. & resol. §. 20. requisi. 42. n. 291. Iusm aũt in nr̃a spẽ nihil operari põt, quia impetrata fuit habilitatio, vt in processu. Vndè remanet negocium in puris terminis iuris ciuilis, quo pactũ, & renuntiatio hmõi successionis futurę improbatur, tanq̃ contra bonos mores, d.l. pactum dotali, C. de pact. & d.l. pactum quod dotali, C. de colla. & vtrobiq; Scrib. & in l. vlt. C. de pact. & per Cano. in c. mulieres de iureiur. atq; in d.c. quãuis de pac. in 6. vbi in spẽ Didac. par. 3. §. 1.

14 in princ. Et quòd impetrata habilitatione possit filia petere supplementũ legitimæ, non obstante iuramẽto, tenent innumeri Doct. relati p Gabr. in ti. de iu. do. conclu. 1. nu. 8. vsq; ad nu. 12. vbi de magis communi opi. * tandem attestatur.

Et quia Ill. D. meus tangit vnum verbũ in motiuis circa validitatem habilitationis, dubitando de iuribus eius, ex quo narratũ fuit ab impetrante de enormissima læsione, quæ non suberat tpe renuntiationis, inspecto filiorũ numero, & bonorũ valore, clara patet ex supradictis resolutio; si quidẽ tps mortis ad legitimam dijudicandam attenditur, iam respectu numeri filiorum, q̃ quãtitatis, & æstimationis bonorum. Vndè facilè dignoscitur, quòd preces porrectæ pro habilitatione impetranda, veritate nituntur. Enimuerò D. Constantia tpe mortis matris, filia vnica superstes fuit, & bona in hæreditate reperta ascendũt ferè ad summam lib. 80. mill. vltra alienata in ui

15 ta † quorum legitima etiam filiæ debetur virtute statuti nostri, sub rub. qualiter mulieres non

16 possint aliena. legi. fi. li. 2. pag. 90. † Cuius statuti virtute adeo cogitur mater integram legitimam precisè filijs relinquere tempore mortis, vt quod etiam ipsis viuens donasse reperiatur. in eã minimè computetur, vt respondit Soc. cõs. 93. n. 18. vsq; ad fi. li. 1. post multos quos refert.

Vltra quòd dolo alienasse dici põt, nè filia de eis participaret, & certum est, quòd Mater, si dolo fecit, quominus aliqd mortis tẽpore habeat, perinde est, ac si in bonis tunc haberet, l. cũ. §. vlt. de bo. liber. statutum tñ nostrum pĩguiùs in hoc prouidit, prohibens mulierẽ, ẽt sinè dolo, aliena re. Vndè cũ libras tres mille quinq; centum tantùmodo habuerit D. Constantia de bonis mr̃is pro renuntiatione legitimę, in septuplũ, & longè vltra læsa reperitur, & sic enormissimè.

17 Quo stante, nec habilitationem aliquam impetrare opus fuisset à iuramento, quia contractus dolosus reputatur, si non ex proposito, saltem re ipsa; ita in terminis decidit Ancha. in c. 2. de consti. Butr. & Abb. in c. quintauallis, de iureiur. Soc. conf. 104. nu. 13. in 4. Ias. conf. 133. ante num. 9. vol. 4. Dec. conf. 180. nu. 38. Cagno. in l. 2. n. 98. cum concor. C. de rescin. vend. Alba. conf. 89. n. 6. Alcia. in c. cum contingat nu. 13. de iureiur.

18 † Alia etiam ratione nõ fuisset habilitatio necessaria, quia D. Cõstantia tempore renuntiationis minor erat, & nisi vtiliter minores cõtrahãt, nulli sunt eorum contractus, & prorsus inualidi, ẽt non obstante iuramento, ex forma statuti nostri sub rub. de form. & solem. obser. in contra. mi. li. 2. pag. 87. quod statutum fauorabile est, & indubiè tenet Rip. li. 3. respõso de reuo. dona. cap. 15. nu. 8. Dida. in d.c. quis par. 3. §. 4. nu. 7. Gabr. de iu. do. conclu. 1. nu. 12. alios citans, atque iuramenti vires tollit Bal. in auten. sacramenta puberum nu. 5. C. si aduer. vendi. Alba. conf. 151. col. 3. & 4. li. 7. Barb. conf. 6. in 4. Cur. iun. consil. 50. per to. Marsil. sing. 104. Corn. conf. 34. vol. 3. Soci. iun. conf. 3. nu. 35. cum seq. li. 2. Rol. consil. 30. vol. 3. communem asserens, & Lambert. ad statuta Mediolani glo. 8. nu. 104. 105. Alba. consil. 70.

19 cum concord. vbi de cõit * omitto quod per metum extorta dici potest renuntiatio, vt ex protestationibus per D. Constantiam emissis, & paterñ seruitia in processu pbata, satis superq; liqt, & p cõsequens nulla, & efficax d.c. quis cũ mr̃ia.

20 Quinimò ex sola enormissima læsione, nullo alio probato, psumitur cõtractus meticulosus, metu salt ẽ reuerẽtiali, & idem sequitur effectus, vt in spẽ tradit Arer. conf. 24. in 2. dub. Corn. conf. 124. & conf. 140. ad fi. uol. 3. Curt. iu. conf. 141. nu. 11. Et ex his plenè satisfactum arbitror dubitationibus propositis, saluo semper, &c.

SVMMARIVM.

1 *Filia recipiens à matre certam quãtitatem sub nomine legitima, et successioni materna renuntians, auctis facultatibus, non videtur posse supplementum ipsius legitima petere tempore mortis matris ex cõmuni. Sed vide in sequentibus.*

2 Con-

2 Contraria tamen ſententia magìs communis, verior, & æquior eſt, & nu. 4.

3 Opinio æquior ſequenda eſt in iudicando licèt contraria eſſe communis.

4 Caſus legis ubi eſt, de doctorũ opinionib⁹ nõ curatur

5 Pater qui poſt dotem filiæ datam deuenit ad pauper tatem, poteſt illã minuere tàm primo viro, quàm ſecundo.

6 Idẽ eſt dicendũ de legitima filio in vita aßignata.

7 Curt. malè interpratatur. l. etiam, §. fi. & l. ſi patronum ex debita. in fi. de bo. lib.

8 Legitima quantitas regulatur ſecundùm tempus mortis, nec curatur quid ante vel poſt contingat.

9 Legitima eſt quota bonorum, quam filius in hæreditate parentis habere debet.

10 Pater non fingitur mori quando filio legitimam in vita aßignat, contra Curt. ſententiam.

11 Fingitur benè mori ſi banniatur cum bonorũ confiſcatione, & filijs aßignari debet legitima, nõ expectata morte naturali.

12 Dos data filiæ an augeri debeat auctis facultatibus patris, tempore mortis, diſtingue, vtrum data ſit ob paternum officium vt illam matrimonio collocet, an verò vt ipſa renuntiet hæreditati paternæ, vel per ſtatutum excludatur? nã primo caſu non augetur, ſecundo ſic, ex ſententia Dec. Pariſ. & Cepha.

13 Mater non tenetur dotare filiam, ſed pater, & nu. præcedenti.

14 Renuntiatio facta per filiam, nunquam eam excludit à petitione ſupplementi legitimæ, etiam in bonis ex poſt acquiſitis, quando parentis hæreditas ex teſtamento defertur extraneo, etiam ſi cum renuntiatione concurrat ſtatutum illã excludens, & eſt communis, & æquißima opin.

15 Supplementum prædictum indubiè peti poteſt tempore mortis parentis in facultatibus non auctis, ſi numerus filiorum decreuerit poſt dotationem, & ob id maiorem partem bonorum legitima filia abſorbere poßit propter pauciorem numerum.

Pro eadem D. Conſtantia Rubea de Burallis.

EPITOME.

Vera, & communis, ac ſequenda probatur opin. in præcedenti reſpõſo relata, quòd legitima filiæ debeatur inſpecto tempore mortis parentum, etiam ex facultatibus poſt dotationem, & renuntiationem acquiſitis. Aduersùs Curt. atq; Boer. et aliorũ ẽt opi. quorum fundamẽta bellè confutãtur. Additur demum notabilis diſtinctio.

Si parentis hæreditas ad extraneos deferri cõtingat ex teſtamento, poteſt ſemper filia, ſupplemẽtum legitimæ petere, etiam in bonis acquiſitis poſt dotem datam, non obſtante renuntiatione, ac etiã ſtatuto illam excludente.

RESPONSVM XCII.

POſtquam præſtãtimus Aduocatus D. Gherardi Garimberti hęredis d. Smiraldæ Garimbertæ ingenuè fatetur, nullum fieri poſſe fundamentum ſuper renuntiatione iurata D. Conſtantię, ſed tñ nititur ea rõne, quòd ei ſub noĩe dotis legitima cõſignata fuerit integra ꝑ mr̃em uiuentẽ, inſpectis facultatibus tꝑe cõſignationis, & ob id, nihil amplius petere poſſit pro ſupplemẽto, q̃uis auctę reperiantũ facultates tꝑe mortis, & allegat uulg. doctr. Butrig. in l. pactũ, C. de colla q̃ ſequitũ cõſulẽdo, Alex. cõſ. 181. li. 5. & ꝓ cõi * defendit Curt. latè in cõſ. ult. n. 10. & alij ꝑmulti ſequuntur, ut legitũ apud Boer. eiuſdẽ ſñiæ ſectatorẽ deciſ. 62. n. 8. uſq; ad fi. Ego ad oẽm hęſitationẽ tollẽdã, hoc ẽt partis refugiũ p̃cludere intẽdo; nec una cõtentus rñſione, plures tutiſſimas adducere cõſtitui, ut Ill. D. meus Iudex eò libentiùs ſuũ tandẽ proferat iudiciũ in hac cauſa admodum fauorabili.

2 Prima igitũ rñſio ſit, quòd imò Butrig. opi. & ſequaciũ cõiori * Scrib. calculo improbatũ, quicq̃d Curt. dicat, ut aptiſſimè tradũt Iaſ. in l. quod ſeruus col. fi. uerſ. ſed cõior, ff. de cõdi. cau. da. & in auth. nouiſſima nu. 9. C. de inoff. teſta. atq; alibi ſæpè, & Rip. in c. cũ M. Ferrarien. nu. 38, de cõſti. Pariſ. conſ. 26. n. 92. li. 3. Didac. inſig. Moder. in c. Rainutius §. 1. n. 8. & latiùs in c. q̃uis par. 3. §. 1. n. 2. Lup. in rep. c. ꝑ uñas not. 3. §. 23. de do. inter ui. & uxo. Bened. in d. c. Rainutius ĩ uer. in eo teſtamẽto relinquẽs nu. 220. Mant. in rep. d. auth. nouiſſima in 3. not. q. 5. & ult. & ibidẽ Vaſq. nu. 291. & nouiſs. Ceph. in conſ. 165. n. 16. cũ multis ſeq. uol. 3. Et re uera magìs cõis * eſt, ſiuè antiquos, ſiuè recentiores authores reſpiciam⁹, quorũ aliquos tm̃ ultra p̃citatos breuitatis cã adducã. Hãc enĩ tenuit Bal. ꝑ illũ tex. ĩ d. c. cũ M. Ferrar. n. 15. & in d. l. pactũ in 6. oppo. Caſtr. in conſil. ſuo incip. licèt iſta Lyſa. & in l. in ratione la. Secũda, & ibi Alex. latè in fi. ꝑtin. ff. ad l. fal. poſt Ang. Imol. & Rom. quos citat in l. ſtipulatio hoc modo de uerb. obl. Saly. ĩ auth. res q̃, C. com. de leg. Frãc. in d. c. q̃uis in 3. not. ꝑ illù tex. Rui. in l. gallus, §. & q̃d ſi tm̃ col 70. uerſ. ſed dubiũ eſt de lib. & poſt. Soc. cõſ. 100. nu. 9. cũ duob. ſeq. uol. 3 Bal. nouel. in trac. do. pat. 6. priu. 17. n. 4. Dec. latè cõſ. 278. ꝑ to. Pariſ. cõſ. 26. n. 92. li. 3. cũ multis ab his relatis Eq. orẽ oẽs quoq; fatẽtũ, ut apud p̃citatos legere ẽ, & p̃ſertim Curt. q ꝑ cõtraria tã acriter pugnat, in d. conſ. ult. ſub nu. 10. uerſ. & dicere prout aliqui dicunt, †

3 Ideò pœnitùs ſequẽda, & ſi contraria cõis dici poſſet, Purp. in l. admonẽdi n. 55. uerſ. & a cõi opi. de iureiu. Vinc. Hercul. latè in l. cũ ꝓponas in ult. limit. nu. 13. de re iud.

Grat.conf.2.nu.68.li.1. Mandof. in Cõment.ad reg. cancell.reg.29.de fubroga.q.10.in fi. Bologne.in l.1.fub n.43.in 5.limi.ff.fi cer.pet. Ceph. conf.166.n.17.18.li.1.Habet infuper tex. in terminis pro fe in l.fi qñ.§.1.C.de inoff. teftam, cui refponderi non poteft nifi cauillando, vt inquit Alex.d.l,in ratione in fi.princ.& fortem tex.nũcupat Didac.c.q̃uis,in loco p̃citato,cum igr̃ habeamus cafum legis,non eft curãdum quid Scti ben.contra fentiant,& fi communiter contrariũ renerẽt,ad Bal.Abb.& alios in c.1.de confti. vbi Bero.in fi.& eundem Bero.in fua q.62. in princ.

5 Nec obft. huic conclufioni fundamẽtum illud ab oĩbus cõtrafentientib.decãtatũ,quòd ex quo filiæ nõ diminuerctur dos,fi facultates patris,vel mr̃is dotantis diminuerẽtur,nec augeri debet fi augeantur, vt idem operetur propofitum in pro pofito,quod oppofitum in oppofito l.fi vt propo nis,C.de nup.l.de fideicom.C. de tranfač.cum fim.qñ hoc eft falfum præfuppofitum; & contra tex.in indiuiduò in §.fi verò in auten.de ęquali. do.& authen.fed q̃uis cum not.ibi per Scrib.C. de rei uxo.ac.vbi habetur, quòd fi propter fupuenientes cafus pater ad paupertatem deueniat, minuere poteft dotem primo viro,p̃ filia datã,& fecundo minorẽ conftituere,& ita rñdet Soci.d. conf.100.n.11.& Cepha.d.conf.165.n.18. cum

6 feq.†Idem de legitima filio fub noĩe ẽt legitimę affignata,tradit Alex.d.l.in rõne,in fi.princ.poft Caftr.ibi nu.5.qui optimã adducit rõnem. Ideo retorquetur argumẽtũ iure optimo,prout retorquet Socin.vbi proximè. Et quòd minui poffit vt s̃,fatetur ingenuè Boer.d.decif.62.n.10. q̃uis nunq̃ vidiffe practicari afferat;At fatis eft,fi fit de iure,& practicari poffit. Et in legitima filio affignata idem fateri vr̃ Alex.d.conf.180. ad fin.in oppofitũ citato; p̃fupponens factum fuiffe pactũ inter p̃rem,& filium,vt ab hr̃dibus patris nõ pof fet filius ipfe moleftari in eo, quod pro legitima habuerat;et,fine hmõi pactione,moleftiam alio-

7 quin ei inferre potuiffent.† Pariter non obftant duo illi tex.per Cur.allegati, quos nũcupat egre glos,& quibus afferit vniuerfum orbẽ refponde re non poffe,videlicet in l.ẽt §.fi. & in l.fi p̃fonũ ex debita in fi.ff.de bonis libe. & mirũ eft,quòd tam effufo fermone vir ifte alioqui doctiffimus vtatur,cum iura ifta oppofitum potius apertè p̃bent; decidendo tempus mortis liberti attendi penitus in legitima patroni taxanda; & licèt in d.l.fi patronum,velit quoq; Iurifcõfultus augumentum fuperueniens poft mortem liberti,poft redditum ferui ab hoftibus,vel per alluuionem aut aliter non augere legitimam prædictam, nõ tamen inferri poteft, idem effe de augumento contingenti in vita liberti, cum difpares valdè

8 fint cafus,& difpar etiam ratio,†ex quo tempus mortis propriè infpici leges mandunt, & quid ante,vel poft,contingat,nihil curãt, in legitima calculanda d.l. fi qñ, §. 1. & §. & generaliter, l.

9 cũ quęritur,& authẽ.nouifs.C.de inoff.teftam.† Id quòd meritò iure fancitum eft, cum legitima nil aliud fit,quàm quota,& portio eius,quod filius ab inteftato in hæreditate parentis habitur* effet l.Papinianus,§.quarta,de inoff.tefta.d.authen.nouifs. Soci.in l.Gallus,§.& quid fi tãtùm n.14.de lib.& poft Dec.conf.229.nu.5.Quocirca,& augeri, & minui debet prout auctæ, vel di minutæ reperiuntur facultates tempore obitus.

10 Minùs officit aliud Curt.fundamentũ,quòd p̃r mori fingatur,qñ filio,vel filię legitimam in vita affignat,quia hoc eft nouum dictũ,pro quo nihil

11 allegat,nec allegari poffe arbitror. † Benè fingitur mori,fi banniatur, & bona fifco applicentur ob delictum, quia mors ciuilis eft, & per talem mortem ciuilem legitima filijs affignari debet, non expectata naturali,vt confuluit diffusè Rol. conf.97,nu.34. vfq; ad fi.vol.2. & fic mors ficta caufat legitimæ affignationem, non verò è contra legitimè affignatio mortem fictam caufat, quod ego in iure vnquam legerim.

12 Secunda principalis refponfio fit ex mente Doc. in hac materia diftinguentium;nam aut tra ctamus de dote, quam pater dat ob paternũ offi ciũ,vt filiã matrimonio collocet, prout tenetur l.qui iiberos,ff.de ri.nup.l.fi.§.vtranq;,C.de do. promif.aut de dote quã dat, vt eam excludat à propria fucceffione,& à legitima mortis tempore debita, quę exclufio contingere poteft ftatuto tantùm,uel renunciatione, & primo cafu uerum eft dicere, quòd auctis facultatibus patris dos non augeatur, ex quo pater congruè femel dotando,fatis debito fecit, & officio fuo functus eft. Secundò uero cafu contrarium uerius eft,cũ legitima mortis tempore debeatur non ante.Sic & dos,quę tunc temporis legitimæ loco fuccedir,quando legitima ipfa deberi incipit, cum ea commẽfuranda eft, nimirùm auctis facultatibus augeri debet; & augumentum iftud caufatur ab exclufione fuperuenienti,nõ à dotis conftitutio ne.Et fecundùm hanc diftinctionẽ latiffimè con fuluit Dec.conf.278.incip. proponitur per to.& poft eum Parif.d.conf.26.num.88. cum feq. & Cepha.d.conf.165.num.29. ufque ad num. 34. Cum igitur libr.3500. per D.Smiraldam folutæ dotis nomine D. Conftantiæ à debito dotandi

13 officio non proceflerint, † quia mater non tenetur filiam dotare l.mater,C.de iu.do.l. à filia, ff. ad treb.glo.& Doct.l.ult.C.de do.promiff. Sed talis folutio facta fuerit, ut fucceffioni ab intefta to eiufdem matris renuntiaret, prout renuntiauit,& ab illa excluderetur,utiq; fupplementum legitimæ peti poteft.

14 Tertia accedat rñfio ex mẽte corũmet,q̃ cõtra riã sñiã amplexi fuere; quòd cũ parẽtis hr̃dítas ad extraneos ex teftamẽto defert̃, ut in nr̃a fpẽ, nunquam excluditur filia à petendo legitimæ fupple-

supplemento tpe morris;in bonis et anctis ; & si vltra dotationẽ adsit renũtiatio, vel statutum filiã excludens, ita in terminis terminãtibus limitat Boer.d.decis.62.nu.18.post Castr.& alios adductos,& pro hac opi.plenè cousuluit Dec.cons. * 297.in casu proposito per to.& est opi. cõis, * & æquitate plena, vt asserit Bero.in cap.Rainutius n.237.de testa.Didac.in c.q̃uis par.3.§.3.n.4.& huc tẽdũt q̃ abundè aliàs scripsi in 1. rñsione ad motiuum renũtiationis iuratæ, quæ non repeto.

11 Quarta,& vltima sit responsio, quòd quoties non tractaẽ de supplemẽto p̃dicto consequendo in bonis acquisitis, post dotationẽ, sed in eisdẽ, q̃ parens tempore dotationis possidebat, semper, & indistinctè debetur, quamuis dos data tũc correspondens fuerit legitimæ, attẽtis facultatibus, & filiorum numero ; si enim istorum numerus postea decreuerit,& legitima ob id aucta sit, rationi consonum est, vt angumẽtum huiusmodi, filiæ quoq; dotatæ prosit; quandoquidem exclusio; q̃ exaduersò præsupponitur, intelligi debet rebus sic stantibus, & in eodẽ statu permanentibus; vt in proprijs quoq; terminis limitando tradit Boer.d.decis.62.ad fi. multos citans concordantes. At in casu nostro minimè creduntur auctæ facultates, quin potiùs diminutæ per aliquas alienationes post memoratæ dotis traditionem; sed tres filij tunc extantes, & venter prægnans, vtiq; defecerunt; ideò cum decima tantùm bonorum illorũ portio pro legitima D.Constantiæ tunc danda fuerit, tertia eorundem mortis tẽpore, quo nulli alij extabant filij, debita dici debet. Sed re vera acquisitorum etiam, si adsint, triẽtẽ consequi põt per supradicta, cũ legitima ex omnibus debeatur d. auth. nouissima cũ notissimis.

S V M M A R I V M.

1 *REnuntiatio facta per filiam hereditati materna, non tantùm pro fratribus, sed pro ipsa matre, & heredibus suis, videtur comprahendere etiam extraneos, & ideò excludere ipsam à petendo legitima supplemento Sed viae infra per to.*

2 *Renuntiatio facta per filiam successioni ab intestato, non impedit successionem ex testamento, ideò si acceptet legatum sibi factum, etiam minimum, potest supplementum petere legitima, & est vera, ac communis conclusio, remissiuè.*

3 *Amplia etiam si legatum factum fuisset in alio testamento reuocato, sed absq; speciali reuocatione ipsius legati, remiss.*

4 *Stipulans pro se, videtur in dubio quoq; pro heredibus stipulari.*

5 *Renunciatio facta per filiam tempore quo fratres ipsius extabant, eorum contemplatione facta præsumitur, idcircò mortuis illis, euanescit, remissiuè.*

6 *Præsertim quando non extant aliæ filiæ, vel earum descendentes, quæ parentibus magis dilectæ dici possint.*

7 *Et præsertim quoq; quando renuntiatio etiam cantat in fauorem, siuè ad commodum, & beneficium filiorum masculorum.*

8 *Inducta ad fauorem non debẽt in odium retorq̃ri.*

9 *Stipulatio facta pro heredibus in materia ad extraneos non transitoria, interpratatur pro heredibus sanguinis.*

10 *Feudum stipulatum pro se, & heredibus non trãsit ad extraneos, ex communi.*

11 *Idem de emphiteosi Ecclesiastica, ex alia cõmuni.*

12 *Renunciatio facta per filiam minorem absq; curatoris authoritate, iudiciśq; decreto, nulla est tam ex iure communi, quàm ex forma statuti Parm.*

13 *Renuntiatio facta per vim, vel metum nulla est.*

14 *Præsumitur autem ita facta, si enormissimam lesionem contineat.*

15 *Quæ lesio renuntiationem nullam reddit, vel saltem rescindendam, obtenta absolutione à iuramento.*

16 *Ampliatur etiam in maiore, & masculo, renuntiante.*

17 *In minori autem muliere receptissimum est, præsertim stante statuto Parm.*

18 *Statutum potest tollere vim iuramenti præsumendo contractum fictitium, & simulatum, ex communi.*

19 *Soci.cons.34.li.4.abundè doclaratur, cum seqq.*

21 *Filius ergo hæres.*

21 *Copula requirit concursum copulatorum.*

22 *Contractus in dubio interpratari debent secũdùm ius commune.*

23 *Copula posita inter duo non omnino diuersa, ex positiuè sumi debet.*

24 *Mater, & filij pro eadem persona reputantur.*

25 *Mater tenetur instituere filios, saltem in legitima.*

26 *Copula posita inter hæredes, & filios stipulãtis, stat expositiuè.*

27 *Copulatorum si vnum de necessitate alteri inest, resoluitur vnum in adiectiuum alterius.*

28 *Copula posita inter genus, & speciem, resoluitur expositiuè, & restrictiuè.*

29 *Soc.cons.34.prædictum. Iterũ excutitur, & declaratur.*

30 *Renunciatio facta per filiam dotem recipientẽ, qualiter interpratanda veniat?*

Pro eadem D. Constantia de Burallis.

EPITOME.

De materia duorum præcedentium responsorum; remouendo nouum obiectum, de renunciatione

facta, nedum ad commodum, & beneficium filiorum masculorum, sed etiam ipsius matris, & hæredum suorum, cui multipliciter respondetur, reprobando cons. Soc. 34. in 4.

RESPONSVM XCIII.

QVando ab initio nitebatur D. Gerardus virtute renunciationis Mag. D. Constantiæ, multæ fuerunt datæ responsiones difficultatem prorsùs eneruantes, adeo quòd cæpit Excellentiss. eius Aduocatus pedem referre; palamq; profiteri, nullam ampliùs vim facere super ipsa renunciatione; sed tantummodo super consignatione legitimæ in vita matris facta, quę augeri non poterat, auctis ex post facultatibus. Fuit igitur pro parte Mag. D. Constantiæ huic etiam fundamẽto mul
1 tipliciter responsum. Nunc verò redire videtur ad primum renunciationis fundamentum; præsupponendo, quòd ex quo non fuit facta simpliciter ad fauorem, & beneficium fratrum ipsius Mag. D. Constantiæ, sed etiam stipulata fuit pro D. Smiralda matre, & eius hæredibus, cedere debet ad beneficiũ quoq; D. Gerardi hẽdis extranei prædictæ D. Smiraldæ, per ea quæ scribit Socin. in cons. 34. lib. 4. & Paris. in cons. 26. lib. 3. &
2 Afflict. decis. 161. in 2. dub. † Verùm vt huic quoque obiecto satisfiat, & sic omnes impleãtur numeri, respondetur primò renunciationem Mag. D. Constãtiæ restrictam fuisse, tam ex dispositione iuris, quàm ex partium conuentione, ad causam intestati, vt ex verbis instrumenti apparet; Nos verò in causa testati uersamur, nã Mag. D. Constantia legatum sibi factum in testamento matris, acceptat, & legitimæ supplemẽtũ petit, quo casu renunciatio ipsa nihil obstat qualiscunq; fuerit, & quibuscunq; concepta verbis, vt in terminis tradunt Soc. in cons. 30. & cons. 150. li. 1. & Marant. disput. 10. atq; Gabr. de iur. dot. concl. 1. in 3. limit. cum permultis alijs iam ꝑ me citatis in secundo fundamento priorum allegationum, & hoc est irrefragabile fundamentum, cui nec fuit quicquam responsum, nec respõderi potest, quoniam re ipsa hæc est vera, & com-
* munis * conclusio.

3 Et hic etiã animaduertendum est, Mag. D. Cõstantiam nedum legato sibi facto in vltimo testamento inniti posse, sed ẽt legato duorum millium aureorum in primo testamento facto, ꝑ ea quæ habentur, & notantur in §. si quidem in authen. de test. imperfect. auth. hoc ampliùs, C. de test. cum alijs iam adductis in tertio fundamẽto allegationum prædictarum.

4 Secundò principaliter respondetur, quòd, & si renunciatio facta fuerit matri pro se, & hæredibus, vel si eidem soli quoq; facta fuisset, ꝗ idem est, ex quo q̃libet stipulatio in dubio facta quoq; pro hæredibus intelligitur, l. veteris, C. de con-
5 trah. & comitt. stip. vbi oẽs * notant, † nihilominus quia filij masculi quamplures extabant tẽpore ipsius renunciationis, earum contemplatione facta præsumitur: adeo quòd ipsis præmortuis, euanuit eius effectus per doctrinam Ang. in cõs. 52. Castr. Corn. Rom. Salic. Alex. Crot. Marant. & aliorũ pleno calamo relatorũ in primo fundamento allegationũ prædictarũ in vers. & sciẽdũ.

6 Tertiò respõdetur, quòd si aliquo casu dici põt filiam virtute renunciationis excludi, ẽt cessãte fauore masculorum præmortuorum, is certè est tñ, quando aliæ saltem filiæ, vel descendẽtes ex eis, supersunt, quoniam aliqua forsan de causa possũt parentes magis illos dilexisse, quàm filiã renuntiantem, sicuti, & ipsamet renuntians illos magis dilexisse, quàm extraneos, vt fatetur Paris. d. cons. 26. in oppositũ citato; sed cessantibus, & præmortuis omnibus descendentibus; nunq̃ sanè præsumitur renunciatio facta, vt extraneis hęredibus prosit; sed eueniente casu, quo ipsi instituantur, cessat effectus renunciationis, vt decidit Boer. decis. 62. nu. 18. post Castr. Soc. & alios ꝑ eũ relatos, & in terminis quoq; tradit Didac. in c. q̃uis par. 3. §. 3. nu. 4. vers. 4. & si paternã. de pact. in 6. & pro hac sñia, stat Ang. in cons. 52. D. Ziliolus in fi. & Aret. in cons. 17. sub nu. 10. vers. item nec prohiberentur; necnon Afflict. in d. decis. 161. in 1. dub., vbi sic conclusum fuisse asserit in Sac. cons. in casu quo tractabatur de succedẽdo fratri, à quo soror dotata fuerat, & cui renuntiauerat pro se, & hęredibus. Et pro cõfirmatione huius conclusionis conferunt latè tradita per Dec. cons. 297. nu. 2. vers. sed tamen vsq; ad fin.
* cuius opi. cõem, * & æquitate plenam dixit Bero. in c. Rainutius nu. 237. de testa.

7 Quartò respondetur, quòd si prædicta ꝓcedũt vbicunq; pater stipulatus fuerit renuntiationẽ pro se, & hæredibus, vel pro se simpliciter, multò magis in casu nostro, in quo additum fuit, & fauorem, & beneficium filiorum masculorum, in quibus mens contrahentium expræssim declaratur, quòd renunciatio ipsis prodesse debeat; nam si aliter diceremus, prout subtilizando dixit Soc. in d. cons. 34. sequeretur, quòd verba prædicta apposita fauore filiorum, retorquerentur in eorum odiũ; nam si primo casu tota stipulatio cẽsetur facta ad commodum filiorum, & hoc secũdo casu pro dimidia tantùm ad eorum beneficiũ cederet, ut Soci. uoluit, deterioris conditionis essent propter illam clausulã, quæ nil aliud sonat,
8 quàm eorum fauorem, & beneficiũ † quod esset cõtra vulg. reg. l. ꝗ uerò de ll. cum sim. Imò uerò uerba illa, ad cõmodũ, & bñficiũ, ĩportãt cãm finalẽ, qua cessãte dispositio locũ hẽre nõ põt, ut ĩ
9 spẽ tradit Rui. cõs. 7. n. 8. li. 2. † Verus igitur sensus prædictę stipulationis erit, quòd renuntiatio

cedat

cedat ad commodum matris antedictæ,& hæredum sanguinis, non ad hæredum extraneorum; nam qñ sumus in materia ad extraneos hæredes suaptè natura minimè transitoria, tūc stipulatio facta pro hæred. semper intelligitur pro hæredibus sanguinis, & nō aliter, vt docet Paul.Castr. in l. ex facto. §. fin. quem alij Scriben. ibidē sequuntur. ff.ad Trebell. Alex.in l. quod dr, n. ff. de verb.obl.Bero.cons.68.nu.39. in prin. latè
10 Loffred.cons.1. † & hinc est, quod feudū stipulatum pro se, & hæredib. non transit ad extraneos, sed tñ ad descendentes, secundū cōem *
11 opi. de qua p Clar.in §. feudum. q.83. † Atque * emphiteosis ecclesiastica, sm aliā cōem * per eūdem Clar. relatam in §. emphiteosis.q.78. vers. tertius est casus. Quòd aūt trattemus nos de re ad extraneos hæredes regulariter nō transitoria, patet clarè ex supra dictis; quādoquidem ius legitimę renunciatū per filiā regulariter, & in dubio nō intelligitur renunciatum,nisi ad fauorem filiorum masculorum, vel saltem masculorū, & fœminatū, sm aliorum sñiam; & sic nō est illius capax, qui non est de descendentib. patris, vel matris, cui fit renunciatio, vtsupra vidimus. Nimirum stipulatio facta de hoc iure legitimæ, etiam pro hæredibus,& successoribus,interpretari debet, secundum ius commune, idest pro hæredibus sanguinis.
12 Quintò respondetur, quòd renunciatio pdicta facta fuit cum authoritate curatoris specialis Dominæ Constantiæ decreti eodem instāti ante celebrationē contractus, qui curator datus fuit ad renunciandum ad beneficiū parentum,& filiorū suorum masculorum natorū,& nasciturorum, & nulla ibi fit mentio de eorum hæredibus. Quocirca si D.Constantia in Instrumento renunciationis passa fuit parentes stipulari exprçssim pro hæredib. aduertendū est, quòd aut ista adiectio hæredū nihil pōt opari, vt ego opinor, & adhuc sumus in casu cōclusionis supra firmatæ, quo renunciatio simpliciter facta per filiā parentibus, intelligitur, contēplatione tm fratrū suorū masculorū facta, ita quòd eis deficientibus,tollitur ius renunciationis, & perinde est, ac si facta non fuisset; Aut pōt dicta adiectio operari, & in hac parte reperitur contractus factus per minorem, absque curatore, cuius authoritas p Iudicem limitata fuerat vtsup. & consequenter nullus est, tā de iure cōi, q̄ ex forma statuti nostri, de formis, & solemnitatibus lib. 2. Et istæ respōsiones procedūt præsupposita validitate renūciationis.
13 Verùm si probationes in processu factas respexerimus,inualidam prorsus eā fuisse cōcludem⁹; qñquidem metu, nedū reuerentiali, sed ēt à seuerissima parentū natura causato,processit; hoc namque, & testes per D.Constantiā produēti,& Instrm protestationis exhibitum, satis superque ostendunt. Vndè nullus oino reddit contractus, d.c.quis,ibi.non vi. & c.cum contingat, & c. licèt mulieres, de iureiu. Didac. latè d.c. quāuis,
14 par.3.§.4. & Gabr. d.concl.1. nu.4. † Quinimo stante læsione excessiua, & enormissima, de qua mox dicemus, certū est renunciationē meticulosam præsumi; adeo quòd nulla quoque facta probatione, irrita ex hoc solo, redderetur, vt egregiè respondit Castr. cons.174.nu.4.lib.1.& post eum Soci.cons.243. num. 4.5. lib.2. Corn. cons.124.& cons.140. ad fi.vol.3. Aret. cōs. 24. in 2. dub. Curt.iu.cons.141. n.11. Rip.li.3.rñso de reuoc. don, cons.15. n.8. Didac.vbi sup.n.7.
15 Vltimò cū verissimā sit legitimā, cui D. Constantia renunciasse præsupponitur,detrahēdam, & deducendam fore de facultatib.matris,inspecto mortis tpe, vt ex pluribus iuribus, rationib. sententijsq; receptissimis probauimns in secūdis allegationibus, nulli dubiū,quin ex tali cōtractu læsio ipsius D. Constantiæ, nedū vltra dimidiā, sed in septuplum, & longè vltra resultet, ex qua læsione nullus ēt, ac prorsùs inefficax redditur renunciationis contractus, vel saltem mediante absolutione à iuramento impetrata, vt aliàs dicebam. Ias. cons.133. per to. Dec.cons.180. & 181.Soc.iu.cons.144.in pri.& cons.3.in 2.Cald. cons.8. in ti.de iureiu.Cagno.l.2.n.80.C.de rescind.vendi.Rip.d.c.25.Aym.cons.142.&192. Gram.decis.101 Alba.cons.83.Didac.loco pręcitato, & latissimè Gabr. d.concl.1. nu.8. vsque
16 ad num. 20. † Idq; in quolibet etiam maiore similem renunciationē faciente procedit,vt apud supra relalos legere est.
17 In muliere aūt,& minore receptissimum, & indubitatum est, vt per Rui. cons.170. nu.23.li.1. & cons.60. ad fi.vol.3. Gram.cons. ciui.127. colnm.1.& seq. Grat.cons.88. li.1. Gabr. vbi sup. num.11. Quod multò magis stante statuto nr̄o locum sibi vendicabit, in quo oēs minorum cōtractus annullantur, qui non tendunt in eorum vtilitatem, & iuramenti, etiam virtutem tollit,
18 † prout tollere potest, ex quo simulatos, & fictitios decernit. Alex. cons.151. col. 3. & 4. lib.7. Barb.cons.6.in 4. Curt.in cons. 50. per to. Alb. consil. 70. num.7. vbi de communi * attestatur, cum alijs iam allegatis.

Et ex supradictis patet multiplex solutio ad obiecta superiùs adducta, vt oculatissimus Dñs Iudex statim dignoscet, tam ex diuersitate factorum, quàm ex iuris conclusionibus firmatis,
19 † sed vlteriùs ēt considerari pōt, quòd in casu, Soci.d.cons.34. renunciatio facta fuit patri de hæreditate materna iam delata,& omni eo,q̄ in futurum habere poterat; ita quòd stipulatio, respectu futuri tpis erat ociosa,nisi fieret interpretatio, vt operaretur, ēt quòd fratres decederēt, qui tpe renūciationis viuebāt; vt ipsemet Soci. ponderat sub nu. 5. In nr̄a aūt specie verba non remanent ociosa; quia cum hæreditas materna nondum

nondum esset delata, operari poterant in casu
mortis matris, quo hæreditas erat deferenda.
Itidem considerari dēt, quòd renunciatio ibi fa-
cta non fuit patri, & hæredibus suis simpliciter,
sed facta fuit patri, & hæredibus suis, ac etiā hę-
redibus matris iam defunctæ; Vndè militare vr̄
fundamentū illud diuisionis inter patrem, & hę-
redes matris; ita quòd creditur filia donare vo-
luisse portionem suā iam q̄sitam hæreditatis ma-
ternæ patri ꝓ dimidia, & hæredibus matris pro
alia dimidia, quod ponderat ibidē Soci. in vers.
2. respondetur, quod ea fortè ratione fuit, vt
ostenderet filia æquè dilexisse patrem, & mr̄em.
In casu aūt nostro renunciatio facta matri, & hę-
redibus suis, & ad fauorem, & beneficium filio-
rum eius masculorum, qui censentur vna, & ea-
dē persona, vt infra dicetur; ideo non vr̄ admit-
tere similem diuisionē, & sic illa verba (& ad fa-
uorem, &c.) stant potiùs qualificatiuè, & restri-
ctiuè, q̄ diuisiuè, ita quòd mēs renunciantis fuit,
vt ius renunciatum quæratur matri tm̄, & eius
hæredibus; sed tñ non egrediatur filios eiꝰ ma-
sculos, quos ēt matris hęredes futuros credebat,
30 & sperabat, † iuxta illud vulgare, filius ergo hr̄s,
cap. quicunque 17. q. 4. c. ius naturale 1. di. & sic
vtrunque vr̄ voluisse, quòd sint hæredes mr̄is, &
sint filij masculi, vt capaces sint iuris renunciati
31 quæ interprætatio † suadetur primò ex natura
copulæ, quæ requirit concursum copulatorū, vt
dispositio effectū sortiatur. l. si pluribus de leg. 2.
l. si is, qui ducenta. §. vtrum, de reb. dub. l. si quis
ita stipulatus, de verb. obl. Dec. cons. 417. nu. 1.
cum concord. Craue. consil. 80. nume. 13.
32 † Secundò, quia contractus in dubio interpræ-
tari debent, vt iuri cōi * cōformia contineant. l.
post dotem. vbi Alex. latè col. 2 & 3. ff. sol. matr.
Et contrahentium intentio sūm naturam contra-
ctus regulari solet. l. si vno. ff. loca. Dec. in l. 2. n. 3.
ff. si cer. pet. cum vulg. sed ius cōe in dubio in-
terprætatur renunciationē filiæ, vt filijs masculis
tantùm prosit, non hæredib. extraneis, ergo, &c.
33 † Tertiò ex eo, quòd copula in d. stipulatione
posita est inter duo non omnino diuersa, vndè
expositiuè sumi debet, c. monasterium, in fi. de
vi. & hon. cleric. & ibi not. Imol. Abb. & cæt.
in c. 2. de rescrip. vbi Dec. nu. 50. Rui. cons. 53.
34 nu. 9. lib. 1. † Certum est enim matrem, & filios,
ex dispositione iuris pro vna, & eadem persona
35 reputari, l. fi. in fi. C. de impub. † Item hæredes
matris non posse dici, quid omnino diuersū ab
eius filijs masculis, cum teneatur eos instituere,
saltèm in legitima. §. aliud quoq; capitulum, &
ibi Ang. in authen. vt cum de appellat. Cagno.
Bart. & alij in authen. nouissima. C. de inoffic.
testa. & in l. filio præterito. ff. de iniu. rup. testa.
36 † Nimirum expositiuè stare dēt copula in casu
nostro, & perinde est, ac si renunciatio facta, &
concepta ita fuisset, mr̄i, & eius hæredibus, idē
ad fauorem, & beneficiū filiorū eius masculorū,
quo casu restringitur pręcedens dispositio hęre-
dum ad filios, iuxta doctr. Bar. in l. 2. ff. ad l. aqli.
& ita in terminis terminantibus copulæ positæ
inter hæredes, & filios, tradit Bero. consil. 37.
num. 2. 3. 4. volum. 2.
27 Quinimo ex quo nedum copulata in casu nr̄o
non sunt omnino diuersa, sed vnum de necessi-
tate alteri inesse vr̄, cū filios necesse habeat mr̄
instituere, & hæredes suos facere, vt mox dixi,
vacare prorsus copula existimāda est, & resolui
vnum ex copulatis in adiectiuum alterius, iuxta
gloss. in l. 1. §. 1. in ver. cōsensus, de pac. vbi Bart.
& alij, & idem Bart. in l. 1. in princ. ff. de iusti. &
iu. & ibidem Ias. nu. 2. in 2. limit. Vndè idē erit,
ac si stipulatio facta pro D. Smiralda, & eius hæ-
redib. filijs, seu eius filijs hæredibus, vt ꝑ Bero.
28 loco præcitato. † Insuper negari non potest, q̄n
copula in nostra specie posita sit inter genus, &
speciem per supradicta, hoc est inter hæredes, &
filios, & præcedat nomen hæredum, quod gene-
ricum est, & cōpræhendere potest tā extraneos
spontè à matre instituendos, quàm filios neces-
sariò hæredes relinquendos, subsequaturq; no-
men filiorum, qui sunt futuri species hæredum.
Vndè sequitur quòd copula sit omnino interp̄-
tanda per, idest, & restrictionem inducat vtsup.
ad not. in tub. C. de ser. & aq. Rui. pulchrè con-
sil. 37. num. 4. 5. volum. 2.

Appendix præcedentis Consilij.

29 COnsilium Soci. 34. in 4. in quo vim
maximam aduersarij, ēt nunc facere
videntur, manifestè facit pro Mag.
D. Constantia, vt ex iam dictis, &
nonnullis nunc addendis, patebit. In primis er-
gò fatetur Soc. sub nu. 4. veram esse cōclusionē,
quòd renunciatio filię facta t̄pe quo fratres car-
nales eius viuebant, & p̄sertim pro quibus stipu
latus fuit pater, censetur facta contemplatione
ipsorum, & consequenter illis præmortuis filiæ
renuncianti non obesse.
Et q̄uis in ea facti sp̄e, in qua ibi Soc. cōsuluit
ex tribus fundamētis, talem conclusionē locum
non habere concludat, illa tamen in casu nostro,
difficultatem facere non possunt, & per conse-
quēs cum illa priùs approbata pertrāsire dicit̄.
Primum nanque fundamētum Soci. fuit, quòd
renūciatio facta fuit patri de hæreditate mater-
na iam delata, & omni eo, quod in futurum ha-
bere, ac consequi poterat de bonis in dicta hæ-
reditate compræhensis. Vndè cum t̄pe stipula-
tionis valuerit renunciatio respectu iuris iā filiæ
quæsiti in hæreditate prędicta, remanebāt ocio-
sa verba, futurum tēpus, ac ius de futuro respi-
cientia, nisi ius ēt superueniens complecterētur,
& sic casum ēt includerent, quo fratres mulieris
renun-

renunciantis decederent. Quòd argumentum (licèt debile admodum, & parui momenti pp multas limitationes quas recipit, reg.l.si quãdo. de leg. 1. per Soc.allegata) in themate tñ nostro non concludit, ex quo renunciatio operari poterat, respectu Iuris de futuro, hoc est in euentũ mortis matris superstitibus masculis,& per consequens cesset illa ociositas verborum, quam Soc. habet pro absurda.

Secundum fundamentum Soc. fuit, quòd certum ibi erat renunciationem, nulla alia de causa factam fuisse, nisi ob dotem à patre receptam,& cum illa causa vnica expræssa fuerit in Instño,nõ erat opus recurrere ad coniecturas; sed dupliciter tollitur hoc fundamentum; primò, quia in Instrumento renunciationis D.Constantię duæ causæ expressæ reperiuntur pp quas,renũciauit; altera est dotis receptio, altera verò numerus filiorum masculorũ natorũ,& qui nasci sperabantur,

2 tur, † Idcirco nisi vtraque concurrat, dispositio locum habere non potest. §. affinitatis, cum no. instit. de nupt.

Nec dubitandum,quin mota principaliter fuerit renuncians pp numerum prædictum,tũ quia legitima ipsius longè minor erat, ipsis viuentib. & sic minùs ipsi debebatur, quàm si tunc mortui fuissent, tum ẽt quia maiorẽ affectionẽ habuisse psumenda est, ergo fratres, quàm alios hæredes matris extraneos. Pariterq; motus fuit Iudex ad interponendum decretum renunciationi prędictæ mulieris minoris, ex vtraque causa, vt ex lectione Instñi apparet; & psertim ibi (attẽto nu-

3 mero filiorum, &c.)† isti enim ablatiui absoluti important causam finalem. Bald. in l.1.in prima oppos. C.quando non pet.par.peten.accre. Ias.

4 in l.1.in 5.not.nu.12.C.de iu.emphi.† Item illa verba, (ad cõmodum, & beneficiũ filiorum masculorum) important cãm finalem, vt per Ru. conf.70. nu.8.lib.2. Qua cessante, cessat dispositio vulg. l.adigere.§. quis, de iu. patro. cũ sim.

5 Secundò, respondetur argumentum Soci. non procedere, nec verũ esse, etiam si nulla filiorum mentio facta fuisset, quia eo stante, sequeretur falsam esse cõclusionẽ suprascriptam cõmuniter receptam, & ab ipsomet Soci. approbatam,quæ vult filiam recipientẽ dotem, & hæreditati paternæ renunciantẽ, præsumi regulaliter fauore masculorũ renũciare; quia licèt sola causa receptionis dotis in Instrumento expressa reperiaẽ, aliam tamen causam. l.tacitè subintelligit, quæ parem effectũ operatur,ac si expressa fuisset.l.cũ quid, si cer. pet. Necesse igitur foret, quòd pp solam receptionem dotis cantaret renunciatio, vel aliter excluderẽ causa præsumpta æquè finalis, ad hoc vt argumentum procederet, prout animaduertisse videtur. Didac. d. c. q̃uis par.3. §.3.num.4. vers.10. licèt non ita clarè loquatur, nec rationem istam concludentissimam alleget.

6 Tertium fundamentum erat super virtute copulæ, quæ regulariter diuisionẽ stipulationis inducit.l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duo.re. Nam cum pater ibi stipulatus fuisset à filia hæreditatẽ maternã pro se, & hæredibus suis,& p hæredib⁹ matris, videbatur ius quæsitũ vtrisq; hæredibus pro dimidia; quod si verum esset, procedere ibi potuisset ex eo, quòd de filijs patris, vel matris nulla erat facta mentio; sed tantùm de hæredib. vtriusque, qui poterant esse diuersi, & non ijdẽ; & illa fortè filiæ intentio fuit,æqualẽ erga pẽm,

7 & hæredes matris dilectionem ostendere, † sed hoc quoque argumentum in casu nostro nõ hẽt locum,quia non est facta renunciatio hæreditatis maternæ, pro hæredibus patris, & pro hæredibus matris, sed tantùm pro hæredibus ipsius matris. Et licèt additum fuerit,& ad fauorem,& beneficium filiorũ masculorum eiusdem mñs, non tamen diuisionẽ stipulationis inducere põt; pluribus rationibus in præcedenti responso,circa significationem copulæ deductis, quas repetere superfluum esset.

Ex quibus etiam oĩbus patere dẽt argumentũ illud vltimum Socini, nihil ad ad casum nostrũ pertinere, in quo stipulatio per diuersos terminos, & diuersis psonis cõcepta, & stipulata fuit. Consequenterq; cessantibus, & sublatis oĩbus, quæ ipsum mouent ad recedendum à cõi opin. concludere debemus, eius ẽt responsum p ipsa communi opin. facere. Quamq̃ si contrariũ etiã sentiret, de illius authoritate contra eam, & veritatem ipsam iam latissimè demonstratam, curandum foret. In hac causa obtinuit D. Constantia, cui supplementũ legitimæ in bonis matris,tempore mortis inspecto, adiudicatum fuit, & assignatum.

SVMMARIVM.

1 *Testes de vniuersitate non videntur idonei esse in causis onerum, qui in causa propria deponere videntur, ex quo minùs ipsi grauantur, si vniuersitas obtinet. Sed contrarium vide infra per to.*

2 *Testes de vniuersitate idonei sunt, quando causa agitur nomine Vniuersitatis, si fructus Victoria ad eam immediatè pertinet, & per eius ministros venit percipiendus, licèt in consequentiam particulares, postea commodum sensuri sint, & est communis.*

3 *Et signanter in causa onerum.*

4 *Præsertim quando modicum est commodum, quod ad particulares perueuturum est.*

5 *Minima non curat Prætor.*

6 *Minimum interesse non repellit testem in causa Vniuersitatis.*

7 *Nu-*

7 *Numerus testium in causa Vniuersitatis supplet defectum, quem patiuntur ratione interesse.*

8 *Liber æstimi licèt dominium, aut possessionem non probet, præsumptionem tamen facit.*

9 *Probationes duæ imperfectæ, etiam diuersi generis, plenam faciunt probationem.*

Pro Vniuersitate Viculi agri Placentiæ..

EPITOME.

Testes de Vniuersitate an, & quando idonei sint in causa Vniuersitatis? de qua rè latiùs in sequenti Responso.

RESPONSVM XCIV.

Reuocatur in dubium, vtrū testes producti per Vniuersitatem Viculi agri Placentiæ fidem faciant in præsenti causa onerum contra Dños de Mola, cum illi sint de Vniuersitate ipsa, & cōmodum sperent ex victoria causæ; nam si ad onera concurrere tenebuntur rei, cæteris de Vniuersitate proderit, qui tantò minùs oneris ferent, & per consequens vtilitatem singuli capient.

1 Et prima facie pro negatiua respōdendum videretur, iuxta motiuata, qm̄ in causa propria deponere videntur. Bart. & alij, in l. in tantùm, ff. de re. diui. & cano. in c. insuper de testi.

2 Sed in oppositum est veritas, triplici ratione, quarum prima est, quòd vbicunque causa principaliter agitur noīe Vniuersitatis, & ad eam victoriæ fructus immediatè pertinet, & per Syndicos, & exactores ipsius venit percipiendus, licèt in consequētiā particulares cōmodū aliquod sentire possint admittunt; hoc in terminis firmat Iaco. Butr. in d. l. in tantùm. Bald. in c. cum accessissent, num. 12. de testi. Alber. in tract. testi. cap. quando testes repelluntur ratione affect. col. fin. Salyce. pulchrè in §. parentes, in fi. C. de testib. Abb. in d. c. insuper, col. 2. & ibi Dec. n. 15. 16. & in cons. 342. nu. 3. in fi. & seq. Gherar. de Petrasac. sing. 24. vtrum ciuis, Alex. cons. 68. n. 18. in 2. & cons. 99. num. 89. in 5. Crau. consil. 83. num. 31. Bursa. cons. 87. nu. 37. lib. 1. Soarez in suis cōm. in ver. testis, nu. 211. Nat. cons. 577. num. 49. 50. de communi * attestans, pluribusq; roborans argumentis, quam etiam vti cōmunē

3 amplectitur. Rol. cons 72. nu. 4. in 2. † Et in proprijs terminis onerum. Alex. d. cons. 68. & Rui. cons. 111. num. 6. lib. 5.

Cum igitur in proposito themate agatur causa vtsup. & pecuniæ per actores vniuersitatis exigi debeant, & in solutionem occurrentium onerum conuerti, testibus memoratis fides adhibenda est.

4 Secūda ratio est, quòd cum Vniuersitas prædicta magna sit, & populosa valdè, amplissimumq; habeat territorium, istud cōmodum, quod singulis peruenire potest onera ferentibus, tenue admodum, & exiguum futurum est, si Vniuersitas obtinuerit in causa. Idcirco cessat suspicio, quòd pro tam modico interesse, quisq̄ sit falsum depositurus, consequenterq; à testimonio arcēdus non est. Hoc apertè tenuit Abb. in d. c. Insuper, col. 2. in fi. volens quòd cum tractatur de tollenda, vel minuenda fide testium Vniuersitatis, vti cōmodum sentientiū, ad quantitatem lucri attendi debeat; nam si magnum erit, de fidem illorum magnoperè ēt poterit iudex dubitare, si autem minimum, minima quoque erit

5 suspicio. † Imò verò nulla, ex quo de minimis non curat Prætor. l. scio. de in integ. resti. & huc conferunt quāplura per Corset. congesta in suo tract. de mini. & Afin. in sua prax. ciui. §. 26. c. 1.

6 quæ breuitates causa missa facio. † Sed in proprijs terminis nostris vidēdus est omnino. Alex. d. cons. 99. num. 9. vers. accedit, ac Dec. d. consil. 342. num. 3. & 4. asserētes indubitatum prorsùs istud esse, si duo prædicta simul concurrant, quòd testes de Vniuersitate commodum tātùm in consequētiam sentiant, & illud sit modicum.

7 Tertia, & vltima ratio est, quòd quando testes de Vniuersitate ratione interesse integri non iudicantur, si plures sint quàm duo, plenè probāt, quia numerus supplet fidem, per id quod voluit glo. in l. 3. §. Eiusdem, In ver. numerus, de testi. & ibi Butr. quē ad hoc allegat Alex. d. cons. 99. num. 9. Corn. cons. 47. col. 2. vol. 3. & latè Rol. d. cons. 72. nu. 5. 6. Vndè cum isti testes Vniuersitatis sint plures tribus; & multò plures idem cōcludentes, indubitatam fidem merentur.

8 Sed & liber æstimi cum eorum depositione conuenit, q̄ licèt dñium, aut possessionem non ꝓbet. ꝑsumptionē tñ facit, plenè Soci. cons. 89. nu. 12. lib 1. & alios citat Hier. de Mon. in tract. fi. regun. c. 64. n. 8. 9. Ideo si testes antedicti pfectè non ꝓbarent, prout re vera ꝓbare credūtur,

9 huius catasti fide pficeretur probatio, † q̄ niq̄dē duæ probationes imperfectæ simul iunguntur, ēt si sint diuersi generis, ad probationem plenā faciendam, Scrib. in d. l. admonendi, de iureiur. & i c. cū cām, de ꝓbat. latè Gabr. de ꝓbat. cōcl. 1.

SVMMARIVM.

1 *Testes de Vniuersitate, in causa Vniuersitatis recipiuntur, & idonei sunt.*

2 *Regulam qui habet pro se, habet rē certam, & intentionem fundatam, pro qua pronunciandum est, nisi ius apertum, & clarum in oppositum ostendatur.*

3 Te-

3 *Teſtes de Vniuerſitate in cauſis onerum nõ eſſe idoneos, nulla lege diſponitur.*

4 *Teſtis in cauſa propria non admittitur.*

5 *Teſtes de Vniuerſitate non ſunt idonei, quando ex amißione cauſa Vniuerſitatis, imponenda venit collecta particularibus, ex eo, quòd Vniuerſitas ipſa aliunde modum non habẽt, vel ſi commodum ex victoria ad eos prouenit, vt in paſcuis, & nemoribus ad vſum particularium tantùm deſeruientibus.*

6 *Quod in cauſis etiam onerum procedere videtur, vt aliqui tenent.*

7 *Principaliter id fieri dicitur, ad quod finis intentionis tendit.*

8 *Reſponſum Alex. 68. in 2. loquens de teſtibus Vniuerſitatis in cauſa onerum admittendis, quomodo ab aliquibus interpratetur.*

9 *Negans Vniuerſitatem habere modum aliter ſoluendi, quàm per collecta impoſitionem probare tenetur.*

10 *Teſtem eſſe repellendum ex eo ſolo, quòd poſſet commodum aliquod ex victoria cauſa ſperare, vel incommodum ex amißione, falſißimum eſt.*

11 *Legatarius eſt idoneus teſtis ad probandum teſtamentum.*

12 *Clericus eſt idoneus teſtis in cauſa Eccleſia ſua.*

13 *Rectores Eccleſiarum ſunt idonei teſtes cõtra Epiſcopum petẽtem quartam decimarum ab vno Rectore, qui de contraria conſuetudine Eccleſiarum Diœceſis docere intendit.*

14 *Fideiuſſor eſt idoneus teſtis in iudicio excußionis contra tertium, vt alius primò conueniatur, & eſt communis.*

15 *Teſtes de Vniuerſitate ſunt idonei in cauſa molendini Vniuerſitatis, non obſtante quòd fructus diſtribui poßint inter particulares, vel cum eis ſolui poßint onera, & eſt vera, ac cõmunis ſentẽtia.*

16 *Inſtantia data corruit fundamentum.*

17 *Diſtinctio vera, & communis eſt, quòd aut cauſa commodum, & incommodum principaliter, & immediatè pertinet ad particulares, & repelluntur, aut in conſequentiam, & mediatè, & idonei reputantur, & admittuntur; & ad multorum authoritates in contrarium citatos adamußim, & ſingulariter reſpondetur.*

18 *Cauſa nemorum, & paſcuorum cõmunium, in quibus hoïes de Vniuerſitate poßũt animalia propria paſcere, & ligna incidere, dicitur principaliter, & immediatè illorum commodum reſpicere, contra Menoc. opin. in conſ. 106. num. 13.*

19 *Cauſa onerum non reſpicit principaliter, & immediatè commodum particularium, ideò teſtes in ea admittuntur pro Vniuerſitate. contra opin. Fulg. in conſ. 174. num. 2. & Nat. conſ. 520. nu. 15. 16. & infra num. 24.*

20 *Nat. ſibi contrarius, ſed in quo loco meliùs ſentiat, declaratur.*

21 *Religioſi ſunt idonei teſtes in cauſa Monaſterij.*

22 *Alex. in conſ. 68. lib. 2. malè declaratus à Craue. & Menoch.*

23 *Menoc. error in eo, quòd tenet teſtes commodum in conſequentiam ſentientes, & indirectè reyci.*

24 *Teſtes in cã onerum pro Vniuerſitate admittũtur.*

25 *Teſtes in cauſa Vniuerſitatis, à qua modicum commodum, vel incommodum poſſunt percipere, admittuntur.*

26 *Teſtium numerus ſupplet defectum.*

27 *Teſtes de Vniuerſitate non repelluntur ex eo quòd ad conſtituendum procuratorem ad litem, cum alijs de Vniuerſitate interuenerint.*

28 *Principaliter quid fieri tribus modis dicitur, videlicet ſecundùm ordinem natura, ſecundùm ordinem temporis, & ſecundùm ordinem intellectus.*

29 *Principaliter, vel ſecundariò, quando quis commodum, & intereſſe habere poßit ex ſententia, declaratur ex mente Feli.*

Pro eadem Vniuerſitate Viculi.

EPITOME.

Teſtes de Vniuerſitate eſſe idoneos in cauſa Vniuerſitatis, quando commodum in cõſequentiam tantùm, & non immediatè acquiritur; Articulus latè examinatur, & vera, ac communis opi. demonſtratur, cum confutatione omnium contrariorum.

Cauſam autem onerum, & collectarum de illis eſſe, quæ commodum, vel damnum particularibus in conſequentiam ſolummodo afferre poſſunt, defenditur; & de materia vide etiam in præcedenti reſponſo.

RESPONSVM XCV.

SI recta oculi acie inſpexiſſet D. Aduocatus Molarum, ea quæ pro cõmuni Viculi ſcripſimus ad demonſtrãdum, quòd ipſius teſtes idonei ſunt in pñti cauſa, & ſi ſint de Vniuerſitate, equidem nõ ita animosè in reſponſionũ exordio locutus fuiſſet, nec lucem tenebras appellaſſet. Reuer. autem Dñs meus, qui affectionis caliginem ob oculos non tenet, & citatos authores, ac etiam citãdos in fonte legere non dedignabitur, facilè veritatem agnoſcet, & lucem à tenebris diſcernet.

1 Ad maiorem igitur veritatis elucidationẽ non alienum eſt præfari, regulam in hac materia affirmatiuam noſtrates conſtituiſſe; teſtes ſcilicet de Vniuerſitate in cauſa Vniuerſitatis recipiendos eſſe, & pro idoneis habendos, per tex. in c. Inſuper, & in c. cum nuncius, extra de teſti. cum vtrobiq; traditis per Scrib. & præſertìm Feli. in d. cap.

d.cap.Insuper, nu.1. cum concord. Ias.in l.2. §. patronũ, il 2. ff. de in ius voc. Castr. consil. 94. num.10.11.glo. & Scrib. omnes in l. in tãtũm. §.
2 Vniuersitatis de re. diui. † Et quia qui hẽt regulam pro se, dr̃ habere rem certam, & intentionẽ fundatã, pro qua pronunciandũ semper venit, nisi ius apertum, & clarũ in oppositũ ostẽdatur, vt ex pluribus probat Dec.in l.1.nu.8.&Cagno. nu.21.ff.de reg.iu. Videndum est igitur num in causis onerum ius aliquod speciale vigeat, regulæ aduersans, & testes à testimonio repellens?
3 Et sanè nullam ad hoc legem allegari vidèo, nec allegari posse existimo, quia ex innumeris scriptoribus, & legum verticibus, quos hucusq; de materia loquentes legi, nullus est, qui casum in hisce terminis inuenerit. Ad rationem igitur, & authoritates confugere opus est pro huiusmodi limitatione formanda. Et adducit D. Aduocatus in primis rationem illam.

Quòd causa onerum propria dici põt singulorum, ex quo tangit eorũ oĩum interesse,nã cum Vniuersitas ista Viculi non habeat aliquos redditus in cõi, ex quibus creditoribus suis satisfacere possit, & onera contingentia soluere, imponit collectas super personis, vel rebus; Vndè si vnus exemptus redditur, cæteri in plus grauantur, cessante verò illius exemptione,minùs gra-
4 uantur, † & per consequens testes idonei non censentur, ex quo ad eos commodum aliquod, vel incommodum spectare potest. l. in omnibus, C.de testibus.
5 Secundò, per locum ab authoritate nititur adducendo notata per Bar.Bal. & Albericũ in l. in tantum.§.Vniuersitatis, de re.diui.Cyn,Bald.& Salyc. in l. parentes.C.de testi.Doct. in c.insup, vbi Fely. in 5.limit. nu.6. Rol.in consl.72.nu.3.
* vol.2. vbi de cõi. * Nat.consl.522.nu.8.& consil.672. nu,56.& 58. Didac.pract.quæst.cap.18. num.4. Hip.Rim. consl.26. nu. 40. Menoch. de arbitr.iud.li.2.cas.106.n.13.qui oẽs concludere vidẽtur,quòd si ex amissione causę Vniuersitatis imponẽda venir collecta particularib. ipsius, ex eo quòd Vniuersitas non habet vndè aliundè satisfaciat debito, vel si commodũ ad eos immediatè pertinet, vt in pascuis, & nemorib. deseruientib. ad vsum tãtùm particularium personarum,dicuntur testes in propria causa, & ideo ad ferendum testimonium non admittuntur, licèt causa Vniuersitatis nomine agatur.
6 Et ad maiorem intentionis suæ corroborationem plures alios allegat, quos in terminis quæstionẽ nostram decidere asserit, in causis scilicet onerum,& in primis Fulg.consl.174.nu.2.Afflic. decis.400.sub nu.6. Ias.in l.2. §.patronum, il 2. num.7.in 3. limit.de in ius voc. Nat. consl. 520. nu. 15.16. Bald.consl.443.quæstio antiquissima, vol.5. & in c. tertio loco, nu.4.de probat.quem
* sequuntur cõiter *Doct. testè Fely.vbi sup.Rui, consl.12. num. 9. ac denique Rolan. & Riminal. in locis præcitatis.

Et quia nos in prioribus scriptis quamplures summæ authoritatis Doct. citauimus, & cõem sententiam, ad demonstrãdum, quòd vbicunq; causa nomine Vniuersitatis agitur,& fructus victoriæ ad eam immediatè spectat, & per Syndicos eius exigendus venit,licèt in cõsequentiam cõmodum aliquod particularib. euenire possit,
7 sunt tamen idonei testes, & fidedigni.† ꝓ eneruanda eorum oĩum sententia, asserit D. Aduocatus Molarum,principaliter id fieri,ad quod tẽdit finis intẽtionis. Bar.in l.ambitiosa,sub n.19. de decre. ab ordi. facien. & propterea cũ in casu nostro finis intentionis sit cogendi Molas ad solutionem onerum, vt cæteri de Vniuersitate ab excessiuo eorum onere releuentur, satis dicitẽ negocium principaliter omnes tangere, vndè ad testimonium inhabiles iudicandi sunt.
8 Specialiter autem respõdet ad consil.Alex.68. in 2. qui vrgere forsan præ cæteris videbatur, quòd in illa specie incertum erat, vtrũ propter amissionẽ causæ Vniuersitatis,imponenda veniret collecta, nec ne? quia fortè Vniuersitas illa habebat aliqua bona, ex quibus satis debito facere poterat. In casu autem nostro certum esse collectã imponi debere, idcirco de vno ad aliũ non posse inferri, & ità respondere Menoch.d. cas.106.nu.15.in fi. post Crau. per eum citatũ. Hæc circa principalẽ articulum scribit; in quorum resolutione primò insistendum est, deindè ad alia quædam læuiora per eũ adducta responsum accommodandum.

Vt autem sigillatim procedamus, rationẽ primo loco in oppositum adductam perpẽdamus, tam in facto, q̃ in iure. In facto igitur falsa ante oĩa dici potest, dũ pro constanti præsupponit Vniuersitatem Viculi nulla habère bona, de quo
9 In toto processu verbum nullum, † & tamẽ cum hoc sit intentionis Molarum fundamẽtum probare illud tenebantur.l.2.& l. ab ea parte, de ꝓba, satis enim est,quòd habere possit absque eo, quòd actualiter habere probetur, vt in terminis nostris fatetur Menoch.ex aduersò citatus d.cas. 106. nu. 13. in fi. dum respondere satagit ad d. consil,Alex.68,quamuis responsio illa non quadret, vt infra videbimus.
10 In iure etiã erronea est, nam non sequitur,testis potest aliquod cõmodũ sperare ex victoria causæ, vel incõmodũ timere ex amissione; Ergo repelli debet, tanq̃ in propria causa deponens, Falsissima etenim est huiusmodi consequentia, vt ex multis Iuribus,& cõibus sententijs proba-
11 tur,† & primò per tex.vulg.in §.legatarijs.Insti. de testam. vbi legatarius idoneus testis est ad probãdum testamentũ conditum, & validè conditum, licèt ex ipsius validitate pendeat legatũ, & sic legatarij cõmodum. † Secundò per text. in d.c,

in d.c.insuper, & in c. cum nuncius de testi. vbi clericus admittitur ad testificandū in causa Ecclesiæ suæ, & tamen vtilitas Ecclesiæ redūdat in vtilitatē clerici, dum illā obtinet,& ad idē optimus rex. in c.super prudentia 14.q.2.† Tertiò, per doctrinā elegantē Io. And. in reg. sinè possessione, col.pen. de reg. iu. in 6. in mercurialibus, vbi decidit, quòd si Epus petat contra vnā Ecclesiam, seu eius rectorē quartā decimarū, & in oppositū allegetur generalis cōsuetudo oīum Ecclesiarū Diœcesis non soluendi, poterunt rectores aliarū Ecclesiarum super ea deponere, & erunt idonei testes, q̄uis ex victoria causæ sperent cōmodum, nè ab codē Epo pro eorum Ecclesijs molestari possint, stante tali consuetudine, & è conuerso incōmodum timere, si Epus obtineat, & Io. And. refert, & sequitur Fely.in d.c.

14 Insuper ad fi.† Quartò per doct.Bar.& aliorum in l.si quis ita de reb. dub. ac Bald. & Salyc. in l. dictātibus.C.de testam.tradentiū,quòd fideiussor testis est idoneus in iudicio excussionis contra tertium,vt alius primò conueniatur,licèt beneficium exinde sperare possit, vt ab obligatione liberetur, si principalis ille cōuentus soluerit; quā doctri. ad propositū nostrum expendit Nat. * cons.537.nu.48. in prioribus citatus, & cōiter *

15 approbatā asserit, sub nu.50. † Quintò, & vltimò multa alia similia omittens, proprius ad terminos nr̄os adduco norab.doctri. Iac.de Bel.in authen.de mona.in princ.in 8.q. quem sequitur ibi Oldra. & ambos referens Alex. d.cons. 68. nu. 16. & seq. qui voluerunt testes de Vniuersitate idoneos esse in causa molendini Vniuersitatis,non obstante quòd redditus ipsius distribui postmodū possint inter particulares, vel de ipsis solui possint onera, et integra ad Vniuersitatem * spectantia; & hanc doctri. veram,& cōem*, ab oībusq; sinè discreptantia teneri affirmat Io. de

16 Amic. in cons.8.n.30.†Si igitur vera est regula, quòd data Instañ. corruit fundamentū. l. is qui ducenta.§. vtrum, de reb. dub. multò magis daris tot Instantijs,corruet propositio illa in opposirum formata,quòd testis sit repellēdus vbicūq; ex victoria causæ aliquod pōt cōmodū sperare,

17 aut damnū timere;† distinctionē igitur adhibe* re opus est, quā doct. cōi * calculo adhibent, & ego in primis allegationibus retuli. Aut enim causæ cōmodum , & incōmodum principaliter, & immediatè pertinet ad particulares de Vniuersitate, & eorū testimoniū non admittitur, & in his terminis loquuntur oēs ferè Doct. exaduersò citati,vt infra videbimus, aut exitus causæ pōt tm̄ in cōsequentiam, & mediatè damnū, aut lucrū afferre testibus de Vniuersitate,& hoc non obstante,recipiuntur, & idonei reputantur, & ita procedunt ea,quæ in dictis allegationibus nostris iam adducta fuere, & exempla oīa, quæ proximè explicauimus; quorū oīum vnicā hanc rationem citati authores afferunt, quòd de interesse illo testium nō curatur,quod in cōsequētiā tm̄ venit, sicuti nec de alijs rebus,quæ in cōsequentiam fiunt, vel veniunt curari solet,vulg. l.si quis nec causam, & l.rogasti.ff.si cert. pet. & l. 1. de autho. tuto. cum sexcentis simil.

Manifestè dissoluta est itaque ratio illa aduersantium ex falsitate vtriusque præsuppositi,iuxta supradicta.

Modò videndum est, qūo dicta doct. exaduersò citatorum procedant, & quibus in terminis loquantur? vt apertè dignosci possit,quæ nā ve* rè obstent communi * distinctioni prænarratæ, quantumq; de contrasentientium authoritate curandum sit?

18 Allegantur igitur primo loco Bart.Bal.& Alberi.in d.§.Vniuersitate, qui cōtrarium ex diametro probāt; vult enim Bart. quod si principaliter causa spectat ad honorē, & cōmodum Vniuersitatis,testes idonei sunt de ipsa Vniuersitate,q̄uis in cōsequentiā, & secundariò ipsi quoque commodum sentiant, & tunc dr̄ causa oīum,nō propria, vt ipse inquit, & propterea cōem distinctionem apertè cōprobar. Bald. quoq; in prima repetit. inquit,res Vniuersorū non sunt singulorum,& sic in causa ciuili Vniuersitaris , non singulorum, singuli possunt esse testes, & infert quòd in causa iurisdictionis Vniuersitatis hoīes ipsius poterunt esse testes,& ramen dubium non est, qā fructus iurisdictionis possint ad cōmodū oīum de Vniuersitate erogari,imò debeā.. Quādoquidem donec extant redditus Vniuersitatū, collecta nō pōt īponi glo.& Doc. in l.1.§ quòd si nemo.ff. quod cuiusque vniuer. & ita in terminis argumentatur Io.de Amici. d.cons 8.nu.29.

19 in fi. † Alberi. verò longè clariùs, & diffusiùs sententiam nr̄am probat, & multis confirmat argumentis, & contraria repellit, sub nu. 5.6.7.8. concludens vbique, testem non repelli in causa Vniuersitatis suæ ob id tantùm, quòd in consequentiam commodum sentire queat.

Cyn.Bald. & Saly.in d.§.parentes nihilò discrepant à prædictis, sed expressim conueniunt, sed Saly. meliùs cæteris;declarando terminos huius materiæ, sub num. 4. inquit, tunc causam principaliter ad Vniuersitatem spectare, quo ad honorem, & cōmodum,quando per eius officiales redditus percipiuntur, non attento commodo, quod cuilibet in consequentiam venire potest, quæ sanè declaratio falcem ponit ad radicē quęstionis nostræ, cum certum sit onera quæcunque per officiales, & ministros publicos exigi.

Doct. in d.c. insuper non reperio contradicentes huic communi distinctioni, sed potiùs eam sectantes, inter quos citaui iam Abb. & Dec. in prioribus scriptis, qui quæso videantur; Sed,& Fely. speciatim exaduersò citatus, sub nume. 6, cum cæteris transit, si enim vtilitas resultans ex causa,

causa, quam habet Vniuersitas obuenit singulariter singulis de Collegio, nõ aũt vniuerso Collegio, reiiciuntur testes, inqt ipse post alios quos citat, & exẽplificat in quæstione de pascuis, vel nemoribus, in quibus bestiæ singulorum gratis pascuntur, & singuli ligna incidunt, vel de donatione facta conuentui, ex qua singuli de conuentu certum quid percipere deberent; Item in causa in qua Vniuersitas cõuenitur ad soluendũ aliquod debitum, propter quod necesse est imponere collectam singulis de Vniuersitate, hisce casibus nõ admittuntur in testes, propter immediatum damnum, quod metuunt singuli, vel immediatum cõmodum quod sperãt, secus verò, inquit Fely. quando vtilitas nõ distribuitur in singulos, sed pertinet ad bursam, vel capsam Vniuersitatis, quia bona Vniuersitatis diuersa sunt à bonis singulorum. Cæterũ versamur nos in hoc secũdo capite distinctionis, in quo capsa Vniuersitatis primo loco cõmodum capit, vt s̃, non verò possunt singuli portionẽ suã immediatè consequi, ergo stat. Fely. pro cõi, quã etiam apertissimè cõprobat in fi. eiusdem repetitionis, sub nu. 17. post Bal. quem citat in rub. de re. di, inquiens optimam doctrinam in tota hac m̃ria hanc esse, quòd aut ex testificatu, & sententia ferẽda illo iudicio immediatè acquiritur ius testificanti, & repellitur à testimonio, quia æquè principaliter sua interest, aut non acquiritur ius immediatè, sed tñ mediatè, & tunc admittitur. Vndè cum in casu nostro ius ex sententia ferenda non possit immediatè acquiri particularibus de Vniuersitate Viculi, aptissimè illum decidit Fely. post Bal. pro nobis.

Rol. in d. conf. 72. num. 3. minùs debuit in oppositum allegari, ex quo adducit ibi solummodo rationem dubitandi, & in sequenti numero opin. nostram, & cõmunem * expressim amplectitur, & multis exornat.

Nat. in conf. 522. num. 8. nihil officit, quia loquitur in casu quo singuli de Vniuersitate Tongi prætẽdebant ire venatum inuitis dominis, & sic ex sententia ferenda ius immediatè acquiri debebat vnicuique, & est similis casus antedictis de pascuis, & nemoribus. Et in conf. 572. n. 56. tractat de causa nemorũ vertente inter hoĩes de Barga, & hoĩes de Clebc, cõtendentibus vtrisq; ius habere lignandi, & sic de immediato cõmodo singulorum, sub nume. autem 58. dicit tantùm, quòd non sunt testes omni exceptione maiores propter aliqualem affectionem, quam præsumuntur habere ad causam.

Didac. d. c. 18. pract. quæst. n. 4. nihil discrepat à cæteris supra relatis, nam in causa nemorũ, & pascuorum ad particularem vsum cuiuslibet de Vniuersitate pertinentium, testes nõ admitti cõcludit, ex cõi * oĩum opin. quam, & nos verissimam fatemur; at in causa territorij, vel iurisdictionis ad Vniuersitatẽ spectantis, vel in causa quoque nemorum, aut pascuorum locari consuetorum, & quorum affictus in publicum ærarium immediatè redigi solet, contrariũ affirmat, vt videri põt, & per consequens nostras tuetur partes; nam vtsup. dictum est, redditus Vniuersitatum debent semper in vtilitatem omnium de Vniuersitatibus ipsius conuerti, quod etiam probant optimè tex. in l. nè splendidissimæ, & l. seq. C. de operi. pub.

Hipp. Rimi. conf. 26. nu. 40. loquitur in causa immunitatis, quam prætendebant habitantes in Villis Gallorum, & Suzzorum, in qua omnes nõ esse testes habiles existimat, propterea quòd immunitas illa singulos tangit, vt in cã nemorũ, & pascuorum, & sic non attingit casum ñrum.

Menoch. allegato cas. 106. num. 13. loquitur in causa nemorum, & pascuorum vtsup. in qua testes repelli ait, vt alij omnes, nec obstare quòd cõmodum in consequentiam sentiant; intelligit enim illud commodum esse in consequentiam, quod singuli de Vniuersitate habituri sunt lignãdi, & pascendi animalia sua. Sed re ipsa hoc nõ in consequentiam, sed principale cõmodum est, & emolumentum, atq; immediatum, vt cæteri oẽs declarant. & satis clarum est, ex quo per publicos suos officiales, & ministros nihil percipit Vniuersitas, ex doctri. Salyc. in d. l. parẽtes, cum concord. licèt ergo benè dicat Menoc. in concl. quam firmat, malè nihilominus dicit, & æquiuocat appellando consequens commodum, id quod est principale.

Descendo nunc ad eos, quos in terminis citare profitetur D. Aduocatus Molarum. Fulg. in cõsil. 174. nu. 2. verè loquitur in causa onerum, sed nil aliud adducit, nisi quòd singuli commodum expectant, quia tantò minùs grauabuntur, sed non attingit difficultatem negotij, quæ consistit in eo, quòd istud commodum venit tñ in cõsequentiam, & non est considerabile, ut cõiter tenetur, & allegat solum doct. in d §. Vniuersitatis, & in d. l. parentes, qui distinguendo vtsup. intentionem nostram comprobant, vt vidimus.

Afflict. in decis. 400. à princ. vsque ad num. 6. refert cõem distinctionem, & sub nu. 2. 3. tenet, vt cæteri, quòd si honor, & cõmodum ad Vniuersitatẽ spectat principaliter, in cõsequentiam autem ad particulares, sunt in testes admittendi. Verum est, quòd dum sub nu. 6. infert ad casum illius quæstionis, de quadam gabella, quã Vniuersitas Baroli exigere prætendebat in subsidiũ solutionum fiscalium, ad quæ singuli tenebãtur pro eorum ratis, tenet quòd testes de illa Vniuersitate non essent idonei, ex quo cõmodum principaliter ad ipsos spectabat, vt singulos. Sed mirum non est, quia cum illa pecunia exigenda ex gabella solui deberent debita particularia, idest ratæ prædictæ solutionũ fiscalium cuilibet indictæ,

indictæ, quod est longè diuersum à casu nostro, in quo exactio fienda est Vniuersitatis noíe, & eiusdē debitū soluendum. Est ēt aduertendum quod Sac. Consil. in eo casu non censuit testes Vniuersitatis prorsus inhabiles, sed tantūmodo probationes partis aduersæ illis præpōderare, & præualere, vt in fi. legitur, & sic testes ēt Vniuersitatis aliquam facere probationem.

Ias. in l. 2. §. patronum, nu. 7. vers. 3. limita, loquitur in casu quo Vniuersitas conuenitur pro debito, quod à particularibus immediatè soluēdū venit, & sic principaliter damnū eis certum imminet, & in eisdē terminis loquitur Bald. in c. tertio loco, nu. 4. de probat. & in d. consf. 443.

Fely. in d. c. insuper, nullum verbum facit de causa onerum, sed pro nobis in cæteris concludit, vt dictum est.

Rui. in consf. 12. nu. 9. loquitur in casu, de quo Ias. & Bald. proximè relati.

Rimin. loco præcitato, nil aliud tractat, quàm quod sup. diximus, ac etiam Rolan.

20 Nat. in consf. 520. nu. 15. 16. verè loquitur contra nos in causa onerū, sed nil pro dicto concludens adducit, nisi regulā totiens repetitā, quod vbi de vtilitate singulorum principaliter agitur, testes esse non possunt, licèt causa Vniuersitatis nomine ducaē, quæ non seruit ad propositum.

Dum aūt subdit principaliter agi in casu nostro, de vtilitate singulorum, ex quo minùs grauabūtur, si ille qui exēptionem prætendit succūbat, malè sentit, quia imò in consequentiam venit, & testes ipsos repellere non potest, vt ex multis ostēsum fuit, & latissimè probat idē Nat. sibi in hoc contrarius citato consf. 537. à nu. 44. vsque ad n. 51. vbi rationes, authoritates, & cōes opi. in medium affert, & sic magìs deliberatè, & maiori cum maturitate nostras sectatur partes.

Crau. de antiq. temp. loco præcitato, & in alia impressione, sub nu. 159. & 160. primæ par. vbi declarat dictū Alex. in consf. 68. ex mente eiusdem in consf. 99. lib. 5. quem refert, & sequitur Menoc. d. cas. 106. sub nu. 15. loquitur in casu, quo pro debito cōis soluēdo certum est collectā immediatè imponēdam esse, in quo ēt loquitur Ias. post Bal. in locis præcitatis, & quos etiā citat ipsemet Crau. Ideò conuenit responsio sup.

21 relata. † Quinimo faciunt pro cōi opin. quā tradit ibidem Crau. dum contra Corn. tenet religiosos esse testes idoneos in causa Monasterij sui, datò quòd singuli commodum sint percepturi ex victoria, cum ex redditibus ipsius Monasterij alantur, in qua materia latè consuluit Ioan. Baptista Ferre. consf. 150.

22 Declaratio aūt memorata ad consil. Alex. 68. nu. 2. nullo pacto quadrat, nam licèt in d. consil. 99. inter alia fundamenta pro testib. Vniuersitatis sustinendis cōsideret incertitudinē lucri eis obuenturi, ex vsu nemorum, quæ contendebantur, non tamen conuenit materiæ collectarum, de qua in d. consf. 68. in quo pro constanti præsupponit lucrum certum, in eo consistens, quòd minùs collectari, & grauari debeant testes si Vniuersitas obtineat, & nihilominus admittēdos docet, nō ratione incertitudinis, vt in causa nemorum prædicta, sed eò quia lucrum illud in consequentiam venit, vt ipsemet declarat. Malè igitur sentit in hoc Crau. & eum sequutus Menoch. & contra expressa verba, expressosq; terminos Alex.

23 Non omitto quòd Menoc. eodem in loco erroneè quoq; tenet, quòd & si testes commodum tantū in cōsequentiā sentire possint, & indirectè, vt in casu nr̄o, sint tū reijciendi, & allegat Fulg. Bal. Afflic. Ias. & Crau. sup. relatos, quorum tū nemo est, qui talem firmare cōclusionē ausus sit, cū sit contra plura iura præallegata, atq; cōem, & passim receptam sententiam. Imò in casibus, in quibus illi tractant, conantur ostendere commodum principaliter, & immediatè spectare ad singulos de Vniuersitate, vt eos fide penitus carere ostendant. Caret igitur hæc Menoch. propositio omni fundamento, & ratione.

Ex omnibus itaque authoribus suptadictis in oppositum citatis, nullus ferè est, qui cōmunem distinctionē non approbet, quiq; nostrā in præsenti causa intentionem non iuuet, vt iam satis aperuimus. Quocirca dubitandum nō est, quin vera loquātur illi amplissimi patres, quos in prioribus scriptis adduximus.

24 Quibus nunc etiā ex abundanti videndos omnino addimus. Bal. in præallegato consf. 443. in 5. concludentem, illud non esse interesse considerabile testium de Vniuersitate, quod efficit, vt minùs collectentur, & grauentur, quàm aliàs grauati fuissent; & sic decidentem casum nostrum, in terminis, & rursùs in consil. 468. nu. 6. lib. 3. asserentem opin. communem esse, quòd testes Vniuersitatis admittantur, si immediatum cōmodum non sentiunt, & cousf. 420. nu. 6. li. 1.

Rube. in consil. 9. nu. 12. vbi in terminis causæ onerum, & collectarum tenet cum Alex. in d. consf. 68. reprobata opin. Fulg. in d. consf. 174.

Nell. in tracta. de testib. §. in causa Vniuersitatis, nume. 13. vbi communem opin. hanc esse attestatur, quòd testes de Vniuersitate sint idonei in causa collectarum.

Ioan. de Amic. in consf. 8. à num. 25. vsque ad num. 31. qui opin. nostram in proprijs terminis collectarum sequitur, multis cōmprobat argumentis, veramq; & cōmunem demū attestatur.

Ioan. Bapt. Ferret. in consf. 150. num. 5. vsque ad num. 10. vbi multa exempla, & rationes pro hac sententia adducit.

Franc. Marc. decisf. 93. nu. 4. 5. qui notabiliter in materia loquitur.

Hier. de Mon. in tract. fi. regun. cap. 58. vbi

mulia ad propositum congerit, & de causis collectarum etiam tractat post Ioan. de Amic. præcitatum,& communem* opin. illam esse asserit, vt testes prædicti idonei sint, quamuis ipse cum Cepol.deinde sentiat,non esse omni excep.maiores,nec plenam fidem facere,quod tamen cõi sententiæ repugnans fatetur ingenuè.

Purpur. loquens etiam in causis collectarum conf.161.num.30.

Hippol. Riminal.conf.265.qui in notabili casu consuluit, pro hominibus quarundã Vniuersitatum, quos Clerici conueniebant ad præstationem primitiarum, & per testes earundẽ Vniuersitatum consuetudinem in opposittũ probari tuetur, sub num.19.20.21. non obstante, quòd singulorũ interesse id tangeret. Plures alios consultò prætereo nè longior sim, quam deceat.

25 Non tamen silentio inuoluam pro cõfirmatione secundi fundamenti in priorib. scriptis,quòd cum modica vtilitas, & modicum præiudicium, singulis de Vniuersitate ab exitu præsentis causę resultare queat,ad testificandum in ea apti prorsus, & idonei sunt, sidemq; merentur indubitatam, & si in causa grauiori secùs forsan dici posset; quod tamen negamus nos per supradicta; Hanc cõclusionẽ in terminis nostris vltra Alex. Abba. & Dec. iam citatos firmat Feli.d.c. Insuper, sub num.6. in 5. fallen. Ioan. Bapt. Ferret. d.conf.150. sub num.8.iura,& authoritates pro ea allegans Pasef.conf.25. nu.2. verf. vel etiam in re modici momenti. Et huic fundamento nullum dedit responsum Dominus Aduocatus Molarum.

26 Et ad id, quod tertio loco ponderabam, numerum testium supplere penitus defectũ illius affectionis, quam testes istos ad causam habere posse contrasentientes autumant, videndus est etiam vltra allegatos in propria specie. Dec. in c. tertio loco, nu.11. de probat. Pasef. vbi sup. verf. item & quando sunt plures. Crau.d.tract. par.1.num.257.& seq. vbi multos adducit concord. & in hanc sententiam doct. conuenire* testatur,& Riminal.d.conf.265.nu.21.

Volens autem hoc argumentum euitare pars aduersa, respondet numerum non supplere defectum in casu nostro, quia testes in totũ repelluntur, sed quia superiùs abundè ostensum fuit tantum hoc à vero abesse,vt imò indistinctè admittantur,& à cæteris non differant, vana apparet eius responsio.

27 Nec verum est, quòd laudem, vel vituperium expectent testes in fine litis in nostra specie, ex eo,quòd ad constituendum Syndicum in causa interuenerit cum cæteris de Vniuersitate, nam pro dicto nihil allegat d. Aduocatus; Ego verò in contrarium adduco in terminis Pasef. d.consil.25.nu.2. verf. nec possunt Moniales,vbi nullam laudẽ, aut vituperium ex actu collegialiter facto resultare posse affirmat. Imò verò nec cõsiderabilem affectionem ad causam ob id insurgere, quæ testi noceat, tradit Ferret. præcitato consil.150. num. 9.

Verùm superest offendiculum submouendum de doctr. Bart. in oppositum citata, & ponderata in l. ambitiosa, sub nu. 19. de decre. ab ordi. facien. vbi principaliter id fieri affirmat, ad quę finis intẽtionis agentis dirigitur. Sed perquam facilè tollitur, nam primò negatur finem intentionis Vniuersitatis in casu nostro esse,minuendi onera singulorum, quis enim hoc reuelauit D. Aduocato asserenti?

Enimuerò eam potiùs fuisse dicimus, prout esse debuit,vt omnes possidẽtes ibi prędia,suam debitam portionem onerum ferant, & bona illis obnoxia nõ euadant indebitè immunia, & exẽpta, ac denique vt iustitia distributiua non lædatur,sed conseruetur. Quicquid autem exinde sequitur, non principaliter, sed in consequentiam venit, & in consideratione nõ habetur per

28 supradicta. † Præterea doctri. illa Bart. plura capita complectitur, nam principaliter quid fieri posse pluribus modis probat; primò, secundùm ordinem naturæ; secundò, iuxta ordinem temporis; tertiò secundùm ordinem intellectus, & id quod dicit de fine intentionis procedere tantùm attento ordine intellectus declarat, ordini autem temporis, & naturæ proculdubio repugnat, & per consequens, si naturæ, aut temporis ordinem inspiciamus, nulla cadit dubitatio, quin ptincipale sit commodum Vniuersitatis in nostra specie, & consecutiuum commodum singulorum.

29 Sed clariùs in materia nostra distinxit principale commodum, & interesse à secundario. Felyn. in d.c.insuper, sub n.7. verf. & posito quòd esset,volens, tunc esse principale,quãdo ius immediatè ex sententia lata alicui quęritur; secundarium autem, quando mediatè; At in nostro themate non acquiretur ius immediatè singulis ex sententia pro Vniuersitate ferenda, quia imò executio ad instantiam ipsius tãtùm venit committenda, vt notissimum est, non verò cuiuslibet particularis, quia particularibus ipsis nihil soluere tenebuntur Molæ, per tex. in l.sicut. §.si quid vni. vbi Castren. & alij. ff. quod cuiusque vniuer. Fely. etiam refert, & sequitur Menoch. d. caf. 106. nume. 4. versic. adferri etiam solet, qui videatur.

Remanet ergò Vniuersitatis Viculi intentio iuribus, rationibus, & authoritatibus roborata, atque à contrarijs omnibus defensata. Meritò pro ea pronunciandum venit, prout admodum Reuerendũ Dominum meum pronunciaturum confido, quandoquidem iam lux in tenebris lucet, vt ab exordio polliciti sumus.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Voluntas testatoris semper est sequenda, omnibus praualet, ac dominatur.*
2 *Et per indicia, & coniecturas probari potest.*
3 *Siue de exequenda, siue de reuocanda, aut mutanda dispositione tractetur.*
4 *Et tacita idem operatur, quòd expressa praesertim circa legata, & fideicommissa, quicquid sit de haeredis institutione.*
5 *Scriptura manu testatoris confecta, quamuis priuata, mentem, & voluntatem ipsius plenè probat.*
6 *Dubiamq́; declarat.*
7 *Testamentum imperfectum voluntatem testantis nihilominus indicat.*
8 *Maximè in adimendis legatis.*
9 *Testamentum imperfectum, licèt actionem non pariat, exceptionẽ tamen parit, quia ex eo nascitur naturalis obligatio, tam in foro contentioso, quàm anima.*
10 *Voluntas testatoris ex eo etiam colligitur, quod si viueret verosimiliter disponeret, praesertim in inopinatis, & impraemeditatis casibus.*
11 *Cessante causa legati, cessat legatum.*
12 *Interpratãdo dispositiones cuiuscunq;, & maximè testatorum, primò voluntas, secundò verisimilitudo, tertiò verba attendi debent.*
13 *Praefatio disponentis mentem indicat.*
14 *Communio discordiam parit.*
15 *Arbitri sunt ad instar iudicum.*
16 *Arbitri pro bono pacis possunt manum apponere ad non contenta in compromisso.*
17 *Atq; iustitiam alterius partis laedere.*
18 *Pax multa bona inducit, remissiuè.*
19 *Ideò multa quoq; habet specialia, & priuilegia, remissiuè.*
20 *Legatum vsus quid contineat? remissiuè.*

Pro Nobili D. Carolo, aliàs Vgolino Lalatta.

EPITOME.

Testamentum imperfectum testatoris voluntatem mutandi, vel reuocandi legati probare, & priuatam quoq; scripturam, eiusdem mentem indicare, & dubiam declarare.

RESPONSVM XCVI.

AD cognoscendum an debeatur legatũ rum in restamẽto R.q, D. Antonij Lalattę Mag. D. Albę eius sorori per hęc verba factum. (Nam D. Albae sorori meae dilectissimae, & honestissimae quoad vsq; in terra viuentium perstiterit, habitationem liberã ad eius electionem, & votum, & totius supellecti-

lis, Palatij, hortorum, & bonorum oĩum vsum vnà cum nepte nostra cõmuni, ac Vgolino eius viro, & albino similiter, lego, & perlibenrer ex nunc assigno) rritas conclusiones praesuppono,
1 † quòd voluntas testatoris semper est sequẽda,
& oĩbus praeualet, ac dominatur, & totum facit
l. in conditione primum locũ, & l. ex pacto proponebatur, §. rerum de cond. & demonstr. cum
multis similibus congestis per Tiraq. in rep. l. si
vnquã in ver. liberos nu. 42. C. de reuocan. don.
2 † Quodq́; eadem testatoris volũtas per indicia,
& coniecturas probari potest l. cum virum C. de
fideic. l. licèt Imperator, vbi Bart. & alij ff. de leg.
2. l. cum proponebatur; & l. qui solidum eo. titu.
Dec. in l. precib. nu. 14. C. de impub. cum vulg.
Alb. cons. 19. nu. 8. & cons. 110. nu. 2. vbi veram
etiam probationem hanc coniecturalem asserit
3 Ceph. cons. 37. nu. 10. cum plur. seqq. vol. 1. † &
etiam procedunt quamuis de mutatione eiusdem voluntatis tractetur, putà de legato reuocando, vel aliqua ex parte immutando, vt probant iura aperta in l. 3. in fi. ff. de adimp. leg. & l.
in ipsis C. fam. herciscun. & vtrobiq; glo. Bart. &
4 Scriben. omnes not. quibus sufficiat remissio. †
Idemq́; operatur talis racira voluntas, quod expressa, praesertim circa legata, & fideicommissa quicquid sit de haeredis institutione, vt habetur, & notatur in locis proxime citatis, & in l. si seruus plurium §. filij de leg. 1. Menoch. de arbitr. iud. cent. 3. ca. 256. nu. 17.

His stãtibus, aliud facti suppositum facio, quòd postquàm R. D. Antonius testamentũ suum pręddictum in scriptis primo cõdiderat, & in nuncupatiuum deinde, cum haeredis mutatione verterat, aliud cępit manu sua propria conscribere, & diuersis apostillis munire, & quasi limare; quã plura mutando, & alterando ex dispositis in dicto suo testamento, prout temporum, & personarum conditio requirere videbantur, vt suam tãdẽ vltimam voluntatem perfectam ederet; sed morte subitanea praeuentus, nequiuit opus perficere; & in hoc testamento imperfecto reperitur legatum memoratum D. Albae immutatum, & ad formã infrascriptã redactũ (Itẽ casu quo D. Alba soror mea dilectissima, & honestissima superuiuat viro suo D. Angelo Bosello, & vidualẽ ducat vitã, volo, & mando, quòd habitationẽ cõmodam in aedibus, & Palatio meo Lalata ad ipsius sororis votum consequi possit, & obtinere pro persona sua rantùm, vnà cum serua, quousque in terra viuentium degerit, ramquam domo propria, & non habitationem tantùm vt supra, sed & rerum, & suppellectilis meae vsum honestum) exiat autem scriptura ista testamenti imperfecti, quod fuit exhibitum, & si in dubium reuocari contingat, per litterarum comparationẽ, aliasq́; legitimas probationes facillimè verificari posse supponitur.

Hinc ſequitur conſtare voluntatem teſtatoris
mutatam. quippe qui legatum ad caſum uidui-
tatis dũtaxat reſtringat, & conſtare dico, nedum
per inditia, & conicc̃turas, vt ſufficere diximus,
ſed per apertas, & indubitatas probationes.
5 † Enimvero ſcriptura manu teſtatoris confecta
quamuis priuata ſit, eius tamen mentem, & vo-
luntatem plenè probare dicitur. l. alimenta.§.1.
6 vbi Bart.not.ff.de alim.& cib.leg.† & vbi aliqua
ex parte dubia ſit, eam declarat Iaſ.in l.qui filia-
7 bus in prin.nu.5.de leg.1. † Quod ſi in qualibet
ſcriptuta priuata hoc recipitur, multò magis in
ſcriptura teſtamenti imperfecti admittendũ eſt,
per quod volũtatem ipſam diſponentis liquidò
probari iure cautum eſt. l.fin. vbi Bart.Bal.& alij
ſignant. ff.de re.co. l.in teſtamento,& ibi not.de
fideicommiſſi liber. Bart. in l.2.§.teſtamentum.
ff. quemadm. teſtamenta aperiant. Rom. conſil.
129.nu.11.Iaſ.in conſ.217.col.12.verſ.16.facit
vol.2.& cõſ.127.nu.5.vol.4.& in l.nemo poteſt
nu.76.de leg.1.Boer.deciſ.172.num.22.Crauet.
conſ.113. nu.6.Rui.conſ.98.nu.6.lib.3.& conſ.
160.num.9.10.11.eo.lib. Bart.conſ.5.num.3.&
conſ.28.nu.1.Nat.conſ.306.nu.7.lib.2.Menoc.
de arb.iud.cẽt.2.ca.171.nu.70.Vaſq.de ſucceſs.
Progreſ.lib.2.in præfat.num.20.cum tribus ſeq.
8 Alb.conſ.4.num.42.& conſil.110.nu.7. † bonus
tex.in materia ademptionis legati in l. & ſi trãſ-
feram. ff. de adim. leg. Non eſt igitur ambigen-
dum, quin legati antedicti reſtrictio locum ha-
bere debeat, & per conſequens non poterit hoc
tempore Magnificus Dominus Vgolinus hæres
vniuerſalis cogi ad illud præſtãdum cum D. An-
gelus adhuc in humanis degat.

Et confirmantur prędicta alia vera,& cõmuni
concluſione, qua proditum eſt, ex teſtamẽto im-
perfecto, nullo,& prorsùs inualido, oriri nihilo-
minus naturalem obligationem, cuius virtute,&
ſi actio non detur, exceptio tamen, & retentio
competit, tàm in foro contentioſo, quàm animę
glo.Bart. & Doct.in d.l.nemo poteſt, vbi Iaſ.la-
tiſſimè, nu.76. vſque ad numerum 80. in prima
lectura, & num. 97. vſque ad numerum 108. in
ſecunda. Vndè ſuccedit, quòd hæres Palatium,
& alia bona hæreditaria poſſidens, illorum habi-
tationem, aut vſum nulla ratione pręſtare d.Albę
adhuc nuptæ, teneatur.

10 At verò his oĩbus † circũſcriptis, animaduer-
tat q̃sò R.D.Vicarius Cõſultor electus, quòd te-
ſtatoris voluntas non ſemper ex verbis, aut men
te, & ex inditijs apparentibus ellicitur, & depro
mitur, ſed potiùs ex eo, quòd ipſe ſi viueret ſu-
per caſibus inopinatis impremeditatiſq́ue iudi-
caret, ac diſponeret glo. eſt percelebris, quam
Doct.omnes ibi ſequuntur in l.tale pactum.§.fi.
ff.de pact. Iaſ.conſi.4.num.1.libro primo. Vaſq.
de ſucceſs. creat.libro ſecundo,§.1.numero 35.
cum ſim. Quodq́ue ſi hoc tempore viueret Re-
uerendus D. Antonius teſtator, & cerneret ma-
gnam iſtam diſcordiam exortam inter familiam
de Boſellis, & D. Vgolinum eius hæredem vni-
uerſalem occaſione bonorum ſuorum, nulla cer-
tè ratione induci poſſet ad legandum d. Albæ
habitationem, & vſum memoratum, quibus cer
tè non indiget, & quorum occaſione grandia
ſcandala inter partes prædictas facilè oriri poſ-
ſunt, præſertim ſi ipſa in Palatio hæredita-
rio habitaret, & prætenderet ſortè, quòd mari-
tus, & filij cohabitare poſſent; & his rectè per-
penſis, nõn dubito, quòd ipſius teſtatoris men-
tem ita interprętatur, vt verba prioris legati ſo-
nant; cum potiùs, ita ſemper interpretanda ſint
nè abſurdum, & inconueniens inde ſequatur
11 Aym. conſilio 62.numero 9. † & eò magis con-
currit in hoc caſu veriſimilitudo, ita diſponen-
di, ex quo ceſſat cauſa, ob quam teſtator induci
potuit ad cupiendũ, vt d.Alba cohabitaret cum
d.Catherina nepte communi tũc pupilla, quam
eius curæ,& educationi, matris loco, committe-
bat, vt in teſtamento legitur. Etenim D. Cathe-
rina mulier nunc effecta, liberos proprios, edu-
cat, & cum D. Vgolino eius viro degens aliena
cura,& regimine non indiget. Nimirum ceſſan-
te legati cauſa, ceſſare quoq; legatum ex veriſi-
mile teſtatoris mente debet l. etiam ſi patris ff.
de leg. 1. Tiraquel. in tract. ceſſan. cau.par.1.in
verſ.legati.

Ex ſupradictis igitur colligo, quòd de volun-
tate teſtatoris conſtat nolentis legatum purè, vt
ſcriptum in teſtamento reperitur, ab hęrede prę
ſtari. Quodq́; veriſimile eſt teſtatorem hodie, ſi
viueret, aliter potiùs diſpoſiturum, hoc eſt eo
modo quo in teſtamento ſuo imperfecto ſupra
relato legitur.

12 † Vndè cum in diſpoſitione, & maximè in diju
dicandis teſtantium diſpoſitionibus primum lo
cum voluntas, ſecundum veriſimilitudo, ter-
tium verò,& vltimum verba obtineant, Cagn.
in l.ſemper in obſcuris num. 5. 6.7.de regu.iur.
Vaſq.in tract.de ſucceſſ.progreſſ.in præfa.lib.1.
num.19.& in §.ſecundo num.10.& §.25.num.
33. lib. 9. cum concord. certo certius eſt verba
legati prædicti in noſtra ſpecie non eſſe atten-
denda, quibus duo efficaciora vincula præua-
lent,& quorum etiam vtrunque præualeret per
ſupradicta.

Vltimò conſiderandum eſt hac in re, quòd Re-
uerendi Domini Conſortiales ſuperuiſores, &
fautores, ac defenſores in teſtamento conſtitu-
ti, quibus iudicandi munus incumbit, tenentur
in primis,& ante omnia ſtudere paci, & con-
cordiæ hæredis, & legatariorum, omniumq́ue
in teſtamento ipſo honoratorum; prohibereq́ue
nè iurgia, rixæ, & contentiones inter eos
oriantur, & ortæ quamprimum ſuppriman-
tur, fuit namq; hæc finalis cauſa, vt conſtitue-
rentur

13 tentur † ſicuti præfatio huic capitulo antepo-
ſita indicat l.fi.ff.de hæred.inſtit.& alia ſigna per
Tiraq.relata in d.tract.ceſſ.ca.par.2.lim.1.Et ad
hunc effectum data fuit,& tributa ipſis ampliſſi-
ma poteſtas,nedum interprętandi,& declarandi
diſpoſita in teſtamento,ſed etiam addēdi,& mi-
nuendi prout ipſemet teſtator in humanis agēs
facere poſſet. Quib. ſtantibus,cum manifeſtè li-
queat ex cōi habitatione, & promiſcuo vſu bo-
norum de quibus in legato prædicto, diſcordias
14 incrementum accepturas. † Communio. n.di-
ſcordias parit l. cum pater, §. dulciſſimis de leg.
2.& ibi Scrib. conuenit certè illorum officio pro
hibere omnino eādem cohabitationem,& cōio-
nē.Quod qua ratione fieri poſſit, ſupra oſtēſum
eſt,ſequendo ſcilicet diſpoſitionē legati in teſta
mento imperfecto inſerti,aut aliter facultate ip-
ſis conceſſa vtendo,prout eorundem conſcien-
tiæ,& prudentiæ videbitur.

Et vt promptiores ſint iſti RR.Dñi ad viam pa
cis,& concordiæ,meminerint,quòd arbitri; qui
multò minorem habēt authoritatem, quàm ipſi
15 habeant † cum ſint tñ inſtar iudicum l. 1. de re-
16 cept.arb.†poſſunt tamen pro bono pacis appo-
nere manum ad non contenta in compromiſſo,
c.niſi,& ibi Butr.not.de Præben.Corſet.in tract.
17 de priu.pac.nu.2.verſ. 2.adduco, † Pariterq; iu-
ſtitiam alterius partis lædere c.de his q̃, vbi glo.
& Abb.in vlt.not.de maior.& obed.Corſ.vbi ſ.
nu.3.verſ.4.adduco,Nouell.in ſua pract. cau.eri
18 min.in fi.nu.61.& nu.11.†Pax etenim multa bo
na inducit,quæ recenſet Bal.in ti.de pac.conſta.
§. hæc ſunt nomina in verſ. pax & Nouell. loco
19 præcitato nu.41.†& ideò multa quoq; habet ſpe
cialia,& priuilegia,quæ per Corſet. in d.tract.&
Nouell.vbi ſ,Barb.conſ.1.col.pen.uol.3.Alciat.
in tract,de verb.ſigni.li.1.nu.115. enumerātur.
Pro interpretatione aūt legati vſus ſacti D. Al-
bæ(quatenus valere poſſet) vidēdus eſt Cepol.
de ſer.ruſti.prædio.c.5.nu.45.& an omnia bona
hęreditaria,an ea ſolùm,quæ ſunt in palatio? re-
curri debet ad coniecturatam teſtatoris volunta
tem, quæ ex dicto teſtamento imperfecto rectè
colligitur, vt latè deductum eſt,meritò cum illa
verba(bonorum omnium)dubia ſint, & non ſa-
tis conſtet an ad omnia bona hæreditaria,an ve-
rò ad omnia bona in Palatio exiſtentia referan-
tur?& in teſtamento imperfecto clariùs exprima
tur,quòd ad vtenſilia, & bona exiſtentia in Pala
tio tantùm,concludendum eſt,quòd nec in prio
ri teſtamento plus legare teſtator voluerit.D.Al
ba ceſſauit ab inſtantia facta pro excutione lega-
ti, & hæres totam poſſedit hæreditatem paci-
ficè.

Conſil. Lud. Sacc.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad mortem naturalem effi
citur ſeruus pœnæ.*
2 *Seruus pœnæ factionem teſtamenti, nec
actiuam,nec paſsiuam habet.*
3 *Poteſt tamen ei relinqui ſub conditione, ſi gratia
Principis fuerit reſtitutus.*
4 *Sententia condemnatoria de qua ſupra,& incapa
citas,ſunt ſicut cauſa,& cauſatum, ideo illa du-
rante,& hac quoq; durat,& econtra.*
5 *Ad remotionem cauſæ,remouetur effectus.*
6 *Cauſa ſinè effectu non datur ,ſicut nec effectus ſi-
ne cauſa.*
7 *Incapaces aliqui,poſſunt tamen ad aliorum benefi-
cium acquirere,ſed non ſerui pœnæ , ex quo non
ſunt capaces tituli,nec emolumenti, cum incapa-
citas nō proueniat à ſola indignitate , ſed à morte
pluſquā ciuili, quæ parificat eos homini mortuo.*
8 *Pugnātia in eodem ſubiecto dari, aduerſatur,tam
naturalibus,quàm ciuilibus regulis, ex ſententia
Philoſophorum,ac Iuriſtarum.*
9 *Ius quæſitum non poteſt Princeps tertio auferre ſi
nè iuſta, & rationabili cauſa ,ſecundùm veras,
& communes ſententias.*
10 *De plenitudine verò poteſtatis ſecus videtur.*
11 *Sed ſi ea vtitur ſinè rationabili cauſa,peccat mor-
taliter.*
12 *Seruus pœnæ ſubſtitutus per fideicommiſſum,ſi ca-
pax ex gratia Principis effectus fuerit,non poteſt
per ipſum Principem habilitari,& capax fieri,ni
ſi gratia reſtituatur.*

Ad Mandatum Sereniſs.D. Ducis Rainutij.

EPITOME.

*Seruus pœnæ ſubſtitutus per fideicommiſſum,ſi ca-
pax effectus fuerit,non poteſt per Principem ha
bilitari ad ſucceſſionē in præiudicium grauati,
niſi gratiæ plenariè reſtituatur.*

RESPONSVM XCVII.

Sereniſsime Princeps.

IN ſupplicatione per hāc nobilē mulie
rē exhibita,alterū de duobus petitur,
aut eius p̄rem nunc ſ̄rnæ hæreditatis
incapacem,ad gr̄am C.V. reſtitui, &
reītegrari abſolutè, & indiſtinctè,ita vt capax in
cōſequētiā fiat, aut ſaltē ad effectū tm̄ obtinēdi
ab inſtitutis primo gradu reſtitutionē dictę hr̄di
tatis, eūq; reſtitutū,&reintegratū declarari, & ſic
hr̄ditatis,& bonorū ī ea cōp̄hēſorū capacē,ſucceſ
ſiueq; durāte īpedimēto p̄ris,liberā ipſi ſupplicāti
hr̄ditatis, & bonorū p̄dict. adminiſtrōnē d̄cerni.

Vt autem votum meum super rescripto fiendo, iuxta mihi demandata per C.V. proferam, illud
1 præmitto,† Patrem supplicantis per sententiam condemnatoriã de eo secutam, seruũ pœnę effectum fuisse, & in tali seruitute nunc carceratum reperiri, l. quod ad statum.ff.de pœn.l.si quis filio. §. irritum de iniust. rup. testa. & ibi Bart. &
2 cæteri.l. 1. vbi omnes.C.de hæredi.instit.† Quibus in locis id quoq; dispositũ est, eum q seruus pœnæ effectus est, factione testamenti priuatum existere, tam actiuè, quàm passiuè, & ita nec testari posse, nec ex testamento capere, quod habetur, & in l. quidam sunt. eodem tit. de pœn. Spec. in ti. de execut.sentent. §. t. ad fi. Clar. in §. testamentum.q.21.Cum igitur in testamento in precibus memorato grauauerint testator primos hæredes institutos ad restituendum hęreditatẽ fratri condennato, & incapaci vt sup. si qñ
3 Principis gratiæ fuerit restitutus,(† quod pmissum est l.in tẽpus, vbi glo.& doct.de hæredi.insti.doct.in l. Gallus. §. & quid si tantùm, de lib. & posth.) Nulli dubium quòd si C. V. placuerit dictum condemnatũ plenè gratiare, & sic primã petitionẽ exaudire, quod cõditio substitutionis purificabitur, & cogentur primi hæredes hæreditatem huic capaci effecto restituere, iuxta testatoris voluntatem, & hac via supplicans voticompos omnino efficietur.

Cæterùm super secunda petitione plurimũ est ambigendum, nã si C. V. gratiam omnimodam condemnato facere negauerit, nec voluerit eum gratiæ suæ restituere, sed in eo statu relinquere, & dimittere, in quo reperitur respectu seruitutis pœnæ antedictæ, quõ capax restitutionis fideicõmissi, & fraternæ hęreditatis fieri possit, nõ video; qñquidem sñia cõdemnatoria inducens
4 seruitutem pœnæ, & incapacitatis, † sunt inter se, vt causa, & causatum, quia à sententia ipsa causatur incapacitas, d.l. t.cum concord. Nimirum causa durante, & firma manente, manere quoque debet effectus, idest incapacitas. l. semper.§.negociatores.ff.de iu.immu.l.si cui.§.1.ex qui.cau maio.l.2.§.oẽs.de iud.Signo.consi.135. num.6. Tiraq. latè in tract. cessan. causa. par. 1. nu.17. Et è conuersò ẽt, præsupposita sñia prædicta, & testamento, dicendum est, quòd restitutio ad gratiam, & capacitas condemnati sint, vti causa, & causatum, si quidẽ ab ipsa restitutione
5 causari tñ potest capacitas; † ad remotionẽ igitur causæ, sequitur de necessitate remotio effectus, clem.1. vbi Imol.in 3.not.de regular.c.quia statuimus.§.his oĩbus.6 t.distinc. cũ cęteris per Tiraq. adductis loco præcitato, sub nume. 12.13.
6 † Dicere ergò, quod iste condemnatus remaneat seruus pœnæ, & per rescriptum fiat capax hęreditatis, nil aliud est, quàm dare effectum sinè cã, vel causam sinè effectu, quorum vtrunque, tam Philosophorum, quàm Legistarum, & Canonistarum regulis repugnat, vt videre est apud eundem Tiraq ibidem, sub num. 11. cum sequentibus, & alibi sæpè.
7 Nec considerari potest, quòd si capax non efficiatur quoad se, possit tamẽ quoad beneficium filiæ quoquomodo acquirere, nam licèt aliquibus incapacibus iura permittant, vt ad aliorum saltèm commodum capiant, his tamen qui sunt serui pœnæ, nullo modo concedunt, ex quo non sunt capaces tituli, nec emolumenti, quia non prouenit eorum incapacitas ratione solius indignitatis, sed ratione mortis plusquã ciuilis, vndè non possunt esse hæredes quemadmodum, si institutus fuisset homo mortuus, hæc sunt notabilia verba, Bal.in l. eam q̃, n. 18.C.de fideicom.
8 His accedat, quòd si iuxta petita, secundo loco rescriberetur, contraria quoque pugnantia in eodem subiecto darentur, nam eadem persona capax, & incapax eodem tempore reperiretur, quod tam naturalibus, quàm ciuilibus regulis aduersatur. l. 1. C.de fur. l.vbi repugnantia, vbi Dec. latè. ff. de reg.iu.& ibidem pleniùs Cagno. num.1. cum sequentibus, vbi Philosophorum, & Iuristarum authoritates adducit, & pluribus exemplis comprobat.
9 Sed magis aduertendum est, quòd supplicata in hac secunda parte, concedi non possunt sinè præiuditio tertij, & cum abiatione iuris quęsiti. Etenim hæredes primo loco instituti, non sunt grauati, nisi sub illa conditione, si condemnatus gratiæ C.V. restitutus fuerit, & sic de seruo effectus liber, & de incapaci capax; concedere ergo quòd eo manente seruo, & quoad alia de incapace, fiat capax ad effectum tantùm restitutionis fideicõmissi prædicti, nil aliud est, quàm ante purificatam eiusdem fideicommissi cõditionem hæredes cogere ad illud restituendum, & sic ius
10 quæsitum eis tollere, & auferre,† quod Princeps absque rationabili, & iusta causa facere non potest, secundùm veras, ac communes sententias, quas pleno calamo refert Gabr. in suis com.cõclus.tit.de iu.quæsi.nõ tol. conclus. t. & 2. Quod intelligo de ordinaria potestate; nam de absoluta fatendum est posse, quia vt inquit Bossi.in tit. de Princi. & eius priuil.num. 25.contrarium di-
11 cere esset contra stimulum calcitrare. † Benè verum est, quòd si Princeps vtitur plenitudine potestatis sinè causa, peccat, vt inqt Innoc.in c.Innotuit, de elect. & Pari.de Put.in tract. Syndic. in tit. de Reg.& Princ.excellti. quos refert, &
12 sequitur Boss. vbi sup. sub nu. 192. † Quoniam igitur nullam video causam in dicta supplicatione exprimi, propter quam possit C.V. induci ad rescribeñ. iuxta petita, & præsertim cum tertij præiudicio, sum voti, quòd si priori precum parti annuere noluerit, nec etiam secundæ annuere debeat, per suptadicta.

SVMMARIVM.

1 *Tatutum Notariorum Parmæ mandat exequi sententias, & pręcepta Proconsulū eius Collegij, appellatione, q̃rela, & nullitate pceßus qualibet cessante.*

2 *Tollit appellationem omni respectu, idest non solùm quoad effectum deuolutiuum, sed etiam suspensiuum.*

3 *Clausula in fi. posita refertur ad omnia pcedentia.*

4 *Vnica determinatio respiciens plura determinabilia, debet vniformiter ea determinare.*

5 *Statutum Lucanum tribuens Curiæ Notariorum similem facultatem cognoscendi, iudicandi, & exequendi appellatione, reclamatione, nullitate, & omni exceptione postposita, & reiecta, admittit tantùm supplicationem, non aliud remedium.*

6 *Distinguitur tamen an statutum dicat, non obstante appellatione, reclamatione, vel postposita, & reiecta, nam primo casu habet tantum effectum quoad exequendi facultatem, non obstante appellatione in se valida, & efficaci, secundo verò appellationem omni respectu tollit, & submouet.*

7 *Cessare importat, idem quod postponere, reijcere, & in totum tollere, submouere, & eneruare.*

8 *Coniecturis locus non est in claris.*

9 *Decis. Afflic. 261. in quibus terminis procedat, declaratur.*

10 *Eius est tollere cuius est condere.*

11 *Princeps potest tollere appellationem.*

12 *Appellatione remota, potest tamen grauatus ad superiorem per viam quarelæ confugere.*

13 *Vel per viam supplicationis.*

14 *Remota quarela, pōt tamē supplicationi locus esse.*

15 *Appellatione, & quarela sublata ex natura causæ, non ex dignitate personæ, supplicationi locus relinquitur.*

16 *Supplicationi locus non est vltra decendium, nisi sola Principis gratia, & clementia.*

17 *Dictio (Quatenus) conditionem importat.*

18 *Clausula, & non aliter, actum resoluit, & in totum annullat.*

Pro Honor. Collegio Notariorum Parmæ.

EPITOME.

De interpretatione Statuti Notariorum Parmæ appellationem prohibentis.

RESPONSVM XCVIII.

1 Viget statutum DD. Notariorum Parmæ tribuens Proconsulibus Collegij authoritatem, potestatē, ac bayliam cognoscendi, & decidendi omnes, & singulas lites ciuiles inter quascunque personas vertentes occasione artis notariæ, & dependentium ab ea, ac ēt cogendi ipsos notarios, quouis iuris remedio ad dandū, & tradendū Instr̃a, & scripturas, mercede mediante, his q̃bus p ipsos officiales fuerit ordinatū, pariterq; cogēdi eosdē ad obseruādū mādata q̃ eis fient occasione dictę artis, & dependeñ. ab ea; Item sñias, & pcepta per eos in pdictis, & circa ea ferēdas, & fienda exequi faciendi, & executioni mādandi, appellatione, q̃rela, & nullitate pceßus qualibet cessante, sup quo statuto dubitari cōtingit an à sñia ipsorū Proconsulū appellari possit, saltē quoad effectū deuolutiuū, & appellationi ab ea interpositæ teneātur ipsi deferre, nec ne? Et p affirmatiua rńdet Excell. D. Aduocatus Gazanighæ nonnullis fundamentis inferiùs submouendis.

2 Quibus nō obstantib. cōtrariā sñiam ego amplector, q̃a statutū memoratū re ipsa tollit appellationē oī respectu, nō aut respectu executionis tm̃, licèt de ea vltimo loco mentionē faciat. Enimuero clausula illa (appellatione q̃rela, &c.)

3 † posita in fine ad oīa pcedentia, q̃ vnica orone cōplectūtur, relationē habet. l. talis scripturæ in fi. & ibi Doct. oēs de leg. 1. l. doli verbū, iuncta l. 1. ff. de ser. corrup. & ibi Bar. & cæt. l. 1. §. hoc

4 edicto de postul. cū vulg. † & q̃a vnica est determinatio vniformiter determinare dēt. l. nam hoc iure, de uulg. & pupil. l. q̃uis. C. de impub. Vndè seq̃tur, quòd appellatio, q̃rela, & nullitas cessare dn̄t, nō solū respectu executionis nō reardādæ, sed ēt respectu sñiarū, & pceptorū de q̃bus mentionē fecit, & in oībus casib. pnarratis; Et quòd referat ad oīa pcedentia pbatur in terminis p cōs. Imo. 145. col. 1. vers. nec obstat si diceret, loques de statuto phibente appellari, supplicari, excipi, aut quærelari ad alium Iudicem.

5 Secundò p aliud cōs. Io. de Imo. 142. incipien. ī casu pposito p to. de simili statuto loquēs, quo facultas curię Mercatorū Lucanę Ciuitatis in effectu tributa erat, cognoscēdi, iudicādi, ac etiam exequēdi appellatione, reclamatione, nullitate, & oī exceptione, postposita, & reiecta, & arguēdo ad partes decidit supplicationi tm̄ locū fore, d̄ qua ēt maximè dubiū erat, ex rōnib. dubitādi

6 p eū adductis. † Et inter cætera pondero, quòd sub nu. 4. differētiā facit vtrū statutū dicat, non obstañ. appellatione, reclamatione, &c. vel postposita, & reiecta, &c. Nā primo casu vr̃ habere effectū quoad facultatē exequēdi tm̄. no obstāte appellōne in se valida, & efficaci; secūdò verò appellōnē ipsā p̄rsus, & oī respectu tollere, & submouere. Vndè cū in casu nr̃o statutū nō vtat verbo, non obstañ. sed verbo (cessante) locū sibi vēdicat decisio, Imol. ī 2. capite distinctionis memoratæ, † q̃nquidē verbū (cessare) nō minùs denotat sualiditatē actus, q̃ postponere, & reicere, ipsi. n. appellōni penit⁹ resistit, ac eā ī totū tollit, & eneruat, vt pbat optimè tex. ī l. inter stipulātē §. sacrā, vers. aut cessaturā, aut valiturā stipulationē, de ver. obl. & in l. ergo. §. si bona, cū glo. in ver. ces-

ver. cessat, de fideic. liberta. & in l.si procuratorẽ. §.mandati actio.cum glo. in uer. mandati, actio cessat.ff.manda.& fac.reg.c.cum cessante,de appella. nam causa cessate propriè dicitur,quando in totum perimitur, & submouetur.

8 Nec obstant in oppositum adducta, & primò, fauor appellationis, pro quo multa allegantur, quia procedunt in casibus dubijs, vt uideri pōt, in claris aũt, vbi de mente Principis,vel statuẽtium constat, volentium appellationem tollere, non est disputationi locus.l. ancillæ.C. de fur.

9 Ad decisionem Afflic.261.quæ in terminis loqui dr,facilis est responsio,nã aliàs viguisse Ritũ Curiæ Vicariæ præsupponit prohibẽtem in certis causis appellationem, & deinde nouã legem superuenisse Regis Ferdinandi,mandantem, & volentem prohibitionem huiusmodi quoad effectum suspensiuum tm̃ operari, non quoad de-

10 uolutiuum. † Cui enim dubium quin Princeps potuerit priorem legem restringere, quã etiam in totum tollere poterat.l. eius ẽ tollere, de reg. iu. Benè faceret ad propositum ista decisio, si absq; illa noua Regis pragmatica Sacrũ consil. ita interpretatum fuisset illum ritum,sed talem interpretationem nunq̃ fecisset legibus repu-

11 gnantem, † & nil aliud fuisset, quàm dicere, appellationem tolli non posse Principis authoritate, nisi quoad effectum suspensiuum,cuius cõtrarium passim probatur. l. 1. §. interdum, & ibi Bart. ff.à quibus ap. non lic. l. 1. de offic.præfec. præto. & ibi not.c.pastoralis, de appel. c. pastoralis.§.pterea, de off.deleg.& vtrobiq; Scriben.

12 Benè verum est,quòd sublata appellatione,pōt grauatus ad superiorem regulariter confugere per viam q̃relæ, d.c.pastoralis, de appel.gloss.in c.q̃relam, & ibi Cano. de procura.Castr.in l.fin. nu.16. quem cæt. sequuntur. C.de Edi.di.Adri. tol.Boss.d.tit.de quære. con.sent.cum concord.

13 † Vel per viã supplicationis. l.si quis aduersùs, & authen. ibi posita. C.de pci. imperat.offi glo. in l.1.C. sen. rescin. non pos. Imo.d. consf.142. & consf.143. 145. & 146. Boss.d. tit. de supplic.

14 † Sed quia in proposita specie expressim sublata est etiam quærela per statutum, consequens est, vt supplicationi tantùm locus esse possit, vt in casibus de quibus per Imol. vbi supra.

15 Verùm duplici ratione ad supplicationẽ quoq; confugi nõ potest, primò, quia statutum in nr̃a specie appellationem, & quærelam prohibet ex natura causæ,non per excellentiam personæ iudicũ, quo casu doctores cõiter *volunt,nec supplicationi locum esse, quia ob bonum publicũ, & ad lites omnino amputãdas, ita dispositũ est.

* Dec. qui de cõi * attestatur in l.fi.nu.50. versf.& de isto articulo.C.de Edic.di.Adri.tol. Iasf.in d. authen.in 5.notab.Boss.d.tit. de supplic.in prin.
* & in fi. & de quærela num.4. vbi de communi * etiam attestatur.

16 Secundò, quia in casu de quo agitur elapsi sũt decem dies post sententiam, & longè vltra; potest nanque intra dictum tempus tm̃ supplicari, vt iuris remedio supplicanti prouideat, eo aũt elapso ex sola Principis gratia,& clementia dari potest reuisio. Boss.d.tit.de quære. num.7. in fin & de supplic. num.10.& in fi.

Non obstat tertium, quia nõ est verum, quòd sententia Proconsulum excedat limites iurisdictionis eorum, cũ nõ petierit Gazaniga coram eis prætensum creditum suum, sed tãtummodo Instrumentum sibi edi in publicam,& authenticam formã ; q̃uis ergo Iudices liberauerint partem à petitis hoc est ab editione,non tamen posuerunt manum in mentem alienam, cũ hoc sit propriè de pertinentibus ad artem ipsam notariæ, & si Excellens D.Aduocat⁹ peritionẽ principalis sui vidisset, vtique fundamentum istud omisisset, & sic meliùs est, quandoque videre processum, quàm digestum.

Ad quartum, & vltimum respondetur, quòd argumẽtũ procedere forsan posset,si Ill. D. Auditor vti delegatus, & D. Proconsules simul, & purè, ac absolutè iudicassent. At non sic res se hẽt, quandoquidem Proconsules ipsi cũ assistẽtia tm̃, & voto pdicti D. Auditoris, vti cõsultoris in causa electi, iudicarunt. Et licèt subiungatur, postea clausula illa (ac ẽt quatenus expediat, & non aliter, idem D. Hieronymus Mentuatus delegatus Serenisf. D. Ducis nostri, prout in actis) nihil tamẽ immutare dicitur,cum sit conditionaliter posita per dictionem quatenus,

17 † quæ conditionem importat.l.stichũ, qui meus erit de leg. 1. Bar.in l.1.col.9. versf.quæro,de aduerbijs quãtitatis, & dispositionẽ limitat, & restringit ad terminos specificatos, & resoluitur in quousque d l.stichum, in fi.l. 3.l.Nerua.& ibi Doct. psertim Aret.in primo not.de acqui.pos. l.patronus. §. Sempronio, & ibi Bart. de leg.3. Cum igitur expediẽs nullatenus fuerit memoratum D.Auditorem, vti delegatũ iudicare, ex quo sñia finè eo pariter valida est, & efficax, imò executionem citiùs meretur, vt cõtrarium argumentũ præsupponit, certũ est clausulã prædictã nihil operari, & eò maximè per illa verba

18 subsequentia, † & non aliter, quæ actũ resoluũt, & in totum annullant.l.fi.vbi Bar.in fi.c.deuenden.reb.ciui.lib.11.l.de his, vbi Bal. & Doct. de transact. & idem Bal.in c.1.§.fi.sub nu. 5.q̃ fuit primæ cau.benef.amitt. Clar.in §. emphiteosis, q. 13. versf. Item quæro, & in §. feudum, q.31.

* versf. benè verũ est, vbi cõem * dicit post Ripam quem refert. Perinde est igr̃, ac si Proconsules tm̃ cum voto pdicto iudicassent, & sic cessat etiã hoc vltimũ obiectum, consequenterq; nil aliud superest,quã prædictũ Gazanigam ob audire,in præsertim tã odiosa, & in qua Crabrones (mea sententia) non deberent ab eo vlteriùs irritari.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Elioramēta industrialia facta in re emphiteotica, etiam Ecclesia, finita generatione, debentur haredibus emphiteota, ex communi, & vera sententia.*

2 *Fallit si emphiteosis data fuerit ad meliorandum.*

3 *L.Colonus, in princ. ff. loca. locum etiam habere potest in emphiteota.*

4 *Emphiteota cadens ob culpam suam meliorationes amittit. ex communi.*

5 *Colonus verò illas indistinctè repetit, etiam si ob culpam expellatur.*

6 *Limitatio in pracedenti responso tradita, sub nu.2. defenditur ab obiectis citatas authoritates expēdendo, & applicando, cum pluribus seqq.*

7 *Ratio extendit decisionem ad omnès casus in quibus militat.*

8 *Mutatio opinionis, & voluntatis non prasumitur, nisi probetur.*

9 *Emphiteosis regulariter datur ad meliorandum.*

10 *Emphiteosis graecum est vocabulum, quod latinè sonat meliorationem, alij aliter interpratatur, vt infra.*

12 *Pacta interpratanda sunt secundum ius commune, quod quomodo intelligi debeat. vide inf. num. 18.*

13 *Emphiteosis antiquitus fiebat de rebus infructuosis, & sterilibus, pro quibus modicum, quid in recognitione directi domini soluebatur, hodie autem fit etiam de fertilibus, pro quibus pensio soluitur fructibus correspondens, vel paulò minor, prasertim de rebus ecclesiasticis.*

14 *Emphiteota ergo antiquus tenetur ad meliorandum, modernus autem nequaquam, nisi ex pacto, & conuentione.*

15 *Ratio huius decisionis redditur.*

16 *Emphiteota antiquus, qui meliorare tenetur, quare meliorationes repetat finita emphiteusi, seu eius haredes, modernus autem qui ex pacto tenetur, & non ex natura contractus, non repetat.*

17 *Pactum quodlibet onerans emptorem pars pracij reputatur.*

18 *Emphiteota, vel colonus faciens meliorationes ad quas tenetur ex conuentione, non repetit.*

19 *Pactum idem cōtinens, quod ius commune, aliquid prater ius commune operari debet.*

20 *Obligatio generalis, & incerta nullius est momenti.*

Pro Illustris.& Reuerendiss. D. Paulo de Sanuitali Episcopo Spoletano.

EPITOME.

Emphiteosi concessa ad meliorandum, finita generatione, haredes emphiteota meliorationes non repetunt; Prasertim si de certo meliorationum genere conuentum fuerit.

RESPONSVM XCIX.

1 Vera, & communis est sententia, quòd Emphiteusi, etiam Ecclesiæ, finita per extinctionem lineæ, melioramenta industrialia facta in re emphiteotica, ad directum dominum non pertinent, sed heredibus emphiteutæ, etiam extraneis, debentur, vt per Bero. laiè in sua q.19. per to.& q.96. vbi egregiè melioramentorum genera omnia percurrit, & Clar. in §.emphiteosis. q.45.

2 Sed limitatur non procedere vbicunque concessio facta reperitur ad meliorãdum; tūc enim cedunt solo in totum, & directi domini efficiũtur, ita vt nihil eorum causa reficere teneatur post lineã finitam. Colligitur hoc ex l.Colonus, in princ.ff. loc. vbi Bart. in fine, id clarè sentit, & Bal. in terminis firmat, inducens tex. à contrario sensu, sequiturq; Castren. sub num. 4. & ita se respondisse, asserit Aret. in l.Senatus. §.Marcellus, col.2.vers.Ego dixi.ff.de leg. 1. Vt enim aliquid operetur talis clausula (inquit ipse) necesse est, vt melioramenta indistinctè ad directũ dominum pertineant. Cepol. in tract. de seruit. vrb. præd. cap. 59. num. 18. post Alberic. de Ros. quem citat.

3 At si expressim facta sit mentio de certo melioramentorum genere faciendo, res tantò magis caret difficultate, vt appositè tradit Bart. per illum tex. in l. iubemus nulli.§.sanè in fi.il secondo.C.de sacrosanct.Eccles. Ias. in l.2.num.281. C. de iu. emphit. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. pag.403.q.17.nu. 26. Et hoc casu meliorationes conuentæ sunt quodammodo loco præcij fructuum, qui conceduntur minori pensione, quàm concederentur simplici colono, qui meliorare non tenetur, vt docet Bald. in l. 1. num.4. versic. quartò in remouendo. C. de iu. emphit. quem refert Redoam.d.tract. pag.406. §. si verò, nu.3.4.& §. seq. num.2.

Cum igitur in proposito themate bona concessa reperiantur cum pacto, & expressa conditione, quòd emphiteota, eiusq; filij, & descendentes teneantur ea meliorare, bonificare, & ad bonam agriculturam reducere, ac de arboribus, & vitibus super eis plantare, & alleuare suis expensis; sequitur quòd Illustriss. & Reuerendiss. Dominus Epus Sanuitalis directus dominus, nihil ratione meliorationum huiusmodi reficere teneatur.

Appendix

Appendix præcedentis Responsi.

ADhuc verissimam arbitror limitationem à me relatam in prioribus scriptis, ad communem conclusionem, qua directus dominus teneri dicirur ad soluenda melioramenta hæredib. emphiteutæ, finita generatione, quando scilicet data fuit emphiteosis ad meliorandum.

3 Et quia allegabã in ptimis.l.Colonus,in princ,
ff.loca.inducendo eam à contrario sensu, prout
inducit ibidem Bal.& responderi video, hoc ibi
nõ probari, replico inductionem imò rectè procedere.
Nam licèt in emphiteuta non loquatur,
sed in Colono, multò magis in Emphiteuta cõ-
4 cludir, q facilius meliorationes amittit, † enimuerò
si ob culpam cadit, illas non repetit, licèt
ob finitã generationem repetere soleat. l.2. §.1.
* C.de iu. emphit.& cõiter * receptum est, vt per
5 Clar.alleg.q.45. cũ concord. † cum ex aduersò
Colonus indistinctè repetat, etiam si ob non solutam
pensionem, vel deteriorationẽ expulsus
fuerit.d.l.Colonus,vbi omnes not.& in l.dominus.
§.1. ac l. sed addes. §. si inquilinus eod. tit.
Et hæc est vna notabilis differentia inter cõtractum
emphiteusis, & locationis, quã ponit Bal.
in l.1.n.4. & Ias. nu.25. C. de iu.emphit, Castr.
d.l. Colonus in fi. & alij passim. Si igitur Colonus
quando promittit certa melioramenia facere,
amittit ins recuperandi expensas in eis factas,
vt ptobat d.l.colonus, & ibi Bal. & Castr. in spe
adnotant, reddentes rationem, quia eo casu facit
quod facere tenetũ; multò magis emphiteuta
idem paciscens,debet amittere p supradicta,authen.
multò magis· C. de Sacrosanct. Eccles.
6 Et quoad authoritates ad idem allegatas, quæ
ad rem non facere dicuntur (excepto Aret. qui
etiam dubius transit) videtur certè contratium
vetius. Nam Bar. in d.l.colonus, in fine,inqens
solere apponi in cõtractib. emphiteoticis, clausulam
(ad meliorandum,non ad deteriorandũ)
ad effectum vt emphiteota meliotationes non
repetat, apertè sentit, quòd ea apposita repetere
non potest,& quòd ita sentiat,tenet in specie
Atet.in allegata.l. Senatus. §. Marcellus, col.2.
vers. Ego dixi, de leg.1.vbi ad hoc propositum
eum citat, subdens, quòd licèt expressè id non
dicat, in verbis tamen suis sentit. Bald. quoque
ea.l.colonus in fi. colligens ex tex.quòd si colonus
meliorare pmisit, meliorationes quas aliàs
repetere potuisset, amittit, rectè videtur ad casum
nostrum allegatus, quia si in colono pactũ
memoratũ id operatur, multò magis in emphiteota
per supradicta. Item dũ inquit colonum
repetere melioramenta finita locatione, licèt
secùs sit in emphiteuta, quia recipit ad meliorandum;
ponderanda est generalitas doctrinæ
per eum traditæ, & multò magis generalitas ra-
7 tionis allegatæ, † quę decisionem extendere dẽt
ad oẽm casum, in quo ratio viget. l. nomen debitoris.
§.vlt. de leg.3. l. quòd dicitur, vbi Bald.
no.ff.de pac. glo.in clem. 1. in verbo eligatur,
& ibi Card.Floren. de elect. Tiraq. latè in tract.
cessan.cau.par.1.in ver legis, nu.149. 150. cum
pluribus seq. Vbicunque igitur receperit quis
emphiteusim ad meliorandũ, verũ erit dicere,
quòd meliorationes ipsas nõ repetit. Rationem
rationis assignat. Castr.in ea.l.colonus, nu.4. qa
s.facit illud,ad quod tenetur, & in oĩbus cõuenit
cum dictis Bal. Ideo iure meritò fuit ẽt ipse Castren.
ad idẽ allegatus. Aret. aũt loco præcitato,
licèt articulum ibi nõ determinet, refert tñ ita se
aliàs respondisse, & pro dicto adducit authoritatem
Bart. cũ ratione; idcirco credendum est,
eiusdẽ opinionis illum fuisse, cuius añia fuerat;
3 † cum præsertim in eadem volũtate, & sñia quilibet
perseuerare præsumatur, nisi contrarium
probetur, l.eum,qui voluntatẽ,de pbat.Cæpol.
ẽt in alleg.cap.59. vr̃ idem sentire, dum inquit
solere cõiter apponi in Instrumentis emphiteoticis,
quòd dominus dat ad meliorandũ, vt emphiteota
teneatur ad refectionẽ, & reparationẽ
rerũ emphiteoticarũ,ex qua obligatione subsequitur
deinde,quòd repetere non possit expensas
factas, quia fecit illud ad quod tenebatnr, vt
sup. dictñ est,ponderando dicta Bar.& Castren.
Apparet igitur limitationẽ istam iure, & authoritate
suffultã esse,maximè in emphiteosi Ecclesiæ,
iuxtà elegans consil. Fulg. 9. per to. & Bart.
ab eo citatũ in l.1.§.1. vers. snnt hic quędam.ff.
de superfi.ac Dec.qui cum his transit in authen.
qui rẽ in vlt.not.C.de Sacros.Eccles. & inferiùs
etiam dicemus latiùs in contrarijs resellendis.
Verùm tripliciter aduersùs eam motiuando argumentatur
Illust. D. meus; primò quòd si vera
esset, destrueretur generalis regula, qua melioramentotũ
repetitio conceditur, emphiteosi
9 per extinctionẽ generationis finita, † quandoquidẽ
emphiteosis sẽper datur ad meliorãdum,
secũdum Bart.in d.l.colonus, & Redoa. in locis
20 aliàs à me citatis,quod ab ethimologia vocabuli
ẽt suadetur, nã emphiteusis nomen græcum,
latinè sonat (meliorationem). Alberic. in suo
dictio. in ver. emphiteosis. Secundò diuersum
est facere melioramenta proprijs expensis, durante
emphiteusi, & ea finita expensas ipsas repetere,
ideo ex denominatione prædicta nihil
infertur, quia ex diuersis non fit illatio. l. Papi-
11 nianus de minoribus. † Tertiò pacta intelligi
* dñt, secundũ ius cõe *, Alex.cons 21.lib.5.pulchrè,
& latè in simili. Rolan. in tracta. de Luc.
do.q. 37. sed iure communi inspecto, repetuntur
melioramenta in casu nostro, ergo idem dicendum
vr̃ concurrente pacto de meliorando.
Quibus tamen responsum accommodari posse
censeo;

censeo; & pro maiori declaratione, vnum præ-
12 mitto, † videlicet plures fuisse quodammodo ætates emphiteoticorũ contractuũ, ab initio, n. vilia tm, & infructuosa in emphiteusim cócedebantur, quæ sola diligentia emphiteotæ fiebant fertilia, & modicũ quid annuũ pro recognitione tantùm directi dominij soluebatur. glo. in l. 3. in ver. emponemata. C. de iu. emphit. Alb. vbi sup. vers. 4. pulchrè Ioan. Coras. in suis enarrat. ad tit. C. de iu. emphit. cap. 1. & Ioan. Ferrat. in simili enarrati. c. 2. Postea verò fructuosa quoq; & fertilia dari cæperunt, indistinctèq; hodie dãtur, vt experientia docet, & tradunt glo. Alberi. & Coras. ibidẽ, & Cano. in c. potuit, de locat. soluiturq; pensio fructibus correspondens, vel paulò minor; præsertim de rebus Ecclesiasticis, authen. perpetua, & in corpore, vndè sumitur. C. de sacrosanct. Eccles. Spec. latè in tit. de loca. §. nunc aliqua. q. 7. Quo stante, multùm referre dico, vtrum de emphiteusi facta de re vili, iuxta priorem ritum, vel de fertili, iuxta posteriorem consuetudinẽ, tractemus. Nam primo casu, verũ est, quòd data censetur ad melioran. quamuis speciale pactum, desuper non interueniat, ita quòd emphiteota adstrictus omnino est ad meliorandum, & contractus substantia, ethimolo-
13 giæ vocabuli memoratę congruit, † quam tñ diuersùm aliquantisper, hoc est à plantatione, & in fitione, alij deriuant, non à melioratione, vt Coras. & Ferra. locis præcitatis docent; quibus adstipulatur Firm. in suo repert. in ver. emphi-
14 teusis dicitur vers. 1. † Secundò verò casu, secùs, iu dicandum; siquidem cõducens rem fertilem & fructuosam, nulli tenetur meliorationi, nisi speciali pacto prouisum reperiatur; nec mirum si contractus substantia, ethimologiæ tunc non corrsponder, quia aliter celebratus fuit, quàm ab initio celebraretur, quando nomen sumpsit
15 rei consonum † dñam manifestè docet Castren. d. l. colonus, in fi. dũ inquit colonum non teneri meliorare rem conductam, emphiteotam verò teneri, quando ad hoc conduxit, vt melioret, apertissimè sentiens, ipsum quoq; emphiteotam regulariter ad id non teneri. Nec non ibidem Bart. dum asserit clausulam illam (ad meliorandam) solere in contractibus emphitcoticis apponi, ut conducens, ad meliorationes teneatur, & expensas faciendas non repetat; Ideoq; rectè distinxit Redoa. prædlleg. q. 17. pag. 403. nu. 26. Inter casum, quo melioramenta facta sunt ex pacto, & conuentione (vt cõueniri solet in Instrumentis inuestiturarum, locationum, infeudationum, emphiteusis, & similium, in plantando, eleuando arbores, vites, ædificando, & alia huiusmodi) & casum quo vltrò, & sinè pacto facta reperiũtur, & sanè nemo dixerit modernos emphiteotas teneri ad meliorãdum, adeoquòd dicantur ex parte sui non adimpleuisse, prout dici possunt, quando ex conuentione tenentur.

Hoc stante præsupposito, non obstat primum argumentum, quia negatur emphiteotas modernos indistinctè teneri ad meliorationes faciendas, prout antiqui emphiteutæ tenebantur, nisi conuentionis lege speciatim se adstrinxerint. Ideo cessat consequentia in oppositũ considerata, quia verificabitur adhuc regula meliorationum repetendarum in antiquis emphiteotis, qui ex natura contractus tantùm meliorare res steriles, & infructuosas tenentur, ac etiam in modernis, si nulla pactione obligentur.

16 Et si replicetur, cur diuersum, quando ex natura contractus illius antiqui, obligatus est emphiteota ad meliorandum, à casu, quo ex pacto obligatur, cũ par virtus soleat esse taciti, & expressi. l. cum quid. ff. si cer. per. manifestam dicimus extare rationis diuersitatem, quia primo casu æquissimum fuit, vt conducens sterilia, & pęnitus infructuosa, industriæ suæ, & laboris, expensarumq; commodum, sibi, hæredibusq; suis reportaret; alioqui nemo inuentus fuisset, qui oleum, & operam ad beneficium directi domini perdere voluisset, vt in specie perpendunt Coras. & Ferra. locis præcitatis. Secundò verò casu secus dicendum, siquidem conducens fertilia pensionem fructib. parem, vel paulò minorem ęquum est vt soluat, nè cum aliena iactura locupletetur. l. iure naturæ. ff. de reg. iu. Quamobrem si certam pẽsionem annuam soluere promittat, vlteriusq; meliorationes facere, vtranque obligationem loco fructuum cadere credẽdum est; minoremq; pensionem eum præstare, quã aliàs præstaturus fuisset, si meliorationi se obnoxium non fecisset; Et in his terminis procedere possũt dicta doctorum, qui meliorationes, finita emphiteosi, indistinctè asserunt ad directum dominum pertinere, ea ratione, quòd pensionem recipit, ea durante, fructu minorem, vt Spec. d. §. nunc aliqua in 2 q. & Ias. d. l. 1. nu. 5. de iu. em-
17 phi. & cano. in d. c. potuit. † Talis etenim obligatio ex parte conductoris pars pensionis censenda est, sicuti, & quodlibet pactum onerosum Emptori, pars prætij reputatur. l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. c. cum Ioannes, de fi. instrum. Tiraq. de retract. ligna. §. 1. glo. 18. nu. 38. & 69. & de retract. conuent. in præfat. num. 20. not. Scrib. in l. si sterilis. §. pen. per illum tex. ff. de act. empt.

Secundum quoque argumẽtum ex pdictis tollitur; nam quamuis incompatibilia nõ sint meliorameñta facere proprijs expensis, & finita emphiteosi ea repetere, cum diuersa sint ista, vt ad
18 sensum patet; † contrarium tamen iudicari debet, vbi ex necessitate obligationis contractæ fiunt, & respectu fructuum ex re conducta perceptorum, pro qua maior pensio aliàs solui debuisset per supradicta. Qui enim facit meliorationes

tiones ad quas tenetur, illas non repetit, vt in proposito dixerunt Bal. & Castr. d.l. colonus,& post eos Redoa. d.q.17.§. colonus num. 2. pag. 408. & Iason. d.l. 2. num. 28. C. de iu. emp. & nouissimè Franc.decis.191.num.13.ad fin. post adden. ad Dec. consil. 518. in littera A. & Pinell. in l.2.par.2.cap.3.num.10.vbi de communi videtur attestari,& post eum Emanuel.Soar. in add.ad illud idem cap.sub num.7.in littera B. C. de rescind. vendi. Et si secus diceremus, sequeretur idem in colono simplici; talis namque pactio non impediret melioramentorum suorum repetitionem; cuius contrarium probatur in d. l. colonus,& Doct.præcitati concludunt.

Ad vltimum, quòd pacta secundum ius commune intelligantur, respondetur benè intelligi pactum hoc nostrum secundùm ius commune ex quo iure communi dispositum est, quòd talem effectum operetur, etiã in colono simplici, in quo minor ratio militat, vt supra diximus.

19 Præterea, & secundò respondetur, imò pacta idem continentia, quòd ius commune, aliquid vltra illud operari debere l. si stipulatus, ff. de vsu.c.si constitutus de restit.in integr.gloss.in l.si cum militaribus,C.de restitut.mil.Bal. in cap. 1. in glo. 1. quo temp. mil. & in l.non impossibile in addit. post gloss.ibi ff. de pact.Spec. in titu.de arbitr.& arbitram.§.sequitur,vers.quia pactum num. 38. plenè Bero. in pacto emphiteoræ loquens in consil. 122.vsque ad num. 5.volum.1. vbi multa refert exempla.

Contraria autem regula procedit, vbi adest aliqua verborum ambiguitas, quæ intentionem contrahentium dubiam reddat, & ita loquuntur Doct.exaduersò allegati.

20 Tertiò,& vltimò respondetur, quòd si verum esset, vt in primo, & tertio argumento contrario supponitur, emphiteotam indistinctè teneri ad meliorandum (cuius contrarium supra ostendimus) attamen animaduertendum foret obligationem huiusmodi generalem, & incertam nullius momenti dici posse l. triticum, & l.ita stipulatus vbi Scriben. omnes,ff.de verbor.obligat.De speciali autem,& certa, contrarium est indubitatum.Si igitur emphiteuta meliorationes facit, quando efficaciter non tenetur, quid mirum si expensas repetit? Quando verò facit,& obligatus est ad faciẽdum, iure merito cessat repetitio per supradicta.

Vndècum in casu nostro expressa sint melioramenta fienda in reducendo prædia ad culturam, & in plantatione arborum, ac vitium,res videtur extra omnem aleam posita. Et hęc pro resolutione doctissimorum motiuorũ Illust. D. mei sufficiant, qui cætera à me omissa facillimè pro sua eximia doctrina supplebit. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 R*Actio de retrouendendo quandocunque, vel in perpetuum, præscribitur spacio trigiuta annorum secundùm magis cõmunem opinionem.*

2 *Moneta qualitas attendenda est in solutione debitorum, quæ currebat tempore contractus, ita vt sit eiusdem bonitatis intrinsecæ; & hæc est vera, communis, & æquissima opinio, atq; naturali rationi conformis.*

3 *Ampliatur, etiam si conuentum fuerit solui posse de moneta currenti, quia intelligitur de currẽti tempore contractus.*

4 *Ampliatur secundò, etiam si conuentum fuisset solui posse de moneta currenti tempore solutionis, & vsuali, nam interpratatur, vt de ea soluatur ad æstimationem antiqua.*

5 *Ampliatur tertiò, etiam si conuentum fuisset de non petendo meliorationem, vel deteriorationem auri, vel argenti.*

6 *Et procedit signanter hæc regula in venditore volente vti pacto redimendi.*

7 *Ampliatur quartò, vt procedat etiam in annuis solutionibus.*

8 *Hoc tamen fallit in solutione decimarum, in quibus solutionis tempus attenditur.*

9 *Monetarum valor intrinsecus iudicari debet à Magistris monetalibus, qui Zigostrata nuncupantur, & eorum iudicio standum est.*

10 *Debitor soluens plus debito propter mutationem monetarum in meliùs secutam, indebitè solutum repetit.*

11 *Et potest tantò minus soluere, quantò moneta melior est effecta.*

12 *Debitor tot scutorum non potest de moneta soluere, quæ ipsis scutis non æquiualeat.*

13 *Velle quisquam non debet id, cuius contrarium nõ esset postulaturus.*

14 *Exemplis non est iudicandum.*

15 *Fallit in exemplis virorum magna auctoritatis.*

16 *Et fallit in iudicijs Principum, quæ sequenda sunt.*

17 *Separatorum diuersum est iudicium, quia ex separatis non infertur.*

18 *Facilè quod fuit exprimere, & non fuit expressum, nec disponentem voluisse tenendum est.*

19 *Valor pecuniæ in contractu expressus æstimationẽ non facit, si aliud importare potest.*

20 *Scutorum valor in contractu expressus, æstimationem non facit, quando plures scutorum species, diuersiq; valoris tunc temporis extabant, sed demonstrationem, de quo scilicet scutorum genere, & valore actum fuerit, vel cuius valoris tunc essent.*

21 *Præsumiturq; talis exprssio valoris pecuniæ demonstra.*

monstrationis, sed aestimationis causa, intelligi debet adhuc de illa pecunia, quae tempore contractus currebat, ita vt de illa solui debeat, si extat, sin minus, de noua deprauata ad aestimationẽ antiqua.

23 Contrahentes non creduntur de futura monetarum mutatione, & deterioratione cogitasse, & periculo talis mutationis se subijcere voluisse, minusq; de ea diuinasse.

24 Verba secundùm intentionem contrahentiũ debẽt intelligi.

25 Et secundùm ius commune.

26 Atq; secundùm naturam contractus, & subiectam materiam.

27 Verba deseruire potiùs debent naturae contractus, quàm natura contractus verbis.

28 Rationibus priuatis fisci in praeiudicium tertij non consentientis minimè standum est.

29 Principes omnes tenentur bonas monetas in pondere, & liga cudi facere, aliàs mortaliter peccant.

30 Pecuniae bonitas intrinseca consistit in iusto pondere, & liga.

31 Si autem propter bellum, aut alias necessitates deteriores fecerint, cessante necessitate, tenetur dãnum subditis resarcire.

32 Debitor soluens de pecunia deteriorata culpa sua, cum sit in mala fide, nunquàm praescribit; & est communis.

33 Creditor cuius culpa deteriorata est pecunia, non potest antiquam meliorem petere, prout aliàs potuisset inspecto contractus tempore.

34 Quod non mutatur cur stare prohibetur?

35 Augumentum monetae extrinsecum, debitoris commodo cedit, sicut & damno diminutio.

36 Soluens de moneta deteriorata, incipit solùm praescribere à die quo capit bona moneta crescere ob talem deteriorationem, & de illa debitor soluere,

37 Praescriptionis initium necessariò probandum est, vt possint tempora rectè computari.

38 Creditor recipiens annuam pensionem in moneta deteriorata ignoranter, non patitur praescriptionem.

39 Et praesumitur ignorantia huiusmodi deteriorationis.

40 Etiam in subditis, & ciuibus Principis deteriorãtis.

41 Restitutio in integrum datur ex capite probabilis, & iusta ignorantia aduersùs praescriptionem.

42 Restitutio in integrum transit ad haeredes.

43 Restitutio in integrum datur aduersùs praescriptionem cursam contra recipientem longissimo tẽpore ignorãter nouam deterioratam, loco antiquae debitae.

44 Libris paternis credens, habet iustam causam ignorantiae, si minus debito recipiat.

45 Succedens in ius alterius, iustam habet causam ignorantiae.

46 Creditor minus debito recipiens scienter, non propterea residuum donare censetur.

47 Creditor recipiens monetam deterioratam, nõ censetur remittere ius suum, quominus possit supplementum petere vsque ad valorem bonae monetae debitae.

48 Et si per longissimum tempus receperit, non tamen praescriptionem patitur.

49 Procuratores, vel agentes recipientes pecuniam deteriorem, vel in minori quantitate, quàm sit debitum, non praeiudicant domino sinè speciali mandato.

50 Praescriptio est iniquissimum iuris praesidium.

51 Absens ex iusta causa laudabili, & necessaria, restituitur aduersùs quamcumq; praescriptionem ex qua laeditur.

52 Restitutio in integrum ad haeredes transit.

53 Tempus restitutionis non currit absenti ex causa militiae, vel aliter legitimè impedito.

54 Occupato in publicis negocijs, etiam in propria patria, datur restitutio aduersùs praescriptionem.

55 Interpraetatio, vel declaratio non cadit in claris.

56 Si certum est de qua pecunia soluendum est, si creditor de alia recipit, non propterea declaratio obligationi contraria, sequitur.

57 Declaratio intẽtionis ambigua, ad eos solos spectat, qui actum gesserunt.

58 Nec potest haeres talem facere declarationem.

59 Eius est interpraetari, cuius est condere.

60 Interpraetatio statuti à statuentibus petenda est.

61 Interpraetatio sententiae ad iudicem spectat.

62 Interpraetatio libelli ad libellantem pertinet.

63 Excepto in vno, firmat regulam in caeteris.

64 Leges correctae non possunt ad causarum futurarũ decisionem impunè allegari.

65 Cessante ratione legis cessat ipsa lex.

66 Debitor is est, à quo inuito exigi potest.

67 Casus ommissus remanet in dispositione iuris communis.

68 Statutum, vel decretum prohibens creditorem petere augumentum, siuè melioramentum monetarum, non comprehendit emptorem, qui virtute pacti cogitur ad retrouendendum.

69 Statutum praedictum non prohibet ereditorem petere deteriorationem intrinsecam monetarum secutam post contractum.

70 Sed prohibet tantùm peti augumentum extrinsecum, quod debitoris commodo cedit.

71 Operatur autem, quòd solui possit de moneta noua deteriorata, sed ad aestimationem antiqua.

72 Argumẽtum de pacto ad legem, siuè statutũ valet.

73 Turpe est doctori ius in quo versatur ignorare.

74 Principis placita legis habent vigorem.

75 Princeps sciens, & patiens legis inobseruantiam, videtur eam reuocare, & vlteriùs non ligat contrahentes in loco.

76 Statutum non ligat forenses ratione bonorum tantùm, quae in loco possident, quorum ratione nõ fundatur Principis iurisdictio.

77 Forenses ligantur statutis loci in ordinarijs tantũ, non in decisorijs, quae oriuntur secundùm contra-

ctus

ctus naturam tempore ipsius contractus.

78 *Forenses non gaudent beneficio statuti.*

79 *Bossi.in ti,de mone.nu.4.declaratur.*

80 *Emphiteosis vera, & propria ea est, pro qua modicum quid soluitur in recognitionem domini directi.*

81 *Modica non sunt in consideratione habenda.*

82 *Augumentum, & diminutio rei emphiteotica regulariter spectat ad emphiteotam, nisi tota res pereat.*

83 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

84 *Emphitoota potest soluere annuam pensionem de currenti moneta, non habito respectu valoris intrinseci, vel extrinseci.*

85 *Doctori de consuetudine attestanti, etiam eximio, non creditur, imò nec glossatoribus ipsis, & est cõmunis modernorum, licèt controuersa.*

86 *Sed indubiè procedit vbi agitur de consuetudine iuri communi contraria.*

87 *Doctori attestanti de consuetudine soluendi de moneta noua deteriurata loco antiqua debita, non creditur.*

88 *Laud.in tract.de mone.num.29.& 30.refert consuetudinem Mediolani, & Papia contra id quod asserit Bossi.in tit.de mone.nu.4.quòd solui possit de currenti moneta, etiam viliori.*

89 *Scripturis inuicem pugnantibus non creditur.*

90 *Testibus contrarijs, qui ad concordiam reduci non possunt, & quorum vnus non est dignior altero, vel deponens verisimiliora, non creditur, quia se inuicem impediunt.*

91 *Consuetudo in dubio interpratanda est secundùm ius commune, præsertim circa facultatem soluendi de moneta viliori in præiudicium creditorum.*

92 *Consuetudo ab allegante probari debet.*

93 *Consuetudo vigere debet tempore contractus, ad hoc vt contrahentibus praiudicet.*

94 *Consuetudo ex non actibus non inducitur, sed ex affirmatiuis tantùm.*

95 *Consuetudo non operatur contra claram disponentium intentionem.*

96 *Consuetudo non extenditur ad actum Principis.*

97 *Consuetudo non operatur in rebus maximè momenti.*

98 *Consuetudo non ligat forenses illius ignaros, præterquàm in ordinatorijs iudicij.*

99 *Consuetudo loci contractus, non ligat forensem illius ignarum, si probabilis multùm est ignorãtia, aut saltem restituitur in integrum.*

100 *Venditor retroemere volens, & deponens pracium in moneta viliori antiqua, qua currebat tempore venditionis, si non supplet de noua ad æstimationem antiqua, non satisfacit debito, cum non sit integrum depositum, ideò obtinere non potest.*

Pro Serenifs. D. Rainutio Farnesio Parmæ, & Placentiæ Duce.

Responsum super Marchionatu Nouariæ.

EPITOME.

In præsenti Responso primo loco refertur illa communis sententia, quòd pacto de retrouendendo, etiam quandocunq;, vel in perpetuum, præscribitur triginta annorum spatio.

Subinde verò augumenti, & diminutionis monetarum materia latissimè pertractatur, & quorum lucro, vel damno cedant? & an & quando tempus contractus, vel solutionis attendatur? cum multis alijs scitu dignis, & in practica frequenter contingentibus.

RESPONSVM C.

ANno 1538.emit Dux Petrus Aloysius Farnesius à Carolo Quinto Imperatore Marchionatũ Nouariæ pro se, & descendentibus suis masculis, legitimis, & naturalibus, prætio scutorũ 225.milliũ auri, licèt Inuestitura gratuitũ feudum, ac donationem præsefetat; Hoc enim aliunde satis constat, proptereaq; liberati fuerunt successores præfati D Ducis à solutione annatę, quoties feudatarijs status Mediolani indicta fuit, à qua illi tantũ immunes sunt, qui titulo oneroso feuda obtinent; Ex verbis & eiusdẽ Inuestituræ id ipsum depræhendi põ:, dum in pacto redimendi in fine posito, vtitur verbo luere, mentionemq; prætij soluendi pro luitione facit. Et in instrumento restitutionis Placentiæ, & Nouariæ factę per potentissimũ Philippum eiusdem Imperatoris filiũ Serenifs. Octauio D. Petri Aloysij filio, fit expræssa mentio venditionis factæ dictæ Ciuitatis Nouariæ cum suo territorio, & alijs pertinentijs. Inuitissimus quoq. Rex Philippus III. dũ recuperationem dicti Marchionatus nunc mandat vtitur verbo (disempegnare,) attento enim communi vsu loquendi; contractus venditionis cum pacto de retrouendendo, solet pignoris nomine nuncupari. Et hoc sit primum præsuppositum.

Secundum sit præsuppositum, in dicta Inuestitura concessos fuisse omnes redditus Ciuitatis Nouariæ, ac totius territorij, singulos etiam exprimendo speciatim, & subinde additum, quòd eo quia tunc propter malam temporum conditionem non ascendebant ad scutos quindecim mille annui redditus, quos Carolus ipse donare constituerat, alium redditum scut. 2655. auri

annui

annui redditus ad rationem librarum quinque, & solid. decem pro singulo scuto super datijs Mediolani in feudum quoque concedit, & donat; ea tamen conditione, quòd auctis redditibus Novariæ, minueretur hæc summa addita ad ratam.

Tertiò præsupponitur adiunctum fuisse pactũ, quòd liceret ipsi Imperatori, & successoribus suis in Ducatu Mediolani omnia prædicta donata, & infeudata vtsupra luere, & redimere, soluẽdo precium ad rationem quindecim de capitali pro vno de redditu, quod facit summam scutorum 225. millium.

Quartò præsupponendum est aureos de anno prædicto 1538. diuersi generis extitisse, qui diuersum etiam valorem habebant, vt ex edicto Marchionis Vasti, qui tunc Mediolani statũ pro Imperatore Carolo regebat, expressè constat, limitando vt infra.

Li scudi dal sole fabricati nelle Cecche di Milano, cioè Ducali, Frãza, & Genoua. L. 5 s. 12

Li scudi Imperiali, & d'Italia, cioè Venetia, Mãtoua, Ferrara, Bologna, Fiorenza, & Lucca, & altri, quali non fossero di minor bontà di caratti 22, & giusto peso Lir. 5 sol. 10.

Gl'altri scudi di minor bontà, ò peso alla rata della lor valuta.

Vndè apparet, quòd tunc temporis extabãt aurei diuersi generis, & valoris.

Supponitur quintò à dicto tẽpore citra aureorum valorem creuisse; Nam de anno 1557. sub Illustriss. Cardinale Tridentino Mediolani status Gubernatore publico edicto impositum fuit precium vt infra.

Li Ducati di Spagna, Milano, Venetia, Genoua, Fiorenza, Portogallo, Ongari, Boemi di giusto peso Lir. 6 sol. 6

Li Ducati di Mãtoua, Ferrara, Bologna, & Papali di giusto peso Lir. 6 sol. 4

Li Ducati di Portogallo noui con la Croce grãde di giusto peso Lir. 6

Li Rogorini di giusto peso Lir. 6. sol. 2

Li scudi d'Italia d'ogni sorte di giusto peso. Lir. 5 sol. 14.

Li scudi dal Sole di Franza, Milano, & Genoua di giusto peso Lir. 5 sol. 16

De anno verò 1562. sub regimine Marchionis Piscariæ variatus etiam fuit in aliquibus scutorum atq; ducatorum valor, & præsertim auctus fuit valor scuti Mediolanẽ. noui ad L. 5. s. 15. d. 6

Anno verò 1564. sub regimine D. Gabrielis de Cueua auctus etiam fuit in multis aureorum valor, & signanter, vt infra.

Li scudi d'oro di bontà di 22. caratti, & di peso di doi danari, & diciotto grani Lir. 5. sol. 18

Li scudi della medema bontà, ma differenti di peso, cioè di danari doi, & grani diecisette l'vno Lir. 5 sol. 16

Li scudi dal sole di peso di danari doi, & grani diciotto Lir. 6

Et quelli di danari doi, & grani 17 L. 5 s. 18

Successiuè quoque auctus fuit valor, ita vt hodie scuti Itali boni auri, & iusti ponderis valeãt Lir. 6 sol. 13

Sextò loco præmittitur hoc augumentũ aureorum, sicuti & monetarum argenti puri, aliũde nõ processisse, quàm ex deterioratione monetarum inferiorum ære mixtarũ, quę longè deterioris cõditionis fabricatæ fuere, tàm in põdere, quàm liga; quod iam probatum fuit experimẽtis factis, & collatione facta per Peritos Zigostrates, vulgo, Assagiatores, veterũ monetarũ cum nouis, quorũ iudiciũ in processu productũ extitit; cui standum est l. 2. C. de pondera. & au. illat. lib. 10. Purpur. cõs. 522. ante nu. 37. Quãquam id ipsũ apud oẽs perspicuum est; cũ enim aurũ, & argentũ purum, suum, certũ, & determinatũ valorem habeat, tàm in pondere, quàm in liga, si cum monetis inferioribus cõmutandum est, quò fuerint istæ deteriores (prout in dies deteriorantur) eò pluribus comparandũ venit; & hoc in causa est, vt aurũ, & argentũ purum pluribus parpaleolis, vel solidis, aut alio monetarum genere deprauato, æstimetur, & ematur; & ita etiam de iure præsumi nostrates tradidere; adeò vt probatione nõ indigeat, Brun. in tract. de aug. par. 1. declar. 61. ver. sed tunc silet, & vers. sed maius dubiũ. Rub. conf. 17. col. 2. vers. veruntñ, Grat. consil. 13. nu. 78. Tiraq. de retract. consang. §. 1. glo. 17. nu. 27. Crau. conf. 47. nu. 6. Purpur. in l. cum quid num. 170. ff. si cert. pet. Soc. iun. conf. 101. nu. 3. lib. 3. Surd. latè conf. 368. nu. 8. 9. vbi hanc appellat legitimã probationẽ, cũ iuris p̃sumptione p̱deat.

Septimò pręmittitur Ducẽ Petrũ Aloysium in possessione Marchionatus prædicti perseuerasse vsq; ad mortem, quæ successit de anno 1547. & postea Ducẽ Octauiũ vsq; ad annũ 1550. à quo tp̃e vsq; ad annum 1556. tentus fuit p̱ Ducalem Camerã Mediolani, & postea eidem Duci Octauio restitutus; q̃ in eo perseuerauit vsq; ad annũ 1586. quo decessit; Successorq; eius fuit nũquã del. me. Dux Alexander, q̃ in Belgis pro Catholico Rege, & defensione Catholicæ fidei pugnabat, pugnauitq; vsq; ad eius obitum, anno videlicet 1592. quo Serenis. Dux RAINVTIVS pater nas Ditiones, & signanter Marchionatũ p̃dictũ obtinuit vsq; in p̃ns tp̃s. Et isti oẽs singulis annis, q̃bus Marchionatum tenuerũt, reddiũ annuum scutorum 15. milliuni à Lib. 5. sol. 10. medio Agẽtiũ, & Procuratorũ suorum receperunt de currẽti moneta, non obstante, quòd redditus Nouarien. ad maiorem summam ascenderint, & quòd moneta ipsa deteriorata in bonitate intrinseca, videlicet in pondere, & liga, scutis aureis augumentum in dies attulisset.

Nunc igitur Potentissimus Rex Philippus III. Marchionatũ prædictũ redimere volẽs, Gubernatori

natori suo Mediolanen. status negotium imposuit, q oblatis 225. millib. scutis in rõnem sol. 110 tm̃ p singulo scuto Serenis. D. Ducẽ Rainutium ad retrouenditionẽ faciendã interpellauit, & pecuniã deposuit. Procurator verò ipsius D. Ducis nonnullas fecit exceptiones, & signanter redemptioni amplius locũ non esse, cum anni 63. post pactũ luendi effluxerint, & triginta ad præscribẽdũ huic iuri sufficiãt, & quatenus redẽptioni locus foret, nõ esse integrũ depositũ; qa scuti debebãt esse auri in auro, vel saltem in moneta æquiualenti; qñquidem reddenda erat pecunia eiusdem bonitatis intrinsecæ, q̃ currebat rpe Inuestiturę, & si de illa antiqua non reperiretur, soluenda esse de noua ad æstimationẽ antiquæ, & sic centũ viginti tres solidos pro singulo scuto. Exceptũ quoq; fuit de non adimplemento contractus ex parte Regij Ducalis Fisci, eò quòd annuę pensiones scutorum 15. millium currentis monetæ nõ sufficiebant, sed redditus Nouariæ integri dimittendi erãt, etiam si dictam summam excesserint, & quòd omni in casu solui debuissent scuti annui 15. mille cum suo augumento causato ab inferiorum monetatum deterioratione, ab ipso etiam Regio Fisco procedente.

Aduersus verò huiusmodi exceptiones, & Serenis. Ducis prætensiones replicatum fuit per Regios Fiscales; Procurator verò Serenis. terminũ petijt ad probandũ incũbentia, quo denegato, processum fuit statim ad sñiam, declarãdo retrouenditionem pro facta haberi, & Nuntium ad dictam Ciuitatẽ, & Marchionatus iura, concedendo; à qua fuit appellatum, & de nullitate dictum ad Reg. Catholicã Maiestatẽ. His peractis, missus ego fui à Serenis. D. Duce Mediolanum, cõque rẽdi causã de hm̃oi propera minis, & (vt arbitrabatur) iniusta sñia, nẽ pendente appellatione aliqd innouaretur vlterius, cumq; Regios illos Officiales, qui sñiam tulerant extraiudicialiter plus quã semel allocutus fuissem, merita causæ pertractando, infrascripta tandẽ motiua ab Ill. Magistratu ordinario pro sententiæ suæ iustificatione mihi fuerunt exhibita.

Dicitur primò actum fuisse inter contrahentes de nummis aureis sub certa ęstimatione librarũ quinque, & solidorum decem pro singulo, idq̃ue colligi ex eo, quòd dum ex redditibus Ciuitatis Nouariæ non percipiebantur aurei quindecim mille, pro supplemento assignati fuerunt aurei 2655. exigendi super datio Mercantiæ, expressumq; fuisse ad rationẽ librarum quinq; cum dimidia: supplemẽtum autem non nisi ex pecunijs eiusdẽ qualitatis, & ęstimationis fieri posse, idco censeri actum, & estimatum fuisse inter partes aureum numum in libr. quinq; & solid. decem.

Secundò hoc comprobari cõtenditur ex libris Cameræ illius temporis, quibus taxatus fuit ille redditus in libris 82500. quę cõstituunt summã aureorum 15. mill. ad dictam rõnem libr. quinq; & solidorum decem pro singulo aureo, & hæsitari non debere, quin hisce libris standum sit; præsertim in hoc casu, in quo tractatur de interpręratione, seu declaratione voluntatis dubiæ, cum ipsamet subsequuta obseruantia omnium optima interpres sit, vt in specie Menoch. consil. 49. num. 20. Surd. cons. 335. nu. 26.

Tertiò, quòd quamuis aliqui dixerint, taxationẽ nõ stare loco estimationis, sed demonstrationis, attamen non esse à cõi recedendum, & contrariã sñiam sibi locum vẽdicare posse, vbi adessent scuta varij valoris, quod probandum esset, & nedũ hoc à Serenis. Duce actũ nõ reperitur, quinimo fides Pręfecti officij Panigarolarum, in quo cridę monetarũ reseruãtur, attestatur, quòd anno 1538. non adfuit scutum talis valoris, nisi in mense Decembris, quo fuit auctum à soldis centum, & sex, vsq; ad solidos centum, & decẽ, & cõtractum nostrum celebratum fuisse eodem anno de mense Iulio.

Quartò, adducitur statutum, seu decretũ dominij anni 1386. confirmatum à Comite Virtutũ, quòd spectari non debeat augumentum monetarum, sed standum sit valori, qui suberat tempore contractus, vel cuiuspiã alterius dispositionis, de quo meminit Curt. iun. in rep. l. cum quid, nu. 22. ff. si cer. pet. secundùm quod decretum fuit in Hispanijs pronunciatum à supremo Italię Consilio contra Illustris. Leyuas, qui eadẽ ratione pretendebãt augmentum ducatorum largorum annui redditus ab Imperatore donati tempore fœderis Bononiensis sibi deberi, confirmato voto Magistratus ordinarij in ea causa edito, licèt ipsi essent forenses, & non subditi huic Dominio, qa quicquid Bart. censuit in l. cunctos populos, nu. 41. ad fin. & nu. 42. C. de summ. Trinit. Doct. iuisse communiter in contrariã sententiã, quod spectãda sint statuta locorum in quibus sunt bona, siue in rẽ concepta sint, siue in personam, Brun. super stat. fœm. excl. art. 6. q. 20. Curt. iun. consil. 5. sub num. 42. latè Gozadin. cons. 49. & Ioseph. Ludou. decis. 76.

Quintò non opitulari, quòd Serenis. isti Principes, qui primo inuestito successerunt, ignari essent tenoris inuestituræ, & tãquã absentes igno rarent augmentum monetarum in hoc statu, cũ ralis ignorantia cadere nõ potuerit in primo inuestito, nec ẽt in secundo, qui Marchionatũ sibi restitui obtinuit anno 1556. Probabilemq; non esse ignorantiam absentium, quando tractatur, de re notabilis momenti, & habent agentes in partibus, Roman. in cõs. 481. in specie ista, Surd. in dicto cons. 335. nu. 50. & 59. & ibi fuisse iudicatum in dicta causa Leyuarum, in qua hæc eadem exceptio proponebatur.

Postremò Pręfectos Cecchę retulisse bonitatem intrinsecã monetar ũhodiernã in hoc statu antiqua

tiqua

tiqua longè meliorẽ esse, quicquid sit cõis * opinio de qua testatur Didac.c.7.§. vnico in 3.con clus.siquidem non seruatur Mediolani. vti, etiã testatur Boss.de monet.nu.4.

Cæterùm his non obstantibus, rectè militasse videntur memoratæ Serenis. Ducis exceptiones, & propterea malè fuisse contra Celsit. suam iudicatum; declarando retrouenditionem habe ri pro facta, & Nuncium petitum concedendo
1 vt supra. † Etenim quod ad præscriptionem attinet contra pactum de retrouendendo, & quan documq;, & in perpetuum, stat magìs cõmunis * opin. vt apparet ex traditis per Didac. Couaru. li.1.varia.resolu.c.9.num.1.vers. egregia tamẽ, Ceph.cons.43.num.12.in 1. Menoch. consi.43. num.22.23.consi.201.num.85.& consi.962.nume.38.& Cagno.in l.2.num.78.C.de rescinden. vendit.

2 Verùm si ius luendi duraret, militaret certè exceptio non integri depositi, cum factum fuerit de moneta currenti tempore solutionis, nullo ha bito respectu ad qualitatem currentis tempore contractus, & tamen absolutum est, nedum in huiusmodi pactis de retrouendendo, sed in omnibus contractibus, attendi debere tempus contractus, non solutionis, in qualitate monetarum reddenda l.cum quid vbi Scribentes omnes, & maximè Alexand.num.16.vers.limita illud Par pal.num.27.conclu. 5. Curt.In 3. euident. & in 2 quæst.& Alciat.ad fin.si cer.pet. Est etiam tex. in cap.cum Canonicis, & c.cum olim de censi.& vtrobiq; tradunt communiter * Scriben. Bart.& alij in l. Paulus de solut. Abb. cons. 56. per tot. lib.2.Boer. decis.327. num.7.& 11.Brun. in tra- ctà.de augum.conclus.vlt.vers.his præmissis, vbi reg. firmat, & multos adducit concordan. ac de communi attestatur, & declarat. 1.6. & 7.Corn. cons. 109. viso puncto in princip.lib. 4.Signor. cons.24.quæstio talis est, Bertran.consi.312.colum.1.lib. 1. & consi.321.in fi.li.3.Capr. consil. 29.num.9.Afflict.decis. 394.Rub.Alexan. cons. 17.per tot. & cons. 148. num.4.Tiraquel. de re tract. lignagg. §.1. glo.18. num.26.27. vbi hanc communem Legistarum, & Canonistarum asserit; quod etiam affirmat Ceph. consi. 31. num. 8.9.& seq.Calca.consi.15.num.41.cum seqq.inquiens, quòd aliter fieret contra naturam, & rationem propter quam fuit moneta inuenta, vt scilicet homines in necessitatibus suis cum his, cum quibus habebant contrahere, se gerere possent æqualiter; si enim posset fieri solutio in alia moneta, non eiusdem bonitatis, vel perfectionis, quàm quæ erat tempore contractus, & cogitatio, & promissio contrahentium, iam ipsi remanerent defraudati cogitationibus suis, quod non est dicendum l. cum aurum de aur. & argen. leg. cum alijs per eum adductis, Crauet. consil.49.num.6.Misinger. ob- Consil. Lud. Sacc.

seruat. 1. & 16. centur. 4.dicit nedum communem, sed veriorem, & iuri atque æquitati magis conformem, & secundùm eam in imperiali Camera bis iudicatum; & Doctis. Soc. iun. cons. 145. nu.94.lib. 1. & cons. 101.num.1.cum seqq. lib.3. pulchrè Bologn.cons.11.nu. 45. cum pluri b. seqq. Purpur.consi.179. & cons.522.nu.33. cum seqq.Menoc. cons.97.nu.150.& cons.138. nu. 6.7.& 19.20. Didac. de vet.numism. colla. cap.7.§.vnico, vers.3.conclusio, vbi alios refert, & in vers. contrarium hoc maximè procedere affirmat, vbi cum mutatione valoris intrinseci cõcurrit etiam mutatio valoris, & precij extrinseci, vt in casu nostro; in quo deterioratis monetis inferioribus, auctum fuit precium argenti puri, & auri, vt in sextò pmisso.Surd.cons.220. nu.3. vers.non tamen, & seq.plenè in cons.368. nu.7.8.9. & 17. & cons.397. n.14.17.cons.406. per tot. & signãter nu.36.cum seq. & cons.438. nu.7. Natt.cons.302. & cons. 454. Gabr. tit. de solut.concl. 1.cũ multis concor. Viui.concl.184. Gail. lib.2.obser.73. Borgni.decis.16. num.42. alios plures adducens, Budel. in tract. de mone. & re numism. c.2. nu. 16. vbi post Regnau. inquit communem opinionem hanc vsque adeò attendendam fore, vt quamuis nihil dictum sit, tacitè tamen inter contrahentes actum censeatur, & hoc consistere in ratione multùm euidenti, quando id dictat ipsa iustitia naturalis. Sola in tracta. de monet. casu.5.6.7. & 27. Ant.Fab. de var. numism. debit. solut. cap.3.& 4.per tot. Et si aliter diceremus, possent tantùm minui monetæ inferiores, vt læsio creditoris vltra dimidiam excederet, quod maximam iniquitatem causaret, vt considerat Abb. in consil. 56. colum.2.versic. præterea; & præsertim in casu nostro, si pactum redimendi duraret perpetuò. Sequeretur etiam aliud inconueniens, quòd certum dici non posset in obligatione deductum, propter quotidianas mutationes monetarum satis notas, quod animaduertit Signo. d.consil.74.num.26.

3 Et in proprijs terminis nostris pacti de retrouendendo, quòd restituenda sit pecunia antiqua currens tempore contractus, & seu noua ad æstimationem illius antiquæ, tradunt Oldr.consil.249. Arer.cons.11.Corn.cons.181.num.70. lib.2. & consil.321. colum. penult. lib.3.Guid. Pap.quæst. 493. plures adducens rationes concludentes, Rub.d.consil.148.per tot.Curt.iun. consil. 14. colum.3. & 4. lib.1. & consil. 28. Tiraq. de retract. consang. §.1. gloss. 18. num.26. & seq. Crau.consil.47. num. 6. Soc. iun.d.consil. 145. num. 94. Bologn. d.consil. 11. num. 37. & 45. cum sequentib. Coras. li. miscel. cap.14. num. 5. Decia.cons.87. nume. 10.lib.2. Anguis. cons.37. lib. 2. Menoc. consil.258. nu. 10.Cagn. in l.2.nu.216.vers. non tamen, & nu.217.C.de

K 2 pact.

pact. inter empt. & vend. vbi sic iudicatum refert iuxta consilium ab eius Patre redditum, & comprobatum ab omnibus legum verticibus, qui tunc in Taurinensi Gymnasio florebant, & pluries quoque in Ciuitate Vercellarum decisum fuisse, non obstante statuto prohibente creditorem posse petere, vel exigere à debitore valimentum, seu melioramentum monetæ.

4 Et ampliatur, etiam si conuentum fuisset solui posse de moneta currenti, nam intelligendum est de currenti tempore contractus, Corn. d. consil. 181. num. 70. lib. 2. & consil. 321. column. vlt. lib. 3. Curt. iun. consil. 24. num. 4. Brun. d. tracta. limit. 8. ad fin. vers. si autem dictum fuerit, Sol. d. tract. cap. 29. & Budell. vbi supra li. 2. c. 14.

5 Quinetiam ampliatur, vbi conuentum fuisset solui posse de moneta currenti tempore solutionis, & vsuali, nam operatur tantummodo, vt non teneatur debitor præcisè soluere de illa antiqua, quam excessiuo forsan precio emere cogeretur, non tamen liberat eum quin suppleге teneatur defectum valoris intrinseci diminuti propter monetarum deteriorationem, Brun. d. tract. concl. vlt. declar. 10. & 17. Sola latè d. tract. cas. 10. vbi multos citat, & præsertim Oldr. cons. 250. num. 3. vers. ad secundum, Laud. in tract. de mone. num. 25. Soc. iun. d. consf. 145. nu. 96. li. 1. Surd. consf. 220. per tot. & signanter num. 6. cum seqq. vbi authoritates, & rationes adducit, Budel. d. tract. li. 2. cap. 11.

6 † Et ampliatur tertiò, etiam si conuentum fuisset de non petendo meliorationem auri, vel argenti, Cagno. d. l. 2. nu. 216. vers. fortiùs aliquando, C. de pact. inter emp. & vend. quem sequitur Lancell. Gallia. consf. 35. in fi. & benè conferunt, quæ de simili decreto, vel statuto inferiùs dicentur, cum de statuto ad pactum arguatur l. fin. vbi Doct. C. de fideiusso. glo. in l. non solùm, §. fi. de nou. ope. nuncia. & in puncto tradit Surd. d. consil. 220. num. 7.

Placet deniq; notabilem sententiam Budel. referre in hac materia, qui in tracta. præd. lib. 2. cap. 2. num. 10. & seq. post gloss. Parisien. protestatur non esse ab opin. præcitata recedendum vti recepta, & veritati consentanea, æquiore, & benigniore, prima; & maxima, omnium veterum, recentiorum, & medij temporis scriptorum, qui vna voce loquendo, repetendo, in tractatibus, & consilijs semper, & indistinctè tenuerunt, quòd siue debeantur pecuniæ in genere abstracto quantitatis, puta libræ, siue certa species monetæ, vt mille aurei, debet semper attendi bonitas intrinseca, quæ erat tempore contractus, siue alterius cuiuscunque dispositionis, & quòd cum sit plusquam communis, & præiudicata opin. superfluum sit auctores citare; quos tamen ipsemet Budel. eo loco in magno numero, & rationes quoque vrgentes pro ea, refert, vsque ad num. 20. qui videatur; & notabiliter inquit Ioan. Bologn. in consf. suo 117. num. 37. de naturalibus contractuum esse, vt pecunia reddatur in eadem bonitate, qua recepta fuit intrinseca; quia ea est, natura dissolutionis contractus, vt fiat cum eisdem qualitatibus retrotraditis, quibus fuit constitutus l. ab emptione ff. de pact. l. 1. & 2. C. quando lib. ab emp. discе, & l. nihil tàm naturale de regu. iur. refert, & sequitur Gasp. Bellet. in consf. impresso post d. tract. Solæ de mone. num. 26.

7 Nec committendum, quòd conclusio supra relata de tempore contractus attendendo in solutionibus debitorum, procedit etiam in annuis præstationibus, seu pensionibus, quæ solui debent de moneta tempore ipsius contractus currente, seu de moderna ad æstimationem antiquæ; sunt de hoc tex. expressi in d. c. olim causam, & c. cum canonicis de censf. & c. quantò de iureiur. vbi Bal. & Scriben. & ita resp. Oldr. consil. 250. Factum tale, ac Panorm. consil. 59. Colleg. Papiens. in consil. post tracta. Brun. de augum. impresso colum. 7. vers. & procedit præmissa conclusio. concord. citans, & ipse Brun. declarat. 7. alios referens, Rub. Alexand. d. consil. 17. num. 1. Crauet. d. consf. 47. num. 6. Menoch. consi. 258. num. 10. Natt. consil. 664. Ceph. consi. 31. per tot. Gabriel. in suis communibus titu. de solut. conclus. 1. nume. 30. Pancir. consi. 185. num. 20. Surd. consi. 368. nume. 10. plures alios citans, Budel. d. tracta. lib. 2. cap. 23. & Ant. Fab. præcitato tract. cap. 2. per tot. & cap. 22. vbi Glo. Paris. contra sententiem im

8 probat (præter quàm in solutione decimarum, in qua Guid. Pap. sequitur quæst. 493.) rationem diuersitatis concludentem adducens; * & hanc esse communnem, * & magis communem * sententiam attestantur supra relati Doctor. ac etiam nonnulli, qui ab ea recedere tentarunt.

Ex præmissis igitur duo necessariò consequuntur, alterum, quòd precium Marchionatus Nouariæ oblatum pro obtinenda retrouenditione integrum non fuit, sed diminutum in parte, qua monetarum argentearum valor, atque auri ob deteriorationẽ inferiorum monetarum à die inuestituræ in hoc tempus, creuit, Alterum verò, quòd annuę pẽsiones scutorum 15. millium (si modo integri redditus Nouariæ debiti non fuissent, prout debitos fuisse credimus, tenore inuestituræ attento, & attentis consultationibus in simillimo casu præclarissimorum virorum Decia. & Menoc. illius in consf. 35. lib. 2. istius verò in consf. 201. per tot.) soluendæ saltem erãt eadem regula, habito scilicet respectu ad tempus contractus, ita quòd aucto paulatim valore auri, & argenti puri ob deteriorationem prædictam augeri quoque debebat numerus libr.

lib. quæ ab initio solui ceperunt; solutio namq; partis debiti non liberauit Regiam Ducalem Cameram Mediolani à toto, quæ propterea de-
9 bitrix remanet partis non solutæ, † cuius summam facilè declarare Periti poterunt, qui Magistri monetales, aliàs Zigostratæ nuncupantur, quibus standum erit d.l.2.C.de pond.& au.illa. lib.10.Budell.d.tract.lib.1.cap. 26. 27. Facta etenim collatione numismatum currentium de anno 1538. cum alijs postea cussis, & etiam habita ratione edictorum super monetarum valore in dies aucto, iudicium suum rectè proferēt; imò iam protulerunt vtsupra.

10 Et quòd suppleri debeat quicquid defuit in solutionibus annuis, suadet vrgens ratio, nam si plùs debito solutum fuisset ob mutationem monetæ, ipsa Regia Camera credente se ad tantum teneri, repetere posset Oldr.d. cons.25. nume.4. Afflict.decis.194.& Sola d.tract.cas.4. & 48.nu. 7. & cum contrariorum eadem sit disciplina l. 1.§. huius autem rei de iurisdict.omn.iud.debet quoq; licere creditori petere quod defuit; aliàs
11 claudicaret contractus contra iura vulg. † Itidemq; si mutata fuisset pecuniæ bonitas in meliùs, licuisset Regiæ Cameræ minorem quantitatem soluere, habito respectu ad qualitatem anti quæ d.c.cum canonicis, & tradit Corn.cōs. 279. & 287. lib. 2. Barb.cons.19.num.3.lib.4. Gabr. cons. 164. nu.4. cum concord.& alios referens, Sol.d.tract.cas.21. Ergo & è contra sequuta deterioratione, plus solui debuit per supradicta, & ita arguit Crau. d. cons.47.ad fi.Menoc.d. cons. 138.nu. 12. vers.secūdò ratio naturalis, & Gab. loco proximè citato.

12 † Suadetur quoque alia non minus euidenti ratione, nam cum Inuestitura loquatur de scutis, & de scutis aureis, vt in ea legitur, si aurei valor diminutus fuisset, ita quòd libr. quinq; vel minùs etiam valuisset, potuisset Regia Camera, omissa librarum solutione, tot aureos soluere, tam pro annuis pensionibus, quàm pro recuperatione Nouariæ, & ita creditorem deludere, quod est inconueniens, vt in proposito con-
13 siderat Crau. vbi proximè† quia non debet quis id velle, cuius contrarium nō esset postulaturus l.pen.C.de solut.

Et quòd pensiones annuæ in contractibus promissæ solui debeant de moneta tempore contractuum currenti, seu de noua ad illius æstimationem, iam fuit bis à Locumtenentibus, & Gubernatoribus status Mediolani pro Catholica Maiestate decisum in fauorem Serenissimę Ducissæ Lotharingiæ, Primò de anno 1546. die 12. Decembris per Illustrissimum Dominū Ferrantem Gonzagam, cum voto consilij secreti per hæc verba (& pro futuro tempore, ac ab ipsis Calend.Ianuarij dicti anni 1545. citra, dictam Illustrissimam Dominam Ducissam debere consequi annuatim loco dictorum scutorum 22000. libras 121000. imper. in scutis, seu in valuta ad rationem solid. 110. imper. pro scuto, donec precium scuti erit prout nunc est; & si alterabitur augeatur dicta summa, vel diminuatur ad ratam) & subinde de anno 1570. die 19. Aprilis per Illustriss. Ducem Alburquensem habita relatione, & voto Magistratus ordinarij ordinatum fuit fieri mandatum prædictæ D. Ducissæ de Lib. 32926 solid. 13 den. 6 ex causa augumenti scutorum fœnti solidorum quatuor pro quolibet scuto, videlicet à libris quinque cum dimidio ad libr.quinque, & solid.quatuordecim.

14 Quamuis igitur stet regula, exemplis non esse
15 iudicandū l.nemo, C.de sent.& interloc. † dicit tamen ibi Bal. sequenda esse exempla magnę au
16 ctoritatis Virorum; † Imò verò Principum iudicia necessariò sequenda esse dicit glo. in c.in causis per illum tex.de sen. & re iud.quod notat pro limitatione ad d.l.nemo Abb.in cap.afferte num.1.de præsumpt.& ibidem Fely.sequitur in princ.& alia glo.in c.si.9.dist.& in c.si.20.distin. in ver.exempla.

Superest nunc acutissimis motiuis Ill. Magistratus appositè respondere.

Non obstat igitur primò, quòd scuti de quibus in Inuestitura fuerint taxati, & æstimati libr.quinque, & sol. decem pro singulo, quia contrarium in facto legitur; nā dum loquitur de redditu annuo 15.millium scutorū, & de luitione Marchionatus precio scut.225.millium, nullam facit mētionem libr.aut sol.sed tantummodo in concessione noui feudi redditus annui scutorū 2655. deficientis ab integrandum summam dictorum
17 scut.15.millium; quod est quid separatum, † &
18 ex separatis non infertur l.inter stipulantē, §.sacram de verb.oblig. † si enim voluisset Imperator Carolus taxare in omnibus scutornm valorem, sciuisset vtiq;, aliterq;, & alio modo loquutus fuisset, & libr.potiùs, quàm scutorum mētionem fecisset l.1.§. si autem ad deficientis C. de cadu.tollen. Taxauit igitur valorem aurei huius summæ tantùm, quia redditum hunc consignabat super Dacijs Mediolani, qui regulariter locātur ad tot libras, non aureos, vt scire possent cōductores quātum singulo anno soluere deberēt, & Regia Camera eis compensare teneretur; & quia re ipsa tunc temporis scuti Itali tanti valebant, & expendebātur vtsupra in quarto præsupposito; & quādo aliud possumus præsumere, vel coniecturari, nunquam censentur contrahentes ęstimationē ad effectum emptionis facere, Barb. d.cons.19.nu.13.cum concord.lib.4.

Sed demus (citra veri præiudicium) expræssionē illam valoris scuti, ad totā dispositionem extēdi posse, non tamen propter hoc æstimatum fuisse aurum, dicendum est, ita vt pro quolibet scuto

libr. quinq; cum dimidio soluere liceret quotannis pro annuis pensionibus, & demum pro restitutione preeij. Etenim verissimum est non
19 facere æstimationem quando plures scutorum species tempore contractus, diuersique valoris extabant, vt in nostra specie demonstratum fuit in quarto præsuppositio, sed demonstrationem tantùm facere, videlicet de quo scutorum genere, & valore actum sit (quod in motiuis pro rei veritate conceditur) † vel quando exprimitur ad
20 demonstrandum valorem scutorum illius temporis, Bart. in l. numis de leg. 3. in l. Paulus in princip. de solu. Barb. d. conf. 19. num. 13. 14. lib. 4. Boer. decis. 327. sub num. 10. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. num. 28. Didac. pract. qq. cap. 28. num. 4. vers. horum autem, Crau. conf. 761. num. 7. qui notabiliter loquitur Bologn. d. conf. 11. num. 42. 46. 48. 49. & 54. Curt. iun. in l. cum quid num. 24. Alciat. conf. 155. in fin. & 586. Ceph. conf. 31. num. 6. & 12. vers. nec est verum l. 1. Surd. d. conf. 368. num. 11. cum pluribus sequẽtibus, Bertaz. in tract. clausul. 30. clau. glo. 9.

21 † Et est sciendum, quòd in dubio demonstrationis potiùs gratia, quàm æstimationis expræssum valorem aurei tenendum est, quia sic lex præsumit, vt per Barb. loco supracitato, & Sol. d. tract. cas. 40. & in fine, & cas. 43. per tot. & signanter in fin. & Ant. Fab. prælleg. tractat. in compen. conclus. 10. quod etiam in eo tracta. cap. 2. vers. demonstrationis, & hoc tantò magis procedere asserit, vbi dispositio de scutis, non de aureis loquitur, vt in casu nostro, quia de Cameralibus intelligi potuisset breuioribus cæteris, nisi valor expressus fuisset. Concludendum est, itaque expræssionem valoris scutorum in Cęsareo diplomate demonstrare scutos Italos boni auri, & iusti ponderis, qui tunc tanti valebant ad differentiam scutorum à Sole, qui pluris æstimabantur, & aliorum Italorum in pondere, vel liga deficientium (quorum mẽtionem fecit Marchio Vasti in suo edicto vt supra in quarto præsuppofito) qui minus valebant, ad ratam, ac etiam scutorum Cameralium, de quibus meminit Sola præcitatus, & Regij Fiscales Mediolani, negocio hoc pendente, profitebatur.

Nec officit fides Præfecti officij Panigarolarum attestantis, quòd anno 1538. non aderant scuti valoris libr. quinque, & solid. decem, nisi in mense Decembris, quo auctus fuit ad eam summam; fundat enim hanc suam assertionem super edicto Francisci Sfortiæ, qui limitabat valorem aurei ad libras quinque, & solidos sex, & emanarat anno 1534. At in memorato subsequẽti edicto Marchionis Vasti anni 1538. in præfatione legitur, quòd aureorum, & aliarum monetarum valor vltra modum creuerat, quem cohercere intendebat, & ad dictam summam librarum quinque, & solidorum sex reducere; sed nihilominùs permittebat ad certum tempus adhuc expendi pro dictis libris quinque cum dimidio, vndè apparet fidem dicti Præfecti pẽdere ab edicto Ducali memorato, quod nõ obseruabatur, stante augumento in dies subsequuto, & ad summam prædictam peruento; & consequenter non probat id ad quod allegatur, quia de verificato in oppositum constat.

Sed quid alia probatione indigemus? si Carolus Quintus in Inuestitura ista, exprimendo scutorum valorem in dicto supplemento scutorum 2655. summam librarum quinque, & solidorum decem pronunciat? signum manifestum, quòd talem cursum, & valorem tunc temporis obtinebant: quod clariùs etiam apparet ex calculo redditnum Nouariensium illius temporis, qui iuncti cum supplemento prędicto, & calculati in rationem dictarum librarum, & solidorum decem constituebant integram summam scutorum quindecim millium, vt ex ipsismet libris Cameralibus exhibitis constat; vndè retorquetur, quod ex dictis libris in motiuo deducitur; probant enim valorem scutorum tempore Inuestituræ, qui exaduersò negatur; vndè sequitur, quòd cum alij quoque scuti diuersi valoris extiterint, demonstrationis causa valorem illum Cæsar expresserit, non æstimationis, & sic ad demonstrandos aureos Italos boni auri, & iusti ponderis tanti eo tempore valentes, ad aliorum memoratorum scutorum differentiam.

22 Concedamus modò, sinè veritatis præiudicio, taxationis, & æstimationis gratia actum fuisse; certè intelligendum esset de lib. & sol. eiusdem bonitatis, & qualitatis, quæ tempore Inuestituræ extabant, adeo quòd de modernis deprauatis soluisse non sufficit, nisi tantò maior quantitas soluta fuerit, Laud. in tract. de mone. colum. pen. vers. quid autem si pecunia sub nu. 19. 30. Soc. conf. 292. per tot. lib. 2. Brun. d. tract. limit. 8. q. 3. Alcia. d. l. cum quid ad fi. & conf. 155. in princ. atq; conf. 586. de communi * attestans, Parpal in ea. l. cum quid nu. 27. Purpur. conf. 179. nu. 3. & conf. 522. nu. 36. Ceph pulchrè d. conf. 31. num. 9. 10. & 12. vers. nec verum, & seq. dicens quòd si aliter diceremus, minùs solueretur, quàm fuisset promissum, & esset contra naturalem æquitatem, atque absurdissimum, Bologn. d. conf. 11. num. 53. 54. Didac. de colla. vet. numism. cap. 7. §. vni. conclu. 7. Natt. conf. 454. num. 6. Surd. d. conf. 368. num. 1. vbi inquit tot lib. soluendas esse, quot sufficiant ad emendos aureos ęstimatos, & concord. citat, & conf 406. per tot. Thesaur. decis. 174. num. 6. vers. aduerte, vbi de magis cõmuni, & de Senatus Taurin. decis. fidẽ facit, Sola in constit. Pedemon. tit. de pac. inter empt. & vend. glo. vnic. num. 77. & d. tract. de monet. cas. 28. num. 23. 24. & cas. 43. & latissimè Gasp. Bellet.

Bellet. præcitato consf.post hunc tract. impresso num.15.16.Ant.Fab.d.tract.cap.2.in fi.cap.4.& 6.& 7. per tot.vbi Moli.contrariũ sententiẽ latè improbat,& c.11.vers.ego verò; rectè inquiens eundem numerum non facere eandem æstima-
23 tionem, & bonitatem. † Et est optima ratio, quia non videntur contrahentes cogitare de futura monetarum mutatione, & deterioratione, vt in proposito considerat Guido. Pap. d. decis. 493. Rub. d.consi. 17. colum. 2. vers. verumtamen. Nec verisimile est voluisse se subijcere tali periculo, vt ait Calcan. consi. 15. nume. 15. & post eum Surd. d. cons. 368.num.28.& Sol. vbi supra eas.19.num.34. Nec diuinare potuisse de futura mutatione, & deterioratione monetarũ, vt per eos.

Neq; negocium faciunt in casu nostro illa verba Inuestituræ in pacto luendi (soluendo pro vna vice tantùm precium ad rationem quindecim de capitali pro singulo de redditu) & quòd redditus huc vsque solutus, & receptus fuerit ad rationem prædictam librarum quinq; & solid. decem, quasi debeat quoque precium restituendum æquiualere, & eadem norma regulari; Nã ex subsequentibus verbis eiusdem inuestituræ de contraria intentione apparet, dum subiungit Imperator (quod facit summam scutorum 225 millium) voluit namque precium ascendere ad tot scutos, quot re vera receperat, & in præcedentibus expresserat; & si mentionem hic fecit de redditu, ideò fecit, quia enixa mens eius fuit, vt redditus ipse esset scutorum quindecim mille durante eadem inuestitura, vt iam expressim declarauerat, supplendo etiam defectum redditum Nouariensium in tot datijs Mediolani, quot deficiebant ad summam scutorum prædictorum. Quòd si minus fuit solutum, tantùm abest, vt precium minuere possit, quòd id potiùs soluendum venit, quod in annuis reddi-
24 tibus defuit vt supra latè demonstrauimus. † Cum ergò de mente constet, debent verba contrahentium secundùm illam intelligi, Bal.in l.fi.
25 C.quæ res pigno. † Nec non secundùm ius commune, Bart.in l.hæredes mei,§.cum ita,ff.ad Trebell. in l.iusiurandi,§.si liber. de oper. liber.
26 Gozad.consil.74.num.9.10. † Ac etiam secundùm naturam cõtractus,& subiectam materiam l.si vno in princip.& ibi Bart.ff.loca.& in authẽ. ingressi q 2. vers. illud teneas, C. de sacrosanct.
27 Eccl.Bal.in rub;quæst.9. C.de contrah.empt. † Et idem Bal.in l. 2. C. commo. vbi ait verba potiùs deseruire naturę contractus,quam naturam verbis. In casu autem nostro, vltra mentem expressam,ius commune,contractus natura; & subiecta materia suadent, vt retroemens integrum precium acceptum restituat, ne cum aliena iactura locupletetur, vt abundè supra visum fuit, ergò &c.

Consil. Lud. Sacc.

Hinc igitur sequitur apertissima responsio ad obiectum librorum Cameræ, in quibus scuti ad libras redacti conspiciuntur, calculatis rationibus ad quinque cum dimidio pro singulo scuto, quandoquidem de libr. & sol.tunc currentibus necessariò debent intelligi ex proximè deductis.

Sed aliter etiam responderi tutò potest, fatendo iustam fuisse descriptionem, & calculationẽ prædictam, ex quo tanti tunc temporis scuti valebant, vt ad oculum demonstratum fuit. Error autem fuit non augere in libris ipsis numerum libr. aucto scuti valore, & minùs debito soluere; quod an præiudicium Serenissimis pro tempore Marchionibus Nouarię attulerit irreparabile inferiùs loco suo discutietur.

28 Nec deniq; alienum à veritate est asserere descriptionem memoratam per Ministros imperiales factam absq; consensu D. Ducis Petri Aloysij primi inuestiti, nullum ipsi, & successoribus præiudicium generare potuisse aduersus tenorẽ Inuestituræ de scutis loquente, non de libris, & sol. per tex.expressum in l.exemplo, C.de p-bat. vbi libris, & priuatis rationibus fisci nõ esse standum in præiudicium tertij deciditur, & ibidem glo.1.Bal.& alij not.

Ad sequens obiectum de præscriptione tricennali ex subsequentibus solutionibus ad rationẽ libr.quinq; cum dimidio pro singulo scuto resultante, sic respondetur.

Huic præscriptioni locus esse non potest, siue præscribentis personam, siue eorum cõtra quos præscriptum dicitur, siue tempus decursum in-
29 spiciamus, † Quoad præscribentem, qui fuit, & est Rex Catholicus deficit imprimis potissimum præscriptionis requisitum; nempè bona fides; debebat enim in sua officina pecuniaria Mediolani cudi facere bonam monetam, prout Principes omnes tenentur, l.1.ff.de contrahen. empt.l.1.& fin.C.de vet.numism.potest.lib. 11. nam aliàs peccat mortaliter c.quantò vbi Scrib.
30 omnes de iureiuran. † Bonitas autem pecuniæ, quæ mutari non debet (vltra formam) consistit in pondere,& liga,d.l.1. Laud.d.tract.de mone. quæst.10.& 14.Brun.d.tract.de augum. conclus. vlt.vers. ex præmissis ellicitur,& limit.8.num.6. vers.tertiò quæro; Signor. consi.74.nume. 26. Curt.in d.l.cum quid in 3.euiden. Couar.de ve te.numis.colla.cap.7.§. vni.conclus.3.Surd.consil.335.num.34.& consil.368.nu.10. Ceph.consil.31. nu.12. vers.& istud. Mising.centur.4 obser.1.Io.Budel. de re numa. in princip. Budel.d. tract. lib. 1. cap.7.& lib. 2. cap. 1. num. 11. &
31 cap.2.num.19.vers.Idcirco. † Et adeò prohibitum est Principibus pecuniam deteriorare, vt si propter bellum, vel aliam vrgentem necessitatem id faciant, tenentur subditis suis damnum resarcire suo tempore, vt per Hostien. in titu. de

cenf.§. ex quibus in princ.Isern.in titu. quæ fint Reg.nu.21.& ibidem Afflict.in ver. monetę nu. 4.5. Doct.in d.c. quantò Budel.d. tract.li.2.c.1. num.8.1 t. 12.alios citans; Et fanè fi aliter dice remus,fequereтur maximum abfurdum, nempè Principes facilè,& impunè poffe creditores fuos deludere, & eorum creditis fraudarę, monetas deterioris ligæ, atq; leuioris ponderis imprimi faciendo;ideò rectè fancitum fuit per Summum Pontificem in d.c.quantò eos teneri probas om nino cudi facere,& aliter peccare.

Sed in vtroque deteriorata reperitur pecunia Mediolanenfis à tempore Inueftituræ Nouariæ citra, vt ex fupra relatis experimentis Peritorũ liquet, & ex nouis fiendis, fi opus erit, liquere
32 poterit. † Ergo fi culpa, & mala fide ipfius Regis, vel eius Agentium foluta fuit pecunia deteriorata per quodcumque tempus,non fuit inducta præfcriptio, ita in terminis refpondet Aret. confil.1 12.column.2.verf.item præmittendum, vbi allegat Hoftien.& communem* Doctor. fen tentiam Rub.d.conf.17.ad fin.poft Zabarell.Anchar.& Imol. quos refert, & confil.75. nume.2. Lauden.in tracta.monetar.num.13.verf.nifi debitor,Curt.de mone. in fin. Purpur. confil. 179. num.7.Natt.confil.192.ad fin.Brun.d.tract.li.4. verf.dicit tamen. Colleg. Papien. nume.4.Boff. de monet.num. 5.& hanc effe communem omnium fententiam atteftatur Gabr.de folut.con. clu.1.num.28.29.& Budel.d.tract.lib.2.cap.24. & 38.magis communem,& veriorem affirmans Myfing. centur. 4.obferuat. 6.Gail.lib.2.obferuat.73.Gabr.conf.164. num. 5.6. Sola d.tracta. caf.12. Surd.conf.335.nu.13.verf.3.qui, & nu. 34.verf.fecundò refpondet.

33 Quintetiam fi Princeps creditor deteriorat pecuniam,cum fit in mala fide, non poteft antiquam meliorem pro fuo credito petere,licèt antiquo, quia mala fides femper ei nocere debet, vt per Hoftienf. & alios in d.cap. quantò de iureiuran. & Scriben. in clem. 2. de decim. Rub.d.confil.17.in fin.& Hieron.Gabr.d. confi. 165.num.6.

Quo verò ad Dominos Duces Farnefios Marchionatus poffeffores, præfcriptionem contra eos locum habere non potuiffe tenendum eft; nam quod attinet ad primum inueftitum,videlicet Petrum Aloyfium, certum eft nec cęptam dici poffe, quia non conftat de aliqua mutatione valoris fcutorum eo viuente, imò potiùs,quòd vfque ad annum 1558. quo per edictum Cardinalis Tridentini auctus fuit in folid. quatuor,videlicet ad libr. quinq;& folid. quattuordecim,præfupponendum eft in eodem prætio libr. quinque, & folid. decem perfeueraffe,
34 † quia quod non mutatur cur ftare prohibetur? l.præcipimus in fi.C. de appellat. & fi de mutatione conftaret, neceffe etiam foret conftare, quòd à deterioratione monetarum in bonitate intrinfeca proueniffet, quia fi ab extrinfeco valore proceffiffet, non propterea augenda fuiffet penfio prædicta fcutorum quindecim millium, quæ foluebatur ad rationem libr. quinque cum
35 dimidio, † nam tale augumentum ceffiffet commodo debitoris; vt admittunt omnes in d.l.cum quid, & in d. l. Paulus, & alibi paffim, vt per Gabr. d. titu. de folut. conclus. 2. cum multis concordant.

Contra Ducem Octauium immediatum fuccefforem minùs præfcriptum dici poteft, ex pluribus;Et primò quia non cucurrerunt triginta anni à die quo Nouaria cum penfione antedicta ei
36 fuit reftituta vfq; ad eius mortem,quod tempus requiritur,vt in contrarijs.

Secundò non conftat quo tempore cępta fuit præfcriptio, cum currere incipiat à die quo cæptũ eft minùs debito folui, ad quod requiritur augumentum valoris fcutorum,& à fola deterioratione monetarum proueniẽs, vt probauimus; & aduertendum, quòd certum tempus probari deberet, quo præfcriptio cæpta diceretur ad l. eum notiffimi,§. in his vbi glo.Bal. Fulg.& omnes,C.de præfcript. 30. vel ann. Guid. Pap. q. 406. vbi de communi*, pro qua vidit femper iudicari. Brun.d.tract.limit.4.verf.ifta pręfcriptio.
37 Et regulare eft in quacumq; præfcriptione,vt de initio conftet, ad hoc vt tempora rectè computari valeant, Bart. in l.celfus num. 27. 29. de vfucap.
38 †Tertiò non conftat de fcientia D.Ducis,quid contineret Inueftitura Paterna, minufq; quòd monetæ effent deterioratæ,& ob id auctus fcuti valor;nimirum contra ipfum nulla currete po tuit præfcriptio,Brun.d.tract.limit.4. verf. Item fecundùm eum,poft Corne.quem citat Balb.de præfcript. quæft. 7. verf.puto tamen, Curt. iun. confi.24.colum.fi.verf.nec obftat, Schurf.confi. 10.Surd.d.confi.335. num.64. & Budel.d.tract. lib.2. cap. 24. num. 34.35. vbi de communi.*
39 † Imò præfumitur ignorantia talis deteriorationis,Lauden.d.tract.artic.4.verf.fateor quòd.
40 † Etiam in ciuibus Principi deterioranti fubditis, Aret.conf.112.colum.2. verf.his breuiter, quem refert, & fequitur Surd. vbi proxi. num. 64. Gail. d. obferuar. 73. concludens præfcriptionem minimè obijci poffe recipienti minùs debito ob talem deteriorationem, fi eam ignorauit.
41 Et omni in cafu negari non poffet reftitutio aduersùs talem præfcriptionem, fi cucurriffe dici poffet; quoniam ex facti ignorantia datur regulariter in integrum reftitutio,Bart.in l.1.§.fi quis de iti.actuq; priu.& eft communiter*receptum, vt per D.Odd.in fuo tract.de reftitu. in integ.q. 8.art. 9.verf. contrariũ vbi per multos refert de communiq; atteftatur.

42 Nec

42 Nec omittendum quòd huiusmodi beneficium restitutionis ad hęredes quoq; ipsius Ducis Octa uij transiuisset.l. non solùm, de restit.in integ. & ibi glo. Bart. & Doct.tradit latè D.Odd.d.tract.
43 q.50.artic.1.num.3.vers.sed contra,† & in puncto, quòd detur restitutio aduersùs præscriptionem decursam ex receptione monetarum deterioratarum, docet Roma. cons. 123. nu.5. vers. vlt. dici potest, & Colleg. Papien. in consil.post dictum tract. Brun. nu. 4. & 10. de communi * attestans.
44 Quartò,si etiam sciuisset Dux Octauius monetarum deteriorationē, non tamen sequitur eum sciuisse sibi plus deberi, quàm patri suo solutum fuerat; quia potiùs paternis libris credere debuit, quibus solutiones vniformes tot librarum descriptæ singulis annis reperiebātur, vt in proposito considerat Aret. d. cons. 112. col.2. vers. his breuiter, cum in illius locum,& ius successis-
45 set, † quod iustam ignorandi causam tribuit, vt per eum per reg.l.qui in alterius,de reg.iur.cum
46 vulg. † & scribit quoque in terminis Signo.d.
47 cons.74.nu.26.versic.item vt clariùs.† subdens, quòd si aliter diceremus, sequeretur creditorem minùs debito scienter recipiētem donare, quod absurdum est, & iuris præsumptioni repugnans, l.si cum autum de solut.& in proprijs etiam terminis dicit Purput. in cons. 179. num.7.& consil.522. num. 43.44.
48 Quintò non defuerunt etiam,qui contrà scienter recipiētem pecuniam deterioratam præscriptionem non currere tenuerunt, & quidem inter nostrates primarij, inter quos Bart. in l. si priùs num. 3. & in l.qui vsumfructū, vers.quam legem nota.ff.quemad.vsu.amitt.& ibidem Bal. Albe. & alij. Aret.d.cons.112.col.2. vers.requiritur etiam, allegans glo. in d. §. in his. Signo. d.cons.74.num.12. cum seqq. Bertr. cons. 261. col.fi. vers. quod saltèm procedit, lib.1.in antiquis, Purpur. in l.cum quid,col.pen.vers.& etiā scienter. si cer. pet. in cons.522.num.43. versic, * nec obstat,vbi de cōmuni * fidem facit, & Surd. consil. 224. num. 17. vers. secundò respondeo, & sequenti.
49 Sextò, aduertendum est, quòd Serenis. Dux Octauius nunquam personaliter recepit annuas solutiones, nec eius Procuratores receperunt cū speciali mandato, per quod facultas data cuiquam fuerit minùs debito recipiendi, aut pecuniam deteriorem, sed cum generalibus mandatis ad recipiendum, & finem faciendum. Vndè non potuerunt ipsi Procuratores Domino præiudicare per tex. in l.quod vulgo.ff.pro empt.& in l.si.ff.pro suo. Alex.cons.84. nu.5. & ibi Nat. in addi. in ver. officiales.lib.1.atq; in cons.136. num.10.vers. nec adhuc sufficiat,eod.lib.& ibidem Nat. in ver. patientia, & idem Alex. consil.39. colum.4. in princ.lib.6. Rui.cons.45. col. fin. lib.4. & in proprijs terminis tradit Surd. d. consil.335.num.4.
50 Septimò,& vltimò non est prætereundū,quòd cum exceptio pręscriptionis sit iniquissimum iuris præsidium,vt inquit Imperator in auth. vt Ecclesia Romana, tribuatq; materiam locupletandi cum aliena iactura contra reg.locupletari, de reg.iur.in 6. & l.nam natura.ff.de condir. indeb. vt inquit Soc.cons.86.num. 10.lib.1.Mars. sing.370. in fi. Cra. cons.201.num.37.38. Soci. iun. cons.145. nu.26. lib. 1. minimè credendum est Potentissimum Monarcam Regem Catholicum hoc odioso remedio contra Deditissimum Principem, Parmæ Ducem, vti velle.

Si verò personam Serenis. Ducis Alexandri intueamur, multò magis idem concludemus, quandoquidem cuncta, quæ de Duce Octauio eius parente dicta sunt, pro eo etiam militant.

Et vlteriùs considerari debet ipsum tēpore quo Pater obijt, extitisse apud Belgas pro Inuitissimo Philippo Secundo Hispaniarū Rege, & Fide Catholica contra hæreticos strenuissimè militans, vt cunctis obuium est, vbi paucis post an-
51 nis vitam cum morte commutauit. † Vndè colligitur continuata eius absentia ex causa iusta, laudabili, & necessaria pro Republica Christiana,propter quam competijt ei restitutio in integrum aduersùs ea omnia, ex quibus præiudiciū, & lęsionem sentire potuerit.l.1.ff.ex quibus cau. maio.l.& si sinè,§.fi.de mino. D.Odd. de resti.in integ.q.5.art.3. nu.11.& art.7. num.50. & q.6.
52 art. 2.3.5. & 6. vbi latissimè. † Quod ius restitutionis ad hæredes quoque, & successores trasmisit, vt supra de D. Duce Octauio dictum est
53 in tertia responsione. † Nec omittendum,quòd tempus petendæ restitutionis, tam ex propria persona,quàm ex iure transmisso, Duci Alexandro competens,nō cucurrit, nec currere potuit, eadem absentia militię causa durante,quia legitimè impeditis non currit.l.fi.in fin.C. de temp. in integr. resti. & ibi per Doct. & in l. interdum de mino. D.Odd. d.q.5. art. 4. in fi.

Circa personam D. Ducis Raynutij militant quoque aduersùs præscriptionem illa septē fundamenta, quæ pro D. Duce Octauio deducta fuere; & vltra ea suffragatur etiam vtrique iusta absentia à statu Mediolani, ex quo regimini sui
54 status incumbere necesse habuerunt; † etenim valdè occupato in publicis negocijs frequentibus, etiam in propria Patria, datur restitutio in integrum, D.Odd.vbi sup.q.7.art.12.nu.49.50. quò fit, vt si qua præscriptio contra eum cursa dici posset, quod omnino negatur, restituendus omnino foret. Fuit etiam in ætate minori Dux Raynutius, per quamplures annos post Patris obitum,qui iam annis tantùm vndecim interijt; plura fecit itinera ex causis necessarijs, & præsertim super Triremibus Catholici Regis militandi

tandi causa aduersus Infideles, quæ tantò magis restitutionis materiam præberent, si ea opus esset; sed re ipsa præscriptio nulla contra eum concurrit ex causis pro D. Duce Octauio expressis, quas non repeto, & alijs proximè relatis.

Deni que attendendum est.quòd respectu precij oblati non potest dici præscriptio aliqua cucurrisse,ex quo est vnicus actus, qui nunc tantũ inesse deducitur contra ipsum Serenifs.Ducem, idcirco supradicta omnia procedũt solummodo quoad pensiones annuatim solutas, quæ cum integrè solutæ non fuerint, peti adhuc possunt allegata præscriptione non obstante. De precio etenim nulla cadit dubitatio præscriptionis.

Subsequenter nec etiam officit,quòd de declaratione saltem opponitur, ex obseruãtia, & subsecuris solutionibus, & receptionibus resultante, ad interpretandum contrahentium mẽtem; nempè quòd de moneta senserint vsuali,& cur-
55 renti tempore solutionis. † Nam cum clara sint verba Iauestituræ de scutis loquentis, siuè æstimatis, & ad tot libras redactis, siue non, obligationem continent soluendi, vel tot aureos, vel tot libras currentes tempore dictæ Inuestituræ, aut tot de nouis ad illarum æstimationẽ, vt sup. latè demonstratũ fuit. Idcirco nulla cadere potest declaratio, aut interpretatio. l.si sic stipulatus, vbi glo.& Doct. omnes,& præsertim Alex. num.2. cum multis concord. l. si mihi, & tibi. §. fi.de verb. oblig. l. ille, aut ille.§.cum in verbis,
56 vbi Bart. de leg.3.† Et ita in terminis respondet Brun.d.tract.de mone. limit.8. versic. quod autem, & Surd. cons.224. num.13.vers.2.respondeo, & sequenti.

Sed & secundò respondetur,nullã cadere posse in themate nostro declarationẽ voluntatis contrahentium, quandoquidem viuente Duce Petro Aloysio non contigit alteratio monetarum, minusq; debito receptum fuisse dici nequit, cũ aurei Itali in eodem valore libr. quinque,& sol. decem permanserint, vt ex prædictis liquet, & ex memorata sententia lata pro Serenifs.Ducissa Lotharingiæ de anno 1546. Eo autem defuncto, non potest aliqua allegari declaratio,aut interpretatio ex persona suorum descendentium, ac descendentium Imperatoris Caroli Quinti,
57 cum ipsi non contraxerint. † Enimuero ad eos solos spectar, qui actum gerũt, proprium animũ patefacere, & declarare. Bart. in l. pro hærede,
58 num.3. de acquir.hæred. † vbi nec hæredi licere ambiguam authoris mentem declarare affirmar, & in l.si quis intẽtione, nu.3. de iud.& Fusiùs in l. inter stipulantem. §. si stichum, nu.3.4.
59 de verb. oblig. † Etenim eius est interpretari, cuius est condere. Spec.in tit.de arbi. §. 7. vers.
60 sed nunquid verbum. † Vndè interpretatio statuti pertinet ad statuentes. Bart.in l.omnes populi 3.q.6.q. princ. de iust. & iure,glo.& Card.
61 in Clem.sæpè in princ.de verb.signi.† Interpretatio, & declaratio sententiæ ad Iudicem,qui eã
62 protulit Bart. in l. veteribus in fi. de pact. † declaratio libelli ad libellantem, d.l. si quis intentione ambigua de iud. cum materia.

Quòd si non potuerunt hæredes, & successores principalium contrahentium declarare, multò minùs istorum Agentes, Ministri, & Procuratores,qui pensionem annuam scutorum 15. millium soluerunt, & receperunt respectiuè,per supradicta.

Subsequens obiectum Decreti Com. Virtutũ editi de anno 1396. optimè quoq; tollitur,quia vltra quòd est scriptura priuata, & non constat notarium aliquem de ea rogatum fuisse, nec ab aliquo expletum cum debita facultate, minusq; publicatum, prout ad validitatẽ nouæ legis hæc omnia requiruntur,satis constat,si validũ etiam, & in forma probanti extitisset, iam diu abrogatum, & correctum fuisse per nouas Constitutiones de anno 1542. Sub Carolo Quinto editas, qui in earum confirmatione, post factam mentionem Cõstitutionum aliorum Principum, qui Dominio Mediolani præfuerunt, quas Decreta nuncupari asserebat, & in Senatu discussas, & examinatas, ac facto earum delectu, varijsq; additis, & in vnum volumen congestis, his vtitur verbis (Decernimus omnes constitutiones in hoc codice comprahensas inconcussè seruari debere, reliquis omnibus antiquaris) & in eisdẽ constitutionibus sub titulo de publicanis, & vectig. inquit, (per has tamen constitutiones non intelligatur derogatum statutis,& ordinibus vectigalium, nisi in quantum præsentibus constitu-
63 tionibus contraria essent)† per hanc enim exceptionem firmatur regula correctoria in contrarium, l.nam quod liquidè, de pœn.leg.& in hãc sentẽtiam multotiès venit Senatus Excellentifs. & in specie de anno 1556. die 15. Aprilis, dum contenderetur an antiquum Decretum, quòd possent bona alienata per Cameram quandocũque, & qualitercunque redimi, per has Constitutiones sublatum esset,nec ne? Enimuero consultus à Fisco,facta priùs relatione in ipso Senatu per Senatorem Pechium, die 17. Martij eiusdem anni; affirmatiuè respondit, & traditũ fuit responsum Lignano Notario Magistratus extra-
64 ordinarij.† Absolutum est autem leges correctas ad causarum futurarum decisionem allegari impunè non posse. Bart. in l.omnes Populi nu. 68. de iust. & iur. & in l.fi. de fal. vbi Alex. & alij.

Cæterùm si in viridi obseruantia Decretum foret, quod minimè creditur, nihil penitus intentioni Serenifs. Ducis Parmæ officeret; quia rationem in eo expressam videmus, quare meliorarionem monetarum consequi vetat. Nempe qa bonę monetę in statu Mediolani currebãt,
65 cessante autem legis ratione, † cessat ipsa lex, l.adi-

l. adigere. §. quamuis de iu. patro. c. cum cessante, de appell. Tiraq. plenè in tract. cessa. causa pat. 1. in ver. cessante ratione legis; cum ergò his nostris temporibus certissimum sit pecunias magis ærosas, & pondere leuiores cudi, quàm tunc temporis, ac etiam tempore contractus cudebantur, vt ab initio supposuimus, indubitatum est Decretum istud nequaquam casum nostrum comprehendere.

Præterea, & tertiò respondetur, Decretum loqui de debitore, & creditore, inter quos prohibet augumentum monetarum peti; hic autem nō est quisquam debitor, aut creditor, quia cum Dux Raynutius esset Dominus vtilis Nouariæ, perpetuò infeudatus, non poterat Potentissimū Regem directum dominum cogere ad redimen
66 dum, licèt in huius facultate esset redimere, † nā debitor est à quo inuito exigi potest. l. debitor, de verb. sign. cum ergo verba legis non conueniant, nec legis dispositio locum habere potest,
67 † sed remanet casus omissus in dispositione iuris communis. l. commodissimè de lib. & posth.
68 cum vulg. † Et ita in terminis terminātibus tradit Cagno. d. l. 2. nu. 217. C. de pac. inter empt. & vend. in casu similis statuti vigentis in Ciuitate Vercellarum, vbi ita sæpe iudicatum asserit, illo non obstante, & allegat Curt. sen. idem tenentem, & parentem suum, qui ita consuluit, & iudicari obtinuit, & hos sequitur Lancellot. Gallia. præcitato cons. 35. ad fi.

69 Quartò responderi potest, Decretum hoc alia ratione non comprehendere casum nostrum, siquidem prohibet tantùm augumentum monetarum peti, de quo non tractamus; sed de diminutione, & de deteriroatione. petitur namque supplementum eius, quod deficit in bonitate intrinseca, hoc est in pondere, & liga monetarum
70 currentium tempore contractus, † adeo quòd intelligi debet Decretum in augumento procedente ab extrinseca bonitate, & precio monetarum aucto, non mutatarum in liga, vel pondere. Qui sensus clarior fit ex prædicta ratione in decreto expressa, nempè quia bonæ monetæ cudebantur, & tunc temporis currebant; propter quod rationabilis erat dispositio, quòd creditor non posset augumentum petere, ex quo debitoris commodo debebat cedere, secundùm Bart. * in d. l. Paulus, col. 1. cum quo stat cōmunis * sententia, vt per Gabr. d. tit. de solut. conclus. 2. &
71 supra diximus. † Et ita in terminis, vltra Cagn. loco præcitato, simile statutum interpretatur, Oldr. cons. 250. sub num. 12. quod operetur tantùm solui posse de moneta noua ad æstimationē antiquæ, & sequitur Brun. d. tract. declarat. 17. num. 1. & limit. 6. in fi. Præsertim quando creditor aliàs damnum potest sentire, vt in casu nro; tunc enim secūdùm ius commune intelligi dēt. Menoch. cons. 138. nu. 4. post ipsum Brun. quem citat; & benè conferunt quæ supra de pacto diximus, in vers. & ampliatur, & vers. quinetiam
72 ampliatur, & seq. † stante quòd de pacto ad legem, & statutum arguitur. l. fi. ad fi. & ibi Bart. & Bal. C. de fideicom. glo. in rub. C. de Decret. decur. lib. 10. glo. & Bart. in l. non impossibile. ff. de pact. cum vulg.

Quintò subiungi potest aduersùs Decretum, si de bonitate intrinseca loquetetur, nō fuisse vsu receptum, vel saltem abrogatum, & correctum, ex quo prædictas decisiones contrarias ostendimus pro Serenis. Ducissa Lotharingiæ, nedum ab ordinario Ducalium reddituum Magistratu Mediolani, verùm etiam ab ipsis Gubernatoribus Mediolanensis status, & Consilio secreto emanatas, quæ proculdubio non emanassent, si lex directò contraria viguisset, nā inconueniens est dicere tot sapientissimos, & eruditissimos Vi
73 ros id latuisse, † cum turpe sit vni etiam Doctori ius in quo versatur ignorare. l. 2. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur.

Quinimò cum decisiones memoratæ processerint ab ijs, qui potestatem legis cōdendæ, & tollendæ habebant, idest generalibus status Gubernatoribus, concludendum est vim legis ha
74 bere, † quia quod Principi placuit legis habet vigorem. Insti. de iu. natu. gen. & ciui. §. sed & quod Principi, & l. vnic. §. pen. & fin. C. de Iusti. C. confit. vndè est, quòd eorum exempla in iu
75 dicando sequenda sunt, vt sup. diximus. † Sed & sola scientia, & patiētia ipsius Principis inobseruantiæ memorati Decreti, satis foret ad effectum, vt non ligaret vlteriùs; etiam contrahentes in ipso loco, vt per Card. Flor. Imol. & Abb. in cap. 1. de treg. & pac. quos refert, & sequitur Aret. cons. 11. sub nu. 5. in terminis valoris monetarum loquens. Subdens non requiri consuetudinem annorum præscriptionis, sed vsum cōtrarium sufficere, quod alijs etiam iuribus, & auctoritatibus confirmat. & præsertim ex Butr. in cap. quia circa de consang. & affi. affirmante, quòd quādò lex non recipitur ab omnibus sciēte superiore, non ligat, quia videtur tacitè eam tollere, ex quo scit cōrratiū obseruari, & patit.

Et si modernis temporibus in causa Leyuarum secùs decisum fuisset, vt exaduersò deducitur, alia forte ratione ex verbis contractus procedente, euenit; sed veriùs creditur indecisam adhuc causam manere, quia nullibi apparere dicitur, de aliqua sententia lata.

Sextò, & vltimò, si responsiones omnes supra relatæ cessarent, dicimus Decretum nullo modo officere potuisse Dominis Ducibus Farnesijs, vtì Forensibus, qui nec origine, nec habitatione sunt de Dominio Mediolani, licèt Nouariam possederint, c. 2. de consuet. in 6. Bart. in l. de quibus, in fi. de leg. Scrib. in l. fi. de iurisd. omn. iud. quoniam ratione bonorum tantùm nō fundatur

datur iurisdictio Principis in Forenses, vt docet
Alex.cons.44. num.9. lib.5. vbi concord. citat.
77 & cons.164. num.3.lib.6. † Benè verũ est, quòd
in ordinatorijs iudicij ligatur etiam forensis le-
gibus loci vbi litigat, sed non in decisorijs, quæ
oriuntur, secundùm contractus naturam tẽpore
ipsius contractus, & non ex mora. Bart. in l.1.
nu.15.16. C.de Sacrosanct.Eccles.& ibi Signo.
num.12.& 50. Bapt. à S. Seuer. nu.107.& 111.
Bero.cons.26.in fi.lib.2.&Crau.cons.201.n.10.
78 † Et est rationabilis decisio; quia nec posset Fo-
rensis iuuari tali Decreto in casu contrario, idest
in debitorum solutione, vel si vellet à Mediola-
nensi rem venditam cum pacto luendi, redime-
re Castr. in l. omnes populi, in fi. de iust. & iur.
Ruin. cons.200.nu.12.lib.2. cũ multis concord.
Cum ergo tractetur in nostra specie de deciso-
rijs, vt notum est, procuLdubio cessat Decreti
obiectum.

79 Ad vltimum de consuetudine, cuius meminit
Boss. in tit. de monetis, nu. 4. multiplex quoq;
dari potest responsio.

Et prima sit, quòd loquitur Bossi. in pensionib.
emphiteoticis, in quibus ita seruari asserit, & ita
iudicatum fuisse, prout audiuit, per ordinationẽ
factam in Consilio secretiori in fauorem Equi-
tis Caualioni contra Ecclesiam Maiorem Me-
diolani; sed à debito procedente ex hac causa,
non potest sumi argumẽtum generale ad omnes
80 obligationes, quia diuersa militat ratio, † Nam
in vera, & propria emphiteosi, quid modicum
soluitur in recognitionem directi Dominij, vt
per Ias.in l.1.in 1.euiden. C. de iu.emphi. Alex.
cons.112.nu.6.7. lib.1. Clar. in §. emphiteosis,
81 q.1.vers. & aduerte, & vers. sed pone, † & in re
modica non est considerabile augumentum, vel
diminutio.l.scio de in integ. resti. Cors.in tract.
82 de mini.per tot.† Præterea in contractu emphi-
teotico regulariter damnum, & vtilitas contin-
gens ad emphiteotã spectat, nisi tota res pereat,
secundum cõem * opin. Abb. in c.potuit, nu.16.
extra de loca. Ias. in d.l.1. num.77. Clar. d.q.1.
vers. Quæro etiam, quæ conclusio licèt tractet
de re emphiteotica, videtur tamen in pensione
quoque locum habere, quæ illius loco subroga-
83 tur, † cum subrogatum sapiat naturam eius in
cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuria-
rum.ff.si quis caut.l.Imperator.§.fi. de leg.2. l.si
84 donatæ, de dona. inter vi. & vxor. † Et quòd in
debitore canonis emphiteotici diuersa sit ratio
ab alijs debitoribus, & propterea soluere possit
de currenti moneta non habito respectu valoris
intrinseci, vel extrinseci, & ita fuerit in Senatu
Sabaud. decisum, atque in Parisien.tradit in ter-
minis Ant.Fab.d.tract.de var.numis.debit.solu.
cap.23. rationes, & auctoritates adducens.

85 Secundò, si de generali consuetudine attesta-
retur Bossi. diceremus, quòd vnico Doctori, etiã
eximio, de consuetudine attestanti minimè cre-
ditur, imò nec glossatoribus ipsis, vt per Alex.in
l.post dotem, nu.29. ff solut. matr. post Bart. &
Bal. quos citat, & optimam rationem adducit,
nempe, quòd per vocem mortuam illorum non
probatur consuetudo, quę est facti.l.2.C.quæ sit
long.consuet. & inconueniens esse; quia Docto-
ribus concessum est iura interprętari, non autem
super his, quæ sunt facti consulere, Bart.in d.l.2.
q.25.C.quæ sit long.consuetud. ac Bald. in l.fin.
col.pen.C.de fideicom. & in l.consentaneum, in
5.oppos.C.quomodo, & quando iud.Bertrand.
cons.67.nu.32.vol.4. Neuiz. cons.45. num.7.&
cons.66.nu.31. cum concord.& hãc esse cõem *
opinionem modernorum, quæ ratione multùm
efficaci nititur, dixit Dec.in cons.402.sub n.15.
vers. secundò respondetur. Et licèt sit multùm
controuersa, ita vt innumeri hinc inde afferãtur,
etiam de cõmuni* attestantes, vt videre est apud
Gabr. in tit. de probat. conclus. 5. & Mascard.
86 concl.426. † Nihilominus vbi tractatur de con-
suetudine iuri cõmuni contraria, vt in casu no-
stro, supradicta negatiua indubiè locum sibi vẽ-
dicat, vt per eundem Mascar. ibi nu.24. & 29.
post Guid.Pap.q.565. & ibidem adden. ac Bal.
87 & Alex. quos citat. † Et quòd non obstante si-
mili Doctorum assertione, debeat nihilominus
probari consuetudo soluendi debitum de mo-
neta currenti tempore solutionis, probat in ter-
minis Rub.Alex.d. cons.148. col.1. vers. secun-
dò facit, iuncto fine consilij; & in terminis quo-
que tradit Purpur. d. cons.522. nu.7. cum seqq.
cui sufficiat remissio.

88 Sed, & tertiò respondetur, non deesse Docto-
rem, qui de contraria consuetudine Mediolani,
& Papiæ etiam attestatur, videlicet Laud. in d.
tract. de monet. nu.29. & 30. propterea cum in
hac assertione contrarij sint, neutri credendum
89 erit, † prout de scripturis contrarijs est disposi-
90 tum in l. scripturæ diuersæ.C.de fid.instr.† & de
testibus, qui ad concordiam reduci non possunt,
& sunt æquè digni, & vnus non deponit verisi-
miliora altero, cap. in nostra. cum materia de
testi. & not. Scrib.in l.si quis testibus, & l.testiũ.
C.eo. Vndè si nõ magìs Laud. quàm Bossio cre-
91 dendum dixerimus, erit saltèm † ad ius cõmune
recurrendum, secundùm quod consuetudo in
dubio interpretari debet, vt in terminis scribit
Menoch. cons.138.num.10.præsertim nè credi-
tor damnum patiatur, vt per eum.

Sed quid apertiùs contra hanc consuetudinem
adduci potest antedictis duabus sententijs pro
Serenis. Ducissa Lotharingiæ, tanta cum matu-
ritate, & suprema auctoritate, latis? quis non
inde colligat nullam adfuisse contrariam cõsue-
tudinem, vel si extitisset sublatam, & correctam,
92 prout de Decreto supradictum est? † Ab allegan
te igitur consuetudo formiter probari debebit,

vt per

Purpur. proximè citatum, & Dec. In cons. 483. Brun.d.tract.lim.3. in fin. Menoch. consil. 258. num. 9.

93 Quartò, si de consuetudine constaret (quod à vero longè abest) & tempore, quoque Inuestiturae viguisse (prout necesse foret, vt docet Purput. d. cons. 522. nu 7. cum seqq. post Aret. &

94 Soc. quos referr;† Etiam per actus affirmatiuos, cum ex non actibus nō inducatur ad Alex.cons. 136.num. 10. vers. item licèt, post Cyn. Bald.& Ioan. And. quos citat lib. 1.) Non tamen obes-

95 set,† tùm quia ex tenore Inuestiturę apparet,de qua pecunia actum sit, vt ex praemissis omnibus rectè colligitur; quo casu consuetudo non operatur. Laud. vbi sup.col.fi. vers.nota vnū. Ceph.

96 d. cons.31. num. 12. † tùm quia non extenditur ad conttactum Principis, qui non ligatur consuetudine priuatorū actibus introducta,Purpur.

97 d.conf. 522. nu.12.13. † tùm quia in rebus maximi momēti non habet locum, vt per eum ibi-

98 dem o. 10. † tùm denique quia Ducem Petrum Aloysium Forensem, & cōsuetudinis ignarum, eiusq; successores non potuit vinculare, vt de Decreto supra dictum est,& scribit etiam in pūcto Brun. d. tract. limit.3. & 6. Nam & generale est,quòd forensis non ligatur consuetudine,quā ĭgnorat; praeter quàm in ordinatorijs iudicij, Bart.in l.2.q.34. C.quae sit long. consuet. & ibidem Bald.ou. 29.Barb.in rub.de consuet.col.12. Gabr. de consuet.conclus.2.num.20.

99 Quinimò nec cōsuetudine loci cōtractus ignorā ligaretur, si grauiter ex ea laederetur,dummodo ignorantia esset multùm probabilis, qualis fuit haec Farnesiorum Principum; vel saltèm restituerētur in integr. ex clausula generali, si qua mihi iusta causa. Innoc. in rubr.de cōsuet.col. 1. versic. quòd si extraneus, & ibi Ant. de Butr.& Imol. in princ.& alios referens Gabr.d.concl.2. num.18. 19.

Sublatis igitur singulis obiectis, firma remanet Serenifs. Ducis Parmae intentio, tam respectu pensionum annuarum,quàm precij Nouarię restituendi, quatenus retrouēdere teneatur (quod in dubium probabiliter reuocatum fuit, vigore praescriptionis supra relatae) vt tot aureos Italos boni, & iusti ponderis, & ligae, vel eorum valorem consequi debeat; & cum Moneta in statu Mediolani sit longè deterior illa, quae Inuestiturę tēpore currebat, si in moneta solutionē Fiscus facere voluerit,teneatur de illa veteri, vel de noua ad ęstimationem antiquae facere; tantoq; maiorem summam erogare, quantò haec illa deterior effecta reperitur.

100 Vndè correllariè sequitur,Depositum factū pro luitione memorata de tot scutis ad rationem libr. quinque, cum dimidio monetae nouae loco antiquae, & imperfectum, & diminutum fuisse, consequenterq; Serenifs. D. Ducem retrouenditionem facere cogi non potuisse, vt in terminis concludit Cagno.d.l.2. C.de pact.inter empt.& vend. nu.17. vers.de anno. quem sequitur Lancello. Gallia. d. cons.35. ad fin. quia non sufficit debitori deponere quātitatem pecuniae promissae, si sit intrinsecè deteriorata, nè locupletetur cum aliena iactura; sed debet tantum de pluri deponere, quantum importat ipsa deterioratio, vt concludit Bald.in l.acceptam, q.17. C.de vsu. aliàs non satisfacit debito, & in terminis ēt concludit Menoc. d.cons.258.in fi.plures citans coocord. Cum ergò in nostra specie, facto deposito imperfecto. declaratum fuerit D.Ducem teneri ad retrouendendum,retrouenditionemq; pro facta haberi, cum Nuncij concessione, reiectis etiam capitulis Procuratoris Serenifs. super deterioratione monetarum productis,versamur in proprijs terminis quaestionis relatae per Cagno. loco praecitato, in qua concludebatur malè fuisse iudicatum, & benè appellatum; prout & nos in hac cōcludimus. Et quoad pensiones annuas scutorum 15. millium imperfectè solutas, eundem D. Ducem asserimus,posse supplementum petere, habita consideratione ad valorem aurei per tempora aucti ex monetarum inferiorum deterioratione. Et haec saluo semper saniori iudicio,&c. Ita iuris esse pro veritate respondi, Ego Ludouicus Sacca I. C. Parm. Serenifs. D. Ducis Parmae Consiliarius à latere, ad laudem Dei, ac Beatissimae Virginis, ac Sanctorum Hieronymi, Benedicti, & Francisci Aduocatorum meorum.

F I N I S.

PARMÆ, Ex Typographia Erasmi Viothi.
M. DC. VII.
Facultate à Superioribus concessa.

